This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

3 5. 2. 3
878
L5
A10
V.3

AB URBI

LI

AD CODICUM MANU SCRI

A

CAR. FRID. SIG

[

TITI LIVI

ARUM

AB URBE CONDITA

2

DECAS TERT

AD CODICUM MANU SCRIPTORUM FIDEM

EMENDATI

COMMENTARIISQUE INSTRUCT.

AB

SKI.

CAR. FRID. SIGISM. ALSCHE

PARS I.

INS.

LIBROS I. II. III. CONTINENS.

BEROLINI.

MLERI.

SUMPTIBUS FERDINANDI DÜM

1846.

TITI LIVI

RERUM ROMANARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI

AD CODICUM MANU SCRIPTORUM FIDEM EMENDAT

AB

CAR. FRID. SIG. ALSCHEFSKI.

VOLUMEN III.

LIBROS LIVIANOS XXI. XXII. XXIII. CONTI

BEROLINI.

IANDI D



Quod fieri non potuit quin magnum sane optimarum litterarum studiis detrimentum adferret, adversam aliquam fortunam voluisse ut altera Liviani operis decas, cum alias res gravissimas tum primum Punicum bellum complexa, tota periret, id potest videri non eo solum quodam modo compensari, quod, quidquid ex illo Punico bello maioris momenti erat, in Polybianis historiis relatum legitur, sed etiam eo, quod tertia decas, qua Livius secundum bellum a populo Romano cum Carthaginiensibus gestum, et rerum et hominum utriusque populi magnitudine gravitateque multo quam primum uberius, comprehenderat, et omnis servata est et tanta integerrimorum codicum manu scriptorum copia abundat ut nihil desiderandum videatur. nam quamvis, quod de quintae decadis priore parte recte dici poterat, non maximam esse recentium codicum iacturam, quod ille Lorshamiensis, qui unus eos quinque libros complecteretur, ex optimorum et antiquissimorum librorum numero esset, de hac tertia quoque Liviana decade dici posse videretur, tamen negari non potest, non tantum elegantissimas in huius decadis recentioribus codicibus corruptorum locorum emendationes ab doctissimorum hominum studiis profectas inveniri, verum etiam haud paucos locos futuros fuisse qui nisi eorum ipsorum recentium codicum adiumen-

tis subsidiisque restitui non possent, c
omnium antiquissimo codice scripta s
pter vetustatem non nusquam vix legi
propter singulare scribendi genus, quo
erant, ne non recte perciperentur verenc
hilo minus tamen vix quidquam peius a
quam quod ille praeclarissimus codex M
in extrema potissimum quartae decad
tuenda Carbachius adiutus fuerat, non
invidia quam typothetarum eorumque
rum, qui in illo libro describendo versa
studiis ex oculis hominum prorsus evanu
id querendum est, quo plures loci inve
iam ante haec tria saecula antiquam sc
cari expedirive a sese non potuisse Ca
professus sit. non possum igitur dicer
mus meus laetitia adficiatur, quod mil
ut huius tertiae decadis partem gravissi
antiquissimoque codice descriptam studi
nalium hominibus proponerem, ex cuius
ea possint hauriri, quae vere a Livio
tur, et quae, si qui loci librariorum inc
male translati sunt, digna videri poss
interpretandis emendandisque hominun
studia cum aliquo fructu versentur.
singularem virtutem meo iam animo c
nem harum rerum peritum fefellerit,
excellentissimo codice paulo diligentius
seratur necesse est.

Claudii Puteani liber, quem omnes
tium docti homines praestantissimum c

num celebrarunt, et qui in regia bibliotheca Parisina numerum 5730 habet, ineunte saeculo octavo p. Chr. n. eis, quibus tunc uti solebant, litteris maiusculis in charta pergamena scriptus, quadringentis septuaginta formae quadratae foliis — quamquam quibusdam locis aliquot folia librariorum oculos praeterierunt —, excepta priore parte primi libri ab cap. 1. ad 21. et ab cap. 22. ad 30. et ab cap. 31. ad finem prope capitis 41., exceptisque duobus locis librorum sexti et septimi, et excepta posteriore parte libri decimi ab medio cap. 30. ad 37. et ab cap. 38. usque ad finem totius libri, universam tertiam decadem Livianam complectitur. singulae paginae binas vicenorum senorum versuum columnas, singulique versus septenas denas, interdum etiam vicenas litteras uno continuoque tenore ita scriptas habent ut librarius, qui scripsit, non magnam curam habuerit ut iustae voces singulos versus explerent, sed ut non numquam una tantum et extrema alicuius verbi littera, licet locus ad scribendum non deesset, non in suo versu sed in sequentis versus initio poneretur. is codex quattuor aut quinque diversis manibus ita emendatus est, ut recentium librariorum coniecturae, in posteriore tantum decadis parte adscriptae, nullius fere momenti videantur esse, altera autem manus, quae eidem per totam decadem studio operam navavit, in emendanda antiquiore scriptura persaepe bono quodam et vetere codice adiuta sit, ex cuius emendatricis manus auctoritate proximae cuiusque aetatis librarii deinceps omnes Livianam orationem hauserunt: quo factum est ut haud raro verior et antiquior scriptura, cui nihil deesset nisi paucae

semper oculis persecut
ıdo fessus interdum alterius librarii
qui, ut ipse haberet quod scriberet, a
m dictaret. hac una ratione fieri p
ultae partes non modo integerrima
etiam antiquissimum scribendi genus
e non minus multae orationem qui
ısimam sed singula verba ad modum
ıt, non ita quidem ut recentioris ae
s antiquae scripturae praeferretur, i
ıdandi studio recentiorum omnium co
imiam operam consumpserunt, sed ut
s male auribus perceptae vel invitis l
entur. invitis dico librariis: nam si ul
eo laudabili studio scriptus est ne qu
turae ex industria mutaretur, hic in
ani eam virtutem probaverit. ita qu
ıbium esse non possit quin ab Italo

interiecto continuoque tenore verba scribebantur, facillime et fieri potuit et factum est ut, si quo loco eaedem litterae syllabaeque et voces bis terve ponendae fuerant, eae aut incuria quadam aut quod antiquioris librarii errores emendandi videbantur, uno alterove loco praetermitterentur, quibus veterum librariorum vitiis intellectis permultae doctorum hominum optimaeque emendationes et natae sunt et nascentur. Nihil autem in his rebus criticis ab optimo illo I. Fr. Gronovio — cuius in emendando Livianó opere tot tantaque merita sunt, ut persuadere mihi numquam possim ulla aetate quemquam alterum fore, qui ei in his studiis non tam praeferendus sit, quam qui eius viri laudem aequasse videatur — nihil igitur ab illo Gronovio minus recte fieri potuit quam ut et sibi et posteris editoribus persuaderet haud pauca in Puteano inveniri, quae plus quam iustum esset continerent: ex eisque librariorum mendis etiam particulam *que* ortam esse, quam permultis locis male positam ab sanis hominibus criticis inducendam esse delendamque. nam praeterquam quod nullus antiquus scriptor magis quam Livius grata illa verborum copia, quae scribendi ars Quintilianeum iudicium non fefellit, si res graviores eam copiam postularent, usus est, nullum fere eius generis locum, in quo ita copula *que* supervacanea sit, esse contendo, in quo non una alteraque vox propter illam syllabarum vocumque similitudinem male perierit. sed cum plerumque difficillimum fuerit, quae in eis locis integra Liviana manus fuerit, probabili quadam coniectura reperire, nec mihi persuadere possim paucis fortasse et facilioribus ad cognoscendum locis ex-

AB UR

L

AD CODICUM MANU SCR

CAR. FRID. SI(

T TITI LIV

ARUM AB URBE CONDITA

DECAS TER1

AD CODICUM MANU SCRIPTORUM FIDE
M EMENDATI COMMENTARIISQUE INSTRUC

AB

FSKI. CAR. FRID. SIGISM. ALSCI

PARS I.

INENS. LIBROS I. II. III. CONTINENS.

MMLERI. BEROLINI.
SUMPTIBUS FERDINANDI DÜ
1846.

vocales, quarum altera in fine altera ab initio duor
cohaerentium verborum erat, non modo litteras *m*
t sed etiam litterae *s* signum ponere solebat, q
scribendi genus cum sexcentis locis vel in his tri
libris conspici posset, nos admonere debebat, ne c
alios quosdam locos tum difficiliorem illum ex libri
capite 45. „et qui pugnent", cuius loci vis vel a
quiores librarios fugerat et quam eos fugere opo
bat, qui nescirent non modo *et* sed etiam *ed* in
teribus libris positum legi, non emendaremus. Ne
men fieri posset ut signis, quibus recentiorum c
cum librarii pro iustis verbis saepissime utebantur,
corum dubiorum impedimenta augerentur, ab ipso
teani librario cautum est, in cuius scriptura nihil
eius generis deprehendatur. nam praeterquam q
ibi *pr.* (praetor), *p. r.* (populus rom.), *r. p.* (res
blica), *tr. pl.* (tribunus plebis), *cos.* (consul), sin
que, quorum vis fallere vix potuit, positum est,
genere nihil prope vidimus nisi *q.* pro *que*, *b.* pr
et in fine versuum notissimam illam lineolam, q
teram *m* significabant, et signa ad cognoscen
cillima syllabarum *ae*, *unt*, *bus*, *um*, et inter
terarum *nt*. nusquam enim nisi in versuun
illud signum litterae *m* positum est et, si
loco deprehenditur, ab recentiore manu prof
ne $\overline{qm}$ quidem, quod pro *quoniam* in rece
bris prope semper poni solebat, nisi pe
Puteano reperire memini. Persaepe au
illa litterarum syllabarumque ab antiqu
tum est, ita etiam ut idem eius gene
eisdem verbis saepius evenerit (ex.

pro „in*lec*ebrae“), in quibus locis expediendis non sine prudenti consilio versandum est, ne quid, quod verum integrumque est, pro falso corruptoque habeatur. simili incuria non numquam litteras *c* et *g*, *u* et *b*, *u* et *o*, *e* et *c*, *i* et *t*, al. inter se permutatas videmus, interdum etiam quarum nulla ad modum similitudo erat, sic ut 23, 33. „diuinationem“ pro *dimicationem* positum est: nec raro propter nimiam scribendi festinationem litteras quasdam praetermissas (ex. gr. 21, 49.: „degatis“ pro *ad ægatis:*): paucis etiam locis litteris quibusdam aut adiectis aut interpositis iusta verba corrupta: ut 21, 45. „rediere“ pro *redire,* „in*spec*tare“ pro *instare,* al.

Quantus omnium rerum adparatus ex hoc perenni nec primo aditu exhauriendo Puteani fonte non ad Livium modo interpretandum emendandumque sed ad universum grammaticum criticumque studium accedat oporteat, nec hoc loco, ut rei gravitas postulat, dici potest, et periti earum rerum studiosique homines, si omnes eius copiae, quibus utinam Conradus meus Schneiderus uti potuisset, diligenter expositae et explicatae erunt, vel me tacente intellexerint. sufficiat dixisse, me iam nunc ex eo omnia ea Liviano operi restituere ausum esse, quae et analogia quadam similium rerum comprobari possent et quae vel per se veram integramque Livianam orationem praestare viderentur. nec eo in his consilio uti poteramus, ut in eisdem verbis dicendique generibus idem semper color modusque servaretur, sed ut, cum nullum scriptorem mutandis et verbis et constructionibus orationem suam magis quam Livium exornare voluisse constaret,

e quid, licet ab ea, quam in his rebus sequi sole
:onsuetudine paulum deflecteret, modo ne contra ipsi
latinae linguae rationem esset, ullo loco praetermit
retur. gravissimum mihi in his officium onusque
eundum fuisse, sed quod obiri debebat, quivis liben
concesserit. nihil enim difficilius esse quam ab
quod ab puerili institutione tamquam unam dicer
scribendique normam habere assuevimus, abire et ip
mihi videbar ex eo intellexisse, quod non pauca, qu
unice vera esse mihi iam persuadere coepi, cum pr
rem et minorem decadis tertiae editionem parabam,
prorsus fugerant. Una tamen in hoc studio est r
in qua ut omnibus satisfecerim magnopere verendu
est. pertinet ea ad contractionum syllabarum gen
quod ne veteres quidem grammatici praeterire voluer
sed ita ut rem dubiam et quae posteriore aetate
gis magisque exolescere videretur, nequaquam ab
verent. antiquos enim homines duplicem litteram
in nominibus et in verbis saepissime una littera *i*
prehendere et significare solitos esse, nec velit
quam negare nec possit: nec id in praeteritis
factum esse, ut ex. gr. ex *repetivit* fieret *repet*
eoque *repetit,* constat, et simile quid in geniti
gul. nominum in *ius* et *ium*, et ut genitivus plu
rundam nominum primae et secundae declin.
heretur in *um:* sed idem factum esse aut fieri
in illius generis vocum nominativo et dati
(Boi, Bois = Boii, Boiis), contrahique potu
tivum plur. quartae declin. in *um*, milibu
cum aliorum antiquorum monumentorum
facere non potui quin mihi pro certissimo

nam ex pronominibus *i* et *idem* pro *ii* et *iide*
is et *isdem* pro *iis* et *iisdem* scriptum dictumqu
vel ex Prisciani praeceptis notum est. at ex eiu
Puteani auctoritate videmus, non pauca tertiae d
nomina dativum et ablat. plur. non modo in *ibu*
etiam in *is* conformasse, cuius generis formas quam
recipere ausus non sum, tamen verissimas esse
dubito. Non minus certum est, multo plura no
quam quae ex eo genere doctis hominibus probata
nominativum singul. non syllaba *es* tantum sed
is terminasse, ut ex. gr. non modo *plebs* et *p*
sed eodem iure *plebis* (23, 6. al.), cuius forma
empla ne primae quidem decadis antiquioribus
deesse notum est, scribi potuerit. Fore ut accus
plur. prope omnium adiectivorum et participi
quorum genitivus plur. in *ium* excidit, in hoc qu
Put. non syllaba *es* sed *is* finiretur, pro vetusta
bri expectandum erat. Si quid autem duabus
sisque rationibus formari potuit, quovis loco
Puteani auctoritatem sequendam esse duxi, nec
detractare et *detrectare*, *arcessere* et *accersere* s
et *oreretur* et *poteretur* (23, 43.), sed etiam *Mes*
(21, 50.) et *lacessiebant* (23, 46.) et *faxitur* (22
multaque alia similis generis (ex. gr. discipulina
ctori suo restitui. *Apolloni* tamen, quod 29, 1
Put. est scriptum, quamvis idem in primae qu
decadis Med. libro repertum est, in tertiam dec
recipere veritus sim. Omnibus denique eis locis,
bus idem Put. iubebat, me litteram *e* in *est* ind
dam curasse (scitum'st), nemini non probatum
Verum tamen an non recte fecerim, quod haud

cis locis in nominibus quibusdam propr
ab Puteano abierim, magnopere dubito:
bium videri posse quin Livius non cum
lemaeus sed *Ptolomaeus* scripserit, omn
antiquiorum mss. consensus persuadere
sina autem unice Livianam eius nominis
ex Put. quoque codice intellexi: multa
nomina, quae in hac potissimum tertia d
feruntur, prorsus alia, quam qua vulgo
ratione ab Livio ipso edita esse, emenda
rum codd. fidem oratio ostenderit. Qu
syntaxin attinet, non minus multa, quae
bendi consuetudine magis minusve decl
tur, si per se ferenda erant, ex eodem P
nales Livianos rettuli, quae singula enun
est. unum tamen dicendi genus, quod
non sum, at quod tot locis in illo aut
adhibitum vidi, ut pro librariorum inv
posset, h. l. breviter perstrinxerim. p
nomina propria urbium, quae ad pri
et ad secundam declinationem form
eis urbibus factum esse referendum
nitivo, ut solebant, sed in ablativo
cuius dicendi generis aliquot loci
decadis libris PM reperiuntur: quor
ritatem ut negligerem num recte
homines iudicabunt.

Fieri autem non potuisse
omnes eos locos, in quibus ex
singulari quadam Livius et poet
et qui ne I. Fr. Gronovii qu

perspecti et in integrum restituti fuerant, per se intelligitur. verum quantus eorum locorum numerus adhuc neglectus iacuerit, non tam eorum, in quibus insolitum quoddam dicendi genus et ad intelligendum subdifficilius cautos homines suspicione aliqua afficere posset, quam eorum, in quibus scriptor, si id quod in mentem venerat diligenter atque accurate exprimere vellet, nullo altero scribendi genere uti potuisset, quantus igitur eorum locorum numerus fuerit et quam ingratam inutilemque aliis atque aliis coniecturis expromendis in eis locis operam consumpserint, vel prima huius tertiae decadis capita indicare possunt, ut facile coniciendum sit, non multo minorem similium locorum numerum in posterioribus partibus fore, utpote ad quos explicandos iam multo labore fessus animus adhiberetur opportuerit. Haec quoque causa fuit, quod mihi in hac tertia decade necesse fore persuasi, ut omnibus eis locis, qui quodam modo difficiliores ad intelligendum videri possent, vel interpretatio vel explicatio subiceretur, non ea quidem, ut notae tum ad grammaticam tum ad antiquitates pertinentes res multis multorum doctorum hominum observationibus adscribendis iterum referrentur, sed quae in uno dubiorum locorum sensu exprimendo versaretur. Quantam maximam denique curam a me adhibitam esse ut ex eiusdem Puteani fonte vera integraque verborum collocatio, qua ipsa cognitionem venustatis propriaeque illius Livianae orationis elegantiae studiumque magnopere adiuvari posse nemo negaverit, quoad eius fieri posset restitueretur, non est ut dicam: cuius rei gravissimae doctam et subtilem disputationem Ioan-

nes Christ. Iahnus ne nimis diu retineat, optimarum litterarum studiosorum causa quam maxime cupimus.

Quod si harum omnium rerum nulla maior videri potest quam Puteani auctoritas, nihil magis optandum est, quam ut ne multi loci inveniantur, quibus vera eius libri scriptura me fefellerit. sed quamquam non sine causa profiteri possum, me in illo codice d scribendo omni ea, qua opus et fas erat, diligentia voluisse, tamen aliquot loci deprehendantur, e quib etiam si non omnino falsam scripturam protulisse dear, at quorum propria vis, haud raro in mine rebus collocata expressaque sed in quibus ips numquam unica emendandi spes et salus po me praeterierit. quod facillime evenire potuis eorum infitiabitur, quibus suis oculis illum aur dicem pervestigare licuit, cuius quanta prop perpallido atramento et attrita charta tam d lectu, ut haud pauci loci ne summa quider dita ita percipi potuerint ut de antiqua tione nulla posset esse dubitatio. quod fugeret, nihil antiquius habui quam ut p rem illum Colbertinum codicem, qui Pu risinos codices Livianos proximus aet tissime describerem, ut ex diligenti utr paratione difficiliores ad legendum l dicis facilius perspicerentur et expe ratione effici potuisse ut aliqua ver rare possem, non permultos inver bus docti homines vererentur ne tione in errores inducerentur, al confirmare posse. id autem e

quod non ab initio lineolis illis, quibus ab decimo fere libri XXII capite versuum fines, si quo loco vel id desiderari posset, indicavi, antiquos versus distinguere instituerim: verum otii mei angustiae ne denuo rem actam agerem prohibuerunt, cum adsiduum iam integrorum quattuor mensium studium ad hunc unicum codicem describendum contulissem.

Proximi ab Puteano et aetate et antiqua integraque scriptura servata sunt Mediceus codex vetustior membranaceus Plut. 63. num. 20. in bibliotheca Laurentiana, saeculo undecimo scriptus, et membranaceus cod. Parisinus ex libris Colbertinis, num. 5731. in regia bibliotheca et XII saeculo scriptus: quorum codicum uterque totam tertiam decadem complectitur, exceptа posteriore libri decimi parte, cuius finis in cap. 26. in Mediceo codice est. Horum librorum priorem littera M, alteram littera C significavimus. Cum multae primi libri partes ex Puteano perierint, Mediceum quoque cod. usque ad cap. 42. libri XXI diligenter et contuli et descripsi, quoniam totum librum perscrutandi otium non erat. sed vel ex ea parte id videre licet, persaepe in hoc Mediceo libro antiquam verborum collocationem sine iusta quadam causa ab librario mutatam esse, quod ita esse et Puteanus et omnes ii loci, quorum structura ex eius libri auctoritate nullo modo probari potest, persuadent. hac quoque re Colbertinum semper cum Puteano consentire, ad integrum verborum ordinem reperiendum gravissimum momentum est. Et Mediceus et Colbertinus plerumque alteram emendatricem manum Puteani ita sequuntur, ut quamquam varo Medicei librarius ex altero etiam et antiquo fonte

hauserit: id quod ex. gr. 23, 49. cogn
loco in M cum Puteani antiqua man
phantis“ scriptum est, in C „signa e
terita syllaba *uit*, quam m. 2. in Pu
luerat. In consonantium, quam vocal
Mediceus minus ab Puteano dissentit,
bertinus plerumque antiquum scribend
itaque 21, 2. in M invenimus „*con*pre
ad modum in P scribi solebat: in C „
sed cum ne in P quidem semper ide
modus servatus sit, in oratione Livia
mus, quod in Put. saepius scriptum
tur. Uterque codex alterius cuiusda
ita emendatus est, ut in eo studio
rium antiquiore aliquo codice adiutum
dubitationem poni posset. Inde tame
terius manus emendationes interdum
biae auctoritatis esse videbantur, fact
qui et I. Fr. Gronovio et Drakenb
codicem conferendum curarunt, antiqu
nus emendatrice altera manu haud
funderetur. sic enim 21, 27. Drake
ceam scripturam esse dicit „terre*bat*
stis“: at m. 1. in eo libro levi mend
„terre*bat* ex aduerso host*es*“, quod
posset, m. 2. ex *hostes* fecit *hostis*.
mine sed in verbo erratum esse et „
uerso hostes“ a Livio scriptum esse
librarium non praeterierat. 21, 20.
in Med. inventum esse „agro finibusq
tendit, Drakenborchius omissa particu

est, quo
uit ele-
s“ prae-
tam vo-
ilatione,
et Col-
tueatur.
“, quem
susque“.
n rerum
ni iussi-
rehendi-
ii opera
ni libra-
i omnem
illius al-
uam du-
t ab eis,
lediceum
rior ma-
ocis con-
s Medi-
erso ho-
tum erat
bari non
o in no-
t ex ad-
tini cod.
ronovius
lia“ con-
itali*ae*“:

verum in Med. scriptum erat „agro finibusqu
li*ae* pelli“. nihilo minus tamen negari non po
lationem huius tertiae Medicei libri decadis
borchio missam multo maiore diligentia fac
quam qua elegantissimum primae decadis cod
diceum descriptum esse in primo huius edit
lumine diximus. Cum Bambergensis tertiae
codex ab vicesimi quarti demum libri oct
incipiat, nec Beatus Rhenanus in hac prior
operis parte integriore aliquo codice usus vid
illis tribus codicibus PCM orationem Livian
partis componere conati sumus, ita tamen ut,
quum erat, in omnibus dubiis et locis et rebu
libri auctoritas maximi videretur momenti e

Qui recentioris aetatis sunt, eos codices
gni habendos esse nec sine maximo periculo
dandam antiquam orationem conferri posse
Livianus liber, haec in primis tertia decas p
necesse est: ex quo patebit, quam inepte ii
criticis iudicent, qui antiquos scriptores ver
grum restitui posse negarint nisi omnes om
culorum libri mss. diligentissime descripti
enim locos in his recentibus libris deprehe
quibus invitissimis antiquioribus codicibus
verba et cuiusvis generis verborum formae
bus formis verbisque pessime permutatae si
quibus locis egregius ille verborum aptissim
dorum ordo, quo Livius uti solebat, prorsu
sit, constructionesque orationis et ille poet
ita sublatus sit, ut, si quo loco singularis qu
viana elegantia venustasque percipi potuisse

quod dicendi genus penitus perspiciendum non tam subtiliore quam simplice nec pravis opinionibus corrupto iudicio opus esset, de antiqua oratione nihil prope integrum relictum videretur: ut nullo modo intelligi posset, cur illi de litterarum studiis optime meriti homines, quorum opera antiquorum scriptorum libri typothetarum formis descripti sunt, non ad antiquiores, ex quibus haurire licebat, fontes redire voluerint, nisi recentiores codices multo quam vetustiores ad legendum faciliores doctorumque virorum studiis permultis male se habentibus locis emendati et explicati visi essent. et in his studiis non nullos eorum, qui sua opera antiquos libros edendos curarunt, tanta diligentia et doctrina tantoque iudicii acumine versatos esse, ut permagnae eorum locorum, qui in antiquioribus libris corrupti leguntur, parti suam elegantiam ita restituerent ut in eorum inventis plane acquiescendum videretur, iam in primo volumine libere professi sumus.

Verum in hac tanta recentium huius tertiae decadis codicum copia liber Cantabrigiensis principem profecto locum obtinet, quem, quamvis haud pauci loci qua modo diximus ratione depravati ab illis temere factis emendationibus non liberum esse doceant, tamen non dubitem in eodem singulari quo primae decadi priorem Harleianum loco habere. reliquorum codicum quibus Gebhardus Gronovii Drakenborchius usi sum eam virtutem esse dixerim, ut eos in hunc ordinem redigerem, ut Vossianum Harleianum Palatinum mum et secundum sequi viderentur Loveliani quin Palatinus tertius Recanatianus Gärtnerianus Haver pianus et Berolinensis, de quo recentissimo libr

UNIVERSITY OF MIC

in Proleg. ad trices. librum Livian. locutus sum, et cuius integram scripturam ab XXIII libro contuli, utpote a quo loco librarius antiquiore codice saepius quam in duobus primis libris usus esse videretur.

Sed cum ne leviter quidem corrupti loci omnes, qui ita ut antiquissimis codicibus traduntur probari non poterant, in his recentibus libris sic emendati sint ut vere in integrum restituti viderentur, aliorum quoque virorum doctorum curam in eisdem studiis versari necesse erat, quos recentioribus temporibus in primis Laur. Vallam et I. Fr. Gronovium fuisse quivis harum rerum peritus libentissime concesserit. nam licet alio loco dixerimus, non ea semper qua par fuerit verecundia Vallam in antiquis libris emendandis versatum esse, tamen negare non possumus, in huius tertiae decadis priore parte restituenda neminem omnis eius qua vixit aetatis maiore laude dignum fuisse. Carolum Sigonium non magni habere possum, quippe qui malo iudicio de codicum suorum virtute deceptus res quidem ipsas, quae ad antiquitates pertinent, persaepe subtiliter persecutus sit, at rei criticae vim rationemque nec perspexerit nec pro ingenio suo perspicere potuerit. I. Fr. vero Gronovium quantis maximis et ipsum doctrinae copiis instructum et prae omnibus summo ingenii flore vigentem unice verum horum annalium restitutorem praedicandum esse, tot locis gratissimo animo diximus, ut non multum eius optimi viri laudi gloriaeque detrahere voluisse videamur, quod ab eo posterioribus quoque aetatibus aliquid eiusdem, in quo ipse summo cum fructu versatus erat, laboris laudisque relictum esse contenderimus. nam praeter-

quam quod non ea semper, qua necesse erat, diligentia in antiquis codicibus conferendis describendisque usus est et haud raro id quod antiquioris scribendi generis erat neglexit, in eo potissimum minus laudandus videatur, quod falsam quandam eius artis, qua Livius annales suos composuerit, speciem cogitatione menteque complexus est, qua ductus interdum ab integra antiquorum librorum scriptura ita aberravit ut, quod eum modo scriptorem deceret, qui omnes omnium locorum partes participiis cuiusvis generis ponendis quam maxime inter se connectere eamque orationem parare vellet, quae gratam illam simplicitatem, in qua antiqui scriptores tantum momenti ponere soliti erant, prae se non ferret, id ab Livio quoque scriptum esse persuasum haberet. quis autem nescit, quamvis Livius, utpote qui natura ad dicendum instructissimus esset, orationem non numquam ita composuerit, ut permultas res summaque cum arte in una periodo collocando vel eorum, qui principatum eloquentiae obtinent, laudem aequarit, non minus tamen saepe eundem solitum esse ita res gestas describere ut singulas res singulis locis tractaret, quo scribendi genere fieri non posset quin quanta maxima futuri expectatione legentium animi afficerentur. nam quod interdum minus usitatorum dicendi generum poeticaeque alicuius venustatis rationes Gronovium fugerunt, ea non hominis sed aetatis culpa fuit. quantum vero vel uno ingenio divinaque illa coniciendi facultate in emendando Livio profecerit, id omnes ii loci, quibus idem quod is una mentis vi scribendum esse intellexerat, in antiquissimis mss. diligentius collatis repertum est, persuase-

UNIVERSITY OF M

rint. nam eum tam negligenter in his rebus versatum esse ut, quod ex eisdem optimis codd. in suos libros transtulisset, pro suis ipsius inventis aut ipse haberet aut ab aliis haberi vellet, id ne putari possit tanti viri summa laus videtur prohibere. Nec Iac. Gronovium, ut qui mediocris ingenii esset, patris laudem aequare voluisse, nec Drakenborchium, qui plurimorum codicum antiquorum copias conferendo, quas utinam, si eis uti nescisset, in meliorem, quam in quem redegit, ordinem digessisset, non male de Liviano opere meritus est, ullo modo aequare potuisse, criticaque eum arte Creviero multo postponendum esse, id nemo melius videtur perspexisse quam Lud. Walchius, vir magnae subtilitatis copiosaeque doctrinae, sed qui minus valuerit illa ingenii sollertia, qua destitutus nemo in re critica exercenda maiorem laudem adsecutus sit. Quas partes Gronovius inchoatas reliquerat, vix quisquam nostra aetate dignior, qui suis studiis perficeret, videri potuit quam Ernestus Wilh. Fabri, quem immatura morte et amicis suis et optimis litteris ereptum esse nemo magis quam Livianorum annalium studiosi lugebunt. nam quamquam doctissimus vir in quattuor primorum huius tertiae decadis librorum editione maius graviusque studium in grammatica interpretatione positum voluit, ut nisi paucis locis ab ea, quam Drakenborchius maioreque cum laude I. Th. Kreyssigius et Imm. Bekkerus vulgarant, Liviana oratione abire nollet, tamen idem in suis vicesimi sexti libri emendationibus, in quibus Bambergensis potissimum codicis virtute adiutus fuerat, emendandi viam, quae una ad verum reperiendum ducere potest, ita ingressus est, ut nisi adversa for-

tuna tantum virum litterarum studiis invidisset, dubitandum non sit, quin summa aliquando gloria dignus visus fuerit. Nec praetereundi mihi sunt hoc loco alii homines docti, qui et integris libris difficiliores Livianos locos emendare studuerunt, ut E. Kästnerus, cuius viri doctrinae et acumini cum multa alia debeam tum verissimam difficillimi loci ex libri XXII. cap. XII. interpretationem: Welzii tamen emendationes, quas optimarum rerum plenissimas esse dicunt, ad hoc tempus mihi inspicere non licuit: et qui doctissimis studiorum meorum recensionibus cum alios tum me et meliora et veriora, quam quae ipse praestare potueram, docere voluerunt: quibus optimis viris, etiam si non omnia mihi probarint, et mea et litterarum communium causa quam maximas gratias ago. inter hos esse illos duumviros Heerwagenus et Wilh. Weissenbornius, cuius viri doctissimi studiis multorum corruptorum locorum emendationes, quas amicissime mihi concessas in fine huius voluminis describendas curavi, debemus, neminem praeterire potest. Hauptii coniecturas Livianas, quas quidem in Rhenano museo exposuit, non tanti habere possum. sed cum in Iahn. et Klotz. annalibus dixissem, eius rationem de scriptura Med. cod. ex libri X. cap. IX. nullo modo probari posse, mihi ita obloquutus est, ut, qui animi mei mos est, libentissime iam eum suo sibi ingenio frui passus essem, nisi me, quorum studia apud me plurimum valent, impellere pergerent, ut omnes eius hominis emendationes Livianas, quas ne ab levitate quidem ingrata omnino liberas esse dici posset, litterarum quoque causa diligenter percenserem: id quod me, si operae pretium videbitur, facturum esse polliceor.

Scribebam Berolini idibus Maiis a. MDCCCXLVI.

UNIVERSITY OF M

TITI LIVI

RERUM ROMANARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

DECADIS TERTIAE

PARS PRIMA.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER XXI.

I. In parte operis mei licet mihi praefari, quod in principio summae totius professi plerique sunt rerum scri-

„*Titi Liui decas tertia*“ in primo versu Colbertini codicis scriptum legitur, in Med. „*Titi Liui decada tertia incipit. libri decem*“.

1. *In parte operis mei licet mihi praefari:* CM: i. e. in hac parte o. m. In Lov. 4. scriptum est *liceat*, quasi bona venia Livio ab lectoribus fuerit petenda, quod ita loqueretur, ac non totus eius animus magnitudine rei describendae ac gravitate imbutus fuerit. — *Summa tota* („ein ganzes Werk“) videtur idem fere significare quod Polybianum ὅλη σύνταξις (3, 1.). minus enim placet *totius* ab *summae* disiungi et ad *operis* referri. nam quamquam *summa rerum*, *imperii*, *belli*, *exercitus*, similiaque dici solebant, id tamen h. l., quo *totius* ex *summa* penderet, vix ferendum esset. cf. Lucret. 1, 983.: spatium summai totius omne. Quintil. 5, 10. 117. — In M scriptum est „tocius“, quo pravo scribendi genere haud raro librarius codicis C usus est: „eciam, puericia, laeticia“ al. — Ad *plerique* = *multi* cf. 10, 31.: „in exercitu Ap. Claudii *plerosque* fulminibus ictos nuntiatum est“. Imprimis Thucydidem inter eos esse scriptores, quos L. ante oculos habuerit, iam M. A. Muretus docuit. — C: „que unquã gesta sint“: deinde „carthaginenses“. cap. 2.: „rem cartaginiensem“. — Recc. quidam libri: „bellum maxime memorabile omnium“. alii etiam „gesta sunt“. — — M: „quod hannibale duce

ptores, bellum maxime omnium memorabile quae unquam gesta sint me scripturum, quod Hannibale duce Carthaginienses cum populo Romano gessere. nam neque validiores opibus ullae inter se civitates gentesque contulerunt arma, neque his ipsis tantum umquam virium aut roboris fuit: et haud ignotas belli artes inter sese sed expertas primo Punico conserebant bello: et adeo varia fortuna belli an-

carthaginienses cum populo r. gessere". C: „cum populo r gessere".

6. *inter sese:* M m. 1. C] inter se (M m. 2.). Cf. 22, 38. quo loco *inter sese* ex optt. codicum fide scribendum est, quamvis *sese* paulo post sequatur. Illud *sese* tamen videtur non ad *ignotas* sed ad *conserebant* pro latino sermone referendum esse. nam ut „arma inter se conferre" „manus inter se conserere" (7, 40.) dicebatur, sic h. l. „belli artes inter sese conserere" („sich in den Künsten des Krieges mit einander messen", „mit den Künsten des Kr. gegen einander auftreten") dictum est: quamquam ex vernaculi sermonis ratione potius voci *ignotas* pronomen eius generis opus videbitur: „nec ignotae iis erant artes belli, quibus uterque hostis usurus esset". — In verbis *haud ignotas* litotes illa inesse non potest, quod *sed expertas* sequitur. cf. 10, 6.: actionem susceperunt, qua *non infimam* plebem accenderent *sed* ipsa capita plebis. 1, 23.: *haud displicet* res Tullo, *quamquam* cum indole animi tum spe victoriae *ferocior erat*. Cic. ad fam. 1, 9. 2.: tu me consiliario fortasse *non imperitissimo*, fideli *quidem* et benevolo certe usus esses.

7. *uaria fortuna belli:* CM] varia belli fortuna. — CM: *ut propius periculum fuerint qui uicerunt:* nisi quod m. 1. in M „proprius" scriptum fuerat. Rell. codd.: *periculo*. Pariter accusativum atque dativum cum hac voce a Livio coniunctum esse notum est, qua re et h. l. una meliorum librorum auctoritas sequenda erat. nam quod Silius 1, 13. „propiusque fuere *periclo*|, quis superare *datum*" in fine versus scripsit, id ad hunc locum Livianum nihil valere potest. *Vicerint*, quod ex huius loci ratione nullo pacto ferri potest, ne altera quidem manu, quod Drakenb. vult, in M. scriptum vidi: „ut ii, qui vicerunt, initio belli propiores periculum fuerint quam qui victi sunt". cf. Polyb. 3, 2.: ἐροῦμεν ὡς εἰς Ἰταλίαν ἐμ-



epsque Mars fuit, ut propius periculum fuerint qui vicerunt: odiis etiam prope maioribus certarunt quam viribus, Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma, Poenis, quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse. fama est etiam, Hannibalem annorum ferme novem pueriliter blandientem patri Hamilcari, ut duceretur in Hispaniam, cum perfecto Africo bello exercitum eo traicturus sacrificaret, altaribus admotum tactis sacris iure iurando adactum, se cum primum posset hostem fore populo Romano. angebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque amissae: nam et Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam, et Sardiniam inter motum Africae fraude Romanorum stipendio etiam insuper imposito interceptam.

II. His anxius curis ita se Africo bello, quod fuit sub

βαλόντες Καρχηδόνιοι καὶ καταλύσαντες τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν εἰς μέγαν μὲν φόβον ἐκείνους ἤγαγον περὶ σφῶν καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἀδάφους, μεγάλας δ' ἔσχον αὐτοὶ καὶ παραδόξους ἐλπίδας ὡς καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ἐξ ἐφόδου κρατήσοντες. — Paulo post CM: *quod superbe auareque crederent inperitatum uictis esse.* M m. 2.: imperitatum. Multi recc. codd.: *imperatum uictis esse.* Utroque verbo Livium usum esse collatis locis Drakenb. docuit, neque quemquam fugerit, frequentativum verbum huic loco aptius esse.

5. *fama est etiam:* CM] fama etiam est. Idem traditur a Polyb. 3, 11. — C: „hamicari". cap. 2. etiam „hamilcare". — CM: *se cum primum posset hostem fore* ° *p r:* nisi quod in M est „*fore p. r.*" Cod. Cantabr.: „cum primum posset *se* hostem fore". Harl. aliique recc. codd.: „hostem fore populi romani".

13. *stipendio etiam insuper imposito* in CM vidimus, cum in reli. codd. minus fortiter scriptum sit *superimposito* (38, 56. 39, 50.). cf. 21, 45: „tutandique pontis causa castellum insuper inponunt". De re ipsa cf. Polyb. 1, 88. sub fin. — M: affricae.

14. *his anxius curis:* CM. cf. 2, 7.: haec — cum indignitate angerent consulis animum, cet. — *Per quinque annos* (CM reli.) minus diligenter a Livio scriptum est: nam Polyb., quem Sigonius laudavit, 1, 88. ita: τρία μὲν

recentem Romanam pacem, per quinque annos, ita deinde novem annis in Hispania augendo Punico imperio gessit, ut appareret maius eum quam quod gereret agitare in animo bellum et, si diutius vixisset, Hamilcare duce Poenos arma Italiae inlaturos fuisse, qui Hannibalis ductu intulerunt. mors Hamilcaris peropportuna et pueritia Hannibalis distulerunt bellum. medius Hasdrubal inter patrem ac filium octo ferme annos imperium obtinuit, flore aetatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus, gener inde ob aliam indolem profecto

οὖν ἔτη καὶ τέτταράς που μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους πόλεμον, ὃν ἡμεῖς ἴσμεν ἀκοῇ μαθόντες, πολύ τι ὠμότητι καὶ παρανομίᾳ διενηνοχότα. — C: in *ispania*. — CM: *augendo punico imperio*. quamquam in his verbis ablativus ita positus videtur ut praepositio *in* supplenda sit, tamen ego non repugnarem, si quis *augendo imperio* pro dativo haberet, quod *augendo imperio ita se gessit* idem fere significat quod *augendo imperio ita consuluit*, et verba *augendo punico imperio* non solum ad res in Hispania gestas sed etiam ad Africum bellum pertinent: „ita Africo bello, ita in Hispania se gessit augendo Punico imperio".

5. *qui Hannibalis ductu intulerunt:* CM rell.] quae — intulerunt (ed. Frob. 1535). *Qui* multo fortius esse quam *quae* neminem praeteribit, quippe quo masculino studium reip. Carthaginiensis ab Romanorum imperio vindicandae non modo ducibus sed etiam ipsi populo Carthaginiensium tribuatur. idque recte dictum esse, Carthaginiensis senatus consulta, quorum in his proximis locis mentio fit, satis ostendunt. nec temporis ratio prohibet quominus ita scribatur, cum inter pacem prioris belli et huius alterius belli initium non plus viginti duo anni interfuerint. itaque P. Cornelius militibus 21, 41, ait: „licuit — Carthaginem delere: veniam dedimus precantibus —: pro his inpertitis furiosum iuvenem sequentes oppugnatum patriam nostram veniunt".

7. *inter patrem ac filium:* CM Harl.] inter patrem et filium (rell. codd.). — C: optinuit.

9. *gener inde ob aliam indolem profecto animi adscitus:* CM] gener inde ob altam indolem provecto annis adscitus (ex coni. Lipsii). — *Ob aliam indolem* in plerisque mss. inesse videtur,

animi adscitus, et, quia gener erat, factionis Barcinae opibus, quae apud milites plebemque plus quam modicae erant,

quamquam Sig. in recentissimo suo libro *ob altam indolem* invenit, sed quae sequuntur verba non in omnibus codd. ita ut in CM scripta sunt. nam in Cant. duobusque recc. libris esse fertur „indolem profecto *annis* adscitus" (cf. Hor. Serm. 1. 1, 4.: gravis *annis* miles:): in duobus aliis „animi" omissum est: in uno etiam duabus scripturis iunctis inventum est „ob bonam indolem profectus eius animo gratus *ob aliam indolem profecto animi* ascitus". Quamquam non video, qui interpretes de antiquae scripturae integritate dubitare potuerint, tamen et I. Fr. Gron. et qui post eum Livianos libros edendos curarunt, in Lipsii coniectura *provecto annis* ita acquieverunt, ut sibi nihil viderentur dubitare, si Livius non ita ut Lipsius vellet scripsisset, ei ita scribendum fuisse. unus tamen Dukerus de Lipsianae coniecturae virtute addubitavit, quod non videret, cur Livius dicere voluisset, Hasdrubalem *ob altam indolem* demum *a provecto iam annis Hamilcare* generum adscitum esse: nec, si *profecto* abesset, *ob altam indolem animi* ita h. l. ut idem dicendi genus 9, 4. et 17. 29, 31. ferri posse negavit. sed cum id h. l. propter additum *profecto* admitti non posset, ipsi idem quod Klockio in mentem venit, scribendum esse „provectus" vel „provectior annis", ut Hasdrubal, cum aetate iam provectus esset, ab Hamilcare gener adscitus videretur: quam scripturam integram esse non posse temporum ratio docet. sed nulla profecto eius generis coniectura opus est. primo enim dicit Livius, Hasdrubalem Hamilcari conciliatum esse flore aetatis, quem illi fruendum praebuerit, deinde eum ab eodem generum adscitum esse non ut filia nuptum data id, quod pater Hasdrubali deberet, compensaret, sed quod magna aliqua animi ingeniique indoles in Hasdrubale inesset. quod ut exprimeret, *generum illum adscitum esse* scripsit *ob aliam* i. e. *ceteram indolem:* ac ne quis de hac eius indole dubitaret, *profecto animi* addidit, quorum verborum interpretatio ne eos quidem librarios recentium quorundam codd. videtur fugisse, qui *indolem animi profecto* scribi voluerunt: „dann zum Schwiegersohn seiner anderen natürlich geistigen Vorzüge wegen angenommen".

1. *factionis Barcinae.* sic et

haud sane voluntate principum in imperio positus. is plura consilio quam vi gerens hospitiis magis regulorum conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus quam bello aut armis rem Carthaginiensem auxit. ceterum nihilo ei pax tutior fuit: barbarus eum quidam palam ob iram interfecti ab eo domini obtruncat, conprensusque ab circum-

nos hoc nomen scribi iussimus, quod idem etiam in Puteano nonnumquam reperitur, quamquam plerumque in illo antiquissimo libro id quod h. l. in CM scriptum legitur „factionis bar*chi*nae". C: barchine'.

1. *in imperio positus:* CM Cant. al.] imperio potitus (Laur. Valla recentissimos codd. secutus). Cod. Hafn.: „imperio positus". Gärtn.: „in imperio potitus". Antiquiorem scripturam vel propter ea quae praecedunt „quia gener erat, factionis Barcinae opibus" multo potiorem esse neminem praeterierit. — M: „uoluntate princip*i*um": cuius generis formas, nisi in omnibus antiquis libris aut in optimo Puteano invenirentur, recipere non sum ausus.
2. *hospitiis magis regulorum:* M] hospitiis regulorum magis. — C: „hospiciis magis reculorum". Pall. tres Cant. al.: „auspiciis magis regulorum". Muretus voluit „aucupiis", sed iam Turnebus docuit, *hospitiis* („durch seine freundschaftlichen Verbindungen") verissimam esse scripturam, quod hospitium, cum apud antiquos necessitudinis quadam lege homines devinciret, semper pro sanctissimo foedere habitum esset. — C m. 1.: *his* plura consilio cet.
5. *ob iram interfecti ab eo domini obtruncat:* M m. 2.] ob iram — obtruncavit. — M m. 1. C al.: „ob iram interfec*it* ab eo domini obtruncat*i*". In plerisque etiam recc. libris *obtruncat* est: *obtruncauit* in nullo mscr. inventum videtur. — M m. 1.: „barbarus eum quidam | *qui* palam" cet. sed altera manus alterum *qui* induxit.
6. *conprensusque:* M] comprehensusque. C: comprensusque. „Und während er, als er von den Umstehenden ergriffen worden, keine andere Miene gezeigt hatte, wie wenn er entkommen wäre, so behielt er, auch als die Glieder von der Folter zerrissen wurden, eine solche Ruhe in seinem Gesicht, dafs, indem die Freude den Schmerz besiegte, er sogar zu lachen schien". Livius non scripsit „tormentis *etiam* cum laceraretur" sed „*quoque*", quod dicere voluit, eundem barbaro ha-

stantibus haud alio quam si evasisset vultu, tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris ut superante laetitia dolores ridentis etiam speciem praebuerit. cum hoc Hasdrubale, quia mirae artis in sollicitandis gentibus imperioque suo iungendis fuerat, foedus renovaverat populus Romanus, ut finis utriusque imperii esset amnis Hiberus Saguntinisque mediis inter imperia duorum populorum libertas servaretur.

III. In Hasdrubalis locum haud dubia res fuit quin ...ativam militarem, qua extemplo iuvenis Hannibal in

...s fuisse et cum ...eretur et cum sup... ...ceretur. „Eo *fuit* ... *praebuerit*": sic ...ae ab rerum scri... ...coniunctivum perfe... ...imperfecto positum ...ut exprimeretur non ...*fieri posset*, quam ...*um esset*.

...*enouauerat pr.*: ...nb. in uno codice ...nvenit, qua forma ...imae coniugatio... ...mss. testibus Li... ...o usus est. *Plus...cto* autem, quod ...milibus locis ab ...rebus describen... ...*fecto* positum vi... ...gr. 1, 7. „utrum... ...a multitudo con...), hoc loco opus ..., quod iam de ...balis relatum es... *Iberus* sed *Hi*... ...odo h. l. in CM ... non scriptum ...tiquis libris.

...*lis locum haud dubia res fuit quin praerogatiuam militarem, qua — erat, fauor plebis sequeretur:* C m. 2.] in Hasdrubalis locum — favor etiam plebis sequeretur. — *Etiam* ab CM abest. — Haud pauci fuerunt qui in his verbis anacoluthon quoddam sibi viderentur videre: nec est negandum, simplicitatem orationis postulare ut verba *in Hasdrubalis locum* potius cum verbis *imperatorque appellatus erat* coniungantur. ne tamen ita scriberetur, videtur factum ut loco mutato maior vis in illis ipsis verbis poneretur: eoque minus id scribendi genus mirum videri potest, quo minus liberior ea verborum ponendorum ratio in his potissimum enuntiatis relativis ab sermone latino aliena fuerit. verum tamen ne de huius loci integritate extra omnem dubitationem poneremur, id fecit, quod in M et antiquiore manu codicis C „praerogatiua milita-

praetorium delatus imperatorque ingenti omnium clamore atque adsensu appellatus erat, favor plebis sequeretur. hunc vix dum puberem Hasdrubal litteris ad se accersierat, acta-

ris quam extemplo " cet. scriptum est, et in fine totius loci non *sequeretur* sed *sequebatur*, idque postremum non modo in CM sed etiam in plerisque Drak. codd. nam quamquam menda eius generis ne ab optimis quidem mss. abesse locis quibusdam primae decadis (cf. ex. gr. 3, 52.) vidimus, tamen incertum erit an ab Livio scriptum fuerit „in Hasdrubalis locum haud dubia res fuit quin praerogativa militaris Hannibalem ducem sufficere vellet" vel simile quid: quamquam ut nunc totum locum in antiquis libris constitutum videmus, vix quisquam emendatricem alteram manum codicis C sequi dubitaverit. cf. 3, 51. Polybius, quem unum in his rebus Livium ita nonnumquam secutum esse constat, ut prope eisdem verbis eius orationem exprimeret, 3, 13.: προσκεσούσης οὖν τῆς Ἀσδρούβου τελευτῆς, ᾧ μετὰ τὸν Ἀμίλκου θάνατον ἐνεχείρισαν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὸ μὲν πρῶτον ἐκαραδόκουν τὰς τῶν δυνάμεων ὁρμάς· ἀφικομένης δὲ τῆς ἀγγελίας ἐκ τῶν στρατοπέδων, ὅτι συμβαίνει τὰς δυνάμεις ὁμοθυμαδὸν ἠρῆσθαι στρατηγὸν Ἀννίβαν, παραυτίκα συναθροίσαντες τὸν δῆμον μιᾷ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. Corn. Nep. Hann. 3.: (Hasdrubale) quoque interfecto exercitus summam imperii ad (Hannibalem) detulit: id Carthaginem delatum publice comprobatum est.

3. *accersierat:* M]arcessierat. — C: accesserat. m. 2.: accerserat. Cf. 3, 45.: arcessiri. 24, 34. — *Hunc uixdum puberem:* i. e. adolescentem paulo minus viginti duorum annorum. cf. Corn. Nep. Hann. 3. — CM rell.: *actaque res etiam in senatu fuerat.* Typothetarum mendo in minore editione nostra *que* omissum est. — CM: *barchinis nitentibus.* — C: ut adsuesceret milicie. — CM rell.: *atque in paternas succederet opes.* In margine codicis M adscriptum est „al. *succresceret*": quam scripturam Crevierus integriorem habuit. nec est dubitandum, quin huius alterius verbi significatio ab re ipsa aliena non sit, quippe ex quo Barcini viderentur niti, ut Hannibal tam fortis tamque strenuus vir fieret quam pater eius fuisset. nam si qui dicunt, *succrescere* non ita solere cum praepositione *in* coniungi sed cum dativo, id hoc loco, quo scriptor non proprie illo verbo

que res etiam in senatu fuerat, Barcinis nitentibus ut adsuesceret militiae Hannibal atque in paternas succederet opes: Hanno alterius factionis princeps „et aecum postulare videtur“ inquit „Hasdrubal, et ego tamen non censeo quod petit tribuendum“. cum admiratione tam ancipitis sententiae in se omnis conuertisset, „florem aetatis“ inquit „Hasdrubal, quem ipse patri Hannibalis fruendum praebuit, iusto iure eum a filio repeti censet: nos tamen minime decet iuventutem nostram pro militari rudimento adsuefacere

usus esset, non multum valere arbitror, ut contra praepositio nobis multo potior quam dativus videretur. diligentius tamen re quaesita neminem fugerit, non id modo illos voluisse, sed ut Hannibal, cum militiae adsuesceret, aliquando dignus videretur qui in eodem, quo pater felicissime functus esset, exercitus imperio poneretur. quae duae res cum scriptura, omnium codd. auctoritate comprobata, exprimantur, non est quod in illa altera, quae librarii cuiusdam ingenio debeatur, explicanda moremur.

3. *et aecum postulare uidetur:* M m. 1. C] et aequum cet. (M m. 2.).

6. *omnis conuertisset:* C] omnes conv. (M). — CM: *iusto iure eum a filio repeti censet.* Ant. Perizonius *eum* abesse malebat: sed id pronomen demonstrativum praecedente relativo aut participio quodam saepe ita a Livio scriptum videmus, cum maiorem quandam vim in substantivo, ex quo pendebat, poni voluit. pro vernaculo sermone pronomen *dûs* cum praecedente substantivo coniungendum erit. cf. 1, 58.: „*cultrum*, *quem* sub veste abditum habebat, *eum* in corde defigit“. 1, 19.: „qui regno ita potitus *urbem* novam *conditam* vi et armis, iure *eam* legibusque ac moribus de integro condere parat“. Quod vero Strothius (1, 19.) in hoc demonstrativo eandem vim, quae in pronomine *idem* inest, videre vult, vehementer errat: 21, 43.: „si, quem animum in alienae sortis exemplo paulo ante habuistis, *eundem* mox in aestimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites“. — C: florem etatis — prebuit. M m. 1.: annibalis. — *Pro militari rudimento* h. l. non significare „statt sie im Kriegsdienste zu üben“ sed „quasi in eo militare rudimentum ponendum sit“, ut Fabri interpretatus est, sequentia docent.

... rauci ac terme optimus quisque Han
ıtur, sed, ut plerumque fit, maior pars mel

e *Hamilcaris filius nimis*
ero — regni paterni spe-
em videat („dass er allzu
ät ein Bild der unum-
ıränkten Macht seines Va-
s sehen werde") recte
iptum videtur, quamvis
modo in Pall. et Dra-
b. codd. sed etiam in CM
em uideat" sit. persaepe
n in mss. non antiquissi-
spes spem (aut *spēs*
n) pro *species speciem*
tum videmus. si quis vero
etur, vocem *spem* non
facile reiciendam esse,
regni paterni spes la-
lici potuerit, id quidem
negamus, sed offendere
verbum *videat*. huc
it, quod *species* ex ea-
ocum numero est. mi-

bendum esse,
intelligo.

5. *docendum:* M
Altera manus i
M hoc verbum
CM: *ne quand*
Hav.: *ne quando*
gandum, illud *qu*
in *quandoque*
sed particula *que*
id addi, quo tem
magis extendatur,
est: „damit nicht
sei nun früher
ter". cf. 29, 10.:
que hostis alienig
Italiae bellum intul
pelli Italia vinciq
si" cet. Nonnumqu
doque idem quod
quidem significare t

missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit: Hamilcarem iuvenem redditum sibi veteres milites credere, eundem vigorem in vultu vimque in oculis habitum oris lineamentaque intueri: dein brevi effecit ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset. numquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit: itaque haud facile discerneres, utrum imperatori an exercitui ca-

in particula *atque* et in omnibus particulis copulativis inerat, si quid, quod generaliter dictum erat, his coniunctionibus additis specialiter describebatur. — In multis recc. libris scriptum est *adsentiebant:* cf. idem apud Cic. ad Att. 9, 9. 1. et Prisc. 8, 6. 32.

2. *Hamilcarem iuuenem redditum sibi ueteres milites credere:* CM Harl. In rell. codicibus scriptum esse fertur „hamilcarem *iuuentem* redditum sibi" cet., quod vel propter *redditum sibi* ferri non potest. videntur illi boni librarii pro recentium temporum ratione ante oculos habuisse „veteres milites Hamilcarem viventem sibi videbantur videre". — *Eundem vigorem in vultu vimque in oculis* cet.: „sie fanden in seinem Ausdruck dieselbe Lebhaftigkeit und dasselbe Feuer in seinen Augen, eben die Gesichtsbildung und Züge". — CM: „liniamentaque". — Paulo ante C: in ispaniam.

4. *dein breui effecit ut pater in se minimum monumentum ad fauorem conciliandum esset:* CM al. In Lov. 1. inventum est „minimum mouimentum". Sed recte videtur L. Valla *momentum*, quod etiam in Pall. codd. scriptum est, restituisse: „dass die Ähnlichkeit mit dem Vater für ihn den geringsten Einfluss darauf hatte". idem enim mendum h. l. quod 1, 47. factum videtur, quo in PM *nullum monumentum* vidimus, cum scribendum esset „nec conquiescere ipsa potest, si — ipsa regio semine orta *nullum momentum* in dando adimendoque regno faceret". cf. 28, 17.: magnum in omnia momentum Syphax adfectanti res erat Africae. Iust. 17, 2.: Pyrrhus — ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset. — CM: *ad res diuersissimas parendum atque imperandum.* C m. 2.: parendo atque imperando.

8. *discerneres:* CM] decerneres (I. Fr. Gron.). Cf. 22, 61.: quid veri sit, discernere queas. 8, 34. 21, 18. al. — M m. 1.: haut facile. — CM: „utrum imperatori *an* exercitui carior

rior esset: neque Hasdrubal alium quemquam praeficere malle ubi quid fortiter ac strenue agendum esset, neque milites alio duce plus confidere aut audere. plurimum audaciae ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat: caloris ac frigoris patientia par: cibi potionisque desiderio naturali non voluntate modus finitus. vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora: id quod gerendis rebus superesset, quieti datum: ea neque molli strato neque silentio accersita: multi saepe militari sagulo opertum humi iacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. vestitus nihil inter aequales excel-

esset". Harl. et plerique recc. codd.: „imperatori *aut* exercitui". — Dein M m. 1.: „neque hasdrub*a*lium quemquam" cet. M m. 2. C: „hasdrubal alium" cet. — Recc. nonnulli codd.: „fortiter *aut* strenue". — Paulo post M: audaſiae.

7. *non uoluntate modus finitus:* CM Cant. al.] non voluptate modus finitus. — Livius igitur dicere voluit, non tantum cibi potionisque Hannibalem sumere solitum esse, quantum sumere *vellet* aut capere posset, sed quantum naturale desiderium aut leges naturae postularent. — M: cybi. — CM: *discriminata tempora.* de rhythmico horum verborum numero cf. 22, 50.: „haec ubi dicta dedit" cet.

10. *accersita:* CM] arcessita. Cf. 21, 3.: accersierat.

12. *uestitus nihil inter aequales excellens:* M m. 2. C m. 1. — M m. 1.: „uestitus nihil inter aequa | les atque equi conspitiebantur". sed m. 2. in margine adscripsit „excellens arma". — *Vestitus* apte cum *excellens* coniungi potuit: „vestitus nihil ab aequalium vestitu differebat". quod cum librarii quidam non perspicerent, non modo in recentissimis duobus libris sed etiam altera manu in C scriptum est *uestitu*, quasi propter *inter aequales* ad Hannibalem *excellens* referri oporteret. Sed *arma atque equi conspiciebantur*, i. e. hominum oculos ad se convertebant, quod cultu suo digna erant quae aspicerentur. sic saepe hoc verbo Livius usus est: 5, 23.: maxime *conspectus* ipse *est* curru equis albis iuncto urbem invectus. 6, 4.: Capitolium saxo quadrato substructum est, opus vel in hac magnificentia urbis *conspi-*

lens: arma atque equi conspiciebantur. equitum peditumque idem longe primus erat: princeps in proelium ibat, ultimus conserto proelio excedebat. has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant, inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri nihil sancti, nullus deum metus

ciendum. 30, 45.: *conspecta* mors (Syphacis) fuit, quia publico funere est elatus. 7, 7.: extra ordinem etiam in acie locati, quo *conspectior* virtus esset.

2. *princeps in proelium ibat, ultimus conserto proelio excedebat:* CM Cant. Harl. al. In Sigoniano aliisque recentibus libris scriptum est *confecto proelio*, quod antiqua scriptura librariis non satis expressum videbatur, Hannibalem ex proeliis non excessisse, nisi pugna ad finem perducta esset. sed illi diligentissimi homines parum videbant, quas ineptias optimum scriptorem dicere iuberent, cum ab eo scriptum vellent, *confectis proeliis* i. e. hostibus fugatis aut a pugnando sponte desistentibus Hannibalem in agmine extremo militum suorum in castra redeuntium conspici solitum esse. quanto melius Livius *conserto proelio* („wann der Kampf einmal begonnen hatte")! cum enim ita scriberet, non id modo dixit, nisi finito proelio illum ab signis non abstitisse, sed etiam ab eo tempore, quo manus consertae essent, ad finem pugnandi in omnibus rebus, quibus milites ab imperatore suo adiuvari possent, suorum saluti prospexisse, neque quidquam, in quo eius opera desideraretur, praetermisisse, antequam proelium finitum esset. cf. 23, 6.: confecto bello.

5. *nullus deum metus:* CM. — Pall. tres aliique recc. codd.: „nullus dei metus". alii paulo melius: „nullius dei metus". — Deinde C: sub hasdrubalē imperatore meruit. — CM: „*nullare, quae agenda uidendaque magno futuro duci esset, praetermissa*": i. e. *duci qui magnus fieri vult.* simili modo nonnumquam a Livio participia cum nominibus coniuncta videmus. ex. gr. 1, 42.: „censum instituit, rem saluberrimam *tanto futuro imperio*" („für ein Reich, *das so gross werden sollte*"). cf. quoque 6, 39.: P. Manlius deinde dictator rem in causam plebis inclinavit *C. Licinio*, qui tribunus mil. fuerat, *magistro equitum* de plebe *dicto.* al. — In recentibus quibusdam libris scriptum est *agenda audendaque.* sed quamquam saepe a Livio ita scriptum videmus (cf. 26, 7.: „ad

arem deinde Hasdrubalem, cunctantem c
neret, Saguntinis inferre bellum statuit.
ndis quia haud dubie Romana arma mov

omnia agenda audendaque“:), tamen id huic loco minus aptum esse iam I. Fr. Gron. docuit, non enim in audendo summa virtus ducis posita esse potest, sed cum is, qui boni ducis gloriam assequi vult, omnium rerum, quae militibus agendae sunt, facultatem strenue agendo sibi ipse paraverit, eaque, quae in bello gerendo evenire possint, antequam fiant, cogitando praeceperit multoque ante rem praeviderit, ne in ipso periculo imparatus videatur temereve agere cogatur. *lux est declaratus:* C m. . M m. 3. — C m. 1.: declaraturus. M m. 1.: declara-

dubiae“, biae“, que saepe etia pro *e* et *e* est. — Sim res in eode nes poneren ab optimis q ribus id q enunciato ex descriptum enim dubium illa verba s quia, si Sag rentur, nihil quin futurum arma movere etiam factum haud dubie scribi nomet

cadum prius fines — ultra Hiberum ea gens in parte magis quam in dicione Carthaginiensium erat — induxit exercitum, ut non petisse Saguntinos sed rerum serie finitimis domitis gentibus iungendoque tractus ad id bellum videri posset. Cartalam urbem opulentam, caput gentis eius, ex- 5

CM: ultra *h*iberum. — C: in ditionem. M: *in parte magis quam in dicione carthaginiensium erat:* i. e. Olcades nondum erant in dicione Carthaginiensium, sed in ea Hispaniae regione ultra Hiberum sedes habebant, quam ex magna parte Carthaginienses imperio suo subiecerant. — CM: *rerum serie finitimis domitis gentibus iungendoque tractus* cet. In his verbis illud ἓν διὰ δυοῖν inesse manifestum est, quod latine interpreteris „*ad coniungendam domitarum gentium seriem*“ (cf. Quintil. 7, 1. 14.): et vernaculo sermone fortasse: „damit es schienen könnte, als habe er nicht eigentlich auf Sagunt einen Angriff im Auge gehabt, sondern sei nur nach der Unterwerfung der Nachbarvölker durch die natürliche Verkettung der Verhältnisse und durch die Nothwendigkeit auch die von ihnen eingeschlossene Stadt der Carthagischen Herrschaft einzuverleiben zu diesem Kriege gezwungen worden“. — Cant.: iungend*a*que. Cod. Sigon.: iungend*is*que.

5. *Cartalam:* M Harl.] Carteiam. — C: cartattam. Pall. 1. 3. aliique recc. codd.: *cartaiam.* alii aliter. Urbis Carteiae, non in Olcadum finibus sed haud procul Gaditano freto sitae, 28, 30. 43, 3. mentio fit. Polyb. 3, 13.: Ἀννίβας δὲ καταλαβὼν τὴν ἀρχὴν εὐφέως ὥρμησεν ὡς καταστρεψόμενος τὸ τῶν Ὀλκάδων ἔθνος, ἀφικόμενος δὲ πρὸς Ἀλφίαν τὴν βαρυτάτην αὐτῶν πόλιν κατεστρατοπέδευσεν κ. τ. λ. Editores tamen I. Casaubonum, qui ex Steph. Byz. et ex Suida Ἀλφαίαν scribendum coniecerat, secuti sunt. sed cum Vaccaeorum quoque urbes, Hermandica et Arbocala, quarum paulo post mentio fit, apud Polyb. paulo aliter nominarentur Ἑλμαντική et Ἀρβουκάλη, in re incerta antiquissimum huius partis totius operis Liv. codicem sequi satius habuimus. — C m. 2. M m. 3.: *quo metu perculsae minores ciuitates stipendio inposito imperium accepere.* C m. 1.: imperio accepere. M m. 1.: imperium accipere. *Stipendio inposito* cet. h. l. nihil aliud videtur esse quam „non modo stipendium impositum

...rum urbes vi cap
tute et multitudine oppidanorum diu c
andica profugi exulibus Olcadum — pric
e gentis — cum se iunxissent, concitant (

pependerunt sed etiam imperium acceperunt": „nachdem ihnen eine Contribution auferlegt worden". sic quoque Polyb. 3, 13.: ταχέως ἐκράτησε τῆς πόλεως (Ἀλφίας), οὗ συμβάντος οἱ λοιποὶ γενόμενοι κατακλαγεῖς ἐνέδωκαν αὑτοὺς τοῖς Καρχηδονίοις. ἀργυρολογήσας δὲ τὰς πόλεις καὶ κυριεύσας πολλῶν χρημάτων ἦκε παραχειμάσων εἰς Καινὴν πόλιν.

cunctis ciuium sociorumque animis in se firmatis: CM cod. Sig.] cunctis civium suorum sociorumque animis cet. (Pall. aliique recc. codd.). — In Cant. omnibusque prone

Sanctii] t
mandica
eorum urb
toerum ur
Harl. al.: c
recc. codd.
Edit. Mog.
bes. Sigon
urbes" scri
cte videntur
tellexisse,
esse quam
scripturam p
labarum *cal*
generis tot
codd. reper
10. *Carpetano*
ptum est, c
dem libri-

ique Hannibalem regressum ex Vaccaeis haud procul Tago lumine agmen grave praeda turbavere. Hannibal proelio ibstinuit, castrisque super ripam positis, cum prima quies ilentiumque ab hostibus fuit, amnem vado traiecit, vallo- que ita producto ut locum ad transgrediendum hostes ha- erent, invadere eos transeuntes statuit. equitibus praecepit it, cum ingressos aquam viderent, adorirentur peditum

codd. omnibusque prope recc. omissum est *haud*.

3. *castrisque super ripam positis:* CM. *cf.* 1, 9.: (Aeneas) „situs est — super Numicum fluvium". Castra *super ripam* (unmittelbar am Ufer) Hannibal posuit non modo ut hostes a praeda rapienda defenderentur, sed ut ipse opportunitate transeundi data proximus flumini esset, et ut locus firmatus transeunti agmini praesidio esset. — *Amnem vado traiecit* non modo in C et in rell. codd. sed etiam in M, quod Drakenb. negat, scriptum est. — CM: *vallo que ita producto:* „und nachdem er sein Lager nur so weit vom Flusse entfernt hatte dass". qui sensus cum aliquot librarios fugeret, in cod. Harl. aliisque scriptum est „vallo *itaque* producto". — Paulo post M m. 1.: ingressus. M m. 3. C: ingressos.

7. *adorirentur peditum agmen. in ripa elephantos — quadraginta autem erant — disponit:* CM] adorirentur. peditum agmen in ripa et elephantos — disposuit (ex coni. I. Fr. Gron.). — Idem quod in CM scriptum est in Harl., nisi quod in eo et in Cant. *disposuit* inventum esse fertur. Puncto post *adorirentur* posito I. Fr. Gron. *et* addi, Drakenb. pro eo *elephantosque* scribi voluerunt, quod *peditum agmen* non hostium sed Hannibalis esset. quod si ita est, ne particula copulativa quidem opus erat, cum eius generis asyndeta apud Livium haud raro inveniantur. sed ne id pro vero haberi possit, multa sunt quae prohibeant. traiecerat enim Hannibal Tagum, non modo ut flumen pro munimento haberet, sed ut hostes, si traicere auderent, transeuntes et aggredi et delere posset. quamquam exercitus eius centum milibus hostium par non erat, tamen non admodum parvus fuisse potest, quod exiguis copiis ne Vaccaeos quidem, quorum urbes et virtute et multitudine defensae dicuntur, aggredi ausus esset. cum igitur et Polybio teste Hannibal vincere hostes non potuisset, nisi singulari quadam prudentia usus esset,

nostium copiis in ripa dispositis a transeundo deterrerentur. quibus ex causis, si Hannibal ad transeundum incitare vellet, cum iam consentaneum fuisset minorem exercitum in ripa collocari, qui tantas copias centum milium hominum ab transeundo prohibere non posse videretur, id etiam accedit, quod ab illo peditum agmine, quod Gronovius et Drak. in ripa ab Hannibale positum volunt, nihil omnino factum esse dicitur, quod in tanta re profecto maxime mirum fuisset. equites modo, qui vel in flumine stabiles essent, et apud Livium et apud Polyb. cum elephantis quadraginta omnes eos hostes conficiunt, qui flumen aut ingressi erant aut in alteram ripam pervenerant. tum demum, cum hostes

congrec
ditum
lis sed
ingress
quo di
mina co
ralis se
L. usus
„cuneus
eres gau
totam a
currunt“
hostium
scripsit,
ut in hac
traria m
nullos en
fuisse, o
utrumque
tur, oste
Liviana
differt, q
hostium
lium hon

caeorumque centum milia fuere, invicta acies, si aequo dimicaretur campo. itaque et ingenio feroces et multitudine freti et, quod metu cessisse credebant hostem, id morari victoriam rati quod interesset amnis, clamore sublato passim sine ullius imperio qua cuique proximum est in amnem ruunt. et ex parte altera ripae vis ingens equitum in flumen inmissa, medioque alveo haudquaquam pari certamine concursum, quippe ubi pedes instabilis ac vix vado fidens vel ab inermi equite equo temere acto perverti posset, eques corpore armisque liber — equo vel per medios gur-

CM: *quadraginta autem erant.* In recc. codd. *autem* aut ante *elephantos* aut post eam vocem positum et in Cant. „quadraginta autem" omisso verbo *erant* scriptum est. denique *disponit* etiam in multis recc. codd. servatum est.

1. *centum milia fuere, inuicta acies, si aequo dimicaretur campo:* CM: „ein Heer, das unbesiegbar gewesen wäre, wenn der Kampf auf offenem Felde statt gefunden hätte". Cum esse non possit ut Livius dicere voluerit, exercitum centum milium hostium nullo pacto ita vinci posse, *si dimicaretur* pro *si dimicatum esset*, ut res praesentior videretur, scriptum oportet, quo dicendi genere et aliis locis inprimis cum coniunctionibus *si* et *cum* pro plusquamperfecto imperfectum coniunctum videmus. Polyb. 3, 14.: πρὸς οὓς εἰ μὲν ἐκ παρατάξεως ἠναγκάσθησαν οἱ Καρχηδόνιοι διακινδυνεύειν, ὁμολογουμένως ἂν ἡττήθησαν. Ad *invicta* cf. 6, 16.: „nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant, sed *invicta* sibi quaedam patientissima iusti imperii civitas fecerat".

6. *et ex parte altera:* CM rell. Fr. Modius *et* melius abesse dicit: sed hanc particulam in principio locorum haud raro scriptam videmus, cum scriptor in eo quod dicendum esset, maiorem quandam vim poni vellet, ut ea his locis propemodum particulae *at* respondeat. cf. ex. gr. 21, 33.: „*et* equi" cet. 3, 47.: „*at* in urbe" cet. — M: hautquaquam. — C m. 1.: pedes instabiles. C m. 2. M: instabilis. — CM: *uel ab inermi equite equo temere acto perverti posset:* „selbst von einem der Waffen sich nicht bedienenden Reiter umgestürzt werden könnte, wenn derselbe das Pferd nur gerade darauf los gehen liesse". — CM: *comminus.*

gites stabili — comminus eminusque rem gereret. pars magna flumine absumpta, quidam verticoso amni delati in hostis ab elephantis obtriti sunt: postremi, quibus regressus in suam ripam tutior fuit, ex varia trepidatione cum in unum colligerentur, priusquam tanto pavore reciperent animos, Hannibal agmine quadrato amnem ingressus fugam ex ripa fecit, vastatisque agris intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. et iam omnia trans Hiberum praeter Saguntinos Carthaginiensium erant.

VI. Cum Saguntinis bellum nondum erat, ceterum iam belli causa certamina cum finitimis serebantur, maxume

2. *delati in hostis:* CM] delati in hostes. — C m. 2. M: uerticoso amni. C m. 1.: amne. — M: ab *h*elephantis. — CM: *quibus regressus in suam ripam tutior fuit:* i. e. tutior videbatur.

5. *priusquam tanto pauore reciperent animos:* M m. 1. C Pall. 1. 3. al.] priusquam ex tanto pavore cet. (M m. 2. Harl. al.). *Ex* omitti posse videbatur aut quod modo dictum esset „*ex* varia trepidatione" aut quod vel per se ablativus sufficeret, quem ad modum hunc ablativum absolutum positum videmus, ubi praepositio *a* aut *ex* scribenda videretur. nec sine causa h. l. *tanto pavore* scriptum est, si L. exprimere voluit, Hannibali non omnem iam pavorem ex hostium animis cessisse visum esse, id quod „*ex* tanto pavore" significaret, qua re cum *in tanto pavore* (sic etiam unus cod. Drakenb.) essent, non esse cunctandum, ne animos reciperent. — *Agmine quadrato* h. l. nihil aliud esse potest, quam et *omnibus copiis* et *ad pugnandum instructis paratisque*. — Ad *fugam — fecit* (i. e. ex ripa ipsa hostes aggressus fugavit) cf. 22, 24.: „equitatus cum levi armatura emissus in frumentatores late caedem fugamque hostium palatorum fecit". contra vero 8, 9.: „consternatae cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt" (i. e. fugam vastam ipsae capessiverunt). — CM: *carpetanos.* — Paulo post CM: *trans hiberum.*

10. *ceterum iam belli causa certamina cum finitimis serebantur:* i. e. cum alias finitimas gentes tum Turdetanos Hannibal impulit, ut suo ipsius auxilio freti causas iurgii rixaeque Saguntinis inferrent belloque eos lacesserent. — M m. 1.: maxime. M m. 2. C: maxume. — C m. 1.: tude-

urdetanis. quibus cum adesset idem qui litis erat sator, ec certamen iuris sed vim quaeri appareret, legati a Saguntinis Romam missi auxilium ad bellum iam haud dubie minens orantes. consules tunc Romae erant P. Cornelius cipio et Ti. Sempronius Longus: qui cum legatis in sena-

tanis. — CM: *quibus cum adesset idem qui litis erat sator.* haec verba significare, Hannibalem, qui illis gentibus auctor fuerat ut lites Saguntinis intenderent, cum arbiter litium factarum advocaretur, semper secundum eos, quorum studia animosque adversus Saguntinos concitaverat, iudicasse manifestum est. — M: queri. — C: „legati saguntinis“: sed eadem manu antiqua *a* adscriptum est. — M: „haut dubie imminens. cōs.“ cet. omissa voce *orantes*, quae in C est, quamquam potius *oratum* (3, 25.) scribendum fuit. cf. 42, 46.: „legatos in Macedoniam miserunt praesidium *petentes*, quo se adversus impotentem superbiam Thebanorum tueri possint“.

4. *cōs. tunc Romae erant P. Cornelius Scipio et Titus Sempronius Longus:* CM. In antiquis codd. *cōs.* pro *cōss.* contraque *cōss.* pro *cōs.* nonnumquam scriptum inveniri notum est. non minus saepe *T* pro *Ti* in eisdem libris positum videmus. nam illorum consulum alterum non *Titum* sed *Tiberium Sempronium* fuisse non modo apud Polyb. 3, 40. legimus sed etiam apud Livium 21, 15., quo loco in CM „principio anni quo p. cornelius ti. sempronius cōss. fuerunt“, pauloque post „creatus a ti. sempronio cōs.“ scriptum est.

5. *qui cum legatis in senatum introductis de re p. retulissent:* CM: nisi quod in M „*re*tulissent“ scriptum est. — CM: *quibus si uideretur digna causa, et hannibali denuntiarent* cet. = „qui, si eis causa digna videretur, denuntiarent“: cuius attractionis genus quamquam non admodum raro invenitur, tamen eo tum demum diligentiores scriptores usos videmus, cum maiorem quandam vim in eo loco, quem ita adiunctum ceterae orationi voluerunt, ponendam censerent. sic hoc loco cum vel *qui* vel *eis* suppleri posset, nec satis apte utrumque eodem loco ponendum videretur, non ita L. simplicitatis orationis studiosus fuit ut *qui* scriberet, quod illud alterum maioris momenti videri oporteret, cum nihil agendum esset, nisi quod *praesentibus legatis* ex dignitate populi romani *videretur*. cf.

integro res ad senatum, et alii p
Hispaniam atque Africam decernentes

1, 41.: „*quem* nisi Sagun-
inum scelus agitaret, *respi-
eret* profecto — foedera Ha-
nilcaris scripta manu“ cet.
– CM: *ut ab saguntinis
ociis p. r. abstineret*. Codd.
arl. Lov. 4. 5.: „populi ro-
ani sociis“. — M m. 2. C.:
raicerent. M m. 1.: „traie-
erent“. — CM: *sociorum
. r.* — M m. 1.: quaerimo-
ias. — C: hac legecione.
I m. 1.: „haec legatio de-
reta“ cet. sed m. 2. verum
estituit „*hac legatione de-
reta necdum missa*“. Aptis-
me hoc brevi dicendi ge-
ere ablat. absolutum priori
ationi adiectum videmus,
i paucis verbis id, quod
a senatus consulta fieri iu-
die Absen
sandten bes
aber noch
worden, eh
wartet hätt
von der Bel
— Ad *spe
„cum haud
bio esset bel
id quidem s
rius fuit“.

7. *tunc relata
ad senatum*
Rell. codd.:
gro cet. Iac.
tris minime i
dum studium
relata de i
natum, *alii*“
esse censuit.

rem gerendam censebant, alii totum in Hispaniam Hannibalemque intenderant bellum: erant qui non temere movendam rem tantam expectandosque ex Hispania legatos censerent. haec sententia, quae tutissima videbatur, vicit: legatique eo maturius missi P. Valerius Flaccus et Q. Baebius Tamphilus Saguntum ad Hannibalem atque inde Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in poenam foederis rupti deposcendum.

VII. Dum ea Romani parant consultantque, iam Sa-

2. *intenderant:* CM et prope omnes rell. codd.] intendebant. „Während Andere sich dahin erklärt hatten, dass der Krieg allein gegen Hannibal in Spanien gerichtet werden müsse". Cum L. h. l. plusquamperfecto uteretur, non id modo videtur dicere voluisse, inter primos, qui sententiam rogati erant, fuisse, qui non in Africam sed in Hispaniam bellum verti vellent: sed etiam, qui ita censerent, minorem partem senatus fuisse. perpaucos denique *(erant qui)* ea prudentia usos esse, ut non temere agendum sed legatos ex Hispania exspectandos esse suaderent. — In particula *que* verbi *expectandoque* adversativae coniunctionis vim inesse nemiuem fugerit. cf. 6, 4.: labor*que* continuus. 3, 13.: *nec* sibi — licuisse „es sei ihm *aber nicht* möglich gewesen". al.

4. *haec sententia quae tutissima uidebatur uicit:* CM rell. (quamquam m. 1. loco mutato in M fuerat „uicit uidebatur"): i. e. eorum qui ita censuerant sententia vicit. cf. 30, 7.: „senatum itaque ut safetes — vocaverunt, ibi tribus una — decernebat, altera Hannibalem — revocabat, tertia romanae in adversis rebus constantiae erat—: haec sententia — vicit": et simillimus locus apud Polyb. 14, 6.: ἦν τὸ συνέδριον ἀχορίας καὶ ποικίλων — ἐκκινοημάτων πλῆρες· οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν —. οἱ δὲ —· ἕτεροι δὲ —· καὶ δὴ καὶ τέλος αὐτὴ τῶν γνωμῶν ἐκράτησεν. — Deinde C. Sigonii auctoritatem secuti scripsimus *Q. Baebius Tamphilus*, quamquam pro eo in CM omnibusque prope in rell. codd. scriptum est „q. fabius pamphilus": (cf. 21, 18.: Q. Baebium. 31, 49.: Cn. Baebius Tamphilus. 31, 50.: Cn. Baebio Tamphilo. al.). Polybius horum legatorum nomina non rettulit.

9. *parant consultantque:* CM. In his verbis non inesse il-

guntum summa vi oppugnabatur. civitas ea longe opulentissima ultra Hiberum fuit, sita passus mille ferme a mari. oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis: ceterum in tantas brevi

lud ὕστερον πρότερον (quod ex. gr. 1, 17.: „certamen regni ac cupido"), sed *parant* ad praesens, *consultant* ad futurum tempus pertinere apparet. In tribus recc. libris scriptum est „dum — para*b*ant consult*ab*antque".

2. *ultra Hiberum:* CM] ultra Iberum. — CM: *sita passus mille ferme a mari.* Polyb. paulo minorem numerum affert: ἡ δὲ πόλις αὕτη (Ζάκανθα) κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ πρὸς θάλατταν καθήκοντι πρόποδι τῆς ὀρεινῆς τῆς συναπτούσης τὰ πέρατα τῆς Ἰβηρίας καὶ Κελτιβηρίας, ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια· quae Plinio teste h. nat. 2, 23. faciunt 875 rom. passus.

3. *oriundi a Zacyntho insula dicuntur* et nos scribi iussimus, quamquam in CM et in rell. codd. est „a *sagunto* insula", et in uno Lov. 1. „a zagunto". sic etiam vel in Colb. 26, 24. „zacyntum" scriptum est, in Puteano „Laeuinus Zacynthum — parua insula est propinqua Aetoliae — Aetolis contribuit". Ad *oriundi* cf. 24, 6.: „Hippocrates et Epicydes, *nati* Carthagine sed *oriundi* ab Syracusis exule avo". — CM: *mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis.* In codicis M margine adscriptum m. 3. est „qndā" i. e. *quondam* voce *quidam* inducta. Drakenb. laudat Sil. Ital. 1, 288., qui de eadem re plura. — CM: *ceterum in tantas breui creuerant opes:* scil. „ut eorum civitas opulentissima ultra Hiberum haberi posset". — C: „trerestibus fructibus". De re ipsa cf. Polyb. 3, 17.: νέμονται δὲ χώραν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν κάμφορον καὶ διαφέρουσαν ἀρετῇ πάσης τῆς Ἰβηρίας. — CM Harl.: *seu disciplinae sanctitate:* „durch die Reinheit ihrer sittlichen Grundsätze". Rell. codd.: „seu sanctitate disciplinae". Cf. Liv. 1, 18. et inprimis Cic. in Verr. 2, 3. 7.: „iam vero hominum ipsorum (Siculorum) ea patientia, virtus frugalitasque est, ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem — videantur accedere: nihil ceterorum simile Graecorum, nulla desidia, nulla luxuries, contra summus labor in publicis privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia". — *Qua — coluerunt* recte Fabri interpretatur: *quae fecit ut colerent.*

creverant opes seu maritimis seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento seu disciplinae sanctitate, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. Hannibal infesto exercitu ingressus finis pervastatis passim agris urbem tripertito adgreditur. angulus muri erat in planiorem patentioremque quam cetera circa vallem vergens: adversus eum vineas agere instituit, per quas aries moenibus admoveri posset. sed ut locus procul muro satis aecus agendis vineis fuit, ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, coeptis succedebat: et turris ingens inminebat, et murus ut in suspecto loco supra ceterae modum altitudinis emunitus erat, et iuventus delecta, ubi plu-

4. *ingressus finis:* CM] ingressus fines. — M: triptito. C: „urbem *tripertito* adgreditur". sic semper hanc vocem in antiquioribus libris scriptam vidimus: ex. gr. 4, 59. 21, 23. al.

8. *aecus:* M m. 1. C] aequus. M m. 3.: aequs. — Paulo ante CM: „procul muro*s* satis" cet. M etiam „sed ut locus *satis* procul muro*s* satis aecus". Hinc Pal. 3. aliique recc. codd.: „procul mu*ris*". cf. 26, 10.: donec recessisset a *muris* hostis. 1, 7.: novos transiluisse muros. al. — CM: „haudquam*quam*". eandem litteram *m* et in aliis antiquis libris et in Put. semper fere in hac voce repperimus. — CM: *coeptis succedebat.* Videri potest aut *effectus operis* ad *succedebat* pertinere („es entspricht der Erfolg der Erwartung"), aut *coeptis succedebat* impersonaliter scriptum esse. cf. Caes. b. gall. 7, 26.: „omnia experti Galli, quod res nulla successerat, — consilium ceperunt ex oppido profugere." Liv. 32, 18.: „cum parum quicquam succederet", cet. 38, 25.: „et „successisset fraus, ni pro iure gentium — stetisset fortuna". Contra 25, 37.: „si successisset coeptis". al. — Paulo post C „ut in supecto loco". Vernac. sermone: „theils ragte ein ungeheurer Thurm daher, theils war die Mauer, da die Stelle bedenklich schien, über das Maass der übrigen Mauer hinaufgeführt worden".

12. *plurimum periculi ac timoris:* CM rell.] plurimum periculi ac laboris. — Ubi plurimum *periculi* est, ibi etiam plurimum *timoris* esse solet. cum igitur ii, quibus suspecti loci cura demandata erat, parum praesidii praebere viderentur, delecti iuvenes rem

rimum periculi ac timoris ostendebatur, ibi vi maiore obsistebant. ac primo missilibus submovere hostem nec quicquam satis tutum munientibus pati, deinde iam non pro moenibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat, quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant quam Poeni. ut vero Hannibal ipse, dum murum

tantam subibant, et, quo maius ibi esse periculum videbatur, et quo maiorem qui antea ibi fuerant, timorem ostenderant, eo maiore ipsi vi hostibus obsistebant. In Liviana oratione comparativum *maiore* praecedenti superlativo *plurimum* parum respondere manifestum est: (cf. 1, 25.: Horatium accipiunt *eo maiore* gaudio, *quo prope* metum res fuerat:). Quod vero Drakenborchius aliquot locis collatis Livium *periculum* cum *labore* coniungere solitum esse docuit, id per se quidem verissimum est, nihil tamen dubitamus quin, si quis diligentius laudatos locos inspexerit, eorum longe aliam esse, quam in quo emendando versamur, rationem censuerit. ex. gr. 4, 35.: „eo inpendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos speretur". 26, 13.: „ultima pericula et gravissimos labores perpessi". al. — Harl. et Sigon. codd.: *obsistebat:* sed pluralem nomina collectiva apud Livium sequi solere notissimum est.

4. *sed ad erumpendum etiam* — *animus erat:* CM rell. Haud raro ita scriptum videmus ut infinitivos historicos verbum finitum sequeretur: nonnumquam etiam ita, ut contrario dicendi genere verbum finitum sequeretur infinitivus. cf. 7, 14.: „*primo credere* duces Gallorum non descensuros in aequum Romanos, *deinde* — in proelium *ruunt*" cet. 5, 39.: „et ipsi pavore defixi *primum steterunt* velut ignari quid accidisset, *deinde* insidias *vereri*, postremo caesorum spolia *legere* armorumque cumulos *coacervare*". 7, 23.: „Galli — *primo* incerti *restitere*, *dein* — retro *ruere* alii super alios stragemque inter se caede ipsa foediorem *dare*". al. — Paulo ante C: „*ad*que turri".

7. *dum murum incautius subit:* M m. 2., cum m. 1. *incautus* fuisset. C: „dum murum incautius sub*iit* aduers*us* femur tragula grauiter ictus cecidit". M: „aduersum fem^{2}–" i. e. *femur:* („vorn an der Hüfte von einem Wurfspiesse schwer verwundet fiel"): cuius graeci, ut dicunt, accu-

incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit, tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera ac vineae desererentur.

VIII. Obsidio deinde per paucos dies magis quam oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur. per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum ac munitionum nihil cessatum. itaque acrius de integro coortum est bellum, pluribusque partibus — vix accipientibus quibusdam opera locis — vineae coeptae agi admoverique aries. abundabat multitudine hominum Poenus — ad cen-

sativi vis librarium codicis C videtur fefellisse. 24, 42. scriptum est „Cn. Scipionis femur tragula confixum erat". Caes. b. g. 5, 35.: „T. Balventio — utrumque femur tragula traicitur".

7. *itaque acrius de integro coortum est bellum:* M m. 2. C Cant. — M m. 1.: co| *h*ortum. Rell. codd.: „*ob*ortum": quod huius loci rationi minus aptum videtur: lucem, noctem, sidera, tenebras, tempestates, lacrimas similiaque oborta esse legimus. — C: uinae coeptae agi. — M m. 1.: admoriq. aries. habundabat. M m. 3. C: „admoueriq. aries. abundabat" cet.

10. *ad CL millia habuisse in armis satis creditur:* CM] ad centum enim quinquaginta millia cet. (Drak. codd.). In eisdem codd. Drakenborchianis omissum est *satis*, quamquam nec Dukerum nec Drakenb. fugit, hoc adverbium Livium cum verbis *credere*, *sperare*, *constare* ita coniungere solere. Particulam *enim* vero librarii propter ea quae praecederent addendam putarunt: sed haud raro parenthesi quadam quae illustrandae ceterae orationis essent, a Livio adiecta esse notam videtur. non minus saepe ab eodem particulas quasdam adversativas in apodosi omissas videmus (sic uti h. l. ante *oppidani*: „*während* die Saguntiner", „die Sag. *dagegen*":), in quo ipso scribendi genere elegantia quaedam latini sermonis inerat. eodem brevitatis gravitatisque studio postea particula *et* sublata „*non sufficiebant*" pro „*nec sufficiebant*" scriptum videtur. — Ad *creditur* sequente accus. cum inf. cf. 8, 26.: „satis credebatur obsidione domitos hostes in fidem venisse". 5, 33.: „eam gentem traditur fama (ablat.) dulcedine frugum maximeque vini — captam Alpes transisse". al. — CM Cant.: *multifariam*

tum quinquaginta milia habuisse in armis satis creditur —: oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri coepti sunt. non sufficiebant: itaque iam feriebantur arietibus muri quassataeque multae partes erant. una continentibus ruinis nudaverat urbem: tres deinceps turres quantumque inter eas muri erat cum fragore ingenti procciderunt. captum oppidum ea ruina crediderant Poeni, qua,

distineri. Pall. et Drak. codd.: „multimoda (!) arte detineri." Cf. gloss. Livianum.

3. *non sufficiebant:* CM Cant.] et non sufficiebant (rell. codd.). — I. Fr. Gronovius eumque secutus Drakenb. recentium codd. fide freti scribi voluerunt: „et non sufficiebant — iam enim feriebantur arietibus — muri": sed iam Dukerus recte vidit, *non sufficiebant* referendum esse ad *oppidanos*, quippe qui distinerentur omnia eodem tempore tuendi atque obeundi studio. — *Itáque.*

6. *proccidérunt:* CM Harl. al.] procciderant. M: procidẽ. — Hoc loco diligentius id describi, quod verbis *continentibus ruinis* brevius dictum erat, neminem fugerit: „an einer Stelle, wo sich Sturz an Sturz reihte, *war* die Stadt schon offen *geworden:* denn drei Thürme und die zwischen ihnen liegende Mauer *stürzten* nach einander unter lautem Gekrache *zusammen*". — C: „*tris* deinceps turres". M etiam pejus „*tris* deinceps *turris*". M m. 1.: „quantumque inter eas muri erant". m. 3.: *erat.*

7. *captum oppidum ea ruina crediderant Poeni:* CM] captumque oppidum cet. (rell. codd.). — Sublata particula *que* non modo breviorem sed etiam multo fortiorem orationem fieri, facile intelligitur. Quod autem plusquamperfecto *(crediderant)* L. h. l. usus est, exprimere videtur voluisse, perbrevi Poenos se deceptos vidisse, quod tam facili negotio tantam sese rem assecuturos esse putarent: „captum oppidum crediderant Poeni: sed cum per eam ruinam in urbem ingredi vellent, Saguntinos ex altera parte, velut si pariter utrosque murus texisset, tanta vi procurrere viderunt, ut ab incepto desistendum esset": „schon hatten die Punier geglaubt die Stadt sei nun erobert, während sie jetzt durch eben diese Öffnung auch die Saguntiner hervorrücken sahen". Ad *captum* cf. quod paulo post ad *„cepisse* iam se urbem" dictum est. *Qua* igitur nihil aliud esse quam

velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrimque in pugnam procursum est. nihil tumultuariae pugnae simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conciri solent, sed iustae acies velut patenti campo inter ruinas muri tectaque urbis modico distantia intervallo constiterant. hinc spes hinc desperatio animos inritat, Poeno cepisse iam se urbem, si paulum adnitatur, credente, Sa-

qua ruina facta vel *per quam ruinam* apparet. — Deinde scriptum est in CM „muro*s* texisset", quem nominativi formam in antiquioribus Livianis codd. haud raro servatam videmus.

4. *conciri solent:* Lovel. 3.] conseri solent (recc. quidam codd.). — CM multique recc. codd.: „con*s*ciri solent". Quae integra huius loci scriptura fuerit, unum Loveliani tertii librarium perspexisse, non modo res ipsa docet sed etiam id, quod et aliis locis librarii in eodem hoc verbo scribendo errarint. sic enim ex. gr. 22, 1. vel in Puteano „con*sci*uerat spes" pro „*con*ciuerat" scriptum videmus. cf. 10, 21.: „Etruriam concitam in arma". 41, 8.: „mentio tantum de — hostibus fuit, qui in his provinciis bellum concivissent". 33, 49.: „haud quieturum eum ante quam bellum toto orbe terrarum concisset". al. „Nichts war hier einem unvorbereiteten Gefechte ähnlich, wie es der eine oder andere Theil bei einer sich darbietenden Gelegenheit zu veranlassen pflegt: sondern ganze Schlachtreihen stellten sich wie auf offenem Felde einander gegenüber". *Constiterant*, cum dicatur quod *eodem modo saepius factum sit*, non potest h. l. eo sensu scriptum esse quo paulo ante *erediderant*, sed videtur idem significare quod *consistere solebant*, et respondere praecedenti *simile erat*, quem ad modum imperfectum et plusquamperfectum connecti solebant. — *Partis alterius* apte scriptum est, quod raro fit, ut *uterque* hostis in eadem re opportunam agendi occasionem videre sibi videantur. sed cum id quod *ab altero* neglectum est, *alteri* agendi opportunitatem praebere soleat, hac voce etiam *alterutra pars* exprimi potuit, cum integrum relinquatur, *utra pars* significetur. — *Hinc — hinc*, quod sequitur, legitur quoque 3, 55. 25, 29. al.

7. *si paulum adnitatur:* CM] si paullulum annitatur. — C: „pedem referenti": quod pro integriore scriptura haberi potest. cf. 1, 54.: sequenti nuntio. Non minus verum

guntinis pro nudata moenibus patria corpora opponentibus, nec ullo pedem referente ne in relictum a se locum hostem inmitteret. itaque quo acrius et confertim magis utrimque pugnabatur, eo plures vulnerabantur nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. phalarica erat Saguntiesse potest, quod in eodem C paulo post legitur „inmitterent“: sic enim et *nemo* (3, 40. 5, 39. al.) et similia nomina ab Livio cum plurali coniuncta videmus. sed cum in M et *referente* et *inmitteret* scriptum esset, illam alteram scripturam erranti librario deberi nobis persuasimus. „*Cepisse* iam se urbem“ perinde ac paulo ante „*coptum* oppidum“ scriptum est, quem ad modum tempore actionis perfectae uti licet, si nihil dubitandum videtur, quin id quod speratur futurum sit.

3. *quo acrius et confertim magis utrimque pugnabatur:* C] quo acrius et conferti magis utrinque pugnabant (ex coni. I. Fr. Gron.). — M: „quo acrius et confertim utrimque oppugnabant“. m. 2.: „et confertim magis utrimque pugnabant“. sed cum in hoc libro M syllaba finalis *ur* nonnumquam signo illo, quod cap. 7. in voce *femur* deprehendimus, exprimeretur, maioris momenti codicis C auctoritatem videri oportuit. — CM: „nullo — *uano* (ohne zu treffen) intercidente telo“. cf. ex. gr. 30, 10.: „Poeni *vana* pleraque — tela in locum superiorem mittebant“. 10, 29.: „Galli — velut alienata mente *vana in cassum* iactare tela“. al.

5. *phalarica:* C m. 2. M m. 3.] falarica. — C m. 1.: pharica erant saguntinis. M m. 1.: phalaeri erant. — Deinde scriptum est in CM „abligneo“ pro *abiegno*, quod in uno Cant. servatum esse dicitur. Quod autem sequitur in CM et rell. codd. „et cetero tereti“ non dubitavimus pro Ascensiana emendatione „*cetera*“ recipere, cum *cetero* non minus quam *abiegno* et *tereti* pro Liviano scribendi genere ad *hastili* referri posset: „die Saguntiner bedienten sich der Phalarica, eines Wurfgeschosses von tannenem Schaft, der mit Ausnahme der Spitze ganz gerundet war“. — Paulo post scriptum est in CM „stuppa circumli*ti*gabant“: et in C „linebanturque pice“. m. 2.: „linebaturque“. C m. 3. M: „liniebanturq.“ Rell. codd.: „liniebantque pice“. sed syllaba *ur* sublata scriptura codicis C unice vera videbatur esse. cf. quoque Sil. 1, 355., qui de ea pha-

nis missile telum hastili abiegno et cetero tereti praeterquam ad extremum, unde ferrum extabat: id, sic ut in pilo, quadratum stuppa circumligabant linebantque pice: ferrum autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. sed id maxime, etiam si haesisset in scuto nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, cum medium accensum mitteretur conceptumque ipso motu multo maiorem ignem ferret, arma omitti cogebat nudumque militem ad insequentes ictus praebebat.

IX. Cum diu anceps fuisset certamen et Saguntinis,

larica et haec: „sed cetera pingui | uncta pice, atque atro circum*lita* sulphure fumant". Ne quem denique fugeret, in sequentibus verbis *ferrum longum* non subiectum sed obiectum verbi *habebat* esse, subiectumque esse *missile telum*, librarius alter codicis C inter verba *ferrum autem* pronomen *id* adscripsit. — M: „habe*bant*" — „posse*t*". — Cantabrigiensi excepto recc. codd.: „tres *in* longum habebat pedes".

7. *conceptumque ipso motu multo maiorem ignem ferret:* M m. 3. C. — M m. 1.: „conceptumque ipso tumultu mitiorem ignem" cet. — CM: „arma *omitti* cogebat". idem accusativus cum inf. ex *cogere* pendens legitur 7, 11. 21, 31. 23, 35. al. Cod. Cant.: arma *di*mitti cogebat. — C m. 1.: „ad insequentes *istis* prębebat". m. 2. *ictus* restituit. „Aber das verursachte am meisten Schrecken, dass das Geschoss, selbst wenn es im Schilde *sollte stecken geblieben* und nicht in den Körper *gedrungen sein* (haesisset — penetrasset), da es in der Mitte angezündet abgeschleudert ward, das aufgefangene Feuer mit einer durch den Schwung selbst noch bei weitem vergrösserten Gewalt dem Gegner zuführte, was den Soldaten zwang die Waffen wegzuwerfen und ihn den folgenden Würfen gänzlich bloss stellte".

10. *cum diu anceps fuisset certamen:* CM Cant. — Rell. codd.: cum *ergo* diu anceps cet. — Neminem fugerit, non modo *quia resisterent* et *quia non vicisset* sed etiam *praeter spem* (gegen Erwarten) e Saguntinorum sententia dictum esse. nam quamquam haec verba videri possunt ad Hannibalem pertinere, quippe qui vix exspectarit tantum ibi bellum fore quantum conflatum videret, tamen eadem verba non minus ad Saguntinos referri possunt, qui, cum ab Hannibale finitimas omnes gentes devictas

... arma, nec Hannibali in tanto discrin

derent nec ullum ab Roma-
s auxilium sperandum esse,
tamvis animis destinatum
set hosti non cedere, tamen
x crediderint fore, ut tam
u Hannibali irato tantoque
is exercitui eum prospero
iodam successu resisterent.
· CM: *inde inpeditum tre-*
dantemque exturbant, po-
remo fusum fugatumque
castra redigunt: nisi
ed m. 1. in M scriptum
at „redicunt", quod facil-
ne fieri potuit, cum etiam
Puteano litterae *G* et *C*
terdum vix discerni queant.
peditur, quem quis ita in-
clusum tenet, ut id quod
t nec facere nec expedire
sit: *trepidat*, qui videre
i potest quid potissimum
uendum sit. *fundere* ac

etiam verbo
lere inest,
augendam e
naculo serm
erheben die
das Feldgesc
den Feind z
Breschen de
versperren si
und drängen
nirgends meh
wieder zu sa
über die Gre
hinaus, und j
in wilder Fl
seinem Lager
7. *effrenatarum*
rell.] efferatar
Valla). Quod
buit ne ad au
ram redirent,
detur fuisse,

rae esse legationes audire. apparebat non admissos protinus Carthaginem ituros. litteras igitur nuntiosque ad principes

omnino rationis iurisque legibus coerceri posse viderentur, ut legati ne non sine summo periculo ad castra adirent timendum esset. Deinde, quod L. non negative, id quod verbo *negare* fieri solebat, sed affirmative scripsit „*qui dicerent nec — nec*“ („die erklären sollten“), id non sine causa factum est, cum facile appareat, verbo *dicere* et hoc et similibus locis rem multo fortius quam verbo *negare* expediri: nam qui quid *negat*, iam ab aliquo *rogatus* esse debet, isque qui interrogat, multa orationi suae addere potest, quae eum, cui respondendum est, impediant: ne id igitur fieri posset neve quam mandatorum ab Romanis allatorum rationem habere cogeretur, legatos Hannibal antevenit misitque ad mare *qui suo nomine dicerent quid ipse et vellet et suaderet*. In duobus etiam recentissimis libris scriptum est *tot tamque*, quod, quamquam in his verbis non inusitatum est, tamen huic loco minus aptum videtur: copula enim addita multo minorem vim verborum *tam effrenatorum gentium* fore nemo non videt. cf. 5, 54.: „tot tam valida oppida“: al. — *Nec Hannibali — operae esse:* „noch *bleibe* Hannibaln *Zeit*, jetzt, wo Alles auf dem Spiele stehe, Gesandtschaften anzuhören“. 4, 8.: „neque differri census poterat neque consulibus, cum tot populorum bella imminerent, *operae erat* id negotium agere“. Plerumque tamen *operae est* significat id quod *operae pretium est* (cf. prooem.) „es ist der Mühe werth“: 1, 24.: „multisque id verbis, quae longo effata carmine *non operae est* referre, peragit“. nonnumquam etiam his verbis exprimitur id fere quod inest in *libet, iuvat me, gratum mihi est:* 5, 15.: „causatus de privati portenti procuratione, *si operae illi esset*, consulere velle, ad conloquium vatem elicuit“. — M: opere esse.

1. *protinus Carthaginem ituros:* C rell.] Carthaginem protinus ituros (M). Quamquam h. l. utraque verborum ponendorum ratio aeque probari posse videtur, tamen potius codicem C sequendum erat, quod librarium codicis M in verborum constructione interdum errasse videmus (21, 6.: vicit:), ut nisi gravissimis causis iubentibus ab codice C discedendum non sit. — Quod paulo post sequitur, *litteras nuntiosque*, frequentissimo illo dicendi genere pro „nuntios *eum* lit-

factionis Barcinae praemittit, ut praepararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset.

X. Itaque praeterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque inrita legatio fuit. Hanno unus ad-

teris" scriptum videri potest: tamen cum L. non *nuntium* sed *nuntios* scriberet, esse potest ut exprimere voluerit, mandata quaedam his nuntiis ab Hannibale esse, quorum in litteris mentio facta non fuisset. — CM: factionis barchinę. — M m. 1.: „ut pararent suorum animos". m. 3.: „ut p̄pararent" i. e. praepararent (C). — CM: „*ne quid pars altera gratificari pro romanis posset*": cuius alterius partis princeps Hanno fuit. Quod *gratificari* non cum *pro* sed cum dativo iungi soleret, Ant. Perizonius *gratificari populo romano* scribendum esse censuit, cuius loco si *p. ro.* scriptum fuisset, facile ab errantibus librariis *pro romanis* scribi potuisset. sed cum *pro* etiam „zu Gunsten, zum Vortheile jemandes" significaret (9, 24.: „et locus pro vobis et nox erit": 39, 30. al.), et *gratificari* nullo addito dativo „sich nachgiebig zeigen", codicum omnium scripturae optimo iure videtur Fabri patrocinatus esse.

3. *praeterquam quod admissi auditique sunt:* M m. 3. Pall. Lov. 4. Haverc. In rell. vero codd. et m. 1. in M et in C inventum est „praeterquam quod admissi auditique *non* sunt": quam negativam particulam huius loci esse non posse primus intellexit Phil. Rubenius. videtur id mendum, quod non admodum raro in mss. deprehenditur, h. l. factum esse, ut „*non*", cum in perantiquo quodam libro suo loco praetermissum esset, ab librario, qui eam vocem omissam videret, quamvis neglecto iusto loco adscriberetur: idem enim *non*, quod h. l. quo non debuit scriptum est, paulo post in omnibus antiquioribus codd. desideratur ante verba „*cum adsensu audientium*". Cf. 8, 12.: dixit. 9, 39.: inter ea. 10, 39.: enim. 27, 9.: excedat. 30, 15.: fide. al.

4. *Hanno unus aduersus senatum causam foederis — non cum adsensu audientium egit*] Hanno unus adverso senatu causam foederis — non assensu audientium egit. — *Aduerso senatu*, quod altera manu in M scriptum est, videtur in omnibus et Pall. et Drak. codd. inventum esse, nisi quod in Lov. 4. „auerso" est. in C vero vidimus „*aduersum*

versus senatum causam foederis magno silentio propter auctoritatem suam non cum adsensu audientium egit, per deos

senatum", in M m. 1. „*aduersu senatum*", quod, quamquam et *aduersum* apud Livium haud raro reperitur, una littera *s*, quae h. l. sequente eadem littera facillime praetermitti potuit, adiecta veram integramque huius loci scripturam *aduersus senatum* (cf. 21, 63.) praebet. *adverso senatu* vel ob id probari non oportuit, quod haec verba idem significarent quod *non cum adsensu audientium*. verum *adversus senatum* i. e. *adversus ea quae maiori senatus parti probarentur*, cum sequentibus verbis aptissime coniungi potest: nam quamquam h. l. Hannonem, qui adversus senatum Carthaginiensem loqueretur, non cum audientium adsensu dixisse legimus, tamen interdum fieri potest ut, qui adversus aliquos alicuius rei causam agit, orationis suae gravitate vel adversariis persuasisse videatur, se vere locutum esse. Particulam *non*, quae h. l. deesse non potest, non in Drak. codd. modo sed etiam in CM ante verba „*cum adsensu*" omissam esse, iam antecedente adnotatione diximus. cf. 3, 72.: „Scaptium non silentio modo sed *cum adsensu* etiam audiri". — Quae sequuntur verba ex optimorum nostrorum codd. fide restituimus. in C enim invenimus: „egit p eos foederum arbitros ac testis *hannonis suadentis* senatum optestans ne romanū cum saguntino suscitarent bellū monuisse" cet. in M: „egit† reos | foederum arbitros ac testis††sena | tum obtestans ne romanum cum saguntino suscitarent bellum | monuisse" cet. Quae in duobus mediis locis in M scripta fuerant, m. 2. erasa sunt: sed ibi altero quidem loco idem quod in C scriptum fuisse, etiam codicum Voss. et Lov. 1. scriptura docet, qui duo libri soli ex omnium Drak. codicum numero cum nostris libris congruunt, praeterquam quod in eis „ac testis. *oratio* hannonis suadentis senatum obtestan*tis*, ne romanum" cet. inventum esse fertur. verba haec media *hannonis suadentis* ex marginali quadam adnotatione in integram orationem migrasse manifestum est, quo pravo studio vel optimos primae decadis codd. haud paucis locis corruptos videmus (cf. 7, 20. sub fin.). Unum I. Fr. Gronovium non fugit, ea, quae a nobis in orationem Livianam recepta sunt, vere

Livio profecta videri, quod nemini tamen persuasit, ut vel Bekkerus et Fabri in suis edd. scribi iusserint „*egit. per deos foederum arbitros ac testes monuisse praedixisse se*“ cet., quamquam non difficile erat intellectu, verbum *praedixisse* vix posse cum praecedentibus verbis *per deos — testes* coniungi. Verba *monere* et *praedicere* et aliis locis apud Livium iuncta leguntur: ex. gr. 2, 10. *Futura* praedicendo *suademus* atq. *hortamur*.

quietura romana foedera: CM rell.; „würde ein mit Rom geschlossenes Bündniss mangetastet bleiben“. Quanta maxima elegantia Livium ex obliqua ad directam orationem pergere solere, vel haec oratio pulcherrima persuase-

se poss
bellis s
est, utr
serui a
vandum
rendo
bellis d
dass er K
an *ex bel*
sint. qua
tationis r
vera vide
hil dubite
loco mult
sit. *serit*
bello, qui,
nullam om
tem, in illo
tur bello e
mittit, qua
vum aliquod
tur. cf. 2, 1
senibus non
ex bellis se

viamque unam ad id cernentem, si ex bellis bella serendo succinctus armis legionibusque vivat, velut materiam igni praebentes ad exercitus misistis. aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsedent exercitus, unde arcentur foedere: mox Carthaginem circumsedebunt Romanae legiones ducibus isdem diis, per quos priore bello rupta foedera sunt ulti. utrum hostem an vos an fortunam utriusque populi ignoratis? legatos ab sociis et pro sociis venientes bonus imperator vester in castra non admisi, ius gentium sustulit: hi tamen, unde ne hostium qui-

4. *circumsedent:* M m. 3. Harl. Voss. al.] circumsident. — Cum in M m. 1. scriptum sit „circumsedunt" et in C „circumsident", dubium esse potest an L. h. l. „circumsidunt" scripserit. sic enim ex. gr. 41, 19. in antiquissimo cod. Laurishamensi reperimus „circum*sidunt* urbem": idemque 9, 21. in PM: et 36, 13. in Bamb. sed propter sequens verbum „circumsed*ebunt*" et quod in his verbis vel a meliorum codd. librariis nonnumquam erratum vidimus, *circumsedent* veriorem huius loci formam habuimus. cf. 6, 6.: circumsederi urbem. 9, 2.: circumsedere. 29, 17.: circumsedisse. 9, 24.: silvestribus locis cohortibus insedere iussis. — M: saguntbum.

5. *circumsedebunt:* M omnesque prope Drak. codd.] circumsidebunt (C). — C m. 1. M: „ducibus *isdem* diis". C m. 2.: *his*dem. — *Rupta* (scil. a nobis) *foedera*. — CM: *utrum hostem an uos an fortunam utriusque populi ignoratis*". Cum in voce *hostem* maiorem vim quam in *vos* inesse oporteat, minus placet quod in Harl. scriptum est „utrum *uos* an *hostem* an fortunam populi utriusque ignoratis", et in Pal. 3. „utrum *uos* an *hostes* an" cet. — Ad duplex *an* cf. 28, 43., quo loco „utrum — an — an — an" legitur. Posteriore loco particulae vim non minorem esse apparet.

10. *ius gentium sustulit:* M m. 3. C, cum m. 1. in M esset „centium". Asyndeton, quo L. usus videtur, ut dicendi brevitate oratio fortior fieret, ne hoc quidem loco displicet: „*atque ita* ius gentium sustulit": „*quo facto* ius gentium tolli *necesse erat*". — „*Bonus* imperator vester": „euer trefflicher Feldherr".

os quam *nos:* nam ita lo-
uendo Hanno facilius Car-
thaginiensium studia se exci-
turum putat, quasi ad se
ipsum res nihil pertineat. sic
oratores dicere solere, pluri-
bus locis meliores Ciceronia-
norum orationum codices do-
cent. Quaeri deinde potest,
quid *unde* significet, quam
vocem alii ad *Hannibalem*,
alii ad *castra* referendam esse
censuerunt. legati a Romanis
Carthaginiensium sociis ve-
nerant, ut ad Hannibalem
mandata senatus romani de-
ferrent. Hannibal legatos se
audire vetuit. id iustissima ira
non modo Romanos afficere
oportuit, sed etiam meliorem
Carthaginiensis senatus par-
tem, cum ne hostium quidem
legati ab hostibus arceri so-
lent, quominus suorum man-

Feinde zu
1. *res ex fo*
CM Cant.
omnesque
res ex foed
recentissim
rum in M
aliis codd.
petuntur s
re repetun
aut pro alte
loci scriptur
aut, quod v
ab eis script
librarii cuius
tionem *de r*
adiectam no
de re cum
petuntur iu
rint. sic ex
chius in Vos
ex foedere re
publica fraus
etiam *queru*

criminis deposcunt. quo lenius agunt, segnius incipiunt, eo, cum coeperint, vereor ne perseverantius saeviant. Aegatis insulas Erycemque ante oculos proponite, quae terra marique per quattuor et viginti annos passi sitis. nec puer hic dux erat sed pater ipse Hamilcar — Mars alter, ut isti volunt. sed Tarento, id est Italia, non abstinueramus ex foe-

repetuntur integram esse scripturam, quod verbum cum sequente *deposcunt* non minus h. l. iungi potuit quam similia permultis aliis locis, quibus optimorum omnium codd. consensu a Livio verba passiva cum activis connexa videmus. Ad verba „*publica fraus absit*“ nec cum Ant. Perizonio particula *ut* addenda est, nec cum Drakenb. *si* subintelligendum: sed haec verba e Romanorum legatorum sententia dicta esse facile est intellectu: „Genugthuung fordert man dem Bündnisse gemäss: der Staat solle keine Schuld an dem Frevel haben, den Urheber der Schuld aber, ihn, der das Verbrechen begangen hat, verlangen sie ausgeliefert“. — Paulo post C: *sciunt*.

2. *Aegatis*: C m. 1. M] Aegates. — C m. 1.: „aegatis insulam *sericemque*“. M m. 1.: „aegatis insulam *seriemq.*“ M m. 2.: „insulas eriemq.“ C m. 2.: „adegatis“ cet. Haec mendo facta esse, quod *s* non quo debuit transferretur, satis apparet. Cf. 22, 54., ubi in Put. „ad aegatis insulas“. 30, 32.: „ad Aegatis pugnaverint insulas“. al. 28, 41. Put.: „a drepanis aut *eryci*“. De *Eryce* monte cf. Liv. 1, 41. med. et Polyb. 1, 55. 58. de proelio navali *ad Aegates insulas* facto Argum. libri Liv. XXX. et Polyb. 1, 60. 61. qui h. l. *insulam Aegusam*, 1, 44. *Aegusas* appellat. — Cod. Hav.: „*et* quae terra marique“ cet. Non magis recte Ant. Perizonius: „*quaeque* terra marique“. — C: *quatuor*. — Paulo post „*ut isti volunt*“: nim. qui sunt Barcinae factionis.

6. *sed Tarento, id est Italia, non abstinueramus ex foedere*: CM Cant. Harl., nisi quod Harl. „abstinebamus“. Quia *nunc* sequitur, librariis quibusdam (codd. Sig. Pal. 2. al.) priore quoque loco „sed *tunc* Tarento“ scribendum videbatur. alii etiam pro „*id est*“ voluerunt aut *et* aut *atque*. sed illud *id est* praecedenti cuidam verbo explicando nonnumquam a Livio ita additum videmus: ex. gr. 22, 34. — Ad rem ipsam, cuius h. l. L. mentionem facit, spectat quod in argumento libri XIV legimus: „Carthaginiensium classis auxilio

[illegible] Italia, cum Tarentinis auxilio venirent, non abstinuisse, quod ex foedere iuberentur, Livius consentit cum Philino, qui (auctore Polyb. 3, 26.) in secundo historiarum libro scribit, inter leges foederis a Carthaginiensibus cum Romanis ante bellum Siculum icti fuisse, *ut Romani omni Sicilia, Carthaginienses Italia abstinerent*, sed Polybius l. l. nihil eius generis in foederibus, quae in aedilium aerario ad Iovem Capitolinum tabulis aeneis inscripta invenerit, magnaque cum cura inspexerit, fuisse affirmat: omnesque, qui illius scriptoris fidem secuti sint, falsa pro veris edidisse. utut res se habet, Livius Hannonem ita loquentem facit, quasi Carthaginienses ex foedere iussi essent Italia abstinere, cum Polybio teste illis foederibus cautum

consta
ne a
aberra
liorum
ctoritat
sertim
bum sit
liberiora
cf. 1, 1.
rique —
Achives
quod dis
lioribus
in verbo
permutata
dem non
tamen id
dandis mal
menti eti
nemo non
quidem pr
quominus
rem recipi
ante „Tar
cum Livi
peritos non

ius stabat, ei victoriam dedit. Carthagini nunc Hannibal vineas turresque admovet, Carthaginis moenia quatit ariete: Sagunti ruinae — falsus utinam vates sim — nostris capitibus incident, susceptumque cum Saguntinis bellum habendum cum Romanis est. dedemus ergo Hannibalem? dicet

quus". — Quod interdum in Livianis orationibus reperitur, apodosin non ex omni parte respondere protasi, id hoc quoque loco patere dici potest, quo scribendum fuisse videatur: „et *id*, de quo verbis ambigebatur, uter populus foedus rupisset, eventus belli velut aequus iudex *diiudicavit, eique, unde ius stabat, victoriam dedit*" aut „*cum ei, unde ius staret, victoriam daret*". nec tamen difficile est intelligere, Livium non ita scribere voluisse, ut in fine totius loci quanta maxima vis poneretur, quod coniunctivo scripto aut coniunctionibus interpositis non aeque fieri potuit: neque quidquam adeo offendere in eo, quod a Livio scriptum est, quam accusativum pronominis *id:* quem si h. l. interpretabimur „*quod ad id attinet, de quo verbis ambigebatur*", nihil fere in quo haereamus habebimus: „so siegten denn Götter und Menschen: denn in Bezug auf das, worüber man mit Worten stritt, welches von beiden Völkern das Bündniss gebrochen habe, da gab der Ausgang des Krieges gleichwie ein gerechter Richter dem, auf dessen Seite das Recht stand, den Sieg".

4. *susceptumque cum Saguntinis bellum habendum cum Romanis est:* CM rell. Quod paulo post legitur „*bellum* iam *haberemus* cum Romanis", quod 38, 3. „ne *bellum haberent*" similibusque locis non potest inusitato dicendi genere scriptum videri, neque quemquam fugerit, his locis *habere* non esse scriptum pro *gerere* sed propria sua significatione accipiendum esse. aliter tamen res se habet superiore loco, quo *bellum habendum est* idem fere significare oporteat quod *gerendum*. cum igitur h. l. L. non *gerendum* sed *habendum* scriberet, nihil aliud videtur exprimere voluisse quam „non imminere modo sed *iamiam instare* illud bellum *nec brevi tempore finitum iri*".

5. *dedemus ergo Hannibalem? dicet aliquis:* CM rell.: „sollen wir also Hannibalu ausliefern? wird man fragen". Dubium videri potest, num Livius his verbis interrogationem exprimere volucrit: neque nego, etiam quod is

aliquis. scio meam levem esse in eo auctoritatem propter paternas inimicitias: sed et Hamilcarem eo perisse laetatus sum, quod, si ille viveret, bellum iam haberemus cum Romanis, et hunc iuvenem tamquam furiam facemque huius belli odi ac detestor: nec dedendum solum ad piaculum rupti foederis sed, si nemo deposcit, devehendum in ultimas maris terrarumque oras, ablegandum eo, unde nec ad nos nomen famaque eius accedere neque ille sollicitare quietae

verbo *dicere* usus sit, priora verba affirmative scripta videri posse: „wir müssen also H. ausliefern, wird man sagen": id quod et illi librarii voluerunt, qui *dedamus* scribendum esse censuerunt. nihilo minus tamen propter ea, quae postea ab Hannone dicuntur, nec mihi interrogatio displicebat. — Lov. 4. 5.: „scio *leuem* meam esse in eo auctoritatem". melius Berol.: „scio *meam* in eo leuem esse auctoritatem".

3. *bellum iam haberemus cum Romanis:* CM] bellum iam cum Romanis haberemus (recc. codd.). Lov. 4. 5.: „bellum cum romanis iam haberemus". In Lov. 3. deest *iam:* quam vocem primo etiam in M praetermissam antiqua m. 1. suo loco restituit.

5. *nec dedendum solum ad piaculum rupti foederis:* CM al.] nec dedendum solum id piaculum cet. Utrumque ferri Livianoque scribendi genere probari potest. cf. 45, 10.: „Decimio in auctoribus *ad piaculum noxae obiciendis* adsensi sunt".

6. *si nemo deposcit:* CM al.] si nemo deposcat. — C m. 2. M: deuehendum. C m. 1.: aduehendum. — *Dedendum, deposcit, devehendum.*

7. *ablegandum eo:* CM al.] ablegandumque eo. — Asyndeto hoc orationem multo fortiorem fieri manifestum est.

8. *accedere:* CM rell.] accidere (ex coni. I. Fr. Gron.). — *Accedere* h. l. nihil aliud est quam „*ad nos pervenire*": „von wo zu uns nicht gelangen kann". In locis illis Livianis et a Gronovio et a Drak. collatis recte quidem scriptum est *famam accidisse:* sed si quis eos diligentius inquisiverit, plerumque ibi id exprimi videbit, quod inexspectatum evenerit, cuius rei interpretatio a superiore loco prorsus aliena est. — CM: „neque *ille* sollicitare quietae ciuitatis statum possit". Cant. Harl.: „neque sollicitare" cet. Dein Harl.: „quiet*um* ciuitatis statum". Hav. al.: „quietae statum ciuitatis". — Paulo post CM rell.: „*ego ita censeo*". — C: ext*i*mplo. — C m. 1.:

civitatis statum possit. ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos qui senatui satisfaciant, alios, qui Hannibali nuntient ut exercitum ab Sagunto abducat, ipsumque Hannibalem ex foedere Romanis dedant: tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno".

XI. Cum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit, adeo prope omnis senatus Hannibalis erat infestiusque locutum arguebant Hannonem quam Flaccum Valerium legatum Romanum. responsum inde legatis Romanis est, bellum ortum ab Saguntinis non ab Hannibale esse: populum Romanum iniuste facere, si

nunciarent ut. C m. 2. M: „*nuntient ut*" cet. — M m. 1.: „legationem tertiam". sed signis adscriptis m. 2. structuram, quae in C inest, restitutam voluit „*tertiam legationem*". Cf. 21, 9.: „protinus Carthaginem ituros".

6. *nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit*: CM: „*da brauchte sich durchaus keiner darauf einzulassen* ihn durch eine Rede zu widerlegen". Hoc loco scribi etiam potuit quamquam minus fortiter „*certari* oratione cum eo *necesse non fuit*": non potuit scribi ad id quod supra habemus exprimendum „*neminem certare* oratione cum eo *necesse fuit*", quemadm. dicebatur *neminem certare oportuit*. interdum tamen dativum cum *necesse est* coniunctum videmus, ubi et accusativus poni potuit: ut apud Cic. in fat. 9, 17.: „de homine — dicitur, *cui necesse est mori*".

— C m. 2. M: „infestiusque locutum *arguebant* Hannonem". C m. 1.: argue*bat*. — CM rell.: „*Flaccum Valerium*". cf. 21, 6.: P. *Valerius* Flaccus.

9. *responsum inde legatis romanis est*: M. — C: „responsum *iniuste facere* inde legatis romanis & bellum ortum" cet.: sed verba *iniuste facere*, quae paulo post non minus in C quam in M suo loco leguntur, priore loco inducta sunt. cf. 21, 10.: *non* cum adsensu. — Quanta libertate codicis Harl. librarius in permutanda verborum structura versatus sit, hoc loco videre licet, quo ab eo scriptum esse dicitur „senatus omnis" „romanis legatis" „praeponat societati", paulo-que post „accensi adeo omnes sunt".

11. *populum romanum iniuste facere, si Saguntinos uetustissimae Carthaginiensium societati praeponat*:

- ...aque eius accedere neque ille so.

rbo *dicere* usus sit, priora
rba affirmative scripta vi-
ri posse: „wir müssen also
ausliefern, wird man sa-
n“: id quod et illi librarii
uerunt, qui *dedamus* scri-
ndum esse censuerunt. ni-
o minus tamen propter ea,
ie postea ab Hannone di-
ntur, nec mihi interrogatio
plicebat. — Lov. 4. 5.:
:lo *leuem* meam esse in
auctoritatem“. melius Be-
.: „scio *meam* in eo le-
n esse auctoritatem“.
lum iam haberemus cum
manis: CM] bellum iam
Romanis haberemus (recc.
l.). Lov. 4. 5.: „bellum
romanis iam haberemus“.
ov. 3. deest *iam:* quam
m primo etiam in M prae-
issam antiqua m. 1. suo

6. *si nemo d*
si nemo de
2. M: deneh
aduehendum.
*de*poscit, *de*
7. *ablegandum*
ablegandumq
deto hoc or
fortiorem fieri
8. *accedere:* Cl
(ex coni. I. l
Accedere h. l.
quam „*ad no*
„von wo zu u
gen kann“. In
vianis et a G
Drak. collatis
scriptum est
disse: sed si
gentius inquisi
que ibi id ex
quod inexspect

civitatis statum possit. ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos qui senatui satisfaciant, alios, qui Hannibali nuntient ut exercitum ab Sagunto abducat, ipsumque Hannibalem ex foedere Romanis dedant: tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno".

XI. Cum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit, adeo prope omnis senatus Hannibalis erat infestiusque locutum arguebant Hannonem quam Flaccum Valerium legatum Romanum. responsum inde legatis Romanis est, bellum ortum ab Saguntinis non ab Hannibale esse: populum Romanum iniuste facere, si

nucciarent ut. C m. 2. M: „*nuntient ut*" cet. — M m. 1.: „legationem tertiam". sed signis adscriptis m. 2. structuram, quae in C inest, restitutam voluit „*tertiam legationem*". Cf. 21, 9.: „protinus Carthaginem ituros".

6. *nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit:* CM: „*da brauchte sich durchaus keiner darauf einzulassen* ihn durch eine Rede zu widerlegen". Hoc loco scribi etiam potuit quamquam minus fortiter „*certari* oratione cum eo *necesse non fuit*": non potuit scribi ad id quod supra habemus exprimendum [illegible] *cer-* [illegible] *necesse* [illegible] — C m. 2. M: „infestiusque locutum *arguebant* Hannonem". C m. 1.: argue*bat*. — CM rell.: „*Flaccum Valerium*". cf. 21, 6.: P. *Valerius* Flaccus.

9. *responsum inde legatis romanis est:* M. — C: „responsum *iniuste facere* inde legatis romanis & bellum ortum" cet.: sed verba *iniuste facere*, quae paulo post non minus in C quam in M suo loco leguntur, priore loco inducta sunt. cf. 21, 10.: non cum adsensu. — Quanta libertate codicis Harl. [illegible] in permutanda verborum structura versatus sit, hoc loco videre licet, quo ab eo scriptum esse dicitur „senatus omnis" „romanis legatis" „praeponat [illegible]", paulo-que post „[illegible] omnes sunt".

. *populum romanum iniuste facere, si Saguntinos* [illegible] *Carthaginem* [illegible] *praepo*[illegible]

... ...*guntinos* breviore
) dicendi genere scriptum
ie pro „Saguntinorum so-
:tatem“ nemo non videt.
:rum tamen cum vix du-
ım videri potuerit, quid
mani facturi essent, mi-
n potest videri, non *quod*
si praeponat h. l. scri-
ım esse. sed tamen *si* po-
ım esse, ut Carthaginien-
: viderentur dubitare, quid
mani sequendum putarent,
n est difficile intelligere.
: urbano scribendi genere,
) tot locis vel in certissi-
) rebus a Cicerone ver-
n *videri* positum videmus,
:d raro apud Livium etiam
scriptum reperimus: ex.
7, 31.: „commoti patres
· fortunarum humanarum,
lle praepotens opibus po-
s — adeo infractos *ge-*
t animos, ut se inse-

agrum urbe
nem factam
gnarent“:
führen sein
deln“: iam
bant Samnit
panis advers
moenia sua
Quod denique
Carthaginiens
nis societatis
lyb. 3, 22. qu
foedus inter u
lum regibus e
nio Bruto M. l
libus ictum ess
ita interpretan
Bruto cons. re
mortuo M. Hora
acta esse videa
thaginensium.

4. *paucorum his*
tem dedit: C
lis dierum cet.

miorum accendit: ut vero pro contione praedam captae urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt ut, si extemplo signum datum esset, nulla vi resisti videretur posse. Saguntini ut a proeliis quietem habuerant nec lacessentes

norum spes expugnandae urbis ad irritum cecidisset: „unterdess fachte er ihre Leidenschaft bald durch Hass, indem er sie gegen die Feinde zu erbittern suchte, bald durch die Aussicht auf Beute an".

1. *praedam captae urbis edixit militum fore:* M m. 3. — M m. 1.: capta. C m. 1.: „militem fore ad eo" cet. dein „militum". — CM: „*ut — nulla ui resisti uideretur posse*". Simili modo absoluto a Livio *nulla vi* (plerumque = ne maxima quidem virtute) *resisti potest* atque *nulla vi sustineri possunt* scriptum est. comparentur hi loci: 3, 5.: „(hostes) caede legati et consulis vulnere accensi *nulla* deinde *vi* sustineri potuere". 8, 30.: „eques detraxit frenos equis atque ita concitatos calcaribus permisit ut sustinere eos *nulla vis* posset". 3, 63.: „*nec* deinde *romana vis* sustineri potuit". 10, 28.: „Decius — obsistere cedentibus ac revocare suos: deinde, ut *nulla vi* perculsos sustinere poterat —: iam ego mecum hostium legiones — diis manibus dabo".

4. *ut a proeliis quietem haburant nec lacessentes nec lacessiti per aliquot dies* cet.: C m. 2. M m. 3. — C m. 1.: „ut a preliis — pquot dies". M: „ut a proelis — per aliqno*d* dies": non *aliquos*, quod Drak. vult. — Harl.: cessauerunt. Lov. 4. etiam „habuerunt" „cessarunt". sed plusquamperfecto opus fuisse in hac re describenda, quae id, quod priore loco narratum erat, antecesserat, illosque librarios particula *ut* (non „*nachdem*" sed „*so wie*" significante) in errorem inductos esse facile intelligitur. — Lovell. 4. 5.: „*nec* nocte *nec* die". dein librarius Oxoniensis cuiusdam codicis margini adscripsit „non die non nocte", quae verborum structura 6, 4. „laborque continuus *non die non nocte* remissus subegit eos" aliisque locis legitur. sed nemo non videt, non modo quod *nec nec* praecedit, sed etiam quod *non non* multo fortius dictum est, et quod h. l. in *nocte* maior orationis vis ponenda erat, antiquam meliorum librorum scripturam multo illa recentiore potiorem esse. — *Ab ea parte* „von der Stelle an" videtur dicere, non tantum unum illum locum, de quo

supra relatum legimus, novo
nuro refectum esse, sed etiam
lias muri partes, quae iux-
a arietibus percussae erant.
ed cum etiam temporis no-
io in particula *ab* insit, ea-
lem illa verba significant,
rimam Saguntinos curam ha-
uisse illius potissimum loci,
quippe ex quo, cum ruinis
atefactus esset, maximum
rbi periculum immineret. —
Quem ad modum h. l. „ut
ovum murum — *re*ficerent“
„um eine neue Mauer wie-
eraufzuführen“) scriptum est,
ic idem *re* nonnumquam cum
erbis quibusdam iunctum vi-
emus. ex. gr. 3, 10.: „Vul-
os et Aequos, etsi *absci-
re* res sint, *reficere* exer-
tus“: „rüsteten wieder neue
eere aus“: eodem enim loco
i populi occidiona —

opere ac
ficiendae
cet. — P
adhorta et
7. *qua turri*
muniment
altitudine
C nec in M
in M prio
reliquis int
„quo | turri
posterior „
tur“. sed i
scriptura *qu*
erat, et in C
qua manu r
lis vero, qu
genio librari
sic quoque
tioribus lib
agmen“ scri
in antiquis li
mobile agme

altitudine agebatur, hortator aderat. quae cum admota catapultis ballistisque per omnia tabulata dispositis muros defensoribus nudasset, tum Hannibal occasionem ratus quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. nec erat difficile opus, quod caementa non calce durata erant sed interlita luto structurae antiquae genere. itaque latius quam qua caederetur ruebat, perque pa-

ita non modo h. l. in M sed in Put. nusquam non scriptum legitur. „Als dieser an die Mauer herangeschoben durch die in allen seinen Stockwerken aufgestellten grösseren und kleineren Wurfgeschütze die Mauer von ihren Vertheidigern entblösst hatte" u. s. w.

5. *quod caementa non calce durata erant sed interlita luto structurae antiquae genere:* CM. *Durare* h. l. nihil aliud esse potest quam *ferruminare, malthare:* nec L. hoc priore loco *interlita* scripsisse videtur, ut altero illo verbo firmius structurae alterius genus significaretur: „die Mauersteine waren nicht durch Kalk mit einander verbunden worden, sondern nach alter Bauart nur mit Lehm verschmiert". In M scriptum m. 1. est: „quod cementa": sed m. 3. positum est *q*^{2} (i. e. *quia*) supra *quod.*

7. *itaque latius quam qua caederetur ruebat*] itaque latius quam caederetur ruebat (Cant. Harl. Pall. al.). — M: „latius quam *qui* cederetur". verius tamen videtur quod in C scriptum est „lacius qua *qua* caederetur": in quo praeter *c* in „lacius" nihil erratum puto nisi quod *m* prioris vocis deesse non poterat. nam inter *quam* et *caederetur* aliquid scriptum fuisse, etiam codicis M scriptura docet: neque ulla voce in his rebus Livium saepius usum esse quam illa *qua* peritos harum rerum non praeterierit. quamquam igitur primo aspectu dubium esse potest an scriptura codicis M pro integriore habenda sit: tamen diligentius re quaesita apparebit, minus apte dici „murum *latius* ruisse quam *qui* caederetur", cum non ea modo pars muri rueret quae caederetur, nec dici necesse esset, eam partem quae caesa esset ruisse: multoque melius esse scriptum, latius murum ruisse quam *qua* („als an den Stellen wo") caederetur. huc accedit, quod haud paucis locis vel a meliorum codd. librariis illud *qua*, quod parum perspicerent, voce *qui* permutatum esse: ex. gr. 9, 2. quo loco in Med. recte scriptum est „*qua* irent",

tentia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. locum quoque editum capiunt, conlatisque eo catapultis ballistisque, ut castellum in ipsa urbe velut arcem imminentem haberent, muro circumdant. et Saguntini murum interiorem ab nondum capta parte urbis ducunt. utrimque summa vi

in Par. aliisque „*qui* irent". nec ingenio librarii scripturam codicis C deberi, inde etiam sequitur, quod non *quam qua* sed *qua qua* in hoc libro inventum est: qua denique scriptura, si eadem in antiquiore libro scripta erat, patere videtur, qui fieri potuerit ut recentioribus librariis nihil probaretur nisi unum *quam*. Coniunctivo *caederetur* exprimitur, non uno modo loco id quod refertur factum esse, sed eandem omnium muri partium fortunam fuisse, quibus illa turris admota esset. — M: „*perque patentia ruinis*": i. e. per omnia loca, quae ita ruinis patefacta patebant. C: „perque paten*ta* ruinis". Lov. 4.: „per *quae* patentia".

2. *catapultis ballistisque:* M. — C: captapultis balistisq. — C m. 1.: „in ipsa urbe arcem": sed m. antiqua *uelut* suo loco addidit. — Cant.: muro circumd*ab*ant.

5. *ab nondum capta parte urbis:* CM] ab nondum capta urbis parte. — „*Et*" non idem quod *at* sed quod *quoque* h. l. significare manifestum est. C: duc*c*unt utr*u*mque summa ui. — Deinde scriptum est non modo in Pall. et in plerisque Drak. codd. sed etiam in CM: „sed interiora tuendo minorem *in diem* urbem saguntini faciunt": cuius loco *in dies*, quod in uno rec. cod. Hav. servatum est, scribendum esse recte videtur Laur. Valla iudicasse. nam etsi *in diem vivere* dici posset (cf. Ferd. Handii Tursell. 2, 340.:), tamen *in dies* cum comparativis coniungi solere: cf. ex. gr. 21, 48. 7, 38. Ac facile sane in antiquiore aliquo libro ita errari potuit, ut littera *s* vocis *dies* praetermissa librarius ratione loci parum perspecta *die* ad *minorem* pertinere putaret. videtur tamen Drakenborchius, quamquam et ipse *in dies* scribendum curavit, de Vallae praecepto aliquantulum dubitasse, quod cum hoc loco alterum quendam ex 31, 29. collatum voluit, quo eodem modo *in diem* scriptum esset: „natura enim, quae perpetua est, non *mutabilibus in diem causis* hostes sunt". sed longe aliam huius loci quam superioris naturam esse non difficile videtur intelligere.

et muniunt et pugnant: sed interiora tuendo minorem in dies urbem Saguntini faciunt. simul crescit inopia omnium longa obsidione et minuitur expectatio externae opis, cum tam procul Romani unica spes, circa omnia hostium essent. paulisper tamen adfectos animos recreavit repentina profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanosque, qui duo populi,

nam praeterquam quod non semper apud Livium *in dies* cum verbis, quibus ob similem quandam comparativorum significationem ab aliis scriptoribus *in dies* addi solebat, iunctum videmus (ex. gr. 39, 16.: „*crescit* et serpit *quotidie* malum“:): fallere non potest, illam *crescendi* notionem, quae verbis *in dies* exprimebatur, illo altero loco non exprimi: non enim illas causas, quarum legatus meminit, graviores *in dies* aut *magis mutabiles* fieri L. dicere vult, sed eas *natura sua* mutabiles esse: illique voci *mutabiles* addidit *in diem* eodem dicendi genere, quo *in praesens* („für den Augenblick“), *in futurum* al. dici solebant: „Verhältnisse, Ansichten, die sich (für die Zeit d. h.) mit der Zeit, mit jedem Tage ändern“. *Interiora* etiam *tuendo* singulari quadam nec vernaculo sermone exprimenda brevitate dictum significat: „cum Saguntini, quo magis hostes progrediebantur, eo magis in interiores urbis partes recedere cogerentur, nec tamen ullo pacto urbis suae possessione Poeno cedere vellent“ cet.

2. *simul crescit inopia omnium*: CM rell. — Cod. Berolin.: „inopia *rerum* omnium“. — C: et *minuitur* expectatio. — Deinde CM Pall. 1. 3. Voss. al.: „cum *iam* procul“. — M m. 2. C: „romani unica spes“. M m. 1.: „roman*ia* unica spes“; i. e. vel *romani* vel *romana*, quod alterum in Pal. 3. legitur „romana unica spes“. — Paulo post CM: pau*l*isper. — CM: „Carpetanosque“. Cant. multique alii codd. recc.: „carpentanosque“. cf. 21, 5. — CM: „*di*lectus acerbitate consternati“: „aufgebracht über die Härte, womit die Truppenaushebung gehandhabt wurde“. — CM: „*cum* praebuissent“. nihil frequentius apud Livium inveniri, quam ut coniunctio *cum* longissime ab orationis initio remota pluribusque nonnumquam participiis interpositis in fine totius protasis cum verbo suo poneretur, peritos Livianae dictionis non fugerit. cf. ex. gr. 4, 56.: „cum impulisset“. 4, 54.: „cum adfirmassent“.

Maharbale Himilconis filio hebat edit
ıec in C nec in M scriptum Gronovio
'st. C m. 1.: „mbermale". „aliquan*tu*
M m. 1.: „mahermale himil- ptura recer
:onis". C m. 2. M m. 3.: esse fertur
, mahermale hamilconis": ut pius factu
'ideri possit in antiquiore pravo quod
:od. scriptum fuisse „maher- dio in rec
ıale himilconis filio". sed cf. *lum*" pro
11, 45. Put.: „reuocatoque quan*tulum*'
ıropere maharbali": eodem- *tum*" simil
que modo hoc nomen in Put. tur, satis no
32, 6. 51. 23, 18. scriptum hoc vero l
:st. Polyb. 3, 85.: Μαάρβας. *muri* „ein b
— CM Cant.: „*eum* praefe- der Mauer"
:erat Hannibal". Rell. codd.: sequentia do
, *quem* praefecerat Hannibal". „aliquantum
f. de his interpositionibus quem ad mo
1, 8.: „ad CL milia habuisse" verba cum p
et. — CM: „*ut ducem ab- cta nonnum
sse nec ciues nec hostes* voluit ut *de*
ntirent". *Hostes* esse Sa- tur (cf. 21, 4
mtinos, *ciues* Carthaginien- sic h. l. Drak
s sociosque, et res ipsa do-

quantum muri discussit, strataque omnia recentibus ruinis advenienti Hannibali ostendit. itaque ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus atroxque proelium cum multorum utrimque caede initum et pars arcis capta est. Temptata deinde per duos est exigua pacis spes, Alconem Saguntinum et Alorcum Hispanum. Alco insciis Saguntinis — pre-

ander treiben" rei describendae rationi aptissime respondere, facile est intellectu.

3. *atroxque proelium cum multorum utrimque caede initum:* CM. In Harl. scriptum est *atrox proelium* omissa particula *que:* sed Livium tres orationis partes, quae iungendae viderentur, ita connectere solitum esse, ut in secundo loco *que*, in tertio *et* poneret, eumque hoc dicendi genere Tacitum imitatum esse, peritos harum rerum non praeterierit. — C: extimplo.

6. *Alco* scribi et nos hoc loco iussimus, cum ita hoc nomen in principio cap. 13. in CM et in Cant. formatum legeretur. hoc priore loco in M et in Cant. scriptum est „alcon", in C etiam „alconus". eadem illa syllaba *con* fecerit, ut etiam in sequente voce non modo in Pall. 1. 3. multisque Drakenb. codd. sed etiam in CM novo quodam mendo scriberetur „inconsciis saguntinis": nisi forte antiquior aliquis librarius, qui, cum Alco postea *orator* diceretur, non videret *oratorem* h. l. non legatum sed deprecatorem „einen Fürbitter" significare, non *insciis* sed *consciis Saguntinis* scriptum a Livio esse oportere putavit: ut et in hac voce duae scripturae iunctae sint, quo vel id quod in Cantabr. inventum est „consociis saguntinis" ducere videatur. In uno Oxon. cod. scriptum est „*insecientibus* saguntinis". cf. 7, 5.: „inscientibus cunctis cultro succinctus mane in urbem — pergit". — Paulo ante C m. 1.: algonem saguntinum. m. 2.: „alconem". — Dein C: „praecibus". *Precibus aliquid moturum ratus:* „in der Erwartung Hannibaln durch seine Bitten zu einer milderen Verfahrungsweise bewegen zu können". *aliquid* igitur, quod persaepe ut h. l. absolute „in etwas" scriptum videmus, plus dicit quam dicere videatur. simili modo *aliquantum.* — C m. 1.: „adnibalem": sed eadem m. 1. „ad annibalem" restituit. — C: transsisset. — Cant.: transisset *et* postquam. — M: „conditionesq." Ad *tristes* („hart, schwer, schmerzlich"), qua voce in simili re L. saepe

cibus aliquid moturum ratus — cum ad Hannibalem noctu transisset, postquam nihil lacrimae movebant condicionesque tristes ut ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus apud hostem mansit, moriturum adfirmans qui sub

usus est, cf. 24, 18.: „additumque tam *tristi* censoriae notae *triste* senatus consultum".

3. *victore.* In CM Cant. Harl. Voss. al. scriptum est „ut ab irato *au*ctore". Videtur primo littera *i* vocis *uictore* in antiquiore aliquo libro praetermissa esse, deinde ad *uctore*, quod nihil esset, *a* adiectum esse. contra scriptum est *a* pro *u* posito in codd. Lov. 2. et Gärtn. „actore". — Quem ad modum h. l. coniunctiones *cum* et *postquam* se excipere videmus, sic persaepe a Livio scriptum est, cuius dicendi generis similes aliquot locos 4, 13. „quae postquam sunt audita" contulimus. mirum vero videri potest, omnibus illis locis *postquam* cum indicativo *perfecti*, id quod consecutio temporum postulabat, coniunctum esse, hoc superiore loco *imperfectum* illam coniunctionem sequi. diligentiore tamen collatorum locorum ratione habita neminem fugerit, non rem ipsam, quae referenda erat, ibi in perfecto esse positam, sed verba *videre accipere* similia, ex quibus sentiendi declarandique verbis describendae res in infinitivo positae penderent: supra vero rem ipsam referendam imperfecto cum *postquam* connexam esse. eodem igitur scribendi genere, quo in subtili rerum gestarum expositione persaepe L. usus est, ut coniunctiones *ut ubi postquam cum primo* al. non cum perfecto sed cum imperfecti indicativo componerentur (cf. 2, 65.: ut ferebant:), hoc quoque loco *postquam movebant et ferebantur* scriptum videmus. „Nachdem seine Thränen ihn keinesweges (nihil) bewegten und sehr harte Bedingungen, wie man sie nur von einem erbitterten siegreichen Feinde erwarten durfte, gestellt wurden" u. s. w. Cf. 21, 13.: „(pacem) quem ad modum *ut victor fert* Hannibal".

4. *sub condicionib. iis:* M. — C m. 1.: sub condicionibus *is.* m. 2.: *his.* — *Sub* insolentius et hoc loco et 6, 40.: „*sub* condicione, inquit, nos reficietis decimum tribunos" pro ablativo solo positum esse Fabri dicit: neque negandum est, hanc praepositionem ibi non legi, ubi ad ablativum *iis condicionibus* nihil supplendum erat nisi participium *propositis* vel simile quid. nec tamen sine aliqua causa utroque illo loco L. voce *sub*

condicionibus iis de pace ageret. postulabatur autem, redderent res Turdetanis traditoque omni auro atque argento egressi urbem cum singulis vestimentis ibi habitarent ubi Poenus iussisset. has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos, Alorcus, vinci animos ubi alia vincantur adfirmans, se pacis eius interpretem fore pollicetur. erat autem tum miles Hannibalis, ceterum publice Saguntinis

usus videtur, sed ut exprimeret, tantam esse illarum condicionum gravitatem tantumque quasi *onus*, ut fieri non posset quin, cuicumque eae *imponerentur*, *obruerent*. simili prope sensu Hannibal 35, 19. Antiocho ait: „*sub* hoc sacramento sex et triginta annos militavi“: quo dicere vult, tantam sibi illius religionis, iam puero a patre impositae, molem visam esse, ut nihil omnino spectaret, quam quo modo sacramento illi odio suo adversus Romanos satisfaceret.

3. *egressi urbem:* C] egressi urbe (M). Utrumque et scribebatur et scribi poterat. cf. ex. gr. 3, 57., quo loco in Paris. cod. scriptum est „priusquam *urbe* egrederentur“, in Med. „priusquam *urbem* egrederentur“. 25, 8. Put.: „praedandi causa se *urbe* egressos“. 29, 6. Put.: „egressi quidam *urbem*“. al. — Paulo ante C. m. 2. M: „*postulabatur* autem redderent res turd*i*tanis“ cet. C m. 1.: „postula*ret*“. dein eadem m. antiqua *postulabat*^{2}—. cf. 21, 3.: sequeretur. — „Turd*i*tanis“, qua huius nominis forma Strabo usus videtur, in tribus quoque Drak. codd. inventum est. sed cf. 21, 6. et 24, 42. quo posteriore loco et in Put. *turdetanos* scriptum legimus.

5. *uinci animos ubi alia uincantur adfirmans:* CM rell. Quid voce *alia* significaretur et res ipsa docet et quae sequente cap. leguntur „nec vestra vos aut *arma* aut *moenia* satis defendunt“. — CM: *se pacis eius interpretem fore pollicetur.* Lovell. 4. 5.: „sese“. *Pollicetur* spectare ad Alconem, utpote qui abnueret Saguntinos eas pacis leges accepturos, nemo non videt. nihilo minus id eum fugisse debet, qui Drakenborchio teste in margine alicuius msc. — in antiquiore tamen Med. nihil eius generis repperi — adscriberet pro altera quasi scriptura „*profitetur*“. „Da verspricht Alorcus, er wolle dennoch auch unter diesen Umständen den Frieden (pacis *eius*) zu vermitteln suchen“.

7. *ceterum publice Saguntinis amicus atque hospes:* CM

amicus atque hospes. tradito palam telo custodibus hostium transgressus munimenta ad praetorem Saguntinum — et ipse ita iubebat — est deductus. quo cum extemplo concursus omnis generis hominum esset factus, submota cetera multitudine senatus Alorco datus est, cuius talis oratio fuit:

XIII. „si civis vester Alco, sic ut ad pacem petendam ad Hannibalem venit, ita pacis condiciones ab Hannibale ad vos rettulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Hannibalis nec transfuga ad vos venissem.

rell. Dubium videri potest, quid h. l. *publice* significet. *Publice* amicus atque hospes Saguntinis Alorcus esse potuit, aut quod ex urbe esset ortus, quae societatis foedere cum Saguntinis iuncta esset, aut quod vel ipse vel maiores eius aliquo beneficio de Saguntinorum re publica bene essent meriti, ut cum ea gente publice („nach einem öffentlichen Beschlusse") hospitium initum sancitumque esset. utut id sese habuit, Alorcus sibi persuasit, non ingratum suum adventum Saguntinis fore, et quod interpres pacis veniret et quod ipsum non adversus sese arma cepisse scirent nisi coactum ab Hannibale. cf. 1, 45.: eum consensum — laudare mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque iunxerat.

3. *et ipse ita iubebat:* CM. *Et ipse* non ita h. l. ut solebat scriptum esse potest („wie er auch selbst wünschte"), quasi in his verbis etiam id inesset, idem iam prius a custodibus postulatum esse: sed hanc parenthesin dicere, Alorcum ipsum primo statim adventu a custodibus petivisse ut se ad praetorem Saguntinum deducerent, manifestum videtur esse. hoc enim ita esse persuadet non modo verbum *iubebat*, sed etiam quod alioqui mirum videretur, a Livio dici id ab Alorco petitum esse, quod vel eo invito fieri necesse fuisset. vernaculo igitur sermone: „und zwar seiner eigenen Forderung gemäss". — C: „senatus Alorco datus est". M Cant. Voss. Lov. 1.: „Alorci". Submota igitur cetera omnis generis hominum multitudine coram senatoribus cur venerit exposuit. non enim in secreto loco Alorco senatum datum esse, quae init. cap. 14. leguntur docent.

10. *quo nec orator Hannibalis nec transfuga ad uos uenissem:* CM. Haec verba si-

cum ille aut vestra aut sua culpa manserit apud hostem — sua, si metum simulavit, vestra, si periculum est apud

gnificare non posse „so würde ich dieser Mühe überhoben gewesen sein, der ich mich weder als Abgeordneter Hannibals noch um als Überläufer bei euch zu bleiben, unterzogen haben würde“ non difficile videtur perspicere. cur enim Alorcus Saguntinos adire noluisset orator ab Hannibale missus, qui vetusto hospitio cum eis iunctus esset, si qua essent, quibus saluti eorum consuli posset. ac ne illud alterum quidem, quod non transfuga ad eos voluisset venire, etsi virum honestum non dedecebat libere id profiteri, tamen non satis idonea causa dictum videretur, quod perspicuum non esset, cur Alorcus primo adventu suo Saguntinorum animos tam gravibus verbis movere voluisset. quae cum ita se habeant, quaerendum videtur, quo sensu illa verba scripta sint. id vero iam facile intelligitur, necesse fuisse ab initio dici, quo consilio ipse venerit, quo non venerit, ne falsa quadam expectatione Saguntini producerentur. primo igitur loco Alorcus negat se aut Hannibalis oratorem aut perfugam venisse, eoque dicto exponit, cur venerit. *venissem* igitur scriptum esse oportet pro *veni*, et coniunctivus plusquamperfecti positus esse non potest, nisi quod relativo pronomine haec altera orationis pars tam arcte cum priore cohaereret, ut nec modus nec tempus, quae priore loco legerentur, huic sequenti parti deesse possent: „indem ich weder als Abgeordneter Hannibals hier bin noch um als Überläufer bei euch zu bleiben“. similes locos huc adscribere parum profuturum videbatur, quod, quamvis nonnumquam simili modo singulari apud Livium orationem compositam videamus, singulorum locorum suas rationes esse peritos harum rerum non fugerit. — C m. 2.: ita pacis condiciones ab annibale cet. C m. 1.: condicion*is*. M: condition*is*. — CM: re*f*ulisset. — C: hanibalis. — Cant.: „nec transfuga*sset* ad nos“: pro quo Iac. Gronovius „nec transfuga *sic* ad vos venissem“ scribendum censet, quod nemini probatum iri spero. Quot similia menda in hoc libro Cantabrigiensi inveniuntur, quae integriores libri nullius nisi negligentis scribae esse persuadent.

2. *sua si metum simulauit:* CM Berol.] si metum simulavit, sua. — Antiqua scriptura id quod dicendum erat, planius atque distinctius exprimi quam illa altera, quam-

vos vera referentibus — ego, ne ignoraretis esse aliquas et salutis et pacis vobis condiciones, pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. vestra autem causa me

vis ea elegantiae cuiusdam speciem prae se ferre videatur, nemo negaverit. incertum tamen est an non de industria recentiores librarii scripturam antiquiorem mutare voluerint: nam et in C et in M *suo* primo praetermissum paulloque post quamquam eadem manu antiqua eo quo scripsimus loco restitutum erat. quod igitur Drakenborchius in Med. non antiqua sed recentiore manu hanc vocem additam nec *suo* sed *et suo* ibi scriptum esse dicit, in eo non minus errat quam quod paulo post in eodem cod. Med. primo *ne ignoretis*, id quod in recc. quibusdam libris inventum est, fuisse contendit. sed quae sequuntur non ita in M antiqua quidem manu scripta sunt ut in C: nam in illo libro primo erat „ne ignoraretis esse *et salutis aliquas et pacis* uobis conditiones": quae scriptura non immerito elegantior quam illa altera quam nos secuti sumus haberi possit. verum tamen cum tota haec Alorci oratio magnam simplicitatis speciem praebeat, nec tantopere sensus vocis *pacis* a voce *salutis* h. l. discrepet ut insigniore aliqua structura opus fuisse videatur, et quod permultis locis in M non modo reliquorum codd. sed etiam libri C rationem ponendorum verborum sine ulla iusta causa mutatam vidimus (cf. 21, 6. sub fin.: *vicit:*), non dubitavimus id quod et in rell. codd. et in C scriptum est et quod recentiori librario etiam in M signis quibusdam adscriptis probatum repperimus, pro vera integraque scriptura Liviana habere. cf. paulo post „aut arma aut moenia". — In C scriptum est „aput hostem" „aput uos". deinde in eodem C (non in M, quod Drak. vult) vidimus „ergo ne ignoraretis". — *Pro vetusto hospitio:* „aus Rücksicht für das alte Freundschaftsband, das mich an euch knüpft".

3. *uestra autem causa me nec ullius alterius loqui quae loquor apud uos:* CM rell., nisi quod in C sicut plerumque in Put. „aput uos" scriptum est. Quem ad modum latine dicebatur „vestra nec ullius alterius causa", sic h. l. etiam ita, ut in antiquis libris legimus, oratio componi potuit, eoque maiore iure, quo graviorem vim in *vestra* quam in sequente genitivo ponendam necesse videretur. nihilo minus, quod in Cantabr. cod. „uestra autem causa me nec

nec ullius alterius loqui quae loquor apud vos, vel ea fides sit, quod neque dum vestris viribus restitistis neque dum auxilia ab Romanis sperastis pacis umquam apud vos mentionem feci. postquam nec ab Romanis vobis ulla est spes

cum ullius alterius loqui" inventum esset, dubitarunt docti quidam homines, an ea, quae in rell. libris inesset, non pro integra scriptura habenda esset: unusque eorum Ern. Kästnerus „nec *cura* ullius alterius" scribendum esse censuit. nec tamen video, qui doctum virum fefellerit, hanc coniecturam vel ob id probandam non esse, quod verba *ullius alterius* neminem nisi *Hannibalem* significare possunt, cuius ut victoris cura cur Alorcus quidquam dicere apud Saguntinos voluerit, vix perspicere liceat. nullo alio errore *cum* in illo libro ortum est, quam quo interdum vel meliorum codicum librarios errasse videmus, ut, cum litterae *c* et *u* eodem loco legerentur, parum considerate hae litterae iungerentur, quae nec iungi nec bis scribi debebant. cf. id quod paulo ante ad verba „nec transfuga" de cod. Cant. dictum est: et T. Livi l. XXX. p. XLIV. v. 23. et Liv. 6, 41. quo loco in Par. simili mendo „nec *cū* centuriatis" scriptum est pro eo quod in M est „nec centuriatis". al. — Quem ad modum h. l. in verbis „loqui quam loquor" idem verbum ad augendam orationis subtilitatem repetitum videmus, ita haud raro apud Livium scriptum legi peritos Livianorum annalium non fugerit: sic 21, 11. scriptum erat „nec lacessentes nec lacessiti", sic 1, 41. „si tua re subita consilia torpent, at tu mea consilia sequere", similique modo permultis aliis locis. — CM: *uel ea fides sit:* „dafür bürgt schon das", „das beweist schon das".

4. *ulla est spes:* CM Harl. Pall. 1. 3. Berol.] ulla spes est. — Hac altera verborum constructione L. paulo post „cuius ita aliqua *spes est*" uti voluit. Cum h. l. in *postquam* nihil aliud inesse possit quam „*iam vero cum*", mirum videri non potest, quod praesens *est* cum hac voce coniungitur, ita ut aliter idem sensus exprimi non potuerit nisi alio utique dicendi genere adhibito. — CM Harl.: „nec uestra *uos* iam aut arma" cet. Rell. codd.: „nec uestra iam aut arma *uos*". Eodem quo in CM loco in Cantabr. quoque cod. *uos* positum fuisse debet, quamquam ibi omnia ab *mentionem feci* ad *nec uestra uos iam* librarii negligentia prae-

nec vestra vos iam aut arma aut moenia satis defendunt, pacem adfero ad vos magis necessariam quam aequam: cuius ita aliqua spes est, si eam, quem ad modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis, si non id quod amittitur in damno, cum omnia victoris sint, sed quidquid relinquitur pro munere habituri estis —: urbem vobis, quam ex magna parte dirutam captam fere totam habet, adimit, agros relinquit, locum adsignaturus in quo novum oppidum aedificetis: aurum et argentum omne, publicum privatumque, ad se iubet deferri: corpora vestra coniugum ac libe-

termissa sunt. Cf. quod paulo ante ad verba „et salutis et pacis“ dictum est. — C: *me*nia. — M m. 1. C: „pacem *ad*fero ad uos“. M m. 3. Harl.: „*de*fero“.

4. *audiatis:* CM rell.] audietis (ex coni. I. Fr. Gron.). Neminem fugerit, Gronovium indicativum h. l. poni voluisse, quod paulo post dicendi modo non mutato scriptum esset „*habituri estis*“: nec tamen peritos harum rerum fefellisse potest, simili modo non tantum Livium sed omnes bonos scriptores orationem mutare atque variare solitos esse, si mutando scribendi modo aliquid novi orationi suae additum vellent. hoc igitur loco *audiatis* exprimit id fere quod „audire velitis“. — Paulo ante in verbis „cuius *ita* aliqua spes est *si*“ cet. particulae *ita si* idem fere significant quod „*non — nisi*“, quo elegantiori dicendi genere persaepe Livium usum esse, vel multi illi ab I. A. Ernestio in glossario Liviano collati loci ostendunt. cf. ex. gr. 1, 8. 30, 37. — Deinde scriptum est in CM Cant. Harl.: „*sed* non id quod“ cet., quo mendo, ut *set* et *si* confunderentur, et aliis locis orationem corruptam videmus: ex. gr. 30, 26, quo loco vel in Put. „*si* annonae utilitate“ pro *set* invenimus. Loy. 1.: „si non quod amittitur“. — C: am*m*ittitur. — C: „quid*d*quid“, quem ad modum in Put. nusquam non scriptum est. M: „quic*q*uid“.

7. *ex magna parte*: CM Berol.] ex magna iam parte (rell. codd.). Pal. 3.: magna ex parte. — Harl.: „*captam habet adimit*“ mediis omissis. — Paulo post CM: „aurum *et* argentum omne“. Rell. codd.: „aurum argen*gentum*que omne“: nisi quod in Gärtn. est „aurum argentum“.

10. *corpora uestra coniugum ac liberorum uestrorum:* CM Cant.] coniugum vestra-

rorum vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis vestimentis velitis ab Sagunto exire. haec victor hostis impe-

que corpora ac liberorum vestrorum (rell. codd.). Eodem quo h. l. ordine haec verba in fine huius cap. collocata videmus, quae similitudo ab hoc minus ornato orationis genere, quo L. Alorcum uti voluit, non aliena videtur. Quam non subtili iudicio interiores magisque reconditas causas diversarum scripturarum Drakenborchius inquirere voluerit, h. l. videre licet, quo, cum adversus Iac. Gronovium vulgatam recentium codicum scripturam defensurus esset, etiam locos quosdam ex tertio libro attulit, quibus doceret, non semper Livium in verbis construendis eo quo debuisset ordine usum esse. nam cum vir coniugem, coniux liberos naturae quasi ipsius lege antecedere viderentur, 3, 47.: „se pro *liberis eorum* ac *coniugibus* cotidie in acie stare": 3, 50.: „illis quoque enim *filiae sorores coniugesque* esse" minus diligenter aut, ut Drak. vult, minus decenter a Livio scriptum esse: quamquam vix quemquam fugere potuisse videtur, illis locis, in quibus res ad Verginiam spectantes traduntur, multo maius orationis momentum in filiabus virginibusque quam in coniugibus poni oportuisse, quod

hae sua gravitas tueretur, illae omni importunorum hominum libidini expositae essent.

1. *si inermes cum binis uestimentis uelitis ab Sagunto exire:* CM rell. Postulatum fuisse ab Hannibale 21, 12. legimus, ut cum *singulis* vestimentis Saguntini urbe egrederentur novamque loco adsignando urbem conderent. cum nihil scriptum sit, cur Hannibal iam ab illis legibus abire voluerit, alterutro loco Livianam scripturam negligentia librariorum corruptam esse oportet, nisi forte quis putat, Livium ipsum id, quod priore a se loco scriptum esset, fugisse. nec Polybius 3, 17., quo loco urbem captam esse tradit, quidquam de talibus pacis condicionibus tradit. Quae cum ita sint, ut utroque Liviano loco idem diceretur, I. Lipsius hoc altero loco „cum *privis* vestimentis" scribendum esse coniecit, quod L. Döderlinus Synon. 4, 343. ita refellit, ut illa voce Livium nusquam usum esse contendat, nisi ubi ei vetusta litterarum monumenta sequi licuerit: ut 7, 37. 30, 43.: quamquam etiam priore horum duorum locorum in minore nostra edit. antiquam codicum scripturam „*binisque tunicis*" restituendam curavimus. — Multi recc.

rat, haec, quamquam sunt gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. equidem haud despero, cum omnium potestas ei facta sit, aliquid ex his rebus remissurum: sed vel haec patienda censeo potius quam trucidari corpora vestra, rapi trahique ante ora vestra coniuges ac liberos belli iure sinatis".

XIV. Ad haec audienda cum circumfusa paulatim multitudine permixtum senatui esset populi concilium, repente

codd.: uelitis *a* sagunto exire. Lov. 4.: a sagunto uelitis exire.

1. *quamquam sunt gravia atque acerba:* CM Lovell. 1. 4. Berol.] quamquam sint gravia cet. — Non negando acerba haec esse, Alorcus non modo fortunam adversam Saguntinorum quam fortissime exprimit, sed etiam speciem eius prae se fert, qui nulla simulatione usus id unum, quod pro vero habeat, libere eloqui velit, quod si persuaderet, sperare potuit, se facilius eo quo vellet Saguntinos adacturum. Simili modo 2, 40. scriptum est „ut *sum* miserrima": quamquam et hoc loco antiqua scriptura repudiata „ut *sim*" edendum visum erat.

2. *cum omnium potestas ei facta sit:* CM rell. I. Fr. Gronovius „cum omnium potestas ei facta *erit*" aut „potestatem ei *feceritis*" scribi maluit, sed quamvis ita scribendo tempus ipsum diligentius explicatum videatur, quo id quod A. speraret, futurum esset, tamen antiquae scripturae coniunctivus non modo ad accus. c. infin. magis se applicat, sed etiam id exprimit, quod directa oratione in verbis „*quando quidem* omnium potestas ei *facta est*" inest: quo scribendi genere nulla dubitatio Saguntinis relinqueretur necesse erat, num etiam tunc libero quodam arbitrio uti possent. — *Equidem:* „ich hoffe *indess*". — C: ex hiis rebus. — Paulo post CM: „sed *uel* haec patienda censeo". In rell. codd. *uel* praetermissum videtur.

7. *circumfusa paulatim multitudine:* CM. — *Ad haec audienda* ad *circumfusa* pertinere apparet. — CM: „permixtum senatui esset populi concilium": nisi quod in C pro *esset* scriptum est ss ee (i. e. *esse*). — *Secessione facta* h. l. significare non posse *primores aliud quam ceteram multitudinem consilium cepisse*, sed *eos ab eo loco discessisse* manifestum videtur. — C m. 2. M m. 2.: „*in ignem ad id raptim factum conicientes*".

primores secessione facta. priusquam responsum daretur, argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum conlatum in ignem ad id raptim factum conicientes eodem plerique semet ipsi praecipitaverunt. cum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur: turris diu quassata prociderat, perque ruinam eius cohors Poenorum impetu facto cum signum imperatori dedisset nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem, non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal totis viribus adgressus urbem momento cepit, signo dato ut omnes puberes interficerentur. quod imperium crudele ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu

C m. 1. M m. 1.: „raptum factum". — CM Cant.: „eodem plerique *semet ipsi* praecipitauerunt". Rell. codd.: „semet *ipsos*": hoc alterum loci huius rationi accommodatum esse non posse facile est intellectu. cf. ex. gr. 7, 25.: „— ut *se ipse* consulem dictator crearet".

7. *impetu facto:* M m. 2. C, cum m. 1. in M fuisset „impetus". Deinde scriptum est non modo in Pall. Drakenborchianisque codd. sed etiam in CM „cum signum *imperator* dedisset", quam integram scripturam esse non posse prope ea *imperatori* scribendum esse Laur. Valla verissime perspexit: nam si ita non emendatur, ingratissimum anacolouthon in h. l. inesse nominem praeteribit. facile tamen fieri potuit ut ita erraretur, cum singulari quadam arte Livius h. l. aliam alias orationis partes excipere voluerit. res ita se habet. cohors Poenorum, quae ad arcem oppugnandam ibi collocata erat, ubi illa arcis turris diu quassata procidit, per ruinam factam magno cum impetu in arcem ipsam perruperat, imperatorique nuntiari iusserat, se videre urbem infima arce sitam solitis custodiis stationibusque nudatam: quo audito Hannibal, non esse in tali occasione cunctandum ratus, totis viribus eam urbis partem, quae capta non erat, aggreditur momentoque temporis capit. Verba *impetu facto* absolute scripta ad *cohors* referenda esse manifestum est. Partem tamen arcis iam antea captam fuisse cap. 12. dictum est. — Harl.: interfic*erent*. Lov. 4. 5.: occiderentur.

12. *cognitum ipso euentu est:* M. — C: „euentum". In recc. quibusdam codd. scriptum est „*in* ipso euentu".

est: cui enim parci potuit ex his, qui aut inclusi cum coniugibus ac liberis domos super se ipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnae quam morientes fecerunt?

XV. Captum oppidum est cum ingenti praeda. quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant et in caedibus vix ullum discrimen aetatis ira fecerat et captivi militum praeda fuerant, tamen et ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniae redactum esse constat et multam pretiosam supellectilem vestemque missam Carthaginem. — Octavo mense, quam coeptum oppugnari, captum Sagun-

— In hoc loco zeugma quoddam inesse E. Fabri iudicavit, ut ex verbo *cognitum est* aliud verbum, quod voci *crudele* aptum esset, suppleri oporteret. sed virum doctum fugisse videtur, verba *quod crudele imperium* arctissime cohaerere, ita ut ad *cognitum est* nihil pertinere possit nisi unum *necessarium*. videtur tamen particula *ceterum* facile ad eum errorem ducere potuisse: „dass dieser grausame Befehl übrigens fast unumgänglich nöthig gewesen, zeigte die Ausführung selbst". — C m. 1.: ex iis qui. C m. 2. M: „ex *his*". — C: congremauerunt. — *Super se i:* „über ihren Häuptern".

8. *tamen et ex pretio rerum uenditarum:* CM Cant. Lov. 4. 5. nisi quod in C „praetio" scriptum est. In aliis recc. codd. omissum est *et*. — C: praeciosam. — M m. 1. C: „suplectilem" i. e. „superlectilem". M m. 3.: „supellectilem". Polyb. 3, 17.: τὰ δὲ σώματα διένειμε κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστοις τῶν συστρατευομένων, τὴν δὲ κατασκευὴν παραχρῆμα πᾶσαν ἐξέπεμψε τοῖς Καρχηδονίοις.

11. *octauo mense quam coeptum oppugnari:* CM. Particulam *post* ante *quam* ita omitti solere notissimum est. Inter illos scriptores fuit Polybius, qui 3, 17.: πᾶσαν δὲ κακοπάθειαν καὶ μέριμναν ὑπομείνας τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἶλε τὴν πόλιν. deinde 3, 56.: τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ Καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος κ. τ. λ. — M Cant. Harl. multique alii Drak. codd.: „quam *ab* carthagine profectus sit". C m. 1.: „*ad* cartagine": quo mendo persaepe ab antiquioribus librariis erratum est. eadem tamen m. antiqua errore perspecto restituit *ab*. — CM: „in italiam puenisse". Cant. Berol.: „in italiam uenisse".

tum quidam scripsere: inde Carthaginem novam in hiberna Hannibalem concessisse, quinto deinde mense, quam ab Carthagine profectus sit, in Italiam pervenisse. quae si ita sunt, fieri non potuit ut P. Cornelius Ti. Sempronius consules fuerint, ad quos et principio oppugnationis legati Saguntini missi sint et qui in suo magistratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint. aut omnia breviora aliquanto fuere aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius Ti. Sempronius consules fuerunt, non coeptum oppugnari est sed captum. nam excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servili et C. Flamini non potest, quia C. Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus a Ti. Sempronio consule, qui post pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam cum venisset, comitiis perfectis ad exercitum in hiberna rediit.

XVI. Sub idem fere tempus et legati, qui redierant ab Carthagine, Romam rettulerunt omnia hostilia esse, et

3. *quae si ita sunt:* CM rell. — Lov. 4.: „*quod* si ita *est*“. — CM: „fieri non potuit ut. p. cornelius. *t.* sempronius conss. fuerint“. Berol.: „T. Sempronius *Longus*“. Paulo post tamen in CM recte scriptum est *Tiberius*. — Harl.: „ad quos et *in* principio“. — C m. 1. Harl. Lovell. 4. 5. al.: missi *sunt*. C m. 2. M: missi *sint*. — C m. 1.: in suo magistra*tum*. m. 2.: magistrat*u*. — Harl. Berol. Hav.: ad tici*nium*. — Lovell. 2. 3.: pugnau*erunt*.

8. *aut omnia breuiora aliquanto fuere:* CM. — CM: „quo. p. cornelius. *ti.* sempronius coss. fuerunt“. M m. 2. et Harl. Lovell. 2. 4. 5. Hav.: „fu*erint*“. — CM: non coeptum oppugnari *est* sed captum.

12. *quia C. Flaminius Arimini consulatum iniit:* CM] quia Flaminius cet. De re ipsa cf. 21, 63. — Paulo ante M m. 1.: „ad tr*i*biam“. M m. 3. C: „ad trebiam“. CM: „in annum. cn̄. seruili & c. flamini“. Cant.: „& *con*flammini“.

13. *creatus a. ti. sempronio cōs.:* CM] creatus ab Ti. Sempronio consule. — CM: „ad creandos cōss“. M m. 1.: „romam | conuenisset“. m. 3.: „cū uenisset“.

16. *qui redierant ab Carthagine:* CM Lovell. 1. 2. 3. Hav. In rell. codd. inesse fertur „*a* carthagine“. — C: romam re*t*tulerunt. M: ro-

Sagunti excidium nuntiatum est, tantusque simul maeror patres misericordiaque sociorum peremptorum indigne et pu-

mam *re*tulerunt. Cantabr.: romam redierunt. — CM: „et sagunti excidium nuntiatum est“: nisi quod in C „nunciatum“. — M: tantusque simul m*e*ror. — C: „peremptorum indigne. & *pugne*. & pudor non lati auxilii“, sed eadem m. antiqua errore intellecto media verba induxit. — M m. 3. C: „uelut si iam ad portas hostis esset“. M m. 1.: „ad portas| ēēt“. — In antiquis editionibus Aldina prioribus omissum est *simul*, quam vocem ideo displicuisse, quod in uno tantum loco posita esset, recte videtur Drakenborchius perspexisse. cf. 3, 50.: „*simul* his quae videbant, iis*que* quae acta Romae audierant“. Sed cum multis eodem tempore motibus h. l. animi mentesque Romanorum agitata fuisse dicantur, quaerendum est, quo potissimum loco Livius eam orationis partem incipere voluerit, quae responderet illi alteri *simul*, quod aliis locis praecedenti eidem voci adici soleret. difficile tamen videtur ad id ita respondere, ut nemo dissentire possit. nam quod Cicero in primi officiorum libri cap. 36. dicit, duplices esse animorum motus, alteros cogitationis, alteros appetitus, cogitationemque in vero exquirendo versari, appetitum impellere ad agendum: id videtur quodammodo ad hunc locum explicandum transferri posse. ex hoc enim praecepto in altera parte posita videri possunt *maeror misericordia pudor*, in altera *ira metusque*: illa dolore afficere Romanos debebant, quod tam lente egissent suoque languore desidiaque socios pessumdari passi essent: haec impellere una cum reip. periculo ad studium ulciscendi, quae rupto foedere ab hostibus perfide acta essent. nec tamen nego alteram interpretationis rationem hanc esse, si quis nihil eius partitionis generis h. l. videre velit, sed illos motus a Livio naturali quodam ordine accumulatos esse censeat, ut id, quod sequerotur, intelligi posset, quare his omnibus rebus animis turbatis fieri necesse fuisset, ut Romani magis trepidarent quam consulerent. *Consulere* vero h. l. significare non posse *rem bene gerere*, id quod I. Fr. Gron. vult, sed *bona prudentique mente rē gestas considerare agendique consilium rebus accommodatum capere*, neminem fugerit: „so dass sie bestürmt von so vielen zu derselben Zeit sich durchkreuzenden

lor non lati auxilii et ira in Carthaginienses metusque de umma rerum cepit, velut si iam ad portas hostis esset, ut ot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis uam consulerent. nam neque hostem acriorem bellicosioemque secum congressum, nec rem Romanam tam desilem umquam fuisse atque inbellem. Sardos Corsosque et listros atque Illyrios lacessisse magis quam exercuisse Romana arma, et cum Gallis tumultuatum verius quam belliratum: Poenum hostem veteranum, trium et viginti annoum militia durissima inter Hispanas gentes semper victoem, duci acerrimo adsuetum, recentem ab excidio opulenissimae urbis Hiberum transire, trahere secum tot excitos lispanorum populos, conciturum avidas semper armorum allicas gentes: cum orbe terrarum bellum gerendum in talia ac pro moenibus Romanis esse.

XVII. Nominatae iam antea consulibus provinciae rant, tum sortiri iussi: Cornelio Hispania, Sempronio Africa

Gefühlen mehr das Bild einer von dem einen zum andern Extrem fortgerissenen Masse als das einer ruhig sich berathenden Senatsversammlung boten".

5. *et Histros atque Illyrios:* M] et Istros cet. — C: „et istros atque illyricos": sed iam prima manus expunxit *c*. Cf. 41, 14.: cod. Laurisham.: „histri": „in histriam": al. 41, 26.: „illyri, illyriorum, illyrios". — CM Cant. Voss.: „et cum gallis tumultuatum *verius* quam belligeratum". Rell. codd.: „tumultuatum *magis* quam". cf. 2, 26.: „confestim et Sabini Romanos territavere, tumultus enim fuit *verius* quam bellum".

9. *trium et viginti annorum militia:* CM rell. Sigonius in numero librarios errasse dicit, cum XXIII pro XVIII scriberent, quot annos Hamilcar Hasdrubal Hannibal bellum in Hispania gessissent. sed Livium eum annorum numerum laudare, qui inter primum et secundum Punicum bellum interfuerint, quod iidem Poeni milites et Africo bello et inter Hispanas gentes militiam didicisse videri potuissent, recte I. Fr. Gron. interpretatus est. cf. 21, 2. — C: duci acerrimo adsuetum. — CM: hiberum transire. — Paulo post Berol.: „in italia pro moenibus". *Pro* = *vor* et *für*.

17. *tum sortiri iussi* cet.: CM rell.] tum sortiri iussis Cor-

cum Sicilia evenit. sex in eum annum decretae legiones et socium quantum ipsis videretur, et classis quanta parari posset. quattuor et viginti peditum Romanorum milia sunt scripta et mille octingenti equites, sociorum quadraginta milia peditum quattuor milia et quadringenti equites: naves ducentae viginti quinqueremes, celoces viginti deducti. latum

nelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit (ex coni. I. Fr. Gronovii). Persaepe Gronovium Livianum scribendi genus hoc modo emendare conatum esse notum est. — Harl. Lovell. 2. 3. 4. al.: iam *ante*. — M: prouinſiae. — M m. 1.: africa cum sicilia *uenit*. M m. 3. C: „euenit". cf. 8, 1. 9, 12. 10, 11. al. — Paulo post: CM Cant. multique Drak. codd.: „et *socium* quantum ipsis uideretur". Recc. quidam codd.: *sociorum*.

3. *IIII & XX peditum romanorum milia:* CM. Deinde scripsimus et nos „*sunt* scripta". nam quamquam *sunt* nec in CM nec in Cantabr. inest, tamen id quod m. 1. in M scriptum est „millia scripta" persuadere potest, hoc verbum a Livio praetermissum non esse: etsi non negamus fieri potuisse ut illud *s.* eadem littera sequente male bis a librario poneretur. nec nullius videtur h. l. momenti esse, quod in Voss. aliisque recc. codd. non *scripta* sed *subscripta* inventum est. *Mille*, quod sequitur, in nullo nec Pal. nec Drakenborchiano codice servatum est. sed Aldum „mille et octingenti" et iustiore verborum ordine Iac. Gronovium „*et mille octingenti*" recte scripsisse non modo numerorum rationes infra descriptae docent sed etiam id quod h. l. in CM invenimus: „scripta (C: scribta) ɪ ɔɔ decc equites. sociorum xl. peditum. ɪɪɪ & cccc equites. naues ccxxv. remes (C: rimes) quinque". Haec postrema verba male a librariis concepta esse idque quod debebat a prioribus iam editoribus esse restitutum, „*naves ducentae viginti quinqueremes*" non videtur dubium esse: nisi cui magis probatum erit *naves ducentae viginti quinque quinqueremes* scribi, ut non modo octo celoces sed etiam v quinqueremes ad futuros usus reservatae videantur.

6. *celoces XX deducti*: CM Cant.] celoces viginti deductae. — Livium nonnisi adiectiva et participia in ultimo orationis loco posita ad proximum quodque substantivum applicare solere notum est. *celox* vero in eodem quo *ce-*

ade ad populum, vellent iuberent populo Carthaginiensi
ellum indici: eiusque belli causa supplicatio per urbem ha-
ita atque adorati dii, ut bene ac feliciter eveniret quod
ellum populus Romanus iussisset. inter consules ita co-
iae divisae: Sempronio datae legiones duae — ea quaterna
ilia erant peditum et treceni equites — et sociorum se-
ecim milia peditum, equites mille octingenti, naves longae
entum sexaginta, celoces duodecim: cum his terrestribus

les genere positum videmus quoque in cod. Bamberg. 37, 27.: „apparuit deinde *piraticos celoces* et lembos esse".

1. *uellent iuberent:* CM. — Pal. 2. Berol.: „uellent iuberent*ne*". Utrumque dicendi genus in antiquioribus codd. invenitur. cf. ex. gr. 1, 46.: „suasus est ferre ad populum, vellent iuberent*ne* se regnare". 22, 10.: „rogatus in haec verba populus: velitis iubeatis*ne* haec sic fieri?" 33, 25.: „ni prius ipsi ad plebem tulissent, vellent iuberent*ne* cum rege Philippo pacem esse". al. Contra 31, 6.: „rogationem promulgavit, vellent iuberent Philippo regi Macedonibusque — bellum indici". al.

3. *quod bellum p. r. iussisset:* M m. 3. C. — M m. 1.: quo bellum cet. — CM: „inter coss. ita copiae dimisae". — Paulo post CM: „ea quaterna milia erant peditum et ccc equites et sociorum xvi milia peditum equites $\overline{\text{cc}}$dccc. naues longae CLX. celoces XII". Numerum *cec* aut *trecentos* aut *trecenos* exprimere posse nemo negaverit: hoc igitur loco „*treceni equites*" dicendum esse consentaneum est. saepe vero ab errantibus librariis cardinales numeros pro distributivis positos esse, iam 7, 25. vidimus. Non *eae*, quod I. Fr. Gron. voluit, sed „*ea quaterna milia erant*" antiquis libris testibus et pro latinae linguae rationibus scribendum esse neminem fugerit: „es bestand eine jede aus 4000 Mann zu Fuss und 300 Reitern".

8. *cum his terrestribus maritimisque copiis:* M m. 3. C, cum m. 1. in M fuisset „cum & his" cet. — CM: „*t.* sempronius". cf. 21, 15. — CM: „*ita* in africam transmissurus, *si* ad arcendum italia poenum cōs. alter satis esset". cf. 21, 13.: „cuius *ita* aliqua spes est, *si*" cet. — Lov. 1.: „consul*um* alter": quod h. l. probari non potest: cf. 9, 32.: „consul alter Aemilius". Sempronium cons. ad Lilybaeum cum classe stetisse Polybius 3, 41. tradit. — Paulo post CM: „quia. l. manlius. pr. et ipse cum haud

maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset: Cornelio minus copiarum datum, quia L. Manlius praetor et ipse cum haud invalido praesidio in Galliam mittebatur: navium maxime Cornelio numerus deminutus: sexaginta quinqueremes datae — neque enim mari venturum aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant — et duae Romanae legiones cum suo iusto equitatu et quattuordecim milibus sociorum peditum, equitibus mille sexcentis. duas legiones Romanas et decem milia sociorum peditum, mille equites socios, sexcentos Romanos Gallia provincia eodem versa in Punicum bellum habuit.

inualido praesidio" cet. C m. 1.: „cum aud".

5. *nauium maxime Cornelio numerus deminutus:* CM. Cf. 3, 1.: Med.: „diminutam". al. — M: „LX quinq. remes datae". C m. 1.: „XL quinqueremes datae", sed iam antiqua manu LX restitutum videtur. — CM: „aut *ea parte belli* dimicaturum": „oder sich auf diese Art den Krieg zu führen einlassen werde". Sigonius vocem *belli* melius abesse dicit. cf. 21, 22,: „qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat". Medium esse hoc dicendi genus, eodemque pro rerum rationibus modo *terra* modo *mari* significari posse facile intelligitur. — CM: „*et XIIII milibus sociorum peditum equitibus* ∞ *de*".

10. *duas legiones romanas et decem milia sociorum peditum mille equites socios sexcentos Romanos* recte scriptum esse non modo res ipsa sed etiam ea quae in CM inuenimus docent. ultimum quidem, quod ad alterum numerum attinet, in C m. 1. et in M scriptum „duas legiones romanas et CCI.CC sociorum" cet. (idemque hic Gron. in cod. Cantabr. inuenit;) sed ita ab errantibus librariis pro numero „CCIↃↃ" (= 12000) levi mendo positum esse verissime I. Fr. Gronovius perspexit. altera tamen m. codicis C numero illo inducto „X ∞ III" scribi voluit, cuius scripturae posteriorem partem veram esse non posse numerorum h. l. relatorum summa facile persuaserit. Deinde M: „$\overline{dc}$ romanos", C „$\overline{dc}$ romanus".

11. *Gallia prouincia eodem uersa in Punicum bellum:* CM rell.] Gallia provincia nondum versa cet. — I. Fr.

XVIII. His ita conparatis, ut omnia iusta ante bellum fierent, legatos maiores natu Q. Fabium M. Livium L. Ae-

Gronovius „provincia *nondum* versa in Punicum bellum“ h. l. scribi voluit, ut exprimeretur, illas copias in Galliam mitti placuisse, priusquam eo consules suas legiones Hannibali opponendas adduxissent. sed num ita „Gallia *nondum versa in Punicum bellum*“ dici potuerit, ut ea futura esse videretur sedes belli Punici, magnopere dubito. multo certe verior antiqua scriptura est. Hannibalem non mari sed terra venturum esse, Romam nuntiatum erat. necesse igitur Romanos habuisse eam potissimum Italiae partem, quae prima hosti ab Alpibus descendenti iatranda esset, tueri praesidiisque validis firmare, nemo negaverit. hoc sensu provincia Gallia dicitur *eodem versa*, quod ex ea ipsa terra hosti Italia ingredienda erat: „um nach derselben Seite hin dem Angriffe Hannibals Widerstand leisten zu können“. *eodem* spectat igitur ad *Cornelium*, cuius modo mentio facta erat, utpote qui et ipse cum suo exercitu Hannibali, antequam in Italiam venisset, ab superiore parte occursurus esset, cum ab altera parte Sempronio provincia daretur Carthagini ipsi arma inferendi, si Cornelius ad arcendum Italia Poenum satis esset. ex hac tamen interpretatione verba *in Punicum bellum* non magis ad *versa* quam ad *habuit* transferri posse videantur: „jene Streitkräfte erhielt Gallien für den Fall dass Hannibal bis dahin kommen würde“. neque vero negandum est, etiam aliquid aliud videri posse in illis verbis inesse. Gallos enim propter assidua bella cum populo Romano nihil dubitaturos esse societatem cum Hannibale inire, pro certo Romani scire poterant: neque dubium potest videri, quidquam eorum, quae in eam rem a Gallis praeparata erant, Romanos fefellisse. hinc ea provincia magnis copiis obtinenda erat, quod Galli eodem quo Poenus studio belli cum Romanis gerendi societatisque cum forti audacique hoste ineundae incensi viderentur. quae cum ita sint, neminem fore spero, qui antiquae omnium codd. scripturae sensum rationi loci aptissimum praebenti coniecturam Gronovianam praelatam velit. — M: prouintia. C m. 1.: „eodem uersa in punicum habuit“. altera tamen m. *bellum* adscripsit.

1. *ut omnia iusta ante bellum fierent:* CM rell.: „damit alle Gerechtsame erfüllt würden“. cf. 9, 8.: „exercitum

milium C. Licinium Q. Baebium in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum oppugnasset, et, si id quod facturi videbantur faterentur ac defenderent publico consilio factum, ut indicerent populo Carthaginiensi bellum. Romani postquam Carthaginem venerunt, cum senatus datus esset et Q. Fabius nihil ultra quam unum quod mandatum erat percunctatus esset, tum ex Carthaginiensibus unus: „praeceps vestra, Ro-

— educere placet nec prius ingredi hostium finis quam *omnia iusta* in deditionem nostram perfecta erunt". 9, 6,: „iustis omnibus hospitalibus privatisque et publicis fungitur officiis". — M: „*ad percunctandos carthaginienses*". C: „ad pcuntandos" cet. Tres recc. codd.: „ad percunctan*dum* carthaginien*ses*". — *Faterentur* non modo in C et in rell. codd. sed etiam in M scriptum est: *faterent*$^{2-}$, sed cum in hoc libro syllaba finalis noto illo signo expressa sit, facile fieri potuit ut *facerent*, quod Drak. vult, ibi videre sibi viderentur. — Quamquam ad verbum *defenderent* suppleri potest „omnem culpam, omnem vim ab Hannibale, quod ille publico consilio egisset", tamen id verbum, cum h. l. coniunctum esset cum *faterentur* et sequeretur *factum*, nihil aliud exprimere videtur quam *contendere:* „und wenn sie dies, wie sich von ihnen fast erwarten liess, einräumen und behaupten sollten, er habe im Sinn und Auftrage der Regierung gehandelt". — CM rell.: *ut indicerent populo carthaginiensi bellum*". Cum permultis locis videre liceat, Livium dicendi genera variare solere, mirum nemini videbitur, quod h. l. *ad* et *ut* connexa sint, quae particulae propter significationis similitudinem ita iungi possent, nec tamen quisquam sibi persuaserit, a bonis scriptoribus orationem similibus dicendi generibus mutatam esse sine iustis quibusdam causis. sic ne hoc quidem loco potest fugere, non aeque bene fieri potuisse, ut altero quoque loco *ad* poneretur, quod *ad* tum scribi soleret, cum in universum id, quo animus studiumque alicuius vertendum esset, describendum videretur, *ut* ferme non poneretur, nisi si finis alicuius rei gerendae certissima ratione exprimendus esset.

8. *tum ex Carthaginiensibus unus: praeceps uestra Romani et prior legatio fuit:* CM Cant. Loco vocis *praeceps* in nonnullis recc. codd.

mani, et prior legatio fuit, cum Hannibalem tamquam suo consilio Saguntum oppugnantem deposcebatis: ceterum haec legatio verbis ad huc lenior est, re asperior: tunc enim Hannibal et insimulabatur et deposcebatur, nunc ab nobis et confessio culpae exprimitur et ut a confessis res extemplo repetuntur. ego autem non privato publicone consilio Sa-

scriptum est *princeps*, quod *unus* per se non satis esse videretur: ac ne id, quod in *praeceps* inest, deesset, *iniqua* aut ante *et prior* aut post *fuit* interpositum voluerunt. In Harl. cod. etiam scriptum est „*inquit*, Romani". cf. ex. gr. initium orationis Q. Fabii Maximi 28, 40. — Hoc loco in voce *legationis* inesse aut *consilium legationis mittendae* aut *id quod ab legatis ex sen. consulto petitum est* facile intelligitur. neque quemquam fugerit, Livium, cum *et prior legatio fuit* scriberet, pergere voluisse *et haec legatio:* sed cum huic alteri loco quaedam adversativo sensu addenda viderentur, et illa verba facillime supplerentur, breviore dicendi genere eum particula *et* omissa scripsisse *ceterum*. Aptissime scripta etiam sunt et *fuit* et *deposcebatis:* legatorum enim mittendorum consilium subito captum est, sed Hannibalem deposcere ne tunc quidem destiterunt. In sequenti denique oratione Crevierus *adhuc* ita transpositum voluit ut scriberetur „verbis lenior est, re *adhuc* asperior", hac voce comparativi vim („noch härter") augeri ratus. sed *adhuc* nihil aliud h. l. significat quam *ad hoc tempus* „bis jetzt" idemque exprimit, Carthaginiensi non videri iam omnia a Romanis exposita esse, quae a senatu r. mandata essent.

5. *et ut a confessis res extemplo repetuntur:* Cll rell. Cum illo tempore responsum a senatu Carthaginiensi datum non esset, potius videri potest participium futuri, praesertim cum eo dicendi genere Livius haud raro usus sit (ex. gr. 30, 10.: „tamquam exituris contra Romanis"): sed cum a Livio perfectum poneretur, videtur dicere voluisse, rem ita certam visam esse, ut nemo de ea dubitare posset: „jetzt will man von uns das Geständniss der Schuld erpressen, und fordert, *als wenn wir uns schon für schuldig erklärt hätten*, Genugthuung". cf. 10, 4.: „nam *ut exercitu deleto* ita iustitium indictum": „wie wenn das Heer aufgerieben wäre".

6. *priuato publicone consilio:*

guntum oppugnatum sit quaerendum censeam, sed utrum iure an iniuria. nostra enim haec quaestio atque animadversio in civem nostrum est, quid nostro aut suo fecerit arbitrio: vobiscum una disceptatio est, licueritne per foedus fieri. itaque quoniam discerni placet, quid publico consilio quid sua sponte imperatores faciant, nobis vobiscum foedus

C m. 1. M. Geminatae interrogationis genus in h. l. inesse oportere, vel sequentia „iure *an* iniuria“ docent. vera tamen huius loci interpretatio eum, qui codicis C emendandi negotio functus est, fugisse debet, cum *ne* eraso scriberet *ue:* idemque *publicoue* in nonnullis recc. codd. reperitur. fortius vero codicis Harl. librario scribendum videbatur „non privato *an* publico consilio“ cet. Modestius orator dicit *quaerendum censeam* pro usitatiore *censeo*, quo minus laedat, cum omnis reprehensionis gravitas in re ipsa insit.

3. *quid nostro aut suo fecerit arbitrio:* CM Cant.] nostro an suo fecerit arbitrio. — Utrumque dicendi genus aeque videtur h. l. probari posse: nec prius est quod in antiquis codd. et a Livio scriptum habemus, idemque prope dicit quod id quod paulo post legitur „*quid* publico consilio *quid* sua sponte fecerint“. *Animadversio* h. l. non *Strafe* sed *Untersuchung* videtur significare. — In M perinde atque in C scriptum est: „*uobiscum una disceptatio est*“: nisi quod in M „disceptacio“. C: „per fœdus“.

6. *nobis uobiscum foedus est a C. Lutatio cōs. ictum:* C: idemque in antiquiore libro, ex quo M pendebat, fuisse oportet, quamvis in M scriptum sit „est *ac* luctatio cos. ictum“, cuius similibus mendis librarios saepe lapsos videmus. in Berol. scriptum est „s *consule* lutatio“: in reli. codd. *c* praetermissum videtur. „Da ihr also auf die Untersuchung einzugehen wünschet, was auf Befehl der Regierung, was nach eigenem Ermessen unsere Feldherrn thun: *nun so erinnere ich euch daran*, dass in dem vom Consul C. Lutatius zwischen uns und euch geschlossenen Bündnisse auf die Saguntiner keine Rücksicht genommen ist, obgleich darin die Bundesgenossen beider Theile sicher gestellt wurden“. Simili modo non magis a Livio quam a ceteris bonis scriptoribus imprimis in locis condicionalibus quaedam praetermissa videmus, quae ad iustam orationem explendam apodosi praeponenda viderentur: in qua orationis

est a C. Lutatio consule ictum, in quo cum caveretur utrorumque sociis, nihil de Saguntinis — necdum enim erant socii vestri — cautum est. at enim eo foedere, quod cum Hasdrubale ictum est, Saguntini excipiuntur. adversus quod ego nihil dicturus sum nisi quod a vobis didici: vos enim, quod C. Lutatius consul primo nobiscum foedus fecit, quia neque auctoritate patrum nec populi iussu ictum erat, negastis vos eo teneri: itaque aliud de integro foedus publico

brevitate singularem quandam vim gravitatemque inesse neminem fefellerit. sic scriptum est ex. gr. in Prooemio Liv. operis: „si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, (*suas eo bedenke man*) ea belli gloria populo r. est“ cet. 7, 40.: „si cui genus, si cui sua virtus . . , si cui honores subdere spiritus potuerunt, — is eram natus, id specimen mei dederam“ cet. — M m. 1.: caueretur. M m. 2. C: „in quo cum caueretur“.

3. *at enim eo foedere — Saguntini excipiuntur:* CM rell. Verba *at enim* („aber freilich“) ea ita quasi corrigentia sunt, ut ea, quae ab altera parte contra dici possint, ipse praecipiat. cf. 4, 4.: „at enim vero (aber freilich macht ihr den Einwurf) nemo post reges exactos de plebe consul fuit“: ex patriciorum sententia Canuleius trib. pl. dicit. 21, 40.: „at enim pauci quidem sunt sed vigentes animis corporibusque“. al. — *Excipiuntur* scil. ex numero earum Hispaniae civitatum, in quarum fines nobis ingredi liceret.

5. *ego nihil dicturus sum:* CM Harl. Berol.] nihil ego dicturus sum. — In primo loco hoc pronomen poni solere notissimum est.

6. *foedus fecit*] foedus icit. — Et hoc et posteriore loco „quod nobis inscius fecit“ in CM scriptum legimus „*iecit*“, pro quo, cum ea vera scriptura esse non posset, et Livius orationem mutando ornare soleret, *fecit* scribi iussimus. persaepe enim in antiquis codd. non modo litterae *i l t f* sed etiam verba *facere* et *iacere* (1, 53.: fundamentis templi faciendis:) inter se permutata esse peritos rei criticae non fugerit. „*Quod foedus* fecit, negastis vos *eo* teneri“ = „vos *eo foedere* teneri negastis, *quod* fecit“. cf. 21, 17.: „bene ac feliciter eveniret, *quod bellum* populus r. iussisset“. — C: „c. lutatius cōs.“ M: „c. luctatios cōs.“ Paulo post C: „aliud de integro fędus“.

consilio ictum est. si vos non tenent foedera vestra nisi ex auctoritate aut iussu vestro icta, ne nos quidem Hasdrubalis foedus, quod nobis insciis fecit, obligare potuit. proinde omittite Sagunti atque Hiberi mentionem facere et, quod diu parturit animus vester, aliquando pariat". tum Romanus sinu ex toga facto „hic" inquit „vobis bellum et pacem portamus: utrum placet, sumite". sub hanc vocem haud minus ferociter, daret utrum vellet, subclamatum est. et cum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset, accipere

1. *si uos non tenent foedera uestra:* CM] si vos non tenent vestra foedera. — *Tenent* plus dicit quam *tenuerunt*, cum significet *tenere solent*. — Harl. al.: „*nec nos quidem*": „auch uns nicht". cf. 1, 10.: „*nec* Crustumini quidem". — CM Cant. al.: „quod nobis insciis *iecit*". — Paulo post CM: atque Hiberi. — CM rell.: „et quod diu *parturit* animus vester, aliquando *pariat*". Sigonius Cic. or. Phil. 2, 46. laudat: „— corpus libenter obtulerim, si repraesentari morte mea libertas civitatis potest: ut aliquando dolor populi r. pariat, quod iam diu parturit".
6. *hic inquit uobis bellum et pacem portamus:* CM. Minus fortiter Berolin.: „*pacem et bellum* portamus". Polyb. 3, 33.: ὁ δὲ κρισβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐνταῦθα καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἔφη καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν· ἐκβαλὼν οὖν, ὁπότερον ἂν κελεύσωσιν, ἀπολάβειν.
7. *sub* hanc uocem — *sub*clamatum est: „*kaum* hatte er dies gesagt, als" u.a.w. Polyb. l. l.: ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Καρχηδονίων, ὑπήκουεν αὐτοῖς φαίνεται, τοῦτ' ἐκβαλεῖν ἐκέλευσεν. τοῦ δὲ Ῥωμαίου φήσαντος τὸν πόλεμον ἐκβαλεῖν, ἀνεφώνησαν ἅμα καὶ κλείους τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου, δέχεσθαι φάσκοντες. — M m. l.: haut minus ferociter: „nicht weniger leidenschaftlich".
9. *et cum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset:* C. — M: „et cum *ille* iterum" cet. quod minus placet. Ad *dare* non tam *se* supplendum esse quam *senatum populumq. romanum*, quod modo dictum erat, verbum *portamus* docet. Dein quamquam Fabius sinum antea non *effuderat* sed *fecerat*, tamen propter actionis similitudinem *iterum* apte scribi potuit: „und als jener die zusammengenommenen Falten

se omnes responderunt et, quibus acciperent animis, isdem se gesturos.

XIX. Haec derecta percunctatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est quam de foedenum iure verbis disceptare, cum ante, tum maxime Sagunto 5

wiederum auseinander fallen liess". — CM: „isdem se gesturos". Bis a Livio h. l. pronomen *se* positum est, quo maior vis responsi voluntatisque Carthaginiensium videretur.

5. *tum maxime Sagunto excisa:* CM rell. exceptis duobus recc. codd. Lovell. 3. 4., in quibus „sagunto *exciso*" manu emendatrice scriptum esse dicitur. I. N. Madvigius in observatt. ad lat. gramm. pertin. p. 21. dixit se non dubitare, quin futurum esset ut *exciso* in melioribus quoque codd. scriptum inveniretur. hanc enim unam esse posse veram huius loci scripturam, quod prioribus locis *Saguntum* a Livio semper in neutro genere positum esset. quod quamquam negari non potest, tamen cum apud alios antiquos scriptores tum apud Livium haud pauca inveniuntur, quae *excisa* non temere abiciendum esse suadeant. sic enim non modo a Seneca Troa. 14. scriptum fertur „exciso est ferro Pergamum", sed etiam a Virgilio Aen. 8, 561. „Praeneste sub ipsa", quamvis ab eodem 7, 682. aeque atque a ceteris scriptt. „altum Praeneste" scriptum legeretur: ut etiam neutrius generis nominibus urbium adiectivorum femininum genus ab antiquis nonnumquam adiectum videatur, quod ad haec omnia nomina vox *urbs* suppleri posset. quod etiam si cui minus probatum erit, tamen *excisa* ita defendi poterit, ut, cum saepe a Livio eiusdem generis nominum formas mutatas videamus, *Sagunto* h. l. non ab *Saguntum* sed ab *Saguntus* derivandum esse dicamus, qua forma non modo Silius poeta sed etiam solutae orationis scriptores posteriores utebantur. sic mirum videri non debet, quod, cum 24, 30. non modo in rell. melioribus libris sed etiam in Puteano „exercitum ducunt *Megarem*" scriptum sit, paucis versibus post in eisdem libris invenitur „*Megaris* castra movent": quarum formarum neutram mutatam voluerit, cui antiquorum librorum auctoritas alicuius momenti est, quod nisi ea lege observata nihil non a quopiam scribi emendariq. possit. 27, 15. „*Caulonis* oppugnatores" legimus, seq. cap.

excisa. nam si verborum disceptationis res esset, quid foedus Hasdrubalis cum Lutatii priore foedere, quod mutatum est, conparandum erat, cum in Lutati foedere diserte additum esset, ita id ratum fore si populus censuisset: in Hasdrubalis foedere nec exceptum tale quicquam fuerit, et tot annorum silentio ita vivo eo conprobatum sit foedus, ut ne mortuo quidem auctore quicquam mutaretur. quamquam, et si priore foedere staretur, satis cautum erat Saguntinis sociis utrorumque exceptis. nam neque additum erat iis qui tunc essent, nec ne qui post ea adsumerentur. et cum

„qui *Cauloniam* obsidebant". *Ostia, orum* 9, 19. 22, 37. 27, 33. optt. libris testibus scribendum est, cum rell. locis *Ostia, ae* inveniatur: eodemque modo multa alia. Denique cf. Strabo 3, 4.: Σάγουντον, κτίσμα Ζακυνθίων, ἣν Ἀννίβας κατασκάψας κ. τ. λ. Quae cum ita sint, neminem fore speramus, qui maiorem illam constantiam diligentiamque recentium temporum etiam ab antiquis diligentissime observatam velit, cum ipsi non modo liberius his rebus uti voluerint, sed etiam putarint inconstantiam eius generis fugi non posse, ne quis diversis eorundem nominum formis celebratis de singulorum, quorum mentio facienda esset, locorum situ integritateque dubius haereat. — Paulo ante M: „haec *decreta* percunctatio ac denuntiatio". C: „haec *decreta* pcunctacio ac denunciatio". In antiquiore libro videtur *derecta* fuisse: (cf. Put. 21, 47.). Lov. 4.: „haec direpta percunctatio". — CM: „ex dignitate populi r̄." — Verba „*cum ante*" in C erasa sunt.

1. *quid foedus Hasdrubalis cum Lutatii* (C: luctatii) *foedere, quod mutatum est, conparandum erat:* CM. Suppl. est „*so muss es auffallen*, wie — verglichen werden konnte". Cf. 21, 18.: „nobis vobiscum foedus est — ictum". — M m. 2.: cōparandum. C: c̄parandum. — M m. 1.: „in lutati foedere". m. 2.: „lutatii". C: „in luctati foedere". — M: „additum *est* ita id ratum fore". C: „ita id *f*atum fore".

10. *ne qui postea adsumerentur:* M. — C: adsumeretur. — Cantabr.: „iis qui nunc essent". Dein M m. 1.: „quis *aecum* censeret". m. 2.: aequum. C: „qui' secum censeret aut ob nullam quemquam merita" cet. — Paulo post CM: „*tantum ne* carthaginiensium socii aut sollicitarentur ad defectionem"

adsumere novos liceret socios, quis aecum censeret aut ob nulla quemquam merita in amicitiam recipi, aut receptos in fidem non defendi? tantum ne Carthaginiensium socii aut sollicitarentur ad defectionem aut sua sponte desciscentes reciperentur. — Legati Romani ab Carthagine, sic uti iis Romae imperatum erat, in Hispaniam, ut adirent civitates ut in societatem perlicerent aut averterent a Poenis, traiecerunt. ad Bargusios primum venerunt, a quibus benigne excepti, quia taedebat imperii Punici, multos trans Hiberum

cet.: „*nur dass nicht* die Bundesgenossen der C. zum Abfalle gereizt oder, falls sie von selbst abfielen, in den Verband mit Rom aufgenommen würden". Harl.: „*tantum scil. cautum est ne* carthaginiensium socii" cet. Lov. 4.: „*tantum cautum ne*" cet. Supplemento tali librariorum opus non esse in hac ellipsi cuique persuasum erit. cf. 35, 11.: „*tantum uti* diceret, utra pars frequentior vicis esset": „nur möchte er ihm sagen". 35. 18.: (oratio obliq.): „*tantum non* cunctandum nec cessandum esse": „nur sei nicht zu zögern noch zu zaudern". Simili modo „*dummodo non*" 37, 35. *Tantum non* etiam quod vernaculo serm. „*beinah*" significare posse notum est: 5, 7. al.

5. *sic uti iis Romae imperatum erat:* C m. 1.] sicut his Romae cet. — C m. 2.: sic uti his. M: sicut iis romae cet. — CM: „*ut* adirent civitates *ut* (in der Absicht um sie) in societatem perlicerent aut averterent a poenis". simili modo haud raro *ut* bis terve positum est et poni oportuit, ubi id quod altero loco dicendum esset, ita ex eo, quod priore loco dictum erat, pendebat, ut alterum prioris finis ratioque putari posset. ex. gr. 22, 34.: „cui non id apparere, id actum et quaesitum esse *ut* interregnum iniretur *ut* in patrum potestate comitia essent". Parum recte igitur I. Fr. Gron. scribi voluit: „*ut* adirent civitates *et aut* in societatem pellicerent *aut* averterent a Poenis".

9. *trans Hiberum:* CM. — Berl.: „ad *cupiditatem* novae fortunae". cf. 6, 35.: „rerum, quarum immodica *cupido* inter mortales est, — discrimine proposito". 21, 10.: „flagrantem cupidine regni". — In verbis „benigne *excepti — erexerunt*" inesse „*multi populi ad cupidinem societatis romanae erecti sunt, postquam legatos romanos a Bargusiis benigne exceptos acceperunt*" neminem fefellerit, sed

populos ad cupidinem novae fortunae erexerunt. inde est ventum ad Volcianos, quorum celebre per Hispaniam responsum ceteros populos ab societate Romana avertit. ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit: „quae verecundia est, Romani, postulare vos uti vestram Carthaginiensium amicitiae praeponamus, cum, qui id fecerunt, Saguntinos crudelius, quam Poenus hostis prodidit, vos socii pro-

L. scripsit *erexerunt*, ut id non sine aliqua ope legatorum romanorum fieri potuisse videretur.

1. *inde est uentum ad Volcianos:* C] ad Volcianos inde est ventum (M rell.). Vel propter similitudinem proxime antecedentis loci „*ad Bargusios* primum venerunt" scriptura codicis C alteri praeferenda est. sed cf. etiam 21, 13.: „esse aliquas et salutis et pacis condiciones". quo modo tamen evenerit, ut scriptura huius l. nobis probata in nullo antiquiore cod. servata videretur, cum in his rebus meliores libri cum C congruere solerent, perspicere non possum. nam quod recentiores libri ab codicibus CM persaepe dissentiunt, id mirum esse non potest. — CM: „quorum *celebre* per hispaniam responsum": „deren durch ganz Spanien *bekannt gewordene* Antwort". — C: ab societatem romana. — Paulo post CM Cant.: „quae uerecundia est, romani, *postulare uos* uti" est. Rell. codd.: „*uos*, romani, *postulare*". Dein CM Cant.: carthaginiensium *amicitiae* praeponamus". Rell. codd.: „carthaginiensium praeponamus *amicitiae*".

7. *quam Poenus hostis prodidit:* CM Voss. Lovell. 2. 4. Gärtn.] quam Poenus hostis perdidit. — *Perdidit* scribendum librariis videbatur, quod Hannibal non prodidisse Saguntinos putari posset sed delevisse. sed postquam in foedere inter Romanos et Carthaginienses icto Saguntinis cautum est, necessitudinem quandam etiam inter Hannibalem et Saguntinos Romanorum socios intercedere oportuit, qua sublata Poenus non modo officium, quod Romanorum sociis debebat, neglexisse, sed Romanos ipsos eorumque socios prodidisse videri potuit. nec verba *perdere* et *prodere* sibi h. l. opposita voluit L. sed nomina *hostis* et *socii*, ut eodem etiam verbo posset opus videri, quo maior vis in ipsis illis duobus nominibus poneretur. In uno etiam cod. Drak. scriptum est „perdideritis". — Paulo ante scriptum est in CM Cant.

lideritis? ibi quaeratis socios censeo, ubi Saguntina clades gnota est: Hispanis populis sic ut lugubre ita insigne documentum Sagunti ruinae erunt, ne quis fidei Romanae aut ocietati confidat". inde extemplo abire finibus Volcianorum iussi ab nullo deinde concilio Hispaniae benigniora 5 erba tulere. ita nequiquam peragrata Hispania in Galliam ranseunt.

Harl. Lovell. 1. 2. 4. al.: „qui id fecerunt *saguntini*": quod ita fortasse ferri potest, si nomen *Saguntini* parenthesis loco subiecto verbi *fecerunt* adiectum videatur.

1. *ibi quaeratis socios censeo:* CM omnesque prope rell. codd. Cum *censere* idem quod *suadere* exprimere possit, coniunctivus nec hoc nec similibus locis (ex. gr. 36, 7. extr.) cuiquam mirus videbitur, cum eundem coniunctivum, ubi simili modo per se positus legitur, ita interpretari soleamus, ut *censendi suadendique* verbum supplendum esse dicamus. cum eodem hoc verbo infinitivos et activi et passivi generis et gerundia iungi notum est, neque cuiquam dubium erit, quin suus cuique dicendi generi sensus sit. cf. 21, 20.: „*censere* — ipsos id *avertere* in se agrosque suos — *obicere*": (= *putare:* „anzunehmen, sie würden ihr eigenes Land der Plünderung Preis geben"). 21, 3.: „florem aetatis — iusto iure a filio *repeti censet*": („er meint dass man mit Fug und Recht zurückfordern könne"). Eodem loco: „ego istum iuvenem domi *tenendum*, — *docendum* vivere aequo iure cum ceteris *censeo*": („mein Rath ist, dass er zurückgehalten werden müsse"). „*Non censeo* quod petit *tribuendum*". — Paulo post M m. 1.: uolcianeorum.

6. *ita nequiquam peragrata Hispania:* M m. 1. C Lov. 4. In plerisque aliis codd. *itaque* inventum videtur, quod m. 2. etiam in M scriptum est. — C m. 2.: nequicquam. — Quod initio sequentis cap. L. scribere perrexerit „*in iis* nova species visa est", multis viris doctis aut ante *transeunt* aut post id verbum nomen eius gentis excidisse videbatur, quam primam legati adissent: idque ex eo etiam patere censuerunt, quod in med. cap. seq. legeretur „eadem ferme *in ceteris Galliae concilils* dicta". hoc consilio I. Fr. Gron. „*in Arvernis* nova terribilisque" cet. Iac. Gron. „Ruscinone terribilis species visa est", Crevierus „Ruscinone nova terribilisque" cet. scribi voluerunt.

XX. In iis nova terribilisque species visa est, quod armati — ita mos gentis erat — in concilium venerunt. cum verbis extollentes gloriam virtutemque populi Romani ac magnitudinem imperii petissent, ne Poeno bellum Italiae inferenti per agros urbesque suas transitum darent, tantus cum fremitu risus dicitur ortus, ut vix a magistratibus maioribusque natu iuventus sedaretur: adeo stolida inpudensque postulatio visa est, censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id avertere in se agrosque suos pro alienis

sed quamvis non dubium videatur, quin nomen alicuius Gallicae gentis h. l. commode addi potuerit, tamen non peius est, Livium in re dubia non admodum diserte scribere voluisse: praesertim cum illius temporis Galliae populos, inprimis eos qui prope montes Pyrenaeos sedes habuerunt, parum notos fuisse verisimile videatur. nam quod ad verba *in Galliam* relatum videmus *in iis*, id per synesin scriptum est, quo dicendi genere hoc potissimum loco L. uti licuit, cum plures Galliae partes esse constaret. cf. ex. gr. 28, 19.: „*Castulo* cum prosperis rebus socii fuissent, post caesos — Scipiones defecerant“: (=„Castulonenses“).

1. *in iis noua terribilisque species uisa est:* C m. 1. M] in his nova cet. (C m. 2.). Caesar quoque initio belli Gallos armatos in concilium convenire consuesse dicit b. gall. 5, 56. — Paulo post C: „uirtutemque populi romani“. M: „uirtutemque populi. r.“ — Cantabr.: „ac magnitudinem petissent“. — C: „per agros urbemque“.

7. *adeo stolida inpudensque postulatio uisa est censere:* CM rell. I. Fr. Gron. eumque secuti alii *censere*, quod huius loci esse non posset, inducendum esse dixerunt. sed ut *infinitivi* nominum loco neutrius generis cum adiectivis iungi solebant, sic h. l. L. *censere* ita cum praecedentibus verbis connexum voluit, ut id verbum pro appositione vocis *postulatio* haberetur: „so thöricht und unverschämt kam ihnen die Forderung vor, anzunehmen, die Gallier würden (non „*sollten*“: qui sensus *ut averterent* postularet:), um Hannibaln nicht nach Italien hinüber zu lassen, denselben auf sich lenken und ihr Land statt des fremden der Plünderung Preis geben“. — CM Harl. Voss. multique alii codd.: „ipsos id *ad*uertere in se“. cf. 1, 28.

populandos obicere. sedato tandem fremitu responsum legatis est, neque Romanorum in se meritum esse neque Carthaginiensium iniuriam, ob quae aut pro Romanis aut adversus Poenos sumant arma: contra ea audire sese, gentis suae homines agro finibusque Italiae pelli a populo Romano stipendiumque pendere et cetera indigna pati. eadem ferme in ceteris Galliae conciliis dicta auditaque, nec hospitale quicquam pacatumve satis prius auditum quam Massiliam venere. ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide cognita, praeoccupatos iam ante ab Hannibale Gallorum animos esse: sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore

5. *agro finibusque:* CM] agris finibusque (rell. codd.). — M m. 1.: „finibusq. *in* Italiae pelli a populo. F.“ — „Stipendiumque *pendi*“ in CM et in Cant. Harl. Lovell. 4. 5. al. scriptum est: syllabam *re* sexcenties praetermissam ab antiquis librariis esse constat. In C invenimus etiam „stipen*dumque*“. — CM rell. meliores: „et cetera indigna pati“: „und alles übrige Ungebührliche erlitten“. — Paulo post C: „nec ospitale quicquam paccatumue“. C: „quam maxiliam uenere“. dein eadem m. 1.: „massiliam“.

9. *ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide cognita:* CM et rell. prope omnes, nisi quod in C „cognota“ scriptum est. Nonnumquam hoc breviore dicendi genere duo aut adiectiva aut participia iuncta videmus, ut aut alterum alteri appositionis loco adderetur, aut ut particula copulativa sublata asyndeto oratio fortior fieret: „jetzt konnte man sich Alles erklären, da die Massilier die genauesten Erkundigungen eingezogen hatten“. cf. 21, 1.: „Hannibalem — altaribus *admotum* tactis sacris iure iurando *adactum*, se“ cet. I. Fr. Gron. tamen commodiorem orationem facere voluit ita scribendo: „ibi omni re ab sociis inquisita cum cura ac fide cognitum“. — C: „praeoccupatis iam ante“. M: „praeoccupatos iam ante hannibale“ cet. sed antiqua m. *ab* suo loco reddidit. In Cantabr. quoque cod. „praeoccupatos iam ante ab hannibale“ inventum est, cum in reliquis libris *ante* deesset. Livium tamen simili modo *ante* cum verbis praecogitare, praedicere, praemeditari, praeoccupare, praeparare, praevidere, al. iungere solitum esse, I. Fr. Gron. et A. Drakenb. locis allatis docuerunt.

— adeo ferocia atque indomita ingenia esse —, ni subinde auro, cuius avidissima gens est, principum animi concilientur. ita peragratis Hispaniae et Galliae populis legati Romam redeunt haud ita multo post quam consules in provincias profecti erant. civitatem omnem in expectatione

2. *cuius auidissima gens est:* M m. 2. C. — M m. 1.: „cum ius auidissima“ cet. cf. 21, 13.: „vestra autem causa me *nec ullius* alterius loqui“. — C m. 1.: princi*pium*. — Ab hoc inde loco prima charta Puteani omnium huius decadis codicum praestantissimi incipit: „*ius*auidissima gens estprincipum animiconcilientur“.

3. *legati Romam redeunt:* P m. 2. CM, cum m. 1. in P fuisset „populis*q.* legati“ cet. Idem *que* paulo post ad verbum *diuenditis* in hoc uno libro desideratur.

5. *ciuitatem omnem in expectatione belli erectam inuenerunt:* PCM] civitatem omnem in exspectationem belli cet. — Put. m. 1.: „ere*p*tam“. dein „erectam“. sic persaepe erratum est: ex. gr. 30, 15. fin. — C: „expectacione“. m. 2.: „expectacionē“. — Et *exspectatione* et *in exspectatione alicuius rei erectum esse* („voll gespannter Erwartung sein“) simili sensu ab antiquis dictum videtur, nec minus *in aliquid* quam *ad aliquid erigi*. cf. 37, 1.: „cum res — relata expectatione certaminis senatum erexisset“. 3, 47.: „cum civitas in foro expectatione erecta staret“. 7, 29.: „quotiens in extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem — erigi imperium posset“. 3, 1.: „agrarii se in spem legis erexerant“. 30, 15.: „regis animus erectus — in spem propinquam — omnis Numidiae potiundae“. 21, 19.: (legati) „populos ad cupidinem novae fortunae erexerunt“. cf. etiam quod ad 10, 26. „in collem aciem erexit“ dictum est. — PM: *hiberum*. C: *h*yberum. — P m. 1.: *tramisisse*. verum tamen cum antiqua manu supra *am* poneretur *n*, factum est ut in CM et in rell. codd. scriberetur „*transisse*“: quamquam dubium videtur an librarius *transmisisse* scribi maluerit, ut 21, 30.: „advenas Alpis — *transmisisse*“: 28, 30. al. sic enim 21, 47. cum m. 1. in Put. *tramnosse* scriptum esset, litteram *m* idem librarius littera *s* mutatam voluit. sed 2, 13. in cod. Paris. *tranauit* invenimus, et in Put. 21, 47. *trauexerint* 27, 5. *tramisit* eiusdemque generis alia.

belli erectam invenerunt, satis constante fama iam Hiberum Poenos tramisisse.

XXI. Hannibal Sagunto capto Carthaginem novam in hiberna concesserat, ibique auditis, quae Romae quaeque Carthagine acta decretaque forent seque non ducem solum sed etiam causam esse belli, partitis divenditisque reliquis praedae nihil ultra differendum ratus, Hispani generis milites convocat: „credo ego vos", inquit, „socii, et ipsos cernere, pacatis omnibus Hispaniae populis aut finiendam nobis militiam exercitusque dimittendos esse aut in alias terras transferendum bellum: ita enim haec gentes non pacis solum sed etiam victoriae bonis florebunt, si ex aliis gentibus praedam et gloriam quaeremus. itaque cum longinqua a domo instet militia incertumque sit, quando domos

4. *quae Romae quaeque Carthagine acta decretaque forent:* PM. — C: quae romae quaequae carthagine cet. — Deinde recte videtur a Laur. Valla scriptum esse „*partitis divenditisque*". Put. m. 1.: partitisdiuidend*i*tisreliquis": sed mediae litterae *it* inductae sunt. M m. 1.: „diuidentisq. reliquis". M m. 2. C: „diuidendisq." Cf. 1, 53. 10, 17.: „divendita praeda". 38, 59.: „venditis omnibus bonis". — *Reliquis* pro *reliquiis* ex PCM recepimus, quod hac forma contracta Livium uti solitum esse multis locis optimi libri docent. — P m. 1.: conuocant. P m. 2. CM: connocat. Lov. 4.: connocauit.

8. *et ipsos cernere:* P m. 2. CM. — P m. 1.: „etipsosgenerepacatis". C: „paccatis omnibus hyspaniae populis". — P m. 1.: „au*d*finiendamnobis". m. 2.: *aut.* PCM omnesque prope Drak. codd.: „*n*obis". Pauci recc. codd.: „*u*obis".

11. *haec gentes:* P] hae gentes (CM). — Put. m. 2.: haecgentes": quod dicere videtur *c* inducendum esse. sed cf. 1, 30. 43. 2, 44. 3, 55. 25, 23. al. — PM: „ita enim — flore*bunt*, si — quaere*mus*". C: „florebunt — quaera*mus*. cf. 21, 13.: „ita spes est, si — audiatis".

14. *a domo:* Lov. 1.] ab domo (P m. 2. CM). — P m. 1.: „cum longinqua *a* modo instetmilitia". Persaepe ita *modo* pro *domo* et contra ab antiquis librariis scriptum esse notum est. — M m. 1.: militia*m*. — M m. 1.: „quan*domos* ūras". m. 2.: „quan*do*

vestras et quae cuique ibi cara sunt visuri sitis, si quis vestrum suos invisere volt, commeatum do. primo vere edico adsitis, ut diis bene iuvantibus bellum ingentis gloriae praedaeque futurum incipiamus". omnibus fere visendi domos oblata ultro potestas grata erat et iam desiderantibus suos et longius in futurum providentibus desiderium: per totum tempus hiemis quies inter labores aut iam exhaustos aut mox exhauriendos renovavit corpora animosque ad omnia de integro patienda: vere primo ad edictum convenere. Hannibal, cum recensuisset omnium gentium auxilia, Gadis

domos". — P m. 1.: „etque'-cuiqueibicarasunt". m. 2.: *quae*. M m. 1.: „et quae cuiq. cara sunt". M m. 2. C: „et quae cuiq. ibi cara sunt". Plerique recc. codd.: „cara *sint*". — P m. 1. M m. 2. C: „inuisere uolt commeatum do". P m. 2.: cōmeatum. M m. 1.: u*u*lt. — Dein P m. 1.: „promoueriedico". P (eadem manu 1.) CM: „primo uere edico adsitis". Num vero L. *ueri* scribi voluerit nescio. sed in P potest *i* eodem mendo scriptum videri, quo in eodem libro paulo post „p*i*tiit" positum est pro *petiit*. — P m. 1.: gloriaepraedequae". dein „praedaeque".

5. *et iam desiderantibus suos et* cet. M m. 2. PC. — M m. 1.: „desiderantib. uos et". Simili mendo excidit *suos* in Cantabr. — C: tempus hymis. — M: „quies*t* | inter". sed *t* in ras. est". — PCM multique recc. codd.: „inter labores aut *et* iam exhaustos": nisi quod C „exaustos". sic P: „exauriendos". CM: „exhauriendos". — Paulo post M m. 1.: conuenire. M m. 2. PC: „ad edictum conuenere".

10. *cum recensuisset omnium gentium auxilia, Gadis profectus:* PCM Harl.] cum recensuisset omnium auxilia gentium, Gades profectus (rell. codd.). De Hercule Gaditano cf. Heeren Ideen I, 2. p. 48. II, 1. p. 86. et 143. Diod. 4, 18. — C: exoluit. — Ant. Perizonius *votis* abesse maluit, quod eadem vox modo scripta esset. sed cf. 1, 41.: consilia. 6, 1.: urbem. — PC: „si cetera *prospera* euenissent". M: „prospere uenissent", cum librarius *e* pro *ae* poneret, quo mendo saepissime erratum est. Inde Pal. 3. Sigon.: „prospere euenissent". cf. 28, 42.: „omnia, quae prospera tibi ac populi r. imperio evenere". 42, 28.: „— ut, quod bellum populus r. in animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret".

profectus Herculi vota exsolvit, novisque se obligat votis si cetera prospera evenissent. inde partiens curas simul in inferendum atque arcendum bellum, nc, dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret, nuda apertaque Romanis Africa ab Sicilia esset, valido praesidio firmare eam statuit. pro eo supplementum ipse ex Africa maxime iaculatorum, levium armis, petiit, ut Afri in Hispa-

contra 9, 19.: „etiam si prima prospere evenissent.

2. *inde partiens curas simul in inferendum atque arcendum bellum* l. Fr. Gronovius recte videtur scripsisse, cum ante eum legeretur „simul inferendi atque arcendi belli". in antiquis enim codd. praepositio *in* propter eandem syllab. sequentem praetermissa erat, quo modo persaepe integram orationem corruptam videmus. in Pat. vero cum scriptum esset „simul inferendum adque arcendumbellum", factum videtur ut in Pall. 1. 2. scriberetur „simul *ad* inferendum atque arcendum bellum": quod, si non ad *partiens* referendum esset, non improbandum videretur. *adque* tamen nonnumquam pro *atque* (30, 13.), contraque *at* pro *ad* (30, 16.) in Pat. scriptum esse constat. — P m. 1.: „perhispaniamgalliamsque". m. 1. tamen *m* inductum est. hinc unus Drak. cod.: „galliamque". „*Dum—peteret*" in omnibus codd. ut debebat scriptum est: „während er nach Italien marschiere". Drakenborchius vero dicendi genere non perspecto aut „dum petit" aut „cum peteretur" scribendum esse censuit. — M: affrica. — *Ab Sicilia:* „*von* Sicilien *her*". Cf. Ferd. Handii Tursell. 1. p. 13. obs. 8. — P m. 1.: „firmare*t*eamstatuit". P m. 2. CM Cant. Harl. al.: „*firmare eam statuit*". l. Fr. Gron. scribendum quidem conlecit „firmare *et* eam", sed eam particulam huius loci esse non posse facile est intellectu: eodemque modo *firmaret* in P scriptum est quo ex. gr. 21, 22. *respiceret* pro *respicere* in CM, et *temperaret* in C pro *temperare:* nisi forte antiquior librarius non *t* scribere sed lineolam quandam post *firmare* ponere voluit ad duas litteras *e* separandas.

7. *Afri in Hispania, in Africa Hispani:* P m. 2. M m. 2. C Cant., cum in rell. codd. minus eleganter scriptum esset „afri *in hispania*, hispani *in africa*". — P m. 1.: „afriinhispaniainafricamelior" cet. praetermissa voce *Hispani.* M m. 1.: afri in hi-

nia, in Africa Hispani — melior procul ab domo futurus uterque miles — velut mutuis pigneribus obligati stipendia facerent. tredecim milia octingentos quinquaginta pedites caetratos misit in Africam, et funditores Baliares octingentos septuaginta, equites mixtos ex multis gentibus mille ducentos. has copias partim Carthagini praesidio esse partim distribui per Africam iubet. simul conquisitoribus in civitates missis quattuor milia conscripta delectae iuventutis, praesidium eosdem et obsides, duci Carthaginem iubet.

spania *in africa* melior *hispani* procul" cet. cf. 21, 13.: „et salutis et pacis". — Paulo ante P m. 1.: „*p*itiit". — PCM: „melior procul ab domo *futurus* uterque miles": „*in der Erwartung dass* sie beide fern von der Heimath um so ausgezeichnetere Soldaten sein würden". cf. 21, 4.: magno *futuro* duci. — PCM Lov. 1.: „mutuis pigneribus". cf. 2, 1.: pignera.

3. *XIII milia DCCCL. pedites caetratos misit in Africam, et funditores Baleares DCCCLXX. equites mixtos ex multis gentibus CC:* PCM. Eundem militum numerum Polybius 3, 33. refert praeter Baliarium, qui numerus librariorum incuria excidisse videtur. Idem scriptor eodem l. omnium eorum et Hispaniae et Africae populorum, quorum opera Carthaginienses in hoc bello usi sunt, nomina recensuit. — Quamquam non modo in CM sed etiam in P h. l. „baleares" scriptum est, tamen in hac maiore edit. *Baliares* scribi iussimus, et quod apud Polyb. Βαλιαρεῖς nominantur, et quod in Put. id nomen saepius littera *i* quam *e* scriptum reperitur. — Proximis verbis „*has copias partim*" finitur prima Puteani charta, alteraque mediis omnibus perditis incipit verbis „*tegro bello nusquam ante libatis uiribus*", quae verba sunt capitis 29. huius libri.

8. *IIII conscripta delectae iuuentutis:* CM. In Cantabr. scriptum est „*conscripti*": quod, nisi loci ratio accusativum posceret, per synesin scriptum videri posset, quo dicendi genere eodem hoc loco *eosdem* positum videmus: nisi quis putat, *conscripti* eodem mendo h. l. pro *conscriptos* ortum esse, quo 21, 19. *saguntini* pro *saguntinos* in eodem cod. Cant. et in CM positum deprehendimus. — CM: „praesidium eosdem et obsides". In Harl. praetermissum est

XXII. Neque Hispaniam neglegendam ratus — atque id eo haud minus, quod haud ignarus erat circumitam ab

eosdem, quod pronomen deesse non potest: „um zugleich zum Schutz und zum Unterpfand der Treue zu dienen“. Polyb. l. l.: ἀπέστειλεν εἰς Καρχηδόνα — ὁμηρείας ἔχοντας καὶ βοηθείας ἅμα τάξιν. L. 21, 25.: eadem.

1. *atque id eo haud minus:* M omnesque prope rell. codd.] atque ideo minus. — C m. 1.: „atque ideo † minus“ erasa media voce. dein m. 2.: „atque ideo haut minus“. Harl.: „atque ideo quod haud minus“. — I. Fr. Gronovius nullo pacto h. l. *haud* probari posse dixit, eumque secutus I. Bekkerus eam vocem induxit. nec tamen sine causa *haud minus* in antiquis codd. scriptum videtur. primo enim Livius nihil aliud quam hoc videtur dicere voluisse, Hannibalem non minus Hispaniam quam Africam firmandam ratum Hasdrubali fratri eam provinciam cum validis praesidiis dedisse. sed cum videret complures fuisse causas, cur id ille necesse habuisset, parenthesin quandam illi orationi interposuit, qua ipse id, quod lectores fugere posset, commemoraret. quod igitur dicit *haud minus*, id spectat ad eas causas, quarum ipse mentionem non facit, quod eas neminem praeterituras esse arbitratur: Hispaniam negligendam non esse, quod ea haec esset provincia, unde Carthaginienses cuiusvis rei subsidium petere possent: qua scribendi ratione perspecta neminem *haud* abesse posse opinaturum speramus. ad *atq. id* „und zwar“, quod latine ita scribi solebat, cf. init. Cic. offic. l. I.: „quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, *idque* Athenis, abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae“. vernaculo igitur sermone: „und überzeugt, dass er Spanien nicht unberücksichtigt lassen dürfe — und zwar (nicht weniger deshalb: in quibus verbis litotes quaedam inest =) besonders deshalb, weil es ihm keineswegs entgangen war, dass die Römer dort überall die Grossen für sich zu gewinnen gesucht hätten, so bestimmt er dies Land seinem Bruder Hasdrubal, einem thatkräftigen Manne“ u. s. w. — Paulo ante CM: „neglegendam“. Dein M: „eam prouintiã destinat“. — Quae sequuntur verba in CM ita scripta sunt: „*peditum afrorum* XI. *dcccl. liguribus. ccc. balearib'*. ad haec peditum auxilia“ cet. nisi quod in M „bal*i*aribus“ inest. Quo loco cum non modo in CM sed etiam in rell.

Romanis eam legatis ad sollicitandos principum animos — Hasdrubali fratri, viro inpigro, eam provinciam destinat, firmatque eum Africis maxime praesidiis, peditum Afrorum undecim milibus octingentis quinquaginta, Liguribus trecentis, Baliaribus quingentis. ad haec peditum auxilia additi equites Libyphoenices — mixtum Punicum Afris genus — quadringenti quinquaginta, et Numidae Maurique accolae

codd. Baliarium numerus negligentia librariorum intercidisset, Henr. Glareanus eodem iure ex Polybio, apud quem l. l. „Βαλιαρεῖς πεντακοσίους“ legimus, Livianum locum explevit, quo superiorem Polybianum locum corruptum Perottus ex Livio refectum voluit. saepenumero vero hanc litteram *d* a librariis male praetermissam esse, in Prolegomm. ad T. Livi l. XXX. p. LXXV. ostendimus: vereque dixerunt docti homines, hoc potissimum loco ita errari potuisse, quod *ad* sequeretur.

7. *quadringenti quinquaginta*] quadringenti. — In CM scriptum est h. l.: „equites libyphoenices mixtum punicum afris genus cccc et numidae maurique accolae oceani ad ∞ dccc. et parua ilergetum manus ex hispania ducenti equites“: praeterquam quod in C invenimus „lybiphenices“. Cum in his rebus inquirendis Polybius quanta maxima diligentia versatus sit, neque aliud quidquam nisi quod in tabula aenea in Iunonis Laciniae fano ab Hannibale ipso posita descriptum invenerit, in annalibus suis rettulerit, et Livius Polybium ita secutus sit ut eum gravissimum harum omnium rerum auctorem habuisse appareret, facere non potuimus quin cum l. Fr. Gronovio ad *cccc*, qui numerus in CM Cantabr. Harl. exhibetur, cum in rell. codd. *ccc* sit, ex Polybio adderemus *l*, quae littera inter *c* atque *et* facillime excidere potuerit: quo emendationis genere proxime antecedente loco ex eodem Polybio H. Glareanum *d* ad nomen *Baliaribus* optimo iure supplevisse vidimus. nam quod Drakenborchius dicit, Polybium, cum scriberet l. l. „καὶ μὴν ἱππεῖς Λιβυφοινίκων μὲν καὶ Λιβύων τετρακοσίους πεντήκοντα“ non Libyphoenices modo sed etiam Afros numerasse, id non magni momenti est, cum Livius verbis *mixtum Punicum Afris genus* idem prope exprimere videatur voluisse, nec credi possit, Afros illos numerum quinquaginta hominum non excessisse. magis tamen dubia res videretur, si

Oceani ad mille octingenti, et parva Ilergetum manus ex Hispania, ducenti equites, et ne quid terrestris deesset auxilii genus, elephanti viginti unus. classis praeter ea data

Livius numero suo adverbium *ad* adiecisset, quod bis factum non est. litteram *l* vero aeque atque *d* librariorum incuria in his numeris nonnumquam praetermissam esse l. l. in proleg. ad T. Livi l. XXX. docuimus. — In Lovel. 2. non *Ilergetum* sed *Lergetum* scriptum esse dicitur, quod, si de industria scriptum est, profectum esse non potest nisi ab homine Polybianarum historiarum perito: in Polyb. mss. enim „Λεργητῶν δὲ τριακοσίους“ h. l. inventum est, quod novissimus horum librorum editor I. Bekkerus recepit, cum I. Schweighäuserus Livium secutus Ἰλεργητῶν emendasset. in eadem Bekk. editione 3, 35. τὸ τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος legimus, quam gentem Strabo 3, 4. τῶν Ἰλεργητῶν nominat.

3. *elephanti viginti unus:* C] elephanti quattuordecim. — Primo scriptum erat in C „eleephanti XIIII. X. classis“ cet., idemque videtur in M fuisse, quamquam ibi ultimo numero eraso nihil iam fuerit nisi „elephanti XIII. †classis“ cet. Inde factum videtur, ut in rell. omnibus Livianis codd. „elephanti XIIII“ scriberetur excepto uno cod. Lovel. 5., in quo *XXIIII* inventum est. sed in cod. C eadem antiqua manus, quae reliqua scripserat, supra prius *X* addidit *XI*, ut verus numerus *XXI*, quem apud Polybium positum videmus, fieret. videtur igitur in antiquioribus libris Livianis ∞ scriptum fuisse pro altero *X*, ex quo facili quodam mendo *III* fieri potuit, postremumque *X* tamquam altera quaedam interpretatio prioris numeri adiectum esse, nisi forte metathesi illa, qua tot locos corruptos videmus, et h. l. numerorum signa confusa sunt. neque vero ex Polybio illum librarium restituere integrum numerum voluisse, vel inde sequi videtur, quod nullo praeterea loco quidquam eius generis in hoc codice C deprehendimus, cuius generis emendationes in recentissimis mss. permultae inveniuntur. — Paulo ante non dubitavimus ex CM Cant. „ne *quid* terrestris deesset auxilii genus“ Iac. Gronovium et I. Bekkerum secuti scribere, quod *ne quid genus* eodem dicendi modo quo illud Plautinum „*quid est tibi nomen*“ (Pseud. 2, 2. 634.) similiaque positum videri potest. in rell. codd.

ad tuendam maritumam oram, quia, qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat, quinquaginta quinqueremes, quadriremes duae, triremes quinque: sed aptae instructaeque remigio triginta et duae quinqueremes erant et triremes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hiberna exercitus redit, atque inde profectus praeter Etovissam urbem ad Hiberum maritumam oram ducit.

esse fertur „ne *quod* — genus".

1. *ad tuendā maritumā orā* (44, 32) antiqua m. in C scriptum est, quamquam antea eadem manus esse voluerat „adtuende maritume orae". idem videtur primo etiam in M scriptum fuisse: sed extremis verborum litteris erasis nihil ibi invenimus nisi „adtuenda† maritumae ora† quia" cet. Cant. Lov. 1.: „ad tuendae maritimae orae". Harl. Berol.: „ad tuendam maritimam oram". Lov. 2.: „ad tuendum maritimam oram". Nisi similia menda aliis quoque locis invenirentur, ac nisi *ad* in melioribus omnibus codd. superesset, non dubitarem cum librariis codicum Lovell. 3. 4. 5. et Hafn. scribere „*tuendae maritimae orae*". — Ad verba „*qua parte belli vicerant*" cf. simile dicendi genus quo Livius 21, 17. usus est „*ea parte belli dimicaturum hostem*". Quem ad modum igitur Romani non exspectabant fore ut Hannibal mari dimicare vellet, sic Hannibal verebatur, ne futurum esset ut Romani mari, quo priore bello vicerant, rem gerere mallent. — Paulo post levi mendo scriptum est in M „triginta et duae quinqueremes erant et triremis quinq." Sensum huius loci esse, non omnes illas quinquaginta septem naves Hasdrubali attributas iam tum remigio instructas fuisse, sed tantum triginta septem earum, docet Polybius 3, 33. ita: ἐπὶ δὲ τῆς Ἰβηρίας ἀπέλιπεν Ἀσδρούβᾳ τἀδελφῷ πεντήρεις μὲν πεντήκοντα, τετρήρεις δὲ δύο καὶ τριήρεις πέντε· τούτων ἐχούσας πληρώματα πεντήρεις μὲν τριάκοντα δύο, τριήρεις δὲ πέντε.
6. *redit:* C] rediit (M rell.). Utrum L. *redit* pro perfecto an pro praesenti haberi voluerit nescio. — Voss. Lovell. 1. 2. Berol. Hav.: *a* gadibus. — Lov. 4. Berol.: ad hiberna rediit.
7. *maritumā oram:* C] maritimamque oram. — M Harl. Voss. Lovell. 1. 2. 4. 5. al.: „*maritimam oram*": führt er das Heer nach dem Ebro *die Meeresküste entlang*": quo dicendi genere nos quo-

ibi fama est in quiete visum ab eo iuvenem divina specie, qui se ab Iove diceret ducem in Italiam Hannibali missum: proinde

que dicimus „einen Weg gehen“, „einen Weg einen führen“. huius accusativi vim cum Lac. Gron. non perspiceret, ipse ablativum „maritima ora“ poni voluit. *Maritimamque* vero, ita ut *ad* supplendum sit, nullo pacto probari posse nemo non intelligit, cum in ipsa illa ora Carthago sita esset. Ab Carthagine nova igitur profectus maritimam oram exercitum Hannibal ante duxit quam veniret in Edetanorum fines, quorum urbs Etovisa erat: superiore enim parte Hiberum traici multae causae inserunt. illius urbis nomen ex Ptolemaei l. 2, 6., ubi Ἡτόβησσα nominatur, restituerunt, cum id quod antiquis Liv. codd. traderetur, integrum esse non posset. proxime hanc emendationem videtur id esse, quod in M invenimus „*pretomissam* urbem“: ut simili modo h. l. librarius erraverit, quo 21, 21. scripserat „quan*do*mos“ pro „quando domos“, et „desiderantibuos“ pro „desiderantibus suos“. C: „preter omissā urbem“. Cant. Voss. Lovell. 1. 2. 4. Berol. Gärtn.: „praeter omissam urbem“. — CM: ad hiberum.

1. *ibi fama est in quiete visum ab eo iuuenem:* „da sei ihm, erzählt man, im Traume ein Jüngling von göttlicher Gestalt erschienen“: *in quiete* enim idem est quod *in somnis*. cf. 2, 32.: „ea frequentior *fama est* quam cuius Piso auctor est“. — C m. 1.: „qui *missum* se ab ioue diceret ducem in italiam hannibali *missum*“: sed prius *missum* inductum est. M m. 1.: in italia. m. 2.: „in italiā“. — M: „*neque usquam a se deflecteret oculos*“. septem verba ab *usquam* ad *nusquam*, quae primo librarium codicis C fefellerant, ab eodem antiquo librario inter versus adscripta sunt. Persaepe negationem *neque* ita ut hoc loco a Livio positum esse notum videtur. cf. ex. gr. 1, 2.: „Aeneas — *ut* animos Aboriginum sibi conciliaret, *nec* sub eodem iure solum sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit“. 2, 32.: „indignatus reliquas partes — conspirasse inde, *ne* manus ad os cibum ferrent *nec* os acciperet datum *nec* dentes quae conficerent“. 4, 4.: „cur non sancitis, *ne* vicinus patricio sit plebeius *nec* eodem itinere eat, *ne* idem convivium ineat, *ne* in foro eodem consistat“. 5, 3.: „sic vos interdicitis patribus commercio plebis, *ne* nos comitate — provocemus plebem *nec* plebs

sequeretur neque usquam a se deflecteret oculos. pavidum primo nusquam circumspicientem aut respicientem secutum, deinde cura ingenii humani, cum, quidnam id esset quod respicere vetitus esset, agitaret animo, temperare oculis ne-

nobis dicto audiens atque obediens sit". 3, 36.: „foedus clandestinum inter ipsos iure iurando ictum, *ne* comitia haberent perpetuo*que* decemviratu possessum semel obtinerent imperium": al. His similibusque locis id tamen apparere videtur, negandi particulam *neve* tum scriptam esse, cum nova aliqua res aut nova certe descriptae rei ratio ad id, quod relatum erat, adicienda videretur: copulativam particulam *neque* positam esse, cum id, quod altero loco diceretur, tamquam pro interpretatione eius, quod priore loco dictum esset, diligentioreve explicatione haberi posset, quod nihil novi afferretur nisi quo ex aliqua parte descripta res melius certiusque et perciperetur et cognosceretur. sic igitur 2, 33. non cum antiquiore Harleiano *nec cui* sed cum PM scribendum est: „concessum — in condiciones, *ut* plebi sui magistratus essent sacrosancti —, *neve* cui patrum capere eum magistratum liceret".

4. *nequiuisse eum:* CM Harl. multique Drak. codd.] nequivisse. tum vidisse cet. Quamquam simili modo apud Ciceronem de divin. 1, 24., quo loco eiusdem somnii mentio

fit, scriptum legimus „*tum* visam beluam vastam et inmanem —, quacumque incederet, omnia arbusta virgulta tecta pervertere", et quamquam ad transferendum in vernaculum sermonem particula eius generis deesse non posse videtur, tamen facere non potuimus quin antiquorum codd. scripturam, qua graviorem fieri vim verbi *vidisse* appareret, pluris haberemus. at Cicero saepius eodem illo loco particulam *tum* posuit, Livius ea in posteriore demum parte narrationis, in qua ipsa quanta maxima orationis vis ponenda erat, usus est. In minore nostra edit. verba *eum vidisse* iuncta voluimus, quod iam minus placebat. — CM: „uidisse post *sese*". Rell. codd.: „post *se*". CM: „respiceret": C etiam „temperaret": de quo librariorum mendo 21, 21. ad verba „firmare eam statuit" locuti sumus. — — Pro *cura* Ant. Perizonius *more humani ingenii* scribi maluit, quo verbo fortasse id, quod nos dicimus „nach einer so gewöhnlichen Erscheinung" melius exprimi putaret. sed *cura humani ingenii* h. l. proprie accipiendum videtur: „in Folge

quivisse eum: vidisse post sese serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum strage ferri ac post insequi cum fragore caeli nimbum. tum, quae moles ea quidve prodigii esset, quaerentem audisse vastitatem Italiae esse: pergeret porro ire nec ultra inquireret sineretque fata in occulto esse.

XXIII. Hoc visu laetus tripertito Hiberum copias traiecit praemissis qui Gallorum animos, qua traducendus exercitus erat, donis conciliarent Alpiumque transitus specularentur. nonaginta milia peditum, duodecim milia equitum Hiberum traduxit. Ilergetes inde Bargusiosque et Auseta-

einer dem menschlichen Gefühle so natürlichen Besorgniss": verendum enim Hannibali erat ne in quod periculum incideret. — *Ferri*, quod paulo post sequitur, h. l. non id, quod in describendo Cadmeo serpente ab Ovidio Metam. 3, 49. hoc verbo significatum videmus („impetu nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis, *fertur* et obstantes proturbat pectore silvas" „sie schiesst mit ungeheurer Gewalt daher"), exprimere videtur, sed lentiorem quendam ingressum, quem, quo tardior videretur, eo graviorem perniciosioremque fieri necesse erat: „da habe er eine Schlange von wunderbarer Grösse *sich daherwälzen* gesehen, der unmittelbar eine Wetterwolke mit krachendem Donner gefolgt sei: auf seine Frage, was das Ungeheuer oder die ganze wunderbare Erscheinung bedeute, habe er dann vernommen, es sei das der Untergang Italiens: er solle ruhig vorwärts gehen und nicht weiter forschen und das kommende Geschick in seinem Dunkel lassen".

7. *tripertito Hiberum copias traiecit:* CM. Cf. 21, 7. — C: „donis conciliarent. $\overline{xc}$ milia peditū. $\overline{xii}$ milia equitū hyberum traduxit" quattuor verbis omissis. M: „$\overline{xc}$ milia peditum $\overline{xii}$ milia equitum hiberum traduxit". idem refert Polyb. 3, 35.

11. *Ilergetes inde:* CM. Hic locus non ex omni parte ita in antiquis codd. scriptus legitur ut et priores et nos scribi iussimus. in M enim invenimus: „bargutosq. et ausetanos et aquitaniam quae subiecta pyreneis montibus est subigit": dein „subegit". in C: „barguntosque. et ausetanos & aquitano$\bar{a}$ que subiecta pireneis montibus est subegit". m. 2.: „bargutos-

nos et Lacetaniam, quae subiecta Pyrenaeis montibus est, subegit, oraeque huic omni praefecit Hannonem, ut fauces quae Hispanias Galliis iungunt in potestate essent. decem milia peditum Hannoni ad praesidium obtinendae regionis

que". litterae *oā* in ras. sunt. sed quamvis *Bargutosque* in plerisque quoque Drakenb. codicibus inventum sit, vere tamen *Bargusiosque* scriptum esse Polyb. 3, 35. ostendit: eosdemque hos Bargusios fuisse, id quod nonnulli negarunt, cum illis Bargusiis, quorum a Livio 21, 19. mentio facta est, idem Polybius videtur persuadere, qui dicat, Hannonem ab Hannibale Bargusios graviore quam ceteros, quos dicionis Carthaginiensis fecerit, imperio propter amicitiam cum Romanis initam obtinere iussum esse. *Aquitaniam*, si quidem partis Galliae videretur esse nomen, veram huius loci scripturam esse non posse, quod Hannibal tunc Pyrenaeos montes non fuisset transgressus, recte viderunt docti homines: nec male videtur Sigonius *Lacetaniam* scripsisse, cum Livius ipse eius orae Pyrenaeis subiectae incolas 21, 60. aliisque locis Lacetanos dixerit. litteram *l* enim hoc potissimum loco, quo *et* praecederet, facile omitti potuisse, ac saepe *c* cum *qu* commutatum esse nemo negaverit. huc accedit, quod in Lovel. 1. „acquetaniam" scriptum esse fertur: cuius codicis librarium significare voluisse, in aliis libris inveniri *aquetaniam*, in aliis *acetaniam*, si Drakenborchius recte viderit, vix est quod de emendatione Sigoniana dubitari possit: quamquam eadem illa ora Hispaniae testibus mss. ab Ptolemaeo Ἀκηταvία nominata esse dicitur, ab Strabone 3, 4. Ἰακκηταvία. Polybius etiam in his nominibus a Livio videtur dissensisse, cum l. l. scriberet: καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμὸν κατεστρέψατο τό τε τῶν Πυρηναίων ἔθνος καὶ Βαργουσίους, ἔτι δὲ τοὺς Αἰρηνοσίους καὶ τοὺς Ἀνδοσίνους μέχρι τῆς προσαγορευομένης Πυρήνης. — CM: „quae hispani*as* galli*is* iungunt". cf. 21, 21.

3. *x milia peditum:* CM. — M: optinendę regionis. — Paulo post CM: „per pyrreneum saltum". M m. 2.: „pyreneum". — CM: „*est* coeptus": nisi quod C „ceptus romorque". Rell. codd.: „coeptus est". — CM: „tria milia inde carpetanorum peditum". Lovell. 2. 4. Berol. Hav.: „carpentanorum". cf. 21, 5. — In seqq. C: „quam longiquitate". — Lovell. 4. 5.: „insuperabilique transitu alpium".

data et mille equites. postquam per Pyrenaeum saltum traduci exercitus est coeptus rumorque per barbaros manavit certior de bello Romano, tria milia inde Carpetanorum peditum iter averterunt. constabat non tam bello motos quam longinquitate viae insuperabilique Alpium transitu. Hannibal, quia revocare aut vi retinere eos anceps erat, ne ceterorum etiam feroces animi inritarentur, supra septem milia hominum domos remisit, quos et ipse gravari militia senserat, Carpetanos quoque ab se dimissos simulans.

8. *quos et ipse grauari militia senserat:* M m. 2. C rell.] quos et ipsos gravari cet. (ex coni. Mureti). I. Fr. Gron. etiam „quos et *ipsos* gravari militia*m* senserat" scribendum esse censuit. *Et ipsos* aptissime a Livio h. l. scribi potuisse („dass sie ebenfalls des Dienstes müde seien"), nemo negaverit: nec tamen id hoc est quod antiquis libris testibus Livius dicere voluit. ex illa enim coniectura tota orationis vis in eo poneretur necesse esset ut milites hi alteri idem quod Carpetani consilium abeundi cepisse dicerentur, cum Livius non id modo videatur exprimere voluisse, sed etiam quam intento ipse imperator Hannibal animo ad omnia quae agerentur fuerit, quod eius sagacitatem prudentiamque nec tale Hispanorum consilium fallere nec fugere potuisset, quid vi adhibenda verendum videretur. quem ad modum igitur 21, 12. vidimus, *et ipse* interdum ita positum esse, ut *et* nihil magis efficeret quam ut vis quae in pronomine *ipse* inesset augeretur, sic hoc quoque loco *et ipse* accipiendum videtur: „von denen er wohl gemerkt hatte, dass sie" u. s. w. „von denen es ihm keineswegs entgangen war". verum ne ita quidem, si quis *et ipse* propria sua significatione retineri velit, est quod codicum scriptura abiciatur oporteat. hoc enim sensu *et ipse* („auch er") significaret, non modo alios de Hispanorum illorum consilio certiores factos esse sed etiam imperatorem ipsum. nonnumquam enim *et ipse* ita a Livio positum esse, ut altera pars, ad quam id dicendi genus pertinere videretur, non diserte exprimeretur sed facili coniectura supplenda esset, E. Fabri aliquot locis 29, 23. extr. 31, 24. extr. 40, 12. extr. collatis verissime docuit. — M m. 1.: militia*s* senserat. — Recc. quidam codd.: carpe*n*tanosque.

XXIV. Inde, ne mora atque otium animos sollicitaret, cum reliquis copiis Pyrenaeum transgreditur et ad oppidum Iliberri castra locat. Galli quamquam Italiae bellum inferri audiebant, tamen, quia vi subactos trans Pyrenaeum Hispanos fama erat praesidiaque valida inposita, metu servitutis ad arma consternati, Ruscinonem aliquot populi conveniunt. quod ubi Hannibali nuntiatum est, moram magis quam bellum metuens oratores ad regulos eorum misit, conloqui semet ipsum cum iis velle, et vel illi propius Iliberrim accederent, vel se Ruscinonem processurum, ut ex propinquo congressus facilior esset: nam et accepturum eos in castra sua se laetum, nec cunctanter se ipsum ad eos venturum: hospitem enim se Galliae non hostem advenisse,

2. *et ad oppidum Iliberri castra locat:* CM] et ad oppidum Illiberi cet. — C m. 1.: „iliberi“: sed eadem m. 1. alterum *r* adscripsit. Cant.: „illiberi“. Harl. Lovell. 4. 5. al.: „iliberum“. Voss.: „illiberrum“. Multi recc. codd.: „illiberum“. Cf. Strab. 4, 1.: ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης ὅ τε Ῥουσκίνων καὶ ὁ Ἰλυβίῤῥις, κώμην ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν. Hoc primo tamen loco videtur Livius *Iliberri* non *Iliberrim*, quod paulo post legitur, scripsisse, ne quem iustum eius urbis nomen falleret. — Paulo ante in multis recc. codd. scriptum est: „ne mora atque otium animos sollicitar*ent*“. — M: „pyreneum transgreditur“. C: „pyreneum trangreditur“. — Paulo post C: „trans pyrenaeum“. M: „trans pyreneum“. — Ad *consternati* cf. 21, 11. sub fin. 7, 42.: eam multitudinem coniuratorum ad arma consternatam esse. — M m. 1.: „ruscino*mem* aliquod populi conueniunt“. M m. 2. C: „ruscinonem“.

9. *conloqui semet ipsum cum iis uelle:* CM. — Rell. codd.: „colloqui semet ipsum uelle cum his“. — C: „*et* uel illi propius *in*liberrim accederent“: „*und* sie möchten *also* entweder selbst in die Nähe von I. rücken“. M m. 1.: „proprius *in*liber†ri†accederent“ mediis litteris erasis. M m. 2.: „propius iliber†ri†accederent“. — C: se letum.

13. *hospitem enim se Galliae non hostem aduenisse:* CM. — Pal. 3.: „hospitem enim se non *hostem galliae* aduenisse“. Simili paronomasia L. usus est 23, 33.: „laetus ad modum hostes pro hospitibus comiter accepit“.

nec stricturum ante gladium, si per Gallos liceat, quam in Italiam venisset. et per nuntios quidem haec. ut vero reguli Gallorum castris ad Iliberrim extemplo motis haud gravanter ad Poenum venerunt, capti donis cum bona pace exercitum per finis suos praeter Ruscinonem oppidum transmiserunt.

XXV. In Italiam interim nihil ultra quam Hiberum transisse Hannibalem a Massiliensium legatis Romam perlatum erat, cum, perinde ac si Alpis iam transisset, Boi sollicitatis Insubribus defecerunt, nec tam ob veteres in populum Romanum iras quam quod nuper circa Padum Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas aegre patiebantur. itaque armis repente arreptis in eum

1, 58. 6, 26.: „patres vocari eos iam tum hospitaliter magis quam hostiliter iussere“: multisque aliis locis. cf. T. Livi l. XXX. p. LXV.

3. *ad Iliberrim:* CM] ad Illiberim.

— *haud gravanter:* CM] haud granate (42, 43.). Non dubitavimus optt. codicum scripturam recipere, quod *gravanter* eodem iusto modo ab *gravare* derivari poterat, quo *amanter cunctanter ardenter luculenter diligenter convenienter*, aliaque eiusdem generis adverbia a suis verbis facta videmus. cf. 1, 2.: haud *gravatim*. — CM: „per finis“: quamquam prime in M *fines* fuerat. — C: „praeter ruscinonem“. M: praetruscinonem“. dein „*ruscinonem*“.

7. *Hiberum transisse Hannibalem:* CM. — CM: „perinde ac si alpis iam transisset“: praeterquam quod in C scriptum est „transeisset“. — CM: *boi*. Polyb.: οἱ Βοῖοι. Eandem formam contractam in his nominibus saepius in antiquis codd. inveniri, ex. gr. *Vei*, *Veis*, notum est. — C: „ob ueteres in populum romanum iras“. M: „ob ueteres in pr. iras“. Paulo post C: „colonias in agrum gallicum deductas“. M: „colonias in agrorum galliacum deductas“. m. 2.: *agrum*. De re cf. Polyb. 3, 40.

13. *in eum ipsum agrum impetu facto:* C m. 2. M: „*und* nachdem sie“ u. s. w. Particulam copulativam a Livio non esse scriptam, ut vel ita exprimeretur, quanta maxima Boios celeritate usos esse, facile intelligitur. C m. 1.: „impetum facto tantum terrores“ est. m. 2.: „im-

ipsum agrum impetu facto tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agrestis modo multitudo sed ipsi triumviri Romani, qui ad agrum venerant adsignandum, diffisi Placentiae moenibus Mutinam confugerint C. Lutatius C. Servilius M. Annius. Lutati nomen haud dubium est: pro C. Servilio et M. Annio Q. Acilium et C. Herennium habent quidam annales, alii P. Cornelium Asinam et C. Papirium Masonem. id quoque dubium est, legati ad expostulandum

petu — terroris". — *Agresti* deinde *multitudine* significari *colonos ipsos Romanos*, qui Placentiam Cremonamque deducti erant, neminem fugerit. sena milia colonorum utrique urbi assignata fuisse Polyb. l. l. dicit. — C m. 1.: diffusi. C m. 2. M: „diffisi placentiae moenibus".

4. *C. Lutatius:* CM. Polyb. 3, 40.: — ὧν εἷς μὲν ἦν Γάιος Λουτάτιος καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν εἰληφὼς, οἱ δὲ δύο τὴν ἐξακέλευσιν. Deinde scriptum est in CM: „ā. seruilius. m̄. annilus. lutati nomen haud dubium est. pro aulo seruilio *quem̄* acilium (M m. 1.: „acilio") et c̄. herennium habent quidam annales": nisi quod *que* in C in ras. est. sed cum idem Servilius 30, 19. *Caius* nominatus sit („patre C. Servilio et C. Lutatio ex servitute post sextum decimum annum receptis, qui ad vicum Tannetum a Boiis capti fuerant"), alterutro loco praenomen corruptum esse oportet. quod tamen hoc altero loco Puteanam scripturam sequi licet, nos quoque Sigonium fastos Capitolinos laudantem secuti in hac editione *Caium Servilium* scribi iussimus, quamquam non multum repugnaremus, si quis aut utroque aut hoc priore loco cum omnibus et Palatt. Drakenborchianisque et nostris codicibus CM „*Aulus* Servilius" — „pro *Aulo* Servilio" scribi mallet, fieri potuisse ut Livius non modo ab illis fastis dissentiret, sed ut eundem etiam falleret in libro tricesimo, quod in vicesimo primo scripsisset, ratus. — Paulo post M m. 1.: „alii pre cornelium asinam". M m. 2. C: „alii p̄. cornelium". C: „c. papirium *na*sonem". M: „nassonem". verum non *Nasonum* sed *Masonum* cognomen Papiriae gentis fuisse periti harum rerum homines docuerunt.

8. *id quoque dubium est legati ad expostulandum missi ad Boios uiolati sint incertum an in triumuiros agrum metantis impetus sit factus:* CM: eademque ne-

missi ad Boios violati sint an in triumviros agrum metantis impetus sit factus. Mutinae cum obsiderentur et gens

gligentia et *dubium* et *incertum* in plerisque Drakenb. codd. scriptum est. I. Fr. Gronovius igitur, quod alterum horum verborum induci necesse esset, scribendum censuit: „*id quoque*, legati ad expostulandum missi ad Boios violati sint, *incertum*, an in triumviros agrum metantes impetus sit factus": quod vel propter structuram verborum nemini probatum iri spero. vix enim dubium videtur, quin *incertum* pro altera quadam scriptura vocis *dubium* habendum sit, quae vox cum primo margini adscripta fuisset, diligentiorum librariorum opera etiam in integram orationem migraverit. id certe persuasum habuisse librarios codicum Cantabrigiensis et Lovel. 1., ex eo verisimile fit, quod illi in suis libris *incertum* omiserunt. quod vero ad totius interrogationis geminatae sensum attinet, Livius nihil aliud potest dicere voluisse quam hoc: duas causas Gallis esse potuisse, ob quas illos tres romanos triumviros capere voluerint: aut quod ira flagrarent, cum colonos romanos in suam terram deductos viderent, aut quod animi eorum exacerbarentur, ab illis triumviris, cum ad colloquium legati processissent, iniuriam etiam expostulari, quod ipsi ita agerent ut, quos hostes haberent, clausos tenerent. vernaculo igitur sermone: „auch das bleibt zweifelhaft, ob deshalb die Bojer Hand an die Römer gelegt, dass diese, als sie sich ihrer Aufforderung gemäss zur Unterredung zu ihnen begeben hatten, es gewagt sie ihrer Verfahrungsweise wegen zur Rede zu stellen, oder ob der Angriff auf sie gerichtet worden, als sie mit dem Geschäft umgingen das von den Galliern eingenommene Gebiet an die römischen Colonisten zu vertheilen". qui sensus si recte perceptus erit, non dicemus cum Dukero, alios legatos, alios triumviros a Livio significatos esse, Liviumque in eo ab Polybio dissentire: sed intelligemus, eosdem et triumviros et legatos et a Livio et a Polybio dici, omnemque in eo esse difficultatem, quod Livius id, quod in hac interrogatione ut incertum positum videmus, iam hoc loco praecipere voluerit. nam si idem Livius, postequam relatum esset, triumviros a Boiis Mutinam obsidentibus ad colloquium evocatos et ad iniuriam expostulandam legatos a suis missos contra ius gentium violatos captosque esse, scribere vo-

ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, segnis intactis adsideret muris, simulari coeptum de pace agi, evocatique ab Gallorum principibus legati ad conloquium non contra ius modo gentium sed violata etiam, quae data in id tempus erat, fide conprehenduntur, negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros. cum haec de legatis nuntiata essent et Mutina

luisset, nemo sane dubius de huius loci interpretatione haesisset. recte igitur Livius 27, 21. scripsit, Servilium *triumvirum agrarium* ab illis Boiis captum multos annos in hostium potestate fuisse, quod illo altero loco nulla prorsus causa erat, cur ulla de eiusdem hominis legatione mentio fieret.

1. *pigerrima eadem ad militaria opera*: CM. Haec verba non idem quod modo dictum erat exprimere posse, vel pronomen *eadem* docet. priore igitur loco dicit Livius, Gallos omnino *expertes* (rudes) *artis* oppugnandarum urbium fuisse, hoc loco eosdem tanta desidia fuisse pigritiaque, ut, etiam si eius artis non ignari fuissent, tamen propter ignaviam adduci non potuissent ut urbem aut vallo fossaque circumdarent aut vi capere conarentur. — Paulo post M m. 1.: „sed violatae etiam". M: „conphenduntur". — M m. 1.: „negantibus gallis *si* obsides sibi redderentur". M m. 2. C: „nisi obsides". Lov. 1.: „nisi obsides sibi *galli* redderentur". Lov. 4.: „nisi obsides sibi *mitte*rentur". — Gärtn.: „eos *se* dimissuros". cf. 21, 27.: „fumo significant transisse".

7. *cum haec de legatis nuntiata essent:* CM: praeterquam quod in C ut plerumque in hoc libro „nunciata" invitis antiquioribus codd. scriptum est. Livius videtur hoc loco non *de triumviris* scribere voluisse sed *de legatis*, quo maior Gallorum iniuria videretur, quod ne tum quidem, cum illi legationis iure tegerentur, manus ab eis abstinere voluissent. — CM: „manlius pr. ira accensus". Harl. omnesque prope Drakenb. codd.: „l. manlius imperator". — CM rell.: „*effusum* agmen ad mutinam ducit": „so führt der Prätor L. Manlius von Zorn entbrannt seine Truppen (legionem quartam) *ohne alle Ordnung und Vorsicht* nach der Gegend von Mutina". Polyb. 3, 40.: ἐβοήθει κατὰ σκοῦδήν. Simili modo a L. scriptum est 35, 4.: consul ad Mutinam *agmine incauto* ducebat. cf. etiam 2, 50.: cum *inprovidi effuso cursu*

praesidiumque in periculo esset, L. Manlius praetor ira accensus effusum agmen ad Mutinam ducit. silvae tunc circa viam erant plerisque incultis: ibi inexplorato profectus in insidias praecipitatus, multaque cum caede suorum aegre in apertos campos emersit. ibi castra communita et, quia Gallis ad temptanda ea defuit spes, refecti sunt militum animi, quamquam ad quingentos cecidisse satis constabat. iter

insidias circa ipsum iter locatas superassent, palatique passim cet.

3. *plerisque incultis:* CM al.: „indem die meisten Theile dieser Gegenden noch unangebaut waren". Codd. Sigon. Hav.: „plerisque *locis* incultis". Lov. 3. Berol. al.: „locis plerisque incultis". sed tali supplemento opus non esse vix est quod dicam. cf. ex. gr. 21, 35.: „per invia pleraque".

4. *multaque cum caede suorum aegre in apertos campos emersit:* CM rell.] multa cum caede cet. (unus rec. cod.). I. Fr. Gron. aut cum antiquioribus editt. *multa cum caede* scribi voluit aut „praecipitatur": sine dubio in eo offensus, quod in antiquis codd. non esset scriptum „praecipitatus *est*". sed id verbum substantivum saepissime ita a Livio praetermissum esse, *multaque cum caede* non minus h. l. ferri posse quam paulo ante verba „simulari *coeptum* de pace agi, *evocatique*" similibusque locis vix quisquam negaverit. Ad *emersit* („kam nur mit Mühe wieder glücklich ins Freie") cf. 5, 52.: „vixdum e *naufragiis* prioris culpae cladisque *emergentes*". 1, 13.: ex profunda emersus palude.

7. *quamquam ad d cecidisse satis constabat:* ex coni. I. Fr. Gronovii. — M Cant.: „quamquam *ad*cecidisse satis constabat". C: „quamquam *adcecisse* satis const." sed litterae *ad* et *is* in ras. sunt, et *s* supra *ec* positum. hinc factum videtur ut in Harl. aliisque recc. codd. scriberetur „quamquam *accessisse* satis constabat". Cod. Gudianus: „quamquam ad *c* cecidisse" cet.: quam conlecturam propter verba *multaque cum caede* probari non posse docti homines viderunt. sed cum in hoc libro *c* servatum videretur, C. Heusingerus *ad dc* scriptum fuisse sibi persuasit: etsi ne id quidem maioris fidei esse potest, cum littera *c* sequatur. Veri simillimum videtur, quod I. Fr. Gron. coniecit, *d* excidisse, cum eadem littera praecederet. cf. 21, 22.: „Baliaribus *d*". 21, 31.: „ad

deinde de integro coeptum, nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, conparuit hostis: ubi rursus silvae intratae, tum postremos adorti cum magna trepidatione ac pavore omnium septingentos milites occiderunt, sex signa ademere. finis et Gallis territandi et pavendi fuit Romanis, ut e saltu invio atque inpedito evasere: inde apertis locis facile tutantes agmen Romani Tannetum vicum propincum Pado con-

Druentiam". Polyb. 3, 40. nihil dicit nisi hoc: πολλοὺς ἀπέκτειναν τῶν Ῥωμαίων.

2. *conparuit hostis*] apparuit hostis. — C: „necdum per inpacientia loca ducebatur agmen cū apparuit hostis". M: „necdum p̄ inpactentia loca ducebatur agmen cum apparuit hostis", similique modo rell. codd. Coniunctionem *cum* probari h. l. non posse nemo non videt. fortasse primo scriptum erat „cū paruit", quo mendo persaepe *o* et *u* permutata sunt: quod cum nihil videretur esse, vel *ad* vel *ap* verbo *posuit* praeposuerunt. — Dein C: „dcc milites occiderunt". M: „dcc† milites occiderunt" eraso postremo *c*, cum primo fuisset *dccc*.

5. *finis et Gallis territandi et pauendi fuit Romanis:* CM] finis — Romanis fuit. — Tum C: „utexaltu inuio". dein *s* supra *x*, ut *ex saltu* fieret, positum est. M: „ute | saltus inuio". m. 2.: „ute | saltu". cf. 21, 39.: e stativis. Sed cum in M m. 1. scriberetur *saltus*, videri etiam posset antiquiore manu scriptum fuisse „uti saltus inuios atque inpeditos euasere", ut 21, 32.: „raptim angustias evadit": eam tamen scripturam alteri praeferendam esse vetat, quod multis aliis locis in hoc codice sine iusta causa idem *s* nominibus additum videmus.

7. *Tannetum:* CM] Tanetum. Cf. Polyb. 3, 40.: οἱ δὲ Βοῖοι καταπολουθήσαντες συνέκλεισαν καὶ τούτους εἰς τὴν Τάννητος καλουμένην κώμην· quamquam in uno Bavarico cod. Τάννητος scriptum esse fertur. Liviani vero antiquiores codd. omnes semper duplici *n* hoc nomen scriptum habent. — M m. 1.: „propincum". M m. 2. C: „propinqum". M m. 3.: „propinquum". — *Contendere* h. l. aut pro infinitivo historico aut pro perfecto haberi posse apparet. cf. 21, 7.: „sed ad erumpendum etiam animus erat", 21, 33.: „deinde, *ut* trepidationem in angustiis — *videre*". — Quod paulo post scriptum est „munimento *ad tempus*" significat, non satis quidem firmum tutumque illud muni-

tendere: ibi se munimento ad tempus commeatibusque fluminis et Brixianorum etiam Gallorum auxilio adversus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur.

XXVI. Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, et Punicum insuper Gallico bellum auctum patres acceperunt, C. Atilium praetorem cum una legione Romana et quinque milibus sociorum dilectu novo a consule conscriptis auxilium ferre Manlio iubent, qui sine ullo certamine — abscesserant enim metu hostes — Tannetum pervenit. Et P. Cornelius in locum eius, quae missa cum prae-

mentum visum esse, sed quo aliquantulum temporis se ab hostium impetu tutari possent: „durch eine Verschanzung, so gut sie sich für den Augenblick ausführen liess". minus enim ad *tutabantur* illud *ad tempus* pertinere videtur: „sie schützten sich eine Zeit lang". alio sensu scriptum est 1, 7.: „forte ita evenit ut Potiti *ad tempus* praesto essent" cet.: „zu der bestimmten Zeit". — CM: „*et* brixianorum *etiam* gallorum auxilio". cf. ex. gr. 1, 16.: „*et* consilio *etiam* unius hominis addita rei dicitur fides".

5. *Punicum insuper Gallico bellum auctum:* CM] Punicum insuper Gallico bello auctum (Pal. 3.). Omnes prope Drakenb. codd.: „gallicum bellum". — C: „c. atilium praetorem". M: „c. atilium pr." — CM: et quinque milibus sociorum. — M m. 2. C m. 1.: „dilectu nouo a consulibus conscriptis". C m. 2.: „conscripto": quasi id verbum ad *dilectu* pertineret. M m. 1.: „a consulis". *A consule* scil. *P. Cornelio* veram scripturam esse docet Polyb., qui l. l. haec: τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ προσκεισόντος ὅτι τὸ τέταρτον στρατόπεδον περιειλημμένον ὑπὸ τῶν Βοίων κολιορκεῖται κατὰ κράτος, τὰ μὲν τῷ Ποπλίῳ προκεχειρισμένα στρατόπεδα κατὰ σκουδὴν ἐξαπέστελλον ἐπὶ τὴν τούτων βοήθειαν, ἡγεμόνα συστήσαντες ἐξαπέλεκυν, ἄλλα δὲ συνάγειν καὶ καταγράφειν ἐκ τῶν συμμαχῶν αὐτῷ παρήγγειλαν. Sempronius cum classe ad Lilybaeum stetit. — M m. 2. C: „auxilium ferre manilio iubent". M m. 1.: auxiliis. — CM: „tannetum peruenit".

10. *quae missa cum praetore erat*] quae missa cum praetore fuerat. — C: „quae missa cum praetore trascripta legione noua" cet. M: „cum pretore transcripta". *Fuerat*

tore erat, transcripta legione nova profectus ab urbe sexaginta longis navibus praeter oram Etruriae Ligurumque et inde Saluvium montis pervenit Massiliam et ad proxumum ostium Rhodani — pluribus enim divisus amnis in mare decurrit — castra locat, vix dum satis credens Hannibalem superasse Pyrenaeos montis. quem ut de Rhodani quoque

in nullo antiquo cod. h. l. inventum est, nisi quod in Gärtn. post *noua* positum est, et in Lov. 5. voce *noua* omissa post *legione*. In Berol. tamen m. 2. scriptum est „quae missa *erat* cum praetore“: quod loco verborum mutato veram videbatur scripturam praebere. nihil enim facilius fieri potuit, quam ut inter *praetore* et *transcripta* excideret *erat*. nam quamquam interdum apud Livium verbum substantivum vel relativo pronomine praecedente omissum videmus (1, 3. 1, 59. 2, 21. 2, 22. 10. 33. 44, 30. al.), tamen id scribendi genus huic loco minus aptum videtur.

3. *Saluuium montis*] Salyum montes. — C: „et inde saluiū mont*is*“: sed *ū* est in ras. M: „saluium mont*is*“. m. 3.: „saluim“. Cf. 5, 34.: „ab Saluvium gente“. *Montis* etiam in omnibus prope Drakenb. codd. scriptum esse dicitur. — Dein C: „et ad proxumum hostium rhodani“. M: „et ad proximum hostium rodani“. — CM rell.: „*uix dum satis credens*“: „indem er noch kaum mit einiger Bestimmtheit *annahm*“. Cf. Polyb. 3, 41.: ἀκούων μὲν ὑπερβάλλειν ἤδη τὰ Πυρηναῖα τὸν Ἀννίβαν ὄρη, πεπεισμένος δ' ἔτι μακρὰν ἀπέχειν αὐτὸν διά τε τὰς δυσχωρίας τῶν τόπων καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν μεταξὺ κειμένων Κελτῶν. — C: „pyrreneos mont*is*“. M: „pyreneos mont*is*“.

6. *de Rodani quoque transitu:* CM. Potest videri *quoque* h. l. pro *etiam* positum esse, quo dicendi genere haud raro „non modo sed *quoque*“ apud Livium scriptum videmus, quasi is dicere voluerit: „quem ut non Pyrenaeos montes modo superasse *sed* de Rhodani *quoque* transitu agitare animadvertit“. — M m. 1.: „nec dum *satis* ad iactatione marituma militibus“. m. 2. tamen *refectis* adscripsit. C: „ab iactatione marituma“. Cf. 30, 29.: „ad reficiendum *ex* iactatione maritima militem paucis diebus sumptis“. CM: „*trecentos interim* (einstweilen, vor der Hand) *delectos equites*“ cet. Harl.: „cccc interim“ cet. Polyb. l. l.: τριακοσίους δὲ τῶν ἱππέων ἀπέστειλε τοὺς

transitu agitare animadvertit, incertus quo nam ei loco occurreret, nec dum satis refectis ab iactatione maritima militibus, trecentos interim delectos equites ducibus Massiliensibus et auxiliaribus Gallis ad exploranda omnia visendosque ex tuto hostes praemittit. Hannibal ceteris metu aut pretio pacatis iam in Volcarum pervenerat agrum gentis validae: colunt autem circa utramque ripam Rhodani, sed dif-

ἀνδρωδεστάτους, συστήσας μετ' αὐτῶν καθηγεμόνας ἅμα καὶ συναγωνιστὰς Κελτούς, οἳ παρὰ τοῖς Μασσαλιώταις ἐτύγχανον μισθοφοροῦντες. — CM: „uisendosque *ex tuto* hostes“: „von einem sicheren Standpunkte aus“. Berol.: „uidendosque“. cf. ex. gr. 21, 32.: „Gallisque ad visenda loca praemissis — comperit transitum ea non esse“.

6. *iam in Volcarum peruenerat agrum.* M Harl. multique alii Drakenb. codd.: „iam in uulgarum peruenerat agrum“. C: „pretio paccatis iam in *uolgarū* peruenerat agrum“. cf. Vulci, Volci. Strab. 4, 1.: τὴν δ' ἐπὶ θάτερα μέρη τοῦ ποταμοῦ Οὐόλκαι νέμονται τὴν πλείστην, οὓς Ἀρεκομισκοὺς προσαγορεύουσι. Caes. b. gall. 7, 7.: „praesidia in — Volcis Arecomicis, Tolosatibus circumque Narbonem — constituit“. *Pretio* scriptum h. l. videtur pro *donis*, quem ad modum aliis locis L. hac voce praemii loco usus est (5, 47.: „cum recte — facto pretium deberetur“:), nisi quis mauult, *pretio* significari h. l. id, quod gentes quaedam pactae erant, ut Hannibali tuto per eorum fines transire liceret: (cf. 5, 48.: „mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperatari factum“). Polyb. 3, 41.: τοὺς μὲν χρήμασι πείσας τῶν Κελτῶν, τοὺς δὲ βιασάμενος ἦλθε μετὰ τῶν δυνάμεων — ἐπὶ τὴν τοῦ Ῥοδανοῦ διάβασιν.

7. *colunt autem circa utramque ripam Rhodani:* CM: nisi quod in M „rodani“. paulo post tamen in utroque libro scriptum est „trans rhodanum“. — *Citeriore agro* et *ulteriorem ripam* ita scripta sunt ut L. in Hannibalis parte stare videretur. — M m. 1.: „pro moniīto“. deia positum est ī supra *mo*. — M Cant.: „*ulteriorem ripam amnis armis obtinebant*“. sed cum in C („ripam amnis optinebant“) et in plerisque Drak. codd. *armis* omissum sit, incertum esse potest, utrum *armis* de industria a librariis scriptum non sit, quod pro altera scriptura proxime antecedentis verbi haberetur, an invitis librariis ob

fisi citeriore agro arceri Poenum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum traiectis ulteriorem ripam amnis armis obtinebant. ceteros accolas fluminis Hannibal et eorum ipsorum quos sedes suae

praecedentis vocis similitudinem praetermissum sit. mihi quidem utrumque verum et a Livio profectum videtur. nam quod ad *armis* (i. e. armati obtinebant) attinet, neminem fore spero, quin h. l. eam vocem vix deesse posse sibi persuaserit, quippe quae dicat, Volcarum gentem quacumque vi Poenos arcere obstinatam fuisse, praesertim cum docti viri locis quibusdam collatis (25, 30. 30, 19. 29.) ostenderint, *armis aliquid obtinere* a Livio scribi solitum esse. *amnis* vero, quod abesse poterat, h. l. integrum videri debet, et quod optime cum ripa iungebatur et quod optimorum duorum codd. auctoritate defenditur.

4. *et eorum ipsorum quos sedes suae tenuerant:* CM Cant. Harl. similique modo Voss. Lov. 1. Pal. 1. Hav., nisi quod in his libris *suae* omissum est. In plerisque vero recentioribus codd. scriptum est „et eos ipsos", et aut „qui sedes tenuerant" aut „qui eas sedes tenuerant" aut „quorum sedes tenuerant". Quod ad alteram huius loci partem attinet, I. Fr. Gronovius collato simili loco (5, 54.: „adeo nihil tenet solum patriae") verissime docuit, eos ibi significari, quos patriae sedis caritas tenuerit et quos rerum suarum cura prohibuerit, ne in ulteriorem ripam traicerent: quam interpretationem multos illos recentium codicum librarios fugere potuisse mirum sane videretur, nisi persuasum habere possemus, plerosque eorum iam corruptam in suis libris scripturam invenisse. facilius vero fieri potuit ut sensus genitivorum „*eorum ipsorum*" aliquos fugeret: sed ne is quidem cuiquam dubius fuisset, si L. ut multis aliis locis pronomen demonstrativum relativo postponere et scribere voluisset „et quos eorum (scil. Volcarum) sedes suae tenuerant". Die übrigen Anwohner des Stromes und selbst diejenigen von den Volkern, welche die Liebe zum heimathlichen Sitze zurückgehalten hatte, wusste theils Hannibal durch Geschenke dahin zu bringen Fahrzeuge von allen Seiten her zusammenzubringen und zu zimmern, theils wünschten sie auch selbst sich sobald als möglich von dieser lästigen Menschenmasse wieder befreit zu sehen". — C:

tenuerant, simul perlicit donis ad naves undique contrahendas fabricandasque, simul et ipsi traici exercitum levarique quam primum regionem suam tanta hominum urgente turba cupiebant. itaque ingens coacta vis navium est lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum: novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus, deinde et ipsi milites simul copia materiae simul facilitate operis inducti alveos informes, nihil, dum modo innare aquae et capere onera possent, curantes raptim, quibus se suaque transveherent, faciebant.

„ceteros acolas". Cant.: „ad naues undique *per*trahendas fabricandasque".

3. *tanta hominum urgente turba:* C Harl. multique alii Drak. codd.] tanta urgente hominum turba. — M m. 1.: „tantā|omniū urguentem turba". m. 2.: „tanta omniū urgnente turba". *Omnes* et *homines* persaepe a librariis permutata esse notum est. cf. 30, 17.: „ingenti *hominum* et in praesens laetitia et in futurum spe". — Paulo post CM: „lyntriumque *temere* ad uicinalem usum paratarum". Quem ad modum 2,28. *temere ac fortuito* iuncta sunt, sic etiam h. l. *temere* nihil aliud dicere videtur, quam illas lintres paratas in utraque ripa atare solitas esse ad quotidianos usus, i. e. ad quemlibet usum eorum qui, cum circa utramque ripam Livio teste Volcae colerent, ab altera in alteram ripam ad vicinos suos traicere vellent.

5. *primum Galli inchoantes cavabant:* CM rell. Interpretes quidam hoc ita dictum putarunt, ut L. verbo *inchoantes* usus eas lintres significare voluerit, quas paulo post *informes* dixerit, quod quae *inchoata* sunt, non eadem *perfecta* videri possent. sed illi subtilius quam verius videntur de hoc loco iudicasse, cum id, quod in *inchoatum* inesse solet, ad *inchoantes* transferrent et, quod *cavantes inchoabant* significare posset, idem in *inchoantes cavabant* inesse censerent. cum igitur L. pergat scribere, eodem quo Gallos instituto milites ipsos lintres fabricatos esse, *inchoantes* nihil aliud exprimere videtur, quam Gallos initium fecisse lintres eius generis ex singulis arboribus faciendi, militesque Poenos eos in eo imitatos esse. — M m. 1.: „simul felicitate operis". M m. 2. C: „facilitate".

9. *raptim quibus se suaque transueherent faciebant:*

ad id dati duces Galli edocent, inde m

] quibus se suaque trans- *equitesque* pro
erent, raptim faciebant. — et Drakenb. ex
l. et plerique Drak. codd.: „trahens *equite*
ptim faciebant, quibus se *que*". *Viros*
que transueherent". et a Livio et a
rebant ex aduerso ho- ribus *milites*, p
s: C: idemque videtur co- notum est. — M
is M librarius in antiquiore *aut* auerteret".
codice ob oculos habuisse, M m. 1.: „anno
mvis ipse scriberet „ter- caris filium". m
at ex aduerso *hostes*": nonem". C: „an
d cum ferendum non es- *nomi*caris filio"
altera manus *hostis* fe- „filiū". Cant.
hinc Voss. Lovell. 1. 2.: codd.: „hamilcari
rrebant ex aduerso ho- Polyb. 3, 42.: „Α
". Hav.: „terrebat ex ad- Βοαμίλκου τοῦ βα
o hostis". Pal. 3. etiam: C: „aduerso flum
rrebant ex aduerso ho- CM: „ubi primu
": et antiquae quaedam dein M eadem m. 1.
.: „timebatur ex aduerso „posset". — C
s". — M m. 1.: „omnem *opus facto* sit". F
1 & equites uirique opti- „cum facto opus
s". M m. 2. C: „omnem 8. *ad id dati duces*
equites uirique obti- *cent:* M m. 2. —
".

et viginti ferme supra parvae insulae circumfusum amnem latiorem, ubi dividebatur, eoque minus alto alveo transitum ostendere. ibi raptim caesa materia ratesque fabricatae, in quibus equi virique et alia onera traicerentur. Hispani sine ulla mole in utris vestimentis coniectis ipsi caetris superpo-

von da aufwärts der um eine kleine Insel herumfliessende Strom da wo er sich theile breiter sei, und in seinem deshalb weniger tiefen Bette einen Übergangspunkt biete": aut „da wo er sich theile, einen zwar breiteren Übergang aber deshalb in einem weniger tiefen Bette biete". Malim tamen in antiquis codd. inveniri „latiore". — Exspectari potest „ubi dividerentur": sed ita haud raro a Livio indicativum orationi obliquae interpositum esse notum videtur: ex. gr. 2, 15.: „ea esse vota — omnium, ut, qui libertati *erit* in illa urbe finis, idem urbi sit". cf. 3, 2.: se bellum adferre eadem dextera manu, quam pacatam illis antea dederit.

3. *in quibus equi virique et alia onera traicerentur:* CM al. In Pall. 1. 3. Voss. Lov. 1. Hav. praetermissum est *equi*, fortasse quod *equi* nasse viderentur. „*Et alia onera*" („und was sie sonst Schweres mit sich führten") non sine causa scriptum est: non enim expeditos milites fuisse vel sequentia „caetris positis" docent.

5. *caetris superpositis:* M et opti. quique Drak. codd.] caetris suppositis (codd. Sig. Voss. Lov. 1.). — C (Cant. al.): „caeteris suppositis" i. e. *super*positis. — *Suppositis* scribi voluerunt, quod ridiculum esset dici, Hispanos *incubuisse* caetris *superpositis:* sed recte iam Douiatius exposuit, caetras *utribus* inflatis *superpositas* fuisse, eisque Hispanos incubantes transisse. simili errore 30, 25. *subterlabentem* pro vera scriptura voluerunt haberi, cum scribendum esset „sed neque rostro ferire celeritate *superlabentem* poterant". Vernaculo igitur sermone: „die Spanier schwammen, ohne irgend wie Umstände zu machen, nachdem sie ihre Kleider in die Schläuche gesteckt, darüber ihre Schilde gebreitet und sich darauf gelegt hatten, hinüber". — C m. 1.: „in utr*is*". m. 2.: „in utribus". M: „in utres". CM Cant.: „transuere". Plerique recc. codd.: „transnatauere". cf. 21, 20.: tramisisse. — Quod sequitur „et alius exercitus" significare „der übrige Theil des Heeres aber", nemo non videt. M: „ad consilium opportune exsequen-

... pedes intres: eques fere prop

um". m. 2.: „oportune". Hav. Berol.]
: „opportune exequendum". pter equos
ignificant transisse: CM agmen—parte
ant. Voss.] significant se mittens (Sigo
ansisse. — Quamquam *sc* codd.). Pro
ost *transisse* facile excidere tione utrumqu
otuit, tamen in his locis tuit, vel „agm
ptimorum codd. fidem ne- tem transmitter
lexisse religiosum fuit, prae- agmen navium
ertim cum pronomen refle- quamquam hoc
ivum a Livio ita omitti so- cendi genus int
re constaret. ex. gr. 27, 40.: nus probabatur
respondis*se* pugnaturum". eques videri p
on „*prodito fumo*" sed tramisisse, sed r
ex loco prodito" i. e. nihilo minus L
dito iungenda esse manife- scripsisse, quo
um est. Polyb. 3, 43.: σημαίνοντων ἐκείνων τὴν καυσίαν τῷ καπνῷ κατὰ τὸ συνταγμένον. L. 4, 27.: sententiae vis po
ıde *fumo* ut convenerat equites navibus
um signum". Pall. tres et cerentur, quipp
rique Drak. codd. etiam: nemini mirum
ne scribi quidem
set, sed quod

tes navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens tranquillitatem infra traicientibus lintribus praebebat: equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur praeter eos, quos instratos frenatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, inposuerant in naves.

XXVIII. Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui quatientes scuta super capita vibrantesque dexteris tela, quamquam ex adverso terrebant tanta

der Fluth zu brechen, eine ganze Reihe von Schiffen über den Fluss, wodurch den mehr unterwärts hinübersetzenden Kähnen ein ruhigeres Fahrwasser gewährt wurde". — CM: „infra traicientibus lyntribus". — Paulo post C: a pupibus. CM: „instratos frenatosque". Recc. codd.: „instructos frenatosque". cf. 28, 14.: „eques frenatos instratosque teneret equos".

7. *Galli occursant in ripam:* CM rell. I. Fr. Gron., haud scio an quod 21, 27. hostes iam *ripam* armis obtinuisse dicerentur, *in ripa*, quod in Harl. inest, scribendum esse censuit: sed Livium, cum *in ripam* scriberet, significare partem ripae flumini proximam voluisse, facile intelligitur. — M: dexteris. C: dextris.

9. *quamquam ex aduerso terrebant* cet.] quanquam et ex adverso terrebat cet. — M: „quamquam et ex aduerso terrebāt tanta uis nauium": i. e. *terrebant*. M m. 2.: „quanquam". C: „quāquam et ex aduerso terrebat". simili modo *et* scriptum est in Drak. codd. exceptis Lovell. 4. 5. Berol. unoque Oxoniensi. sed recte videtur Crevierus perspexisse eam particulam h. l. ferri non posse, cum nihil prorsus sit, quo ea referenda videatur. nam si „*et ex adverso*" vere a Livio scriptum esset, eum dicere voluisse oporteret, Gallos sibi ipsos terrorem cantu suo armorumque suorum sonitu iniecisse, quod nemini probatum erit: aut oporteret ita scripsisse, quod iam illius alterius exercitus rationem haberet, qui postea Gallos ab tergo adortus maiorem etiam quam qui traiecit motum excitasse dicitur. huc accedit, quod in antiquioribus codd. has ipsas particulas *et ex* haud raro inter se permutatas videmus. *Terrebant* vero ex M recipiendum videbatur, non tam quod *tanta vis navium* pro collectivorum nominum ratione cum

...e non modo *tanta vis*
avium sed etiam quae se-
nuntur nomina, *sonus* et
lamor, ad id verbum per-
nebant. cf. 9, 6.: „adeo su-
er maerorem pudor quidam
igere conloquia et coetus
ominum cogebant“.
autarum militum et qui
itebantur cet.: C m. 1. M
. 2. Pall. tres Hav.] nauta-
um et militum, qui niteban-
ur cet. (Lov. 1., nisi quod
„nauitarum“ habet:). —
m. 2.: „nautarum militum-
ue a qui nitebantur“: quam
ripturam codicum Lovell. 4.
librarii secuti sunt. at Li-
um eius generis asyndetis
i solere notissimum est,
rticulamque *et*, quae sequi-
, eidem voci sequenti re-
ondere, neminem fugerit:
eils derer, welche die
chtige Strömung zu durch-
chen suchten, theils de-
welche vom andern Ufe-

postea addidi
in M scriptu
more nautaru
et qui niteba
m. 3. consue
peit, quibus e
C verborum st
tuendam esse
4. *terribilior ab*
tus clamor: I
ribiliter ab te
cet. — Deinde
uibus tanta ui
terra euadente
inprouisa prem
m. 2.: „euaden
nauibus tanta u
in terra euadent
inprouisa prem
m. 2.: „euaden
„euadens et ab
uisa premente
Marl. Lovell. 1.
nauibus“. Gärt
bus“. Iidem co
libro Haverc.:
Multi recc. codd

ortus clamor castris ab Hannone captis: mox et ipse aderat, ancepsque terror circumstabat et e navibus tanta vi armatorum in terram evadente et ab tergo inprovisa premente acie. Galli postquam ultroque vim facere conati pellebantur, qua patere visum maxime iter, perrumpunt trepidique in vicos passim suos diffugiunt. Hannibal ceteris copiis per otium traiectis spernens iam Gallicos tumultus castra locat. Elephantorum traiciendorum varia consilia fuisse credo, certe variata memoria actae rei. quidam con-

signum illud ab antiquiore librario inter verba „euadente| et“ ad duo *e* separanda interpositum male pro littera *s* habitum est. 21, 21.: firmare.

4. *ultroque uim facere conati:* C m. 1. M] ultro vim facere conati (C m. 2.). Idem *ultro* in Drak. codd. inventum est nec tamen eo quo in CM loco sed ante *pellebantur*, quae vera verborum structura esse non potest. in Cantabrigiensi cod. iusto loco *utroque* pro *ultroque* positum est, quod cum *in utramque partem* significaret nec id loci rationi repugnaret, non pro coniectura librarii sed pro integra huius loci scriptura et a Iac. Gronovio et ab E. Fabri habitum est. neque tamen dubito quin antiquior scriptura *ultroque* vere a Livio profecta sit. non raro enim ita ab hoc scriptore reliquae orationi quaedam cum particula *que* aut interiecta aut adiecta videmus, quae amplificandae illustrandaeque ceterae orationis viderentur esse. sic h. l. „ultroque vim facere conati“ significare videtur „qui vel ultro vim facere conati fuerant“: „sie die es gewagt hatten dem Feinde entgegenzutreten ohne von ihm gereizt zu sein“. cf. 10, 14.: „maxime*que* territos“ aliosque ibi laudatos locos. 3, 45.: „nuptamque pudicam habituras“. — Deinde C rectissime: „qua *patere* uisum maxime iter“: idemque in codicis Voss. margine repertum esse dicitur. M: „qua par†te uisum“ cet. media littera erasa. Cant. Harl. omnesque prope Drakenb. codd.: „qua pa*r*te reuisum maxime iter“. — Paulo post M: „*per otium*“. C m. 1.: „ꝑ noctium“. m. 2.: „ꝑ noctem“.

9. *certe uariata memoria actae rei:* CM rell. — Cod. Sigon.: „certe *uaria* memoria“ cet., quod vel propter ea, quae proxime antecedunt, minus probandum videtur. — Paulo post et in CM et in

. codd.: „*natantem*“.
ed vel ita duo praesentis
articipia nulla copulativa
articula iuncta haberemus,
uorum alterum interprete
udov. Walchio (Emendatt.
. 81.) rem perfectam signi-
icaret. quod cum ferendum
on videretur, non quin in-
erdum participia praesentis
am actionis perfectae vim
abere possent (sic enim et
liis locis scriptum esse et
4, 7.: „Romam *veniens* in
um, quem primum diem co-
nitialem habuit, comitia *edi-
cit*“:), sed quod duo eius
eneris participia nusquam se
gere copulativa coniunctione
nissa meminisset, idem Wal-
ius scribendum coniecit:
cum refugientem in aquam
ndo insequeretur“: quod
in antiquis codd. inventum
et, fortasse non improban-
n videretur. negabit tamen
ianam scripturam peiorem

es, cum
care possit,
3. *ut quemque*
tudinem des
ut quemque -
dum (Laur.
cod. Lov. 1.).
que prope et
codd.: „ut q
tem altitudin
uado“: in quo
videtur nisi
mendo *o* scrip
quod h. l., qu
tur, facillime e
„Indem die Gev
mes jeden nach
Seite hinübertri
Boden unter der
ging, mochte er
hin aus Furcht
wieder haben u
len“. Eundem
subiectivam ali
nem comprehen
saepe ab Livio
notum videtur

nem destitueret vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. ceterum magis constat ratibus traiectos, id ut tutius consilium ante rem foret, ita acta re ad fidem pronius est: ratem unam ducentos longam pedes quinquaginta latam a terra in amnem porrexerunt, quam, ne secunda aqua deferretur, pluribus validis retinaculis parte superiore ripae religatam pontis in modum humo iniecta constraverunt, ut beluae audacter velut per solum ingrederentur: altera ratis aeque lata, longa pedes centum, ad traiciendum flumen apta, huic copulata est et, cum elephanti, per

in novissimum agmen, *utcumque* aut locus opportunitatem *daret* aut progressi morative aliquam occasionem *fecissent*": pauloque post „*quacumque incederent*". 3, 11. 4, 13. al.

4. *ratem unam ducentos longam pedes:* M m. 3. C, cum m. 1. in M fuisset „partem unā". — M m. 3. C: „latam *a* terra in amnem porrexerunt". M m. 1.: „lat*am* terra". — M m. 1. C: „humo iniecta constrauerunt ut belue" (C: bellue) cet. M m. 3.: „iniect*ā*", quasi id verbum ad *religatam* pertineret.

10. *cum elephanti — acti ubi in minorem adplicatam transgressi sunt:* CM omnesque prope Drak. codd.] cum elephanti — acti in minorem applicatam transgressi sunt. — *Ubi* prioribus editoribus inducendum videbatur, quod *cum* iam praecederet: sed Livium eius generis particulas nonnumquam duplicasse meliores codd. docere videntur, quamquam tales locos docti homines plerumque mutatos voluerunt. cf. 4, 18.: „quod *simul ubi* conspexit". 8, 39.: „quod *ubi* auditum *simul* visumque est". 2, 32.: „*sic* placuit *igitur*" cet. Veri similius tamen videri potest, Livium aut *essent* ad *acti* suppleri aut *sunt*, quod cum *transgressi* iunctum est, non ad *transgressi* modo sed etiam ad *acti* relatum voluisse, ut h. l. simile eius dicendi genus esset quod 25, 15.: „ibi proditores conglobati *cum* popularium agmen patentibus portis accepissent, *ubi* Romanos fusos ad urbem ferri viderunt, conclamant instare Poenum" cet. (cf. 4, 13.: „postquam"): eoque minus mirum apud Livium id scribendi genus videbitur, quo saepius eum illud verbum substantivum et in universum praetermisisse et non modo relativo pronomine praecedente sed etiam coniunctione *cum* suppleri voluisse con-

at: ex. gr. 29, 10.: „iam
omitiorum adpetebat tem-
us, *cum* P. Licinii cons. lit-
rae Romam *adlatae*, se ex-
rcitumque suum gravi morbo
lfectari". Vernaculo igitur
rmone: „als die Elephan-
n über das am Ufer befes-
gte Floss gleichwie über
nen sicheren Weg den vor-
ıschreitenden Weibchen ge-
lgt wären, sobald sie das
einere an jenes angehängte
loss betreten hatten" u. s. w.
· In priore tamen huius loci
ırte non *et cum* sed *ut cum*
ın modo in multis Drak.
dd. sed etiam in CM scri-
ım est, quod non videtur
egrum esse posse, factum
ım esse potest, ut h. l. eo-
ı, quod 7, 33.: „quacum-
incessero" deprehendi-
, mendo *ut* scriberetur,

cit relictoqu
ambo se foras
„omnia quae
rator prudent
tali re praeci
praecepit ordi
4, 28.: „haec
quentemque
grato clamore
inpressionem —
victorem". al.

5. *alii deinde r*
rell.: „so wurde
dere geholt". cf.
ficerent". Berol
— CM rell.: „
nenti uelut ponte
„so lange sie n
einer mit dem
zusammenhängen
zu stehen *glaubt*
videtur h. l. coni
rentur exprimi.
Inte

tes inter se cedentibus extremis ab aqua trepidationis aliquantum edebant, donec quietem ipse timor circum spectantibus aquam fecisset. excidere etiam saevientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles deiectis rectoribus quaerendis pedetemptim vadis in terram evasere.

XXIX. Dum elephanti traiciuntur, interim Hannibal Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat spe-

pidacion*i* aliquantum *cedebant*". Atque etiam Pal. 2. Lov. 5.: „aliquan*tulum*". — CM Harl. al.: „*donec quietem ipse timor circum spectantibus aquam fecisset*": „bis die Furcht selbst, als sie nichts als Wasser um sich her sahen, sie ruhig machte". Singulari quo h. l. modo nonnumquam a Livio cum coniunctionibus *dum donec quoad*, *antequam* similibusque coniunctivum modo imperfecti modo plusquamperfecti positum videmus. ex. gr. 21, 8.: „obsidio — fuit, *dum* vulnus ducis *curaretur*". 30, 12.: „apud ignaros regis casus — nec minis nec suadendo *ante* valuit *quam* rex vinctus in conspectum *datus esset*". 30, 10.: „ut *fecisset*". Cant. Pal. 1. al.: „circumspectibus". — Paulo post C m. 1.: „excindere etiam". m. 2.: „excendere". M m. 1.: „exindere etiam". m. 3.: „excidere". — C: „pedetemtim". M: „*pedetemptim*": quae verior huius vocis scriptura videbatur, quippe in qua non „pede tendere" sed „pede temptare" inesset.

6. *dum elephanti traiciuntur, interim Hannibal Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat:* CM rell. nisi quod in Berol. „*cum* elephanti *traiciuntur*" inest. cf. 9, 32.: „*dum* haec *geruntur* in Samnio, iam omnes Etruriae populi praeter Arretinos ad arma *ierant*". 38, 1.: „*dum* in Asia bellum *geritur*, ne in Aetolia quidem res quietae *fuerant*". al. Mirum videri non potest, quod his similibusque locis praecedente coniunctione *dum* cum indicativo praesentis in apodosi plusquamperfectum positum videmus. his enim locis cum Livius illa particula *dum* uteretur, nihil magis spectavit quam ut id, quod in apodosi dicendum esset, eodem quo id, quod priore loco relatum erat, tempore factum videretur: quod, si coniunctione *cum* sequente coniunctivo uti voluisset, non ita fieri potuisset. omnem vero vim orationis in una apodosi positam esse, in eaque plusquamperfectum eodem quo plerumque modo ab Livio scriptum esse vix quem-

...por-
...at, quo ablativi absoluti
um plusquamperfecto iuncti
unt: ex. gr. 1, 32.: „mor-
uo Tullo res, ut institutum
am inde ab initio erat, ad
atres redierat hique inter-
egem nominaverant“ cet.
lec Livium modo hoc scri-
endi genere usum esse sed
tiam Ciceronem locus ab E.
abri laudatus Verr. 5, 35.
1. docet: „haec *dum agun-
ur*, *interea* iam Cleomenes
d Helori litus *pervenerat:*
am sese in terram e mari
iecerat quadrirememque flu-
:uantem in salo *reliquerat*“.

› *ostio Rhodani:* C, cum
M esset „ab *h*ostio“. De
rticula *ab* cf. 21, 21.: „ab
:ilia“. — Pall. 1. 2. Harl.
rol. al.: „trecenti romano-
› *milites*“ (!). — Quod
...

diceret, cui
tradiderit,
centum qu
fectos esse:
numero Livi
ctores sequi
etiam putari
quiore quoda
hoc quoque lo
scriptum esse
numerum *sea*
queremum 21
corruptum esse
M:„numidan*or*
„*fugaque et p*
„und *nur* die
Bestürzung de
vel „*aber* die l
intelligitur. hai
particulae *que*
esse solere sexc
dimus. neque
fellerit, in eisd
nibus illud ὃσ
...

multa vulnera caedes etiam prope par utrimque fuit, fugaque et pavor Numidarum Romanis iam ad modum fessis victoriam dedit. victores ad centum sexaginta nec omnes Romani sed pars Gallorum, victi amplius ducenti ceciderunt. hoc principium simul omenque belli ut summae rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit. Ut re ita gesta ad

5. *hoc principium simul omenque belli:* CM Cant.: „dieser Anfang, der zugleich als eine Vorbedeutung des Krieges erscheinen konnte, versprach den Römern wenn auch einen glücklichen Ausgang des Ganzen, so doch“ u. s. w. Rell. prope omnes codd.: „simulque omen belli“. cf. laud. locos ad 8, 39.: „quod ubi auditum simul visumque est“: quo loco eodem mendo „simulque visum“ scripserunt. — *Ut* (sic ut) — *ita:* hoc modo Livium scribere resque inter se comparare solere multis locis videre licet: ex. gr. 21, 35. *Summae rerum* plus dicere quam *belli universi* neminem fugerit: illud enim etiam rei publicae rationem complectitur. — C: „incruentum“: quasi id verbum ad *eventum* pertineret. Cant. multique recc. codd.: „incruenti ancipitisque certaminis victoriam“. Verissime M: „*incruentam*“. cf. 4, 17.: „secundo proelio conflixit nec incruentam victoriam rettulit“. 7, 8.: „nec Romanis incruenta victoria fuit“: al.

7. *ut re ita gesta ad utrumq. ducem sui* („jeder Theil zu seinem F.“) *redierunt:* CM. In rell. codd. *ut* praetermissum est, fortasse quod librarii non viderunt, a verbis *nec Scipioni* apodosin incipere. *Scipioni* in uno Hav. scriptum est, in rell. omnibus „nec scipionis stare sententia poterat“. in M etiam m. 1.: „sententiam“. cf. 21, 30. init. 30, 4. al. Vern. serm.: „so konnte einer Seits Scipio zu keinem anderen Entschluss kommen, als dass er seine Maassregeln nach dem Verfahren und Beginnen des Feindes nehmen müsse“. — Dein M: „nisi ut ex consiliis coeptisq. hospitis et ipse“ cet.: quod simili mendo scriptum pro *hostis* esse apparet, quo ex. gr. 21, 30. vel in Puteano „militibus“ pro *milibus*. C Lovell. 2. 3. etiam: „coeptisque auspiciis & ipse“: sed *au* in C in ras. est et m. 2. scriptum. — Paulo post M m. 1. C al.: „an cum eo *qui primus se optulisset romanus exercitus* manus consereret“. Peius Berol.: „*cum eo*, qui primus se obtulisset,

...quam ante libatis viribus Italia
nt. multitudo timebat quidem hostem

omano exercitu". Hac enim
ıtione maior vis in verbis
omano exercitu posita vi-
eretur, quasi fieri potuisset
: etiam cum alius populi
tercitu congrediendum es-
:t: illa altera, quam optimi
›dd. sequuntur, maior vis in
:rbo *primus* est, id quod
s ipsa postulat. contra vero
l, 32. apte scriptum est: „*eo*,
ıi circa Padum erat, *exercitu*
ıliam defensurus". M m. 2.:
*›bt*ulisset". — C: *reguli-*
'e magali aduentus. M
nt. Harl. al.: „macali".
etiam m. 1.: „reguliquem
:ali aduentus". Polyb. 3,
: αὐτὸς δὲ συναγαγὼν
δυνάμεις εἰσήγαγε τοὺς
λίσιους τοὺς περὶ Μά-

quod Grae
strumque ,
splittern":
25, 16.: „lil
„angefressen
Ab „*tegro*
ante" cet.
chartam inci
ad verba „h
mus.

9. *oblitterata:* l
fuerit „oblite
rell.: „rem f
expertis horre
lerdings dem,
nur vom Hö
aus der Erf
furchtbar ersch
Timebat — m

terata memoria superioris belli, sed magis iter immensum Alpesque — rem fama utique inexpertis horrendam — metuebat.

XXX. Itaque Hannibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire atque Italiam petere, advocata contione varie militum versat animos castigando adhortandoque: mirari se, qui nam pectora semper inpavida repens terror invaserit: per tot annos vincentis eos stipendia facere neque ante Hispania excessisse quam omnes gentesque et terrae, quas duo diversa maria amplectantur, Carthaginiensium essent: indi-

4. *postquam ipsi sententia stetit pergere ire:* PCM. — P: „adqueitaliampetere". PM: „aduocatamcontionemvariaemilitumuersatanimos". — C: „adortandoq;". PM: „castigando adhortandoque". cf. 4, 56.: „eorum legatos utriusque gentis populos circumisse *castigantesque* ignaviam, quod abditi intra muros — opprimi Verruginis praesidium passi essent".

9. *gentesque et terrae:* C m. 2.] gentesque et terrae esse (Laur. Valla). — P m. 1.: „gentesqueet*terrase*quasduo" cet. i. e. vel *terras* vel *terrae:* nam illud prius integrum futurum fuisse, si non „Carthaginiensium *essent*" sed „*fecissent*" antiqua manu scriptum esset, verissime I. Fr. Gronovius dixit. at cum non modo in rell. codd. sed etiam in Put. *essent* inventum sit, *terras* huius loci esse non posse manifestum est. illud *terrase* tamen non ita ut debuit ab eo, qui sua opera pulcherrimum codicem emendatum voluit, intellectum esse, id docet quod verbo *terrase* addiderit *as*, ut fieret *terras eas*, quae deinceps et librorum CM et reliquorum scriptura facta est. non vero *eas* a Livio profectum esse posse, sed factum esse, quod illud *e* incauto homini tale quid postulare videretur, vel me indicente apparet. nec tamen alterum codicis C librarium veram scripturam fefellisse, cum ipse verborum „terras eas" loco *terre* scriberet, iam supra adnotavimus. cf. 30, 23.: „quam qui ante portas Carthaginis bellum gereret". 30, 28.: „eo curae erant intentioris". — Ad „gentes*que et* terrae", quo iungendi genere L. persaepe usus est, cf. ex. gr. 5, 49.: „sed dlique et homines prohibuere redemptos vivere Romanos". Paulo ante PCM: „uincen*tis* eos stipendia facere".

... tot milibus Gallorum prohibentibus
s fluminis vi traiectum, in conspectu A
um alterum latus Italiae sit, in ipsis porti
os subsistere — quid Alpis aliud esse cr
ium altitudines? fingerent altiores Pyren

ibi dedi postularet p. r. iberum cet.: PCM. Orato- e h. l. Livius Hannibalem icentem facit, cum ipse 21, 6. :ripserit, unum ducem in oenam foederis rupti sibi edi Romanos postulasse. — m. 1. PM: „traiecisse*t* ad elendum“ cet.: quod, nisi lem mendum saepius in il- s antiquis codd. inveniretur f. 21, 21.: firmare:), videri sset scriptum esse pro raiecisse *et* ad delendum men Romanorum liberan- *que* orbem terrarum“. *n ab occasu solis ad ex- is intenderent iter:* PM neum saltum“ danum *iam* C: „rhodani ia cf. 21, 11.: „ Pal. 3. aliique „rhodanum *tan* — C m. 1. PM bus gallorum pr nisi quod C „pi m. 2.: „*milibus* „in conspectu *a* PCM rell.: „qu latus *italiae su* lien gehöre“. — *alpis* aliud esse 12. *fingerent altio iugis:* PCM. 1

nullas profecto terras caelum contingere nec inexsuperabiles humano generi esse: Alpis quidem habitari coli, gignere atque alere animantes: pervias paucis esse — et exercitibus? eos ipsos, quos cernant, legatos non pinnis sublime

wenigstens würden bewohnt und bebaut, erzeugten und nährten lebende Wesen". Voce *quidem* igitur dicit: „se aliorum montium rationem habere nolle: quod autem ad Alpes attineret, se scire, eos montes et habitari et coli" cet.

3. *peruias paucis esse — et exercitibus?*] pervias paucis esse — exercitibus invias? — Sic primo in edit. Mediolanensi editum est, idemque inventum in margine Pal. tertii, cum et in rell. codd. et in PCM scriptum esset „peruias paucis esse exercitibus eos ipsos quos" cet., quod integram esse non posse facile intelligitur. levissima igitur emendatione inter *esse* atque *exercitibus* interposuimus *et*, quae particula, cum persaepe in antiquis codd. una littera *e* scripta legeretur, facillime hoc loco excidere potuerit. similem etiam nostra coniectura prioris emendationis sensum praebet. quod enim haud raro in orationibus Livianis abruptum sermonis genus deprehenditur, id hoc quoque loco scriptum videtur, cum nullo negotio id suppleri posset, quod sensus postularet. Hannibal igitur dicere vult, paucis etiam hominibus pervias Alpes fuisse constare, quamvis in parvo transgredientium numero vix esse posset ut alter alteri in maioribus itineris difficultatibus auxilio esset, quod eisdem omnes iniquitatibus premerentur: qui igitur fieri posse, ut, quos paucis pervios fuisse scirent, eosdem Alpium montes negarent pervios exercitibus fore, ubi multi multis succurrere sociatisque omnium viribus cuiusvis generis difficultates amoliri possent? „einige wenige wären hinübergekommen, und ganze Heere sollten es nicht können? I. Fr. Gronovius coniecit scriptum fuisse: „pervias paucis esse: — non exercitibus"? Frid. Strothius: „pervias paucis esse nec exercitibus invias". Conr. Heusingerus: „pervias paucis *esse* nec invias *esse* exercitibus".

4. *non pinnis sublime elatos alpis transgressos:* PCM] non pennis sublime elatos Alpes transgressos. — In Lov. 2. scriptum est „non pennis *in* sublime elatos" cet.: sed iam Imm. Schellerus *sublime* etiam adverbialiter ita scribi solere docuit, aptissimeque E. Fabri Virg. Georg. 3, 108. laudavit: „iamque humiles

mque *elati sublime* viden-
r aera per vacuum ferri".
Paulo ante scriptum est
P et m. 1. in CM „quos
rtant". C m. 2. M m. 2.:
uos cernant". — Paulo
st PCM: „has ipsas alpis
gentibus saepe eguinibus
m liberis ac coniugibus mi-
antium modo tuto transmi-
se". Non scripsit L. „cum
niugibus ac liberis", quod
ior vis h. l. in *liberis* po-
nda esset, quippe cum qui-
s iter multo etiam diffici-
s esse oporteret quam cum
lieribus. cf. 21, 13.: „cor-
a vestra coniugum ac li-
orum vestrorum". — Harl.
3. Sigon.: „tuto trans-
".
*d inuium aut inexsupe-
le esse:* PCM: nisi quod
inexpugnabile".

„exaustum".
Cant.: „exau
7. *caput orbis te*
orbis terrarun
codd.). Prole
in his verbis
quidam homi
quod Livius Ha
demque hostem
sed pro August
quentem feceri
tamen fefellerit,
ita scripturum
huius orationis
stularet, ut ea re
ximi momenti vi
quam capessenda
que pericula obe
et hoc loco comp
cum Sagunto. —
ptum. — Voss. I
„quae adiri *poenu*
— M:

bis terrarum — petentibus quicquam adeo asperum atque arduum videri, quod inceptum moretur? cepisse quondam Gallos ea — quae adiri posse Poenus desperet? proinde aut cederent animo atque virtute genti per eos dies totiens ab se victae, aut itineris finem sperent campum interiacentem Tiberi ac moenibus Romanis.

XXXI. His adhortationibus incitatos corpora curare atque ad iter se parare iubet. postero die profectus adversa ripa Rhodani mediterranea Galliae petit, non quia rectior ad Alpis via esset, sed quantum a mari recessisset, minus obvium fore Romanum credens, cum quo prius quam in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conserere. quartis castris ad Insulam pervenit. ibi Isara Rhodanusque

que urbi Romae, quippe quae ad urbem ipsam oppugnandam insidenda essent. — Verbis „cepissequondamgallosea *quaeadiri*“ finitur altera Puteani charta, tertiaque incipit verbis „*salutesse*“, quae 21, 41. leguntur.

8. *postero die:* CM. — Harl. Berol. Gärtn.: „postero die“. cf. 7, 8. 6, 22. al. — C: „mediterreanea galliae“. — CM: „ad alpis“. — CM: „minus obuiam fore“. Rell. codd.: „obuiam“. Lovell. 4. 5. etiam: „*tanto* minus“. Eodem inconsulto supplendi studio in uno cod. rec. 2, 10. scriptum est: „agri *tantum*, *quantum* uno die circumaravit, datum“. — M: „cum quo prius*quam* in italia*e* ueatum foret non erat in animo manus co*m*serere“. m. 2.: „in italia“: et *quam* erasum est. hinc factum videtur ut in Pal. 1. scriberetur: „in italiam *euen*tum foret“. — Dein CM rell.: „quartis *castris*“. Polyb. 3, 49.: ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας.

13. *ibi Isara Rhodanusque amnis diuersis ex Alpibus decurrentes* cet. Mm. 1.: „*ibisarar* rhodanusque amnis“ cet. Cant.: „*bisarar* rhodanusque“. M m. 2. C: „ibi arar rhodanusque amnis“: eodemque mendo in rell. codicibus *arar* scriptum est. sed cum *Arar* (Saone) praeter nimiam longinquitatem ne ab Alpibus quidem defluat, luculenterque codicum Med. et Cant. scripturae ostendant, nec prima manu *arar* scriptum esse et quam facili mendo antiqua scriptura ita corrumpi potuerit ut *arar* scribendum videretur, verissime Cluverius videtur dixisse, nihil aliud nisi *Isara Rhodanusque* h. l. a Livio profectum esse posse. cf. 6, 30.: „Setiam“. „*Diversis*

amnis diversis ex Alpibus decurrentes agri aliquantum amplexi confluunt in unum: mediis campis Insulae nomen inditum: incolunt prope Allobroges, gens iam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior. tum discors erat: regni certamine ambigebant fratres: maior et qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab fratre et coetu iuniorum, qui iure minus vi plus poterat, pellebatur. huius se-

ex Alpibus " esse *ex diversis Alpium partibus* neminem fugerit: Rhodanus enim ex Adula, Isara ex Graiis Alpibus decurrunt. Quae cum ita sint, etiam apud Polyb. 3, 49. recte videtur ab hominibus doctis scriptum esse: τῇ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανὸς τῇ δὲ ὁ Ἰσάρας προσαγορευόμενος ῥέοντες παρ' ἑκατέραν τὴν πλευράν κ. τ. λ., cum in mss. melioribus inventum sit τῇ δὲ Σκάρας. — C: deccurrentes.

2. *mediis campis insulae nomen inditum:* Lovell. 4. 5.] inde mediis campis cet. (ex coni. Iac. Gron.). CM omnesque boni codd.: „*in* mediis campis". Vere videtur E. Fabri dixisse, facilius *in* ab antiquis librariis addi potuisse et praecedente et sequente littera *m*, quo mendo tot locis erratum videmus, quam *inde* ita corrumpi ut *in* scriberetur. cf. ex. gr. 21, 30.: „partem itineris emensam", sed cum alterius etiam generis menda nonnumquam deprehendantur, nihil ita nos de talium locorum integritate docere potest ut rationes locorum ipsorum. hoc igitur loco particula *inde* opus non fuit, quod ex eo, quod duo amnes aliquantum loci amplexi in unum confluunt, cuius loci tertium latus non amne sed montibus cingeretur, sequi necesse non erat, nomen insulae ei loco aptissime convenire. cur vero id nomen nihilo minus placere potuerit, verissime explicat Polyb. l. l.: ἔστι δὲ παραπλησία τῷ μεγέθει καὶ τῷ σχήματι τῷ καθ' Λίγυστον καλουμένῳ Δέλτα· πλὴν ἐκείνου μὲν θάλαττα τὴν μίαν πλευρὰν καὶ τὰς τῶν ποταμῶν ῥύσεις ἐπιζεύγνυσι, ταύτης δ' ὄρη δυσπρόσοδα καὶ δυσέμβολα καὶ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀπρόσιτα.

4. *tum discors erat:* M m. 3. C. Primo in M *tū* praetermissum erat. — Paulo ante in verbis „gens iam inde nulla gallica gente — inferior" particulae *iam inde* videntur idem exprimere quod aut *iam tum* aut *ab illo iam inde tempore*. — Paulo post C: certhamine.

7. *qui iure minus ui plus poterat:* Cant. Voss.] qui — poterant (Lov. 5. probante

ditionis peropportuna disceptatio cum ad Hannibalem delata esset, arbiter regni factus, quod ea senatus principum-

I. Fr. Gronovio). Haec verba non ad iuniorum coetum sed ad illum fratrem minorem referenda esse manifestum videtur. et *poterat* omnium codicum scriptura est excepto uno Lov. recentissimo, cuius librarius *poterant* scribendum esse censuit, quod *coetu iuniorum* proxime praecederet, eumque fefellisset, et apud Livium et apud alios bonos scriptores pronomen relativum nonnumquam remotius a suo nomine positum inveniri. — Multa tamen alia menda h. l. vel in CM facta sunt. C: „qui prius imperitabat". M: „braneus nomine". CM Harl.: „*minor erat* fratre et coetu iuniorum qui iure minus *q*ui plus poterat": nisi quod C: „q plus poterat". similique modo reliqui codd. Lov. 4. tamen „*a* minore fratre et coetu iuniorum".

1. *cum ad Hannibalem delata esset.* M m. 2. multique recc. codd.] cum — reiecta esset. — M m. 1.: „delectasset". m. 2.: „delatasset". m. 3.: „delata esset": quod ex hoc simillive fonte in Lovell. 2. 4. 5. Berol. Hav. al. migraverit. C m. 1.: „delecta esset". m. 2.: „delicta esset". Facillime *ec* pro *a* scribi potuisse nemo negaverit: multique illi loci, quos Drakenb. 2, 32. ad verba „rem ad novos magistratus traicerent" laudavit, ostendunt quidem, saepe Livium in similibus rebus verbo *reicere* usum esse, sed iidem docent, tum demum eum hoc verbo uti solitum esse, cum quis arbitrium iudiciumque eius generis, ad se delatum, cuius invidiam fugere vellet, ad alios arbitros reiecisse diceretur. id tamen huic loco non convenit, nisi quis forte censet, primo rem principibus delatam fuisse, qui ambiguam disceptationem ad Hannibalem reiectam maluissent: id quod vel eo refellitur, quod Polyb. 3, 49. tantum bellum a fratribus conflatum esse dicit, ut castra castris collata haberent, Hannibalemque a Branco accitum esse ut se in regno recuperando adversus fratrem adiuvaret. utut res se habet, *delata*, quod ad optimorum codd. scripturam quam proxime accederet, mutandum negamus: „als diese Streitsache Hannibaln, dem nichts gelegener kommen konnte, zur Entscheidung vorgelegt worden". — Paulo post M m. 3.: „*quod ea senatus principumque sententia fuerat*". M m. 1.: „sententia futurū". C etiam „sententiam futurū". Eiusdem co-

que sententia fuerat, imperium maiori restituit. ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium maxime vestis est adiutus, quod infames frigoribus Alpes praeparari cogebant. sedatis Hannibal certaminibus Allobrogum cum iam Alpes

dicis C librarius alter etiam *quid* pro *quod* scribi voluit. Berol.: „quod ea senat[illegible] principumque sententia fuerit". Cant.: „quod *erat* ea". utrum vero in hoc libro *futurum* an *futura*, quod in Lov. 5. scriptum est, fuerit, nemo dixit. quod si *futura* ibi scriptum erat, conici posset, Livium scribere voluisse „quod erat ea senatus principumque sententia futura": quod mihi tamen non satis probari posse videtur.

3. *quod infames frigoribus Alpes praeparari cogebant:* CM] quam infames cet. (codd. Gudianus et Hafn.). Cant. Lov. 4.: „*quod* — praeparare cogebant". *Quam*, si hoc pronomen ad unum nomen *vestis* est referendum, improbari non posse manifestum est: sed optimis codd. testibus L. id pronomen non ad *vestis* tantum sed ad omnia ea, quae *copia rerum omnium* continerentur, referri voluit, quod ne eos quidem librarios (Lov. 1. Voss.), qui *quae* scribi vellent, fugisse videtur. neutro „*quod*" tamen aut duobus illis pronominibus „*id quod*" idem exprimi eodemque sensu ita h. l. scriptum esse quo 21, 29. „*rem* horrendam" vix quisquam negaverit aut legibus latini sermonis repugnare contenderit. Polyb. 3, 49. Hannibalis exercitum a Branco non commeatu modo sed armis vestibus et calceamentis ad superandos montes aptissimis adiutum esse tradit. — Paulo ante M m. 1. Voss. Harl. al.: „ob id*em* meritum". Peius etiam C: „ob idē meritum cōmeatu' copiaque" cet. (i. e. ob *idem* meritum). CM: „est aditus". M m. 3.: „est adiutus".

4. *sedatis Hannibal certaminib' Allobrogū:* C] sedatis certaminibus Allobrogum (M m. 3. et rell. codd.). M m. 1.: allogrogū. — C: iter instruit. — M: „sed ad laeuam in tricastinos flexit". C: „sed ad laeuam inin itricastinos flexit": de quo mendo cf. 30, 28.: „erexerant". Adversa enim ripa Rhodani tantum viae Hannibal emensus erat, ne cum P. Cornelio congredi cogeretur: sed cum ab Allobrogibus iam edoctus esset, brevius iter per Alpes non esse quam paulo supra Vesulum montem, non recta via, qua instituerat, per Poeninas aut per Graias Alpes sed per Cottias transire statuit, retro

peteret, non recta regione iter instituit sed ad laevam in Tricastinos flexit, inde per extremam oram Vocontiorum agri tendit in Tricorios haud usquam inpedita via, priusquam ad Druentiam flumen pervenit. is et ipse Alpinus amnis longe omnium Galliae fluminum difficillimus transitu est: nam, cum aquae vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est, quia nullis coercitus ripis, pluribus simul neque isdem alveis fluens, nova semper vada novosque gurgites — et ob eadem pediti quoque incerta via est — ad

igitur cedendum erat in Tricastinos, deinde in Tricorios, dum ad Druentiam veniret, cuius Alpini amnis fontes e regione fontium Padi essent. *ad laevam* vero non Hannibali, ex qua parte tum venit, sed *Italis* Tricastinos fuisse iam ab Strothio dictum est: quod cum priores non viderent, aptissime vel ita a Livio scribi potuisse, Glareanus *ad dextram*, Lipsius *a laeva* scribendum esse censuerunt. — CM Cant. Harl. multique alii codd.: „inde per extremam oram uocontiorum agri tendit in trigorios". Strab. 4, 1.: τῆς δ' ὁδοῦ τῆς λαχθείσης ἡ μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἐστὶ —, ἡ σύντομος διὰ Οὐοκοντίων. Idem l. l.: Τρικόριοι. — M: „haut usquā". — M m. 1. C al.: „priusquā adruentiā flumen peruenit": in quo alterum *d* praetermissum esse appareat. cf. 21, 25.: „ad *d* cecidisse". M m. 2.: „addruentiā". — Dein C: „*his* & ipse alpinus amnis". M m. 1.: „omnium galliae flumin*em*". m. 2.: fluminum.

9. *incerta uia est:* M m. 2. C omnesque prope Drak. codd.] incerta est via. Sic primo quidem in M scriptum erat, sed altera manus signis quibusdam adscriptis structuram verborum, quae in C est, revocavit. cf. 21, 13.: „et salutis et pacis". — Paulo ante CM: „pluribus simul neque *isdem* alueis". — Dein CM Harl.: „ad hoc *saxa glariosa* uoluens": „denn obgleich er eine grosse Masse Wasser von den Bergen herabführt, so kann er doch nicht befahren werden, weil er ohne in bestimmten Ufern eingeschlossen zu bleiben, in mehreren und nicht immer in denselben Flussbetten daherströmt, immer neue Untiefen und neue Strudel schafft — weshalb auch für den Fusssoldaten der Weg so unsicher wird —, und indem er überdies Felsstücke und eine Menge von kiesigem Gerüll mitherabrollt, so bietet er nir-

hoc saxa glareosa volvens, nihil stabile nec tutum ingredienti praebet. et tum forte imbribus auctus ingentem transgredientibus tumultum fecit, cum super cetera trepidatione ipsi sua atque incertis clamoribus turbarentur.

XXXII. P. Cornelius consul triduo fere post, quam Hannibal a ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venerat nullam dimicandi moram facturus. ceterum ubi deserta munimenta nec facile se tantum progressos ad-

gends dem, der ihn betritt, einen festen noch sicheren Übergangspunkt dar". Livium *volvens* et ad *vada gurgitesque* relatum voluisse manifestum est, nec id pro latinae linguae ratione improbandum videtur. verum tamen *saxa glareosa* non ita videntur iungenda ut *glareosa* pro adiectivo habendum sit, sed ut multa similia omissa particula copulativa scripta sunt. nam ut a Colum. arb. 21. „glareosa et saxosa amat ficus" „kiesigen und steinigen Boden", et ut *terra gloreosa*, *rivi glareosi* „Kies mit sich führende Bäche", similiaque dicebantur, sic h. l. „saxa et glareosa" „Steine und Kies enthaltendes Gerüll" dictum est, quod dicendi genus apud Livium, qui neutris plur. substantivorum loco uti solebat, vix cuiquam mirum videri potest. I. Fr. Gron. tamen „saxa glareasque" aut „glareasve" scribi maluit. — Postremo C: „trepidatione ipsi sua atquae incertis" cet. — *Super cetera:* „abgesehen von allem Übrigen": 21, 46. 22, 6. al. cf. 30, 1.: *ad cetera*. Permulti etiam Drak. codd.: „tumultum facit".

6. *a ripa Rhodani:* CM] ab ripa cet. (rell. codd.). — Paulo ante M: „p̄. cornelius cōs. triduo ferre post". m. 2.: fere.

8. *progressos:* M m. 2. C rell.] praegressos (ex coni. I. Fr. Gron.). M m. 1.: „progressus". Nec voluit nec potuit L. dicere, Cornelium ratum esse se non facile hostes tantum *prae*gressos („die so weit vorangerückt wären") adseculturum, sed *tantum progressos* „die so weit vorgerückt wären". quis scribi vellet ex. gr. 21, 35.: „praegressi morative" pro „progressi"? — CM rell.: *ad mare ac naues rediit*": quo scribendi genere L. uti solebat. ex. gr. 30, 36.: „expugnatis hostium castris direptisque cum ingenti praeda ad mare ac naves rediit". Cant. tamen superiore loco: „ad mare *ad* naues". — CM rell.: „*tutius faciliusque ita descendenti ab Alpibus Han-*

secuturum videt, ad mare ac naves rediit, tutius faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursurus. ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Hasdrubalem misit, non ad tuendos tantum modo veteres socios conciliandosque novos sed etiam ad pellendum Hispania Hasdrubalem: ipse cum ad modum exiguis copiis Genuam repetit eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defensurus. — Hannibal ab Druentia campestri

nibali occursurus": i. e. „tutius faciliusque *his rebus* fore *ratus*, si occurreret" cet. *ita* enim h. l. significare „*quae cum ita essent*" neminem fugerit. non minus notum videtur, eo quo diximus simillve sensu participium fut. act. a Livio scribi solere: sic paulo post „Italiam defensurus": „entschlossen I. zu vertheidigen".

5. *non ad tuendos tantum modo veteres socios:* CM et plerique Drak. codd.: „nicht allein nur" u. s. w. — Paulo ante M: „quam prouintiã sortitus erat cõn. scipionem" cet. Dein M m. 1.: „ad pell*an*dum hispani*am* hasdrubalem". M m. 3. C: „ad pellendum hispania". — M m. 3.: „eo| ? circa padum erat exercitu*s* italiam defensurus". idemque *exercitus* in C Cant. Harl. et in aliis codd. repertum est: nec tamen nominativus h. l. probandus videtur (cf. 21, 29.: „qui primus se obtulisset romanus exercitus"), ut illud *s* non pro littera semivocali habeam, sed antiquiorem quendam librarium signum quoddam inter litteras *u* et *i* ponere voluisse censeam ad vocales illas simillimas separandas: quod scribendi genus etiam aliis locis nobis videbamur deprehendisse: cf. 21, 21.: firmare. — Denique M m. 1. C Harl. et plerique Drak. codd.: „eo circa padum" praetermisso pronomine *qui*. in M etiam *eo* scriptum non esse videtur nisi altera manu.

9. *ab Druentia.* C m. 1. M Cant. Harl. Lov. 1. al.: „*abo* druentia": quod dicere videtur, in aliis libris *ab*, in aliis *a druentio* inventum esse. C m. 2. et recc. quidam Drak. codd.: „ab ruentia". — CM (Berol.): „*ad alpis* cum bona pace incolentium ea loca gallorum peruenit": „ungefährdet von den" u. s. w. Ad verba „cum bona pace" cf. 21, 24. 1, 24. al. Rell. codd.: „cum bona pace *ad alpes* incolentium ea loca gallorum peruenit".

maxime itinere ad Alpis cum bona pace incolentium ea loca Gallorum pervenit. tum, quamquam fama prius, qua incerta in maius vero ferri solent, praecepta res erat, tamen ex propinquo visa montium altitudo nivesque caelo prope inmixtae, tecta informia inposita rupibus, pecora iumentaque torrida frigore, homines intonsi et inculti, animalia inanimaliaque omnia rigentia gelu, cetera visu quam dicto foediora, terrorem renovarunt. erigentibus in primos agmen clivos

2. *qua incerta in maius uero ferri solent* vere a Livio profecta videntur. C: „quamquam fama priusquam incerta inmanis uero ferri *solet*". M m. 1.: „priusquā in cetera in manis uero ferri solet". m. 2.: „quae incerta in manis" cet. Lov. 1.: „qua incerta in maius oratio ferri solet". Berol. Hav.: „quae incerta in maius uero ferri solet". Harl.: „prius incerta in maius uero ferre solent". „*Ferri solent*" in duobus Drak. codd. scriptum est. Deinde C m. 1.: „p̄cepta res erat": i. e. *praecepta*. M m. 1.: „preceptares erat". C m. 2.: „p̄cepta res erat". M m. 2.: „percepta". C etiam: „altitudo ē. niuesq;". M: „altitudo niues aquae caelo" cet. tum: „nivesaquae". — C: „peccora". M: „pecora iumentaque torrida frigore": „kleines und grosses Vieh von der Kälte zusammengeschrumpft".

6. *animalia inanimaliaque omnia:* CM Cant. Harl. omnesque prope Drak. codd.] animalia inanimataque omnia (ex coni. I. Fr. Gron.). Pauci recc. codd.: „animaliaque omnia". Berol. m. 1.: „animalia inanimalia rigentia". m. 2.: „inanimalia*que*". Quamquam Livius 41, 18. si non eodem at simili sensu scripsit „satiati caede *animantium* quae *inanima* erant parietibus adfigunt", tamen superiore loco ne Vallae quidem coniectura „animalia *inanimaque* omnia" mihi placet: sed L. pro sua dicendi ratione, qua idem sonantia verba iungere solebat, ita ut optimi codd. tradunt quamvis nova non tamen inusitato modo formata voce „*inanimaliaque*" scripsisse videtur: „alles Lebende und Leblose vor Frost starrend". Cf. ex. gr. 10, 41.: „iurati iniuratique". 21, 44.: „frenatos infrenatosque": al.

8. *erigentibus in primos agmen cliuos:* M. — C: „erigentibus *iā* primos agen cliuos": sed *agen* erasum est. — CM: „si ualles occultiores insedissent". Pal. 1. Harl.: „insededissent". — C Harl.: „coorti *ad*

apparuerunt inminentes tumulos insidentes montani, qui, si valles occultiores insedissent, coorti ad pugnam repente ingentem fugam stragemque dedissent. Hannibal consistere signa iussit, Gallisque ad visenda loca praemissis postquam conperit transitum ea non esse, castra inter confragosa omnia praeruptaque quam extentissima potest valle locat. tum per eosdem Gallos haud sane multum lingua moribusque abhorrentis, cum se inmiscuissent conloquiis montano-

pugnam". M: „cohorti *ad* pugnam". Rell. codd.: „coorti *in* pugnam". Gärtn.: „edidissent".

3. *consistere signa iussit:* M m. 2. C Cant. — M m. 1.: „comsistere". Rell. codd.: „iubet". — CM rell.: „*gallisque ad uisenda loca praemissis*". cf. 21, 29.: „Hannibalem — avertit a praesenti certamine *Boiorum legatorum* regulique Magali adventus, *qui se duces itinerum fore* adfirmantes" cet. — CM rell.: „transitum *ea* non esse": „an der Stelle". cf. 1, 27.: „consilium erat, *quo* fortuna rem daret, *ea* („dahin") inclinare vires". 7, 33.: „illa omnia *quo* („wo") nunc erectae micant hastae". 5, 46.: „eadem („auf demselben Wege") digressus nuntius Veios contendit". — CM rell.: „*inter confragosa omnia praeruptaque*": „so lässt er zwischen lauter Felsenklüften und steilen Bergwänden in einem Thale, so ausgedehnt es sich nur finden liess, das Lager aufschlagen". Pal. 3.: „quam extentissima *pote* valle": quod, cum meliores codd. *potest* praebeant, facili mendo pro *potē* scriptum videtur. sed cf. 30, 10.: „sic ut pote".

8. *abhorrentis:* C. — M: abhorrentes. — Dein CM Harl. Voss.: „ut ex *ea* aperto atque interdiu uim per angustias facturus". Lovell. 4. 5.: „ut ex ea aperte". *Ea* ex praecedente *e* et sequente *a* male bis scriptis ortum esse vix dubium videtur. cf. 21, 30.: „genti — totiens ab se victae". 35, 5.: „— unde, cum signum dedisset, impetum *ex aperto* facerent". Verba *ut vim per angustias facturus* significare „tamquam si vi impetuque transitum per angustias patefacturus esset" manifestum videtur. nihilo minus in recc. quibusdam codd. (ac vel in Harl. Lov. 1.) *uiam* pro *uim* scriptum est, sed *uim* non modo in CM sed etiam in Cant. Lovell. 2. 4. Hav. et in Voss. servatum est, quamquam in hoc postremo cod. librarius *iter* inter versus adscripsit.

rum, edoctus, inter diu tantum obsideri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta, luce prima subiit tumulos ut ex aperto atque inter diu vim per angustias facturus. die deinde simulando aliud quam quod parabatur consumpto, cum eodem quo constiterant loco castra communissent, ubi primum digressos tumulis montanos laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus quam pro numero manentium in speciem factis impedimentisque cum equite relictis et maxuma parte peditum, ipse cum expeditis — acerrimo quoque viro — raptim angustias evadit iisque ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, consedit.

3. *die deinde:* M. In C praetermissum est *die*. — C m. 1. M: „aliud quam quod p*a*r*a*tur: sed eadem antiqua m. posuit *ba* in C supra *ra*, ut *parabatur* fieret. Lovell. 4. 5.: „aliud quam apparabatur". — C: consumpt*a*. — C: „quo const*e*terant loco castra communisse*n*t". C m. 2.: „communisse*t*", M: „quo *constiterant* longa castra *communissent*". Idem pluralis horum duorum verborum legitur in Cant. Voss. Lovell. 1. 2. 4., reliquis codd. singularem exhibentibus, nisi quod in Harl. Berol. Gärtn. „constiteran*t* — communisse*t*" scriptum est. — CM multique recc. codd.: „*digressos tumulis montanos*". M m. 1.: „montan*is*". cf. 4, 17.: nec ante in campos digressi sunt. — CM omnesque prope Drak. codd.: „*laxatasque sensit custodias*": nisi quod Lovell. 4. 5. „sen*t*it": „und die Posten auf den besetzt gehaltenen Punkten auseinandergehen sah". Totius enim loci ratio docere videtur, Livium dicere noluisse, montanos quosdam ad illa loca angusta custodienda relictos esse, sed omnes ad suos et in tecta discessisse. simili sensu scriptum esse oportet 21, 59.: „quod ubi Hannibal accepit (scil. signum receptui datum esse), *laxatamque* pugnam et recessum a castris vidit" cet. — Dein M m. 1. C: „et maxima parte peditum". M m. 2.: „max*u*ma". — C: „ips*um* cum expeditis acerrimo quoque uiro". m. 2.: „ipsi". M: „ipse cum expeditis acerrimo quoque uiro partim angustias euadit is ipsis tumulis quos hostes tenuerant consedit". m. 2.: „raptim" — „iisq. ipse tumulis" cet. C: „iisque ipsis tumulis".

XXXIII. Prima deinde luce castra mota et agmen relicum incedere coepit. iam montani signo dato ex castellis ad stationem solitam conveniebant, cum repente conspiciunt alios arce occupata sua super caput inminentis, alios via transire hostis. utraque simul obiecta res oculis animisque inmobiles parumper eos defixit: deinde, ut trepidationem in

1. *et agmen reliquum incedere coepit:* M m. 2., cum m. 1. in M et in C fuisset „incendere". — M m. 1.: relicum. Dein C: „iam motani signo dato ex catellis" cet. — CM: „ad statione solitam conueni*ebant*": i. e. convenire coeperant. — CM: „*alios arce occupata sua super caput inminentis alios uia transire hostis*". Cod. Sigon.: „supra capita". Pal. 1. m. 2.: „super capita". Viderunt igitur montani hostes alios summas montium partes, quas ipsi arcem suam habere consuerant, insedisse, alios inferiore via ad eadem iuga transire. quamvis id et praecedentia et verbum *transire* aperte exprimant, tamen I. Fr. Gron. a Livio scriptum esse suspicatus est „alios *infra* transire", quod vix cuiquam probatum erit. Apte etiam ad unum verbum *conspiciunt* referri potuerunt et participium *inminentes* et infinitivus *transire*. sed quamquam Livium mutandis dicendi generibus orationem ornare solere multis iam locis vidimus, tamen non sine causa priore loco participio, altero loco infinitivo usus videtur, quamquam non minus latine etiam *inminere* et *transeuntes* scribi potuit. infinitivo enim id quod fit h. l. melius describitur, dum *inminentes* id quod iam perfectum erat exprimit et dicit, *intentos illos stetisse* ut, si facto opus esset, in hostes decurrerent. — Paulo post verba „*inmobiles parumper eos defixit*" significant „mentes eorum ita turbavit ut parumper defixi inmobilesque starent".

6. *ut trepidationem in angustiis suoque ipsum tumultu misceri agmen uidere:* C m. 1. M m. 2., quamquam in C scriptum erat „tumultu*m* isceri agmen". M m. 1.: „tumultu misgeri agmen". C m. 2.: „tumultu urgeri agmen". Parum latine scriptum est in Cant. Harl. Voss. omnibusque prope et Pall. et Drak. codd.: „suoque *ipso* tumultu": cuius loco I. Fr. Gron. scribi voluerat „suoque *ipsorum* tumultu". — M m. 1.: consternan*tis*. M m. 2. C: „equis maxime consternatis". Deinde pronomine *quibus* addito scriptum est et in tri-

angustiis suoque ipsum tumultu misceri agmen videre equis maxime consternatis, quidquid adiecissent ipsi terroris satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus iuxta invia ac devia adsueti decurrunt. tum vero simul ab hostibus simul ab iniquitate locorum Poeni oppugnabantur, plusque inter ipsos, sibi quoque tendenti ut periculo prius evaderet, quam

bus Pall. et in omnibus ferme Drak. excepto tamen Cantabrigiensi: „quibus quidquid adiecissent": et in C multisque Drak. libris „quidquid adiecissent *ipsis*": in C etiam „*ipsis* terro*ri* satis" cet. Verissime M: „quicquid adiecissent ipsi terroris satis ad pnitiem fore rati": i. e. satis fore ad totum agmen perdendum. simili modo 21, 17.: „si *ad* arcendum Italia Poenum consul alter *satis* esset". — *Peruersis rupibus*, cuius loco Palatini 2. librarius „*diuersis* rupibus" scribendum coniecit, h. l. idem videtur exprimere quod „*praeruptis deruptisque rupibus*". *Perversum* enim omne id est quod contra est atque esse oportuit: hoc igitur loco, ut Livius ipse pergit, quod invium est ac devium. *devium* enim videtur h. l. non tam id significare, quod, cum procul a via fuerit, hominum vestigiis tritum non est (cf. 3, 13.: „devio quodam tugurio":), quam quod praeceps atque declive est: nec *invium* id est, quod, quamvis in plano sit, tamen propter multas iniquitates vix iniri possit, sed scriptum videtur ut 38, 2. *rupes inviae*, 43, 23. *radices montium prope inviae* dicuntur. Accusativus vero cum *adsueti* iunctus videtur, quo sensu *doctus edoctus* similiaque cum accusativo iungi solebant. cf. etiam 21, 34.: „circumspectans sollicitusque *omnia* incedebat". simili singulari ratione genitivus hanc vocem sequitur 38, 17. contra tamen 22, 18. scriptum est: „ea (Hispanorum cohors) adsuetior montibus et ad concursandum inter saxa rupesque aptior" cet. „Als sie aber das Gedränge in dem Hohlwege sahen und wie der Zug sich durch sein eigenes Getümmel in Unordnung brachte vorzüglich als die Pferde scheu geworden waren, da rennen sie, in der Meinung dass, wenn sie jetzt zu dieser Verwirrung nur noch etwas hinzufügten, das ganze Heer zu Grunde gehen werde, von ihren jähen Felsen herunter, daran gewöhnt auf unwegsamen wie auf steilen Punkten sich mit gleicher Behendigkeit fortzubewegen".

6. *sibi quoque tendenti:* Voss.] sibi quoque tendente. — In

cum hostibus certaminis erat. et equi maxime infestum agmen faciebant, qui et clamoribus dissonis, quos nemora

CM et in rell. codd. scriptum est „sibi cuique tendenti", nisi quod in Berol. et in Hav. est „sibi cuique cedenti", et in Pal. 2. „sibi quisque intentus". Quamquam Livius singulari interdum ratione pronomine *quisque* usus est (cf. 26, 29.: „*se* non modo suam *quisque* patriam sed totam Siciliam relicturos". 3, 22.: „equites item *suae cuique* parti post principia collocat": al.), tamen h. l. *cuique* ferri non posse videtur, nisi forte, *cuique* in eodem quo *sibi* casu positum esse rati, scribere voluerimus „plusque inter ipsos, sibi cuique tendenti*s* ut periculo prius evaderen*t*": de quo dicendi genere cf. Weissenborni gramm. lat. §. 227. obs. 1. b. Saepe vero ab librariis in his ipsis vocibus erratum esse constat: ex. gr. 25, 23., quo loco vel in Put. „Aetolorum, *cuius* socii Lacedaemonii erant" pro *quibus* scriptum est: et participiorum 3. declin. ablativum sing. in *i* Livium formare solere permultis locis videre licet: 1, 54.: „sequenti nuntio". — l. Fr. Gron. „ut periculo *prior* evaderet" scribi maluit.

1. *et equi maxime infestum agmen faciebant:* C] equi maxime cet. — M: „erat & quis | maxime" cet. M m. 2. et recc. quidam codd.: „equis maxime". *Et* sic poni, ubi maior aliqua vis in sententia quadam ponenda erat, vidimus 21, 5.: „et ex parte altera". — M m. 2. C Cant.: „qui et clamoribus dissen*sio*nis quos" cet. M m. 1.: „faciebant & qui clamoribus dissensionis". Lov. 2.: „dissonan*t*ibus". Voss.: „dissentientibus". nec tamen omnes librarios vera vox fefellit: nam in Pal. 3. et in Hafn. scriptum esse dicitur *dissonis*. — CM rell.: „quos nemora etiam *repercussaeque* valles augebant". In voce *repercussae*, quae in medio loco collocata et ad *nemora* et ad *valles* pertinebat (cf. 21, 29.: „iter inmensum Alpesque":), duae partes videntur esse, ex quibus vera huius vocis significatio prodeat, et *re* et *percussae*. *percussa* enim erant nemora vallesque dissonis illis clamoribus, eosdemque ipsa clamores *red*diderunt: „die schon von dem wilden Geschrei, das der Wiederhall aus Wald und Thal verstärkte, erschreckt sich scheuten, und wenn sie gar verwundet worden, so wild wurden dass sie — das grösste Unglück anrichteten". cf. tamen Tac. Ann. 4, 51.: „nox aliis in audaciam aliis ad formidinem opportuna, incerti

ictus. volnera inprovisa —, et montis anfractu *repercussae* velut a tergo *voces* adeo cuncta miscuerant ut“ cet. — M m. 1.: „trepidant“. M m. 2. C: „trepidabant“. M m. 1.: „consternebantur“. M m. 2. C: „consternabantur“.

diruptae utrimque angustiae: CM rell.] deruptae utrinque angustiae (Turnebus:). Lovell. 2. 4.: „*de*rutaeque“. *Diruptum* idem est quod *dis-ruptum* = „von einander gerissen“: i. e. „durch Klüfte getrennt und unterbrochen“. — CM: „essent *in*mensū altitudinis deiecit“. cf. 21, 21.: „*in* inferendum bellum“.

sed ruinae maxime modo cet.: M] sed ruinae maximae modo (C). Quamquam non

si deci
ruina cc
per se r
erat, sim
tissimum
lebat. nec
vocis loci
In M prae
bum *dev*
ob postre
xime antec
litudinem fi
in eodem M
cet. ibi enim
onerib. — q
quo signo il
rius ad syll
significandai
Fr. Gronovi
ret, sine h
tiam multo
dixit, cum
iecit suffice

oneribus devolvebantur. quae quamquam foeda visu erant, stetit parumper tamen Hannibal ac suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret: deinde, postquam interrumpi agmen vidit periculumque esse ne exutum inpedimentis exercitum nequiquam incolumem traduxisset, decurrit ex superiore loco et, cum impetu ipso fudisset hostem, suis quoque tumultum auxit. sed is tumultus momento temporis, postquam liberata itinera fuga montanorum erant, sedatur, nec per otium modo sed prope silentio mox omnes traducti. castellum inde, quod caput eius regionis erat, viculosque circumiectos capit, et captivo ac pecoribus per

bäudes ähnlich klang es, wenn die Maulthiere mit ihren Lasten hinabstürzten". — In cod. Sig. et in recc. quibusdam libris scriptum est „quidam et armati in ruinas maximas, modo iumenta cum oneribus deuoluebantur": et in omnibus prope recc. codd.: „*inde* ruinae maximae modo": nisi quod pro *inde* in Cantabr. *si* positum est, quod persaepe in antiquis libris pro *sed* scriptum invenitur.

7. *suis quoque tumultum auxit:* ex verissima L. Vallae coniectura. M m. 1. C Lov. 1.: „*quis* quoque tumultum auxit". M m. 2. Harl. multique alii codd.: „*equis* quoque". Berol. Hav.: „ipse quoque". Cant. etiam: „ipse quis quoque". — Paulo ante Harl.: „periculumque esse exutum inpedimentis exercitum nequidquam incolumen traduxisse". Idem *ne* excidit in multis quoque aliis recc. codd.: in aliis eius loco *si*, in uno etiam *ac* positum est.

8. *liberata itinera:* M m. 2. C rell.: „so wie die Wege durch die Flucht der Bergbewohner frei geworden waren". M m. 1.: „liberatam".

11. *captiuo ac pecoribus:* CM Cant. Harl. al.] captivo frumento ac pecoribus. — L. Valla „captivorum pecoribus" scribi voluerat: sed quod haud raro adiectivum *captivum* cum captis rebus iunctum legeretur (ex. gr. 1, 53. 10, 2. 46.), I. Fr. Gronovius primo „captivis pecoribus" aut „captivo pecore" scribendum esse coniecit, deinde sibi persuasit, post *captiuo* aliquid in Livianis codd. excidisse, quo L. id, quod de eadem re a Polybio 3, 51. traditur, reddidisse videretur. is enim, cum l. l. dixisset Hannibalem capto montanorum oppido et in praesens et in futurum tempus magnam

triduum exercitum aluit, et quia nec montanis primo perculsis nec loco magno opere impediebantur, aliquantum eo triduo viae confecit.

XXXIV. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium — ut inter montanos — populum. ibi non bello

utilitatem cepisse, ita pergit: καραυτίκα μὲν γὰρ ἐκομίσατο πλῆθος ἵππων καὶ ὑποζυγίων καὶ τῶν ἅμα τούτοις ἐαλωκότων ἀνδρῶν, εἰς δὲ τὸ μέλλον ἔσχε μὲν καὶ σίτου καὶ ἐρεμμάτων ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις εὐπορίαν· κ. τ. ἑ. Hanc coniecturam Gronovianam sine dubio secutus Fr. Strothius „captivo *frumento* ac pecoribus" scribi iussit, eumque et Imm. Bekkerus secutus est: Conr. Heusingerus „captivo *cibo*" scribere maluit, quam coniecturam veriorem E. Fabri habuit. sed ut *rapto captove vivere* similiaque dicebantur, sic quoque h. l. Livius videri potest *captivo* scripsisse, cui id, in quo potissima illius praedae pars fuisset, cum particula copulativa pro latini sermonis ratione addendum esset: „und von dem Erbeuteten und zwar besonders von dem weggenommenen Vieh erhielt er drei Tage lang sein Heer". — Lovell. 4. 5.: „et captiuo *et* pecoribus". Berol.: „et captiuo atque pecoribus". — Paulo ante scriptum erat in C: „*uinclosque* circumiectos capit": sed litteris *n* et *l* erasis m. 2. fecit „uicosque".

2. *magno opere*· M m. 2. C] magnopere (M m. 1. et rell. codd.). Cf. 3, 18. al. — Loco proxime antecedente non *loco* sed *loca* in CM Cant. al. scriptum est, quo mendo 21, 32. etiam *longa* in M pro eodem *loco* scriptum vidimus. at I. Fr. Gron., cum id *loca* non temere ortum putaret, et voce *primo*, cui nihil responderet, offensus, sic scribendum esse coniecit: „et quia nec montani proelio perculsi nec loca magnopere impediebant, aliquantum eo triduo viae confecit". sed *primo* h. l. pro „primo impetu" scribi potuit: nec ablativus absol. praepositione *a*, quam vocem nonnulli desiderarunt, omissa improbandus videbitur, quod substantivo participium quoddam adiectum est: „und weil sie weder von den Bergbewohnern, die gleich zuerst (durch jenen kräftigen Angriff) eingeschüchtert worden, noch durch Schwierigkeiten des Weges eben sehr aufgehalten wurden, so legte er in diesen dreien Tagen einen bedeutenden Marsch zurück".

5. *ut inter montanos:* CM] ut

aperto sed suis artibus — fraude et insidiis — est prope circumventus. magno natu principes castellorum oratores ad Poenum veniunt, alienis malis — utili exemplo — doctos memorantes amicitiam malle quam vim experiri Poenorum: itaque obedienter imperata facturos, commeatum itinerisque duces et ad fidem promissorum obsides acciperet. Hannibal nec temere credendum nec aspernandum ratus, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne cum respondisset, obsidibus, quos dabant, acceptis et commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus, nequaquam ut inter pacatos, conposito agmine duces eorum sequitur: primum agmen ele-

inter montana (rell. codd. nisi quod duo *intra* habent). — Paulo post CM Cant.: „fraude *et* insidiis", cum in rell. codd. sit „fraude, *deinde* insidiis". — M m. 1.: „circumuentos". M m. 2. C: „circumuentus".

2. *magno natu principes castellorum:* M m. 1. C. — M m. 3.: „magni". cf. 2, 40.: „Veturia magno natu mulier". 3, 71.: „consurgit P. Scaptius de plebe magno natu". al. — C: „ad penum ueniunt" — M: „itaque oboedienter imperata facturos". C: „obendienter". Gärtn.: „obedientes". — CM rell.: „*et ad fidem promissorum obsides acciperet*": i. e. se promissis suis staturos esse.

7. *nec temere credendum nec aspernandum ratus:* C] nec temere credendum nec aspernandos ratus (Lov. 5.). Hav.: „nec temere credendum *ratus* nec aspernandos". In reliquis codd. omnibus praetermissum est *ratus*, quod deesse non potest. fortasse primus ita librarius codicis M erraverat: ab eo enim m. 1. scriptum vidimus „nec temere credendum nec asperandos nec repudiari aperte hostes fierent". m. 3.: „aspernandos ne repudiati" cet. videtur igitur „aspernandos" ortum esse ex „aspernandū *ratos*". sic factum est ut in melioribus libris scriberetur „nec temere credendum nec aspernandos". quod cum ferendum non esset, L. Valla scripsit „nec temere credendo nec aspernando": quod in recentissimos etiam codd. profectum est. — CM Pall. Harl. Voss. al.: „quem in *uia* ipsi detulerant".

11. *conposito agmine:* CM et plerique Drak. codd.] incomposito agmine (Cant. [?]). Verba „nequaquam ut inter pacatos" parenthesi quadam, quo scribendi genere L. uti solebat, interposita esse ma-

phanti et equites erant, ipse post cum robore peditum circumspectans sollicitusque omnia incedebat. ubi in angustiorem viam et parte altera subiectam iugo insuper inminenti ventum est, undique ex insidiis barbari a fronte ab tergo coorti comminus eminus petunt, saxa ingentia in agmen devolvunt. maxima ab tergo vis hominum urgebat: in eos

nifestum est: neque quemquam fugerit, cum h. quidem l. dici necesse esset, non quid non esset factum sed quid factum esset, antiquam scripturam „*conposito agmine* duces eorum sequitur" multo altera potiorem esse. cf. 24, 35.: „agmine ad omnes casus conposito ibat". — C: cōposito.

1. *ipse post cum robore peditum circumspectans sollicitusque omnia incedebat:* M m. 2. C Cant. omnesque prope Drak. codd. — M m. 1.: „ipse post*quam* robore peditum" cet. In primo igitur agmine erant elephanti et equites, in novissimo ipse Hannibal cum robore peditum incedebat. id enim significare *post* apparet. — Verba *sollicitusque omnia* iungi ita possunt, ut Graecorum more accusativus scriptus videatur: cf. 21, 33.: „invia ac devia adsueti". sed verius videtur, accusativum *omnia* referendum esse ad *circumspectans*, ut *sollicitusque* priori verbo ad animum curamque ducis significandam adiectum sit: „alles um sich her *und zwar* mit gespannter Aufmerksamkeit beachtend". nam quod dicunt, cum aliis locis tum 28, 19. similem accusativum cum hac voce iunctum legi „ab *sollicitis vicem* imperatoris militibus", id ob singularem vim illius *vicem* aliter se habere videtur.

3. *et parte altera:* C m. 2. M Cant.] ex parte altera. — CM: „ubi in angustior*e* uia et parte altera subiecta iugo insuper inminent*e* uentum est": nisi quod in C m. 1. „partes", et in M m. 1. „inminentem" scriptum erat, quod utrumque altera manu emendatum est. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn.: „ex parte altera subiecta iugo". iidemque exceptis Lovell. 1. 3.: „iugo insuper inminente". „Dessen eine Seite von einem Berge begrenzt wurde, der zugleich von oben her über denselben hinragte". — C: „undique ex*inde* barbari". CM: „a fronte ab tergo". M: „co*h*orti". C m. 1. M: „comminus eminus petunt". C m. 2. multique recc. codd.: „eminus*que*". Recc. etiam multi codd.: „a fronte *et* ab tergo". — Paulo post M: „urg*u*ebat".

versa peditum acies haud dubium fecit quin, nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est: nam dum cunctatur Hannibal dimittere agmen in angustias, quia non, ut ipse equitibus praesidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat, occursantes per obliqua montani interrupto medio agmine viam insedere, noxque una Hannibali sine equitibus atque inpedimentis acta est.

2. *ingens in eo saltu accipienda clades fuerit:* CM Cant. Lov. 1., cum in rell. codd. sit „fuerat". *Fuerit* ita h. l. cum *fecit* iunctum esse, quem ad modum coniunctivus perfecti apud rerum scriptores perfectum sequi solebat, quamvis non de re acta scriberetur et condicionale dicendi genus *fuisset* postularet, neminem fefellerit. — M m. 1.: „haut dubium". M m. 1.: „quinisi". M m. 2. C: „quinnisi". — Breviore Livius h. l. scribendi genere usus est. non enim *versa in barbaros acies* videri potest docuisse, haud multum afuisse quin magna ibi clades accipienda fuerit: sed quod, cum acies in barbaros verteretur, *tam acriter ab illis montanis pugnatum est*, ut, nisi robur peditum et ipse Hannibal in novissimo agmine fuissent, ingentem fieri cladem Poenorum necesse fuerit.

4. *dum cunctatur Hannibal dimittere agmen:* CM omnesque prope Drak. codd. Quamquam ipse Hannibal in hac parte agminis versatus est, nec dux remanere militesve a se dimittere potuit, tamen ne hoc quidem loco improbandum videbatur *dimittere*, utpote in quo inesset „dum Hannibal cunctatur *imperare* ut etiam eius agminis milites in angustias procederent". cf. 7, 23.: „dimitti agmen". — C: „in angustiis". Paulo ante M: „pernitiem". — Quod paulo post sequitur „*interrupto* medio agmine" vere a Glareano restitutum videtur, cum in omnibus prope codd. „*erupto*" inventum sit. Sigon. tamen ex suo rec. codice scripsit „perrupto": in Berol. est „errupto". Nec dubito quin in antiquioribus codd. *interrupto* scriptum fuerit, cum in M m. 1. invenerimus: „monta*ni*†*e*†rapto medio agmine" mediis litteris erasis. M m. 2. C: „erupto".

8. *noxque una:* M m. 2. C: nam primo praetermissum erat

XXXV. Postero die iam segnius intercursantibus barbaris iunctae copiae saltusque haud sine clade, maiore tamen iumentorum quam hominum pernicie, superatus. inde montani pauciores iam et latrocinii magis quam belli more concursabant modo in primum modo in novissimum agmen, utcumque aut locus opportunitatem daret aut progressi morative aliquam occasionem fecissent. elephanti, sic ut per artas praecipites vias magna mora agebantur, ita tutum ab

una in M. „Und so brachte H. eine Nacht getrennt von seinen R. und dem Gepäcke zu".

6. *utcumque aut locus opportunitatem daret aut progressi morative aliquam occasionem fecissent:* M m. 3. — M m. 1.: „utcumque aut locus aut oportunitatem" — „occansionem". C m. 1.: „utcumque au locus aut oportunitatē daret": dein in C *au* inductum est. *Utcumque* („je nachdem") et in Cant. Lov. 4. Hafn. al. scriptum est. Lov. 1. „utque", Harl. „utrumque", alii aliter. Laur. Valla coniecerat: „*ut cuique* aut locus opportunitatem daret". Lovell. 3. Berol. Hafn.: „aut locus aut *tempus* opportunitatem daret". — De coniunctivis *daret* et *fecissent* cf. 21, 28.: „ut quemque destitueret vadum" et „donec fecisset".

8. *ita tutum ab hostibus — agmen praecedebant:* CM Cant. Harl. al.] ita tutum ab hostibus — agmen praebebant. — Lovell. 1. 2. Hafn. al.: „procedebant". — Moguntini *praebebant* scripserunt, cum *agmen tutum* pro accusativo haberent, et in hoc postremo verbo idem quod in *incederent* subiectum inesse oportere censerent. sed *tutum agmen* est nominativus, et verbi *incederent* subiectum „elephanti" sunt, verbi *praecedebant* „agmen", quod pro collectivorum ratione cum plurali iunctum eo minus mirum videbitur, quo saepius Livium potissimum hoc scribendi genere usum esse constat, ab eodem scriptore subiecta mutata esse multis locis videre licet: ex. gr. 3, 38.: „indignabantur". — C m. 1. M: „per artas p̄cipites uias". C m. 2.: „p̄cipites*que*". Recc. codd.: „sic ut praecipites per artas uias": quo I. Fr. Gronovius inductus est ut invitis melioribus codd. „sic ut *principes* per artas uias magna mora agebantur" scribere vellet, quod elephantos in primo agmine fuisse supra dictum esset. — M m. 3. C: „ita tutum". M m. 1.: „itautum". — M m. 2.: „*ad*eundi". M m. 1. C: „abeundi". M: „proprius". — C: „agmen

hostibus, quacumque incederent, quia insuetis adeundi propius metus erat, agmen praecedebant. Nono die in iugum Alpium perventum est per invia pleraque et errores, quos aut ducentium fraus aut, ubi fides iis non esset, temere initae valles a coniectantibus iter faciebant. biduum in iugo stativa habita fessisque labore ac pugnando quies data militibus: iumentaque aliquot, quae prolapsa in rupibus erant, sequendo vestigia agminis in castra pervenere. fessis taedio tot malorum nivis etiam casus occidente iam sidere Ver-

pcedebant". M: „agmen precedebant". Vern. serm.: „so vielfach es aufhielt, die Elephanten auf den engen abschüssigen Wegen vorwärts zu bringen, so war doch auch wieder der Vortheil nicht zu übersehen, dass überall da, wo sie waren, der Vortrab sicher vor dem Feinde einherrückte, weil die Bergbewohner sich fürchteten diesen noch nie geschehenen Thieren näher zu kommen".

3. *per inuia pleraque et errores:* Lovell. 1. 4. Hav., cum in CM et in rell. codd. sit „et *t*errores", quo mendo nihil frequentius. — C: „quos aud ducentium fraus aut ubi fides iis non esset" cet. M: „quos haut ducentium fraus aut ubi fides his non esset". m. 2.: aut. — C: „ualles a coniectacionibus iter". — Paulo post M m. 1. C: „biduum in iugo*s* statiua habita". M m. 2.: „in iugo". — M m. 1.: „iumentaque aliquo*d*". m. 2.: „aliquot". — CM rell.: „*sequendo* uestigia agminis in castra peruenere". Verbum „*per*venere" docet, in gerundio *sequendo* non modo *sequentia* sed etiam *secuta* inesse: „indem sie immer die Spur verfolgten". Cf. Polyb. 3, 53.: ἐν ᾧ καιρῷ συνέβη πολλοὺς μὲν ἵππους τῶν ἀπεστομένων πολλὰ δ' ὑποζύγια τῶν ἀπερριφότων τὰ φορτία καταδόξως ἀναδραμεῖν τοῖς σήλβοις ἐκόμενα καὶ συνάψαι πρὸς τὴν καρεμβολήν.

9. *occidente iam sidere Vergiliarum:* CM: „indem das Siebengestirn nicht mehr sichtbar war". Cf. Plin. 18, 29. 280.: „Vergiliae —, quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems" cet. Polyb. 3, 54.: τῆς δὲ χιόνος ἤδη περὶ τοῖς ἄκροις ἀφροιζομένης διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν. — CM rell.: „ingentem terrorem *ad*iecit": „während sie schon von so vielen Widerwärtigkeiten erschöpft waren, da *kam* noch ein anderer grosser Schrecken *dazu*".

giliarum ingentem terrorem adiecit. per omnia nive oppleta *cum signis prima luce motis segniter* agmen incederet pi*gritiaque et desperatio in omnium* vultu emineret, praegres*sus signa Hannibal in promunturio* quodam, unde longe ac 5 *late prospectus erat, consistere iussis* militibus Italiam osten*tat subiectosque* Alpinis montibus Circumpadanos campos, *moeniaque eos tum transcendere* non Italiae modo sed etiam *urbis* Romanae: cetera plana proclivia fore, uno aut summo altero proelio arcem et caput Italiae in manu ac potestate 10 habituros. procedere inde agmen coepit iam nihil ne hosti-

4. *in promunturio quodam:* M] in promontorio quodam. — C: „in ꝓmturio quodam": „auf einem vor den übrigen Bergen hervorragenden Vorsprung, von wo sich weit und breit hin die Aussicht öffnete". Non *promontorium* sed *promunturium* a Livio scriptum idque nomen a *prominendo* derivandum esse optimi codd. Liviani docent. — *Moeniaque eos tum transcendere* cet.: „und wie sie jetzt überschritten". Ex verbo *ostentat* supplendum esse „eosque docet" vel simile quid non est difficile intelligere, sed ne eo quidem supplemento opus esse 1, 6. videmus: „Numitor — advocato concilio scelus in se fratris, originem nepotum —, caedem seque eius auctorem *ostendit*". — Paulo ante C: „in omnium multi emineret."

8. *uno aut summo altero proelio:* CM Cant. Harl. omnesque prope Drak. codd.] uno aut summum altero proelio. Sic. I. Fr. Gron. scribendum esse coniecit, cum ante eum h. l. „ad summum" ederetur, quod in Pall. 1. 2. videtur scriptum esse. sed quamquam saepissime eodem sensu *summum* apud optimum quemque scriptorem legitur, tamen non minus probandum erit *summo*, ut *primum* et *primo* similiaque probantur. videri quidem poterat *summo* huic loco minus convenire, quod id facile cum aliis ablativis in hoc loco positis confundi posset: at Livium simili modo persaepe loqui, nec magni id diligentiae genus habuisse, peritos Livianorum annalium non fefellerit. — C: „in manu 7 potestate habituros".

10. *procedere inde agmen coepit:* M m. 2. — M m. 1.: acmen. C: „acm̄ cepit". M m. 1.: „tam nihil". M m. 2. C: „iam nihil". — C: per occasionem temptantibus. — Dein M: „quam in ascensu fuerat". C Harl. al.: „quāut in ascensu fuerat". C m. 1.

bus quidem praeter parva furta per occasionem temptantibus. ceterum iter multo quam in ascensu fuerat, ut plèraque Alpium ab Italia sic ut breviora ita adrectiora sunt, difficilius fuit. omnis enim ferme via praeceps angusta lubrica erat, ut neque sustinere se ab lapsu possent nec, qui paulum titubassent, haerere adflicti vestigio suo, aliique super alios et iumenta et homines occiderent.

XXXVI. Ventum deinde ad multo angustiorem rupem atque ita rectis saxis, ut aegre expeditus miles temptabun-

M Lov. 1. Harl.: „adrectiora". C m. 2. Lovell. 4. 5.: „arrectiora".

4. *omnis enim ferme uia praeceps angusta lubrica erat* scriptum non est nisi in recentissimis quibusdam codd. — C m. 1. M Cant.: „angusta publica erat". C m. 2.: „angusta prupta erat". LoveH. 1. 2. Gärtn. utraque scriptura iuncta: „angusta lubrica publica erat". — C: „ut neque sustinere se *ab* lapsu possent". M: „a lapsu". — C: „nec qui pau*lum* titubassent haerere adflicti uestigio suo". M: „ne qui paulum titubassent haerere adflicti*s* uestigio suo". — C: „aliique super alios et iumenta inomines occiderent". altera m. adiecit *h* ad *omines*. M et plerique Drak. codd.: „et iumenta *in* homines" cet. *Paullulum* in omnibus recc. codd. scriptum esse fertur. „Denn fast überall war der Weg abschüssig, schmal und schlüpfrig, so dass man sich weder vor dem Falle bewahren, noch, war man erst etwas in das Schwanken gekommen, da wo man niederfiel liegen bleiben konnte, sondern dass Einer über den Anderen, so gut Vieh wie Menschen, hinunterstürzten". *Occidere* h. l. id quod *praecipitari* significare manifestum videtur.

9. *ita rectis saxis* verissima L. Vallae coniectura scriptum est. proxime accedit codicis M scriptura: „atque ita rectis *acsiis* tu *d*egre expeditus miles temptabundus" cet. m. 2.: „tu aegre expeditus". haud raro enim *cs* in antiquis libris pro *x* positum videmus, et *tu* frequentissima metathesi pro *ut* scriptum est. C: „atque ita †††qudaegre expeditus" cet. mediis litteris erasis. C m. 2.: „atque ita erectam qud aegre expeditus". Harl. multique recc. codd.: „atque ita rectis ac si istud aegre expeditus" cet. Lov. 1.: „atque ita rectis ut aegre". Cant.: „atque ita rectam ut uix si istud aegre". — C m. 1.: „demittere sese

dus manibusque retinens virgulta ac stirpes circa eminentes demittere sese posset. natura locus iam ante praeceps recenti lapsu terrae in pedum mille ad modum altitudinem

possent". m. 2.: posset: „so dass kaum ein unbewaffneter Soldat bald hier bald dort versuchend und mit den Händen an Gesträuch und hervorragenden Wurzeln sich festhaltend hinabklimmen konnte". Verum tametsi ita verbum verbo reddidimus, tamen in his quoque verbis ut in tot similibus locis condicionalem quandam vim inesse vix quemquam fugerit.

3. *in pedum mille ad modum altitudinem* non ex antiquis libris sed ex L. Vallae coniectura profecta sunt. nam in M (Lovell. 1. 5.) scriptum est: „natura locus iam ante praeceps recenti lapsu terrae impeditus dum ille admodum altitudinem abruptus erat": idemque videtur primo in C fuisse, quamquam ibi mediis duobus verbis erasis invenimus „terrae impeditus†ille† altitudinē" cet. C m. 2.: „impeditus cum ille†altitudinē". M 3. in M inductae vocis *dum* loco scribendum censuit marginique adscripsit „in mirandam", ut fieret „impeditus in mirandam ille admodum altitudinem abruptus erat". Hinc factum est ut in Cant. scriberetur „impeditus in miram dum ille admodum altitudinem": in Lovell. 3. 4. „impeditus dum ille admodum altitudine": in Lov. 2. „impeditus tum ille admodum altitudine": in Berol. Hav. Sigon. al. „impeditus in miram admodum altitudinem". Verissima igitur emendatione Valla integram Livianam manum videtur restituisse, cum pro „*impeditus dum ille*" poneret „*in pedum mille*", Polybium secutus, qui 3, 54. illius rupis altitudinem σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια fuisse scripsit, cum Plinio teste stadium sexcentum viginti quinque pedum fuerit. sed ne ex Vallae quidem emendatione Liviana verba ex omni parte cum Polybianis congruunt, quod Polybius dicit, illum locum, qui iam antea supra nongentos pedes altus fuerit, paulo ante Hannibalis adventum in maiorem etiam altitudinem abruptum esse: Livius recenti demum terrae lapsu rupem in mille ad modum pedum altitudinem abruptam fuisse. verum sive Livius Polybiana verba non recte interpretatus est, sive sua ratione, cum paulo maiorem numerum poneret, rem satis expediri ratus est, nobis quidem Livium ita ut ingeniosissimus homo scribendum coniecit, vere scripsisse persuasum est: „diese schon von Natur abschüssige

abruptus erat. ibi cum velut ad finem viae equites constitissent, miranti Hannibali, quae res moraretur agmen, nuntiatur rupem inviam esse. digressus deinde ipse ad locum visendum: haud dubia res visa quin per invia circa nec trita antea quamvis longo ambitu circumduceret agmen. ea vero via insuperabilis fuit: nam cum super veterem nivem intactam nova modicae altitudinis esset, molli nec peraltae fa-

Stelle war durch einen frischen Erdsturz bis zu einer Tiefe von fast tausend Fuss gesunken".

1. *ibi cum uelut ad finem uiae equites constitissent* in nullo antiquo cod. scriptum videtur. M (Cant.): „ibi uel| cum ad finem uiae equites constitissent". C: „ibi uelud † ad finē" cet. medio verbo eraso. M m. 3. (omnesque prope Drak. codd.): „ibi ueluti | cum ad finem" cet. Lov. 3.: „ibi uelut cum ad finem". Berol.: „ibi cum ad finem". Verborum metathesi ab antiquis librariis erratum videtur, minusque iam nobis probatur, quod in minore edit. scribi iusseramus: „ibi uelut ad finem viae equites *cum* constitissent". — M m. 1.: „nuntiar*etur*". m. 2.: „nuntiatur". — Paulo post I. Fr. Gron. sua emendandi ratione scribi voluit: digress*o* deinde ips*i* ad locum visendum haud dubia res visa quin" cet. Et sane *circumduceret*, quod h. l. pro *circumducendum esset* scriptum est, videri potuit eam coniecturam adiuvare. M: „haut dubia".

5. *ea uero* („dort aber") *uia insuperabilis fuit:* CM rell. His verbis non illam viam per rupem transitu difficillimam, quippe quam munitam et intratam esse paulo post tradatur, sed alteram, quam Hannibal per invia nec trita antea ingredi statuerat, significari, Polybius docet 3, 54.: τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπιβάλετο περιλθεῖν τὰς δυσχωρίας ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγός· ἐπιγινομένης δὲ χιόνος καὶ ταύτην ἀδύνατον ποιούσης τὴν πορείαν ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς.

7. *molli nec peraltae facile pedes ingredientium insistebant:* M m. 2. Voss. Lovell. 2. 3. 5. Gärtn.] molli nec praealtae nivi facile pedes cet. — *Niui* in nullo cod. antiquo scriptum h. l. est, nec ea voce opus erat, utpote quae ex praecedentibus facillime suppleretur. In M m. 1. C invenimus scriptum „molli nec p*a*raltae facile": quo mendo saepe ab librariis erratum est. 21, 54. tamen etiam in Put. „*per*altus" scriptum est. — Paulo ante Crevierus „intact*a* nova" scri-

cile pedes ingredientium insistebant: ut vero tot hominum iumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur. taetra

bendum coniecit, eumque C. Heusingerus secutus est. sed L. hoc adiectivum ad *veterem nivem* relatum voluit, non tam ut illa loca a nullis hominibus per tantum temporis spatium inita fuisse diceret, quam ut intelligeretur qui fieri potuisset ut illae nives iam dura et alte concreta glacies factae essent. nec illam novam nivem intactam fuisse attinuit dici, quippe quam Vergiliarum demum sidere occidente cadere coepisse modo scriptum esset. — C m. 2.: „mollis". hinc Berol.: „mollis nec peralta". idem *mollis* tamen in aliis quoque codd. inventum est. — M: „insistebant": „so konnte man auf dem weichen und nicht sehr tiefen Schnee leicht einhergehen". C m. 1.: „instabant". m. 2.: „intrabant". Cant.: „insistebantur": quod facile evenire potuit, cum *ut* sequeretur.

3. *tabem*: ex coni. I. Fr. Gron. C m. 1.: „laue liquescentis niuis". M m. 1.: „lauem liqu*i*escentis niuis": i. e. vel „liquescentis" vel „liquiscentis". C m. 2.: „labē". M m. 3. rell. codd.: „labem liquescentis niuis": nisi quod Cant. „liquentis" habet. Paulo post tamen in codd. recte

scriptum est „*t*abidaque niue". „So gingen sie jetzt auf dem darunter befindlichen vorher bedeckt gewesenen Eise und dem weichen Schlamm des geschmolzenen Schnees". — M m. 1.: „incensu". M m. 3. C: „incessu".

3. *taetra ibi luctatio erat ut a lubrica glacie non recipiente uestigium et in prono citius pede se fallente, ut seu manibus in adsurgendo seu genu se adiuuissent ipsis adminiculis prolapsis iterum corruerent*: CM (nisi quod in C „corruer*ant*")] tetra ibi luctatio erat ut a lubrica glacie, non recipiente vestigium et in prono citius pedes fallente; et seu manibus in assurgendo seu genu se adiuvissent, ipsis adminiculis prolapsis iterum corruebant, nec stirpes cet. — Ut hoc loco in CM *taetra*, sic 4, 3. in P scriptum est *tęterrimis*. Tum restituendum erat *pede se fallente*, quod in omnibus codd. inest, et cuius loco I. Fr. Gronovius „pede*m* fallente", Drakenborchius „pede*s* fallente" scribi voluerunt: nam ut *animus fallitur* aut *se fallit*, sic etiam *pes fallitur* aut *se fallit* dici potuit: nihil autem apud Livium frequentius inveniri, quam ut ita ab-

ibi luctatio erat ut a lubrica glacie non recipiente vestigium et in prono citius pede se fallente, ut, seu manibus in adsur-

lativus absol. ceterae orationi additus legatur, notum est. Deinde videtur in omnibus et Pall. et Drakenb. codd. scriptum esse „*et* seu manibus“ cet.: quae particula copulativa cum sequente verbo *corruissent*, sic enim in eisdem recentioribus codd. inventum est, cum iungi non posse videretur, Lud. Walchius Cantabrigiensem cod. secutus „ipsis adminiculis *prolapsi si* iterum *corruerent*“ scribendum esse coniecit, quod et ipse sequentia verba „nec stirpes erant“ ad antecedens illud *et* referenda putaret. sed ratio ipsa loci antiquioresque libri docent, Livium dicere nec potuisse nec voluisse, adminiculis illis homines prolapsos esse, sed adminiculis ipsis et manuum et genuum prolapsis eos surgere non potuisse: neque quemquam fefellerit, condicionalem coniunctionem *si* hoc loco probandam non esse. *corruerent* tamen, quod non modo in M et in Cant. sed etiam in Pal. 2. integrum servatum est et pro quo I. Fr. Gron. *corruebant* scribi voluit, verissimum est, modo iungatur cum finali particula *ut*, quae in CM et in Pal. 2. servata est. iusta igitur verborum interpunctione adhibita neminem fore speramus qui in antiqua scriptura sibi videatur haerere: nam quod L. „luctatio *a* lubrica glacie“ scripsit, id vix mirum videri potest, cum haud raro nomina ita cum praepositionibus coniungantur, visque horum verborum non obscura sit, luctatos esse milites ita cum illis loci difficultatibus, ut ab eis quasi liberarentur integrique ab eo loco abirent. simili singulari ratione in sequentibus scriptum est *eniti ad aliquid*, quod significat, *niti* ad aliquid aut in aliquid, ut ita nitendo *ex* aliquo periculo evadamus. „Schrecklich war, wie sich leicht denken lässt, die Noth über das schlüpfrige Eis fortzukommen, auf dem man nirgends fest stehen konnte, und wo der Fuss bei der gesenkten Neigung des Bodens um so eher ausglitt: so dass, sie mochten sich nun um wieder aufzukommen mit den Händen oder dem Knie helfen wollen, sie immer wieder von Neuem, da diese Stützen selbst abglitten, zu Boden fielen: denn Stämme oder Wurzeln, woran man sich mit dem Fuss oder der Hand hätte aufhelfen können, waren ringsumher nicht da: so wälzten sie sich nun auf dem glatten Eise und geschmolzenen Schnee herum“. — M

gendo seu genu se adiuvissent, ipsis adminiculis prolapsis iterum corruerent: nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant, ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. iumenta secabant interdum etiam tamen infimam ingredientia nivem, et prolapsa

m. 1.: „tapidaque". m. 2.: „tabidaque".

4. *iumenta secabant interdum etiam tamen infimam ingredientia niuem:* C Cant. Lovell. 4. 5.] iumenta secabant interdum etiam tum infimam cet. (princc. editt.). — Harl. Voss. Hav. Gärtn.: „interdum etiam *tam in*fimam ingredientia niuem", cum ultima syllaba vocis *tamen* ob sequentem similem syllabam *in* praetermissa esset. M etiam: „iumenta secabant interdum etiam tam infimam incredientium niuem". m. 3.: „ingredientium". Excepto Mediceo libro in omnibus codd. scriptum est „*infimam ingredientia niuem*", quorum verborum sensum se explicare posse negat Conr. Heusingerus. *Infima nix* erat nix prioris anni, cuius superior pars aestivi solis radiis tepefacta frigoribus noctium hiemeque glacies facta erat. cum igitur nova nix, quae iam cecidisset, tot hominum iumentorumque incessu esset dilapsa, infimam illam nivem iumenta ingredi coeperunt: *interdum tamen etiam* eam nivem, quae glacies facta erat, secabant („bisweilen jedoch schnitten sie auch darin ein"), cumque prolapsa essent in lubrica glacie, iactandis acrius ut se erigerent ungulis eam perfringebant („sie durchbrachen die ganze Eis- und Schneedecke"): quo facto necesse fuit ea velut pedica capta haerere nec se loco movere posse. Id *secabant* tamen cum ab recentiorum codd. librariis non intelligeretur, in Lovell. 2. 3. 4. 5. Harl. Hav. Berol. Gärtn. scriptum est „iumenta secabantur", in Lov. 1. „sectabantur", in Voss. etiam „necabantur". — *In connitendo* („um sich wieder aufzurichten") restituit Tan. Faber, cum in omnibus codd. metathesi illa litterarum scriptum esset „in con*ti*nendo". at non „co*nn*itendo" scribendum erat sed ut in antiquis libris inveniri solet „co*ni*tendo": aptissimeque laudavit C. Dukerus Cic. de fin. 5, 15. 42.: „parvi primo ortu sic iacent, tamquam omnino sine animo sint: cum autem paulum firmitatis accesserit et animo utuntur et sensibus, *conituntur*que *ut sese erigant*" cet. — C: in continendo ugul' penitus perfringebant.

iactandis gravius in conitendo ungulis penitus perfringebant, ut pleraque velut pedica capta haererent in dura et alta concreta glacie.

XXXVII. Tandem nequiquam iumentis atque hominibus fatigatis castra in iugo posita, aegerrime ad id ipsum loco purgato, tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit. inde ad rupem muniendam, per quam unam via esse pot-

2. *in dura et alta concreta glacie:* M m. 1. C] in durata et alte concreta glacie. — *Concreta* non ad *glacie* sed ad *iumenta* referendum est: „so dass sie wie in einer Schlinge gefangen in dem harten und tiefen Eise festgebannt (proprie: zusammengewachsen) stecken blieben". *Concreta* igitur scriptum est ut exprimeretur, iumenta in acie dura et alta ita haesisse ut cum glacie quasi concrevisse viderentur nec ullo modo expediri solvique posse. si quis vero *concreta* cum *glacie* iungendum esse censet, eum oportet existimare *glacie* pro *nive* scriptum esse: „in dem harten und tiefen fest gefrorenen Schnee". sed cum ne ea quidem interpretatio horum verborum omnibus probaretur, m. 3. in M scriptum est „in dura et *alte* concreta glacie", quam coniecturam codicis Cantabrigiensis librarius recepit. In multis etiam recc. libris „in durat*a*" inventum videtur esse.

4. *tandem nequiquam iumentis atque hominibus fatigatis:* M m. 2. C (rell. codd.). M m. 1.: „nec*quic*quam". — His verbis Livius ad id, unde in priore cap. deverterat, redit. nam ab verbis „*ea vero via insuperabilis fuit*" ad hunc locum descripserat, quanto labore milites per invia nec ante trita, quod insuperabilis videretur rupes illa, cuius supra mentio facta erat, transire conati essent: nequiquam vero et hominibus et iumentis fatigatis iam dicere pergit eiusdem illius rupis muniendae consilium Hannibalem cepisse, quod nisi hoc loco transitus esse non posset.

7. *inde ad rupem muniendam per quam unam via esse poterat milites ducti:* C m. 1. M Cant. al. — C m. 2.: „ad rupem m*inu*endam" litteris *uni* erasis: idque „minuendam" in multos recc. libros migravit. Plerique recc. codd.: „per quam uia una esse poterat". *Muniendam* integram huius loci scripturam esse, etiam quae sequuntur „quies *muniendo* fessis hominibus data" docent. *Munire* autem h. l. significare

erat, milites ducti, cum caedendum esset saxum, arboribus circa immanibus deiectis detruncatisque struem ingentem lignorum faciunt eamque, cum et vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt, ardentiaque saxa infuso aceto pu-
5 trefaciunt. ita torridam incendio rupem ferro pandunt molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non iumenta solum sed elephanti etiam deduci possent. quadriduum circa ru-

saxis caedendis rupem pandere lenibusque anfractibus ita mollire ut agmen deduci posset, Livius ipse explicat. *Arbores detruncare* h. l. nihil aliud esse potest quam *minutatim concidere* („in Stücke zerhauen"), ut modo maiores modo minores earum partes pro locorum muniendorum ratione strui possent. — Deinde scriptum est in M: „eamque cum et uis uentis apta faciendo igni cohortasset succendunt". De illo *s* interposito cf. 21, 21.: „firmare". 21, 32.: „eo — exercitu". M m. 3.: uentisapta". C: „eamquae cum et uis uenti saepte faciendo igni cohortasset succedunt". Harl. Lovell. 1. 3. Hav. Gärtn.: „septa faciendo igni". Cant.: „cum eius uento septa faciendo igni". Cohortasset = cohorta'sset. — *Infuso aceto:* Plin. h. n. 23, 1. 57.: „saxa rumpit (acetum) infusum, quae non ruperit ignis antecedens". praeterea cum aqua bibi solitum esse acetum idem Plin. l. l. §. 54. dicit, unde factum videtur ut Hannibal largam eius copiam in utribus secum duceret. — Paulo post CM: „*an*fractibus modicis": „und flachen die Höhen in mässigen Krümmungen ab". non enim una et directa via de tanta rupe descendendum erat, sed lenibus anfractibus agmen circum difficiliores eminentioresque rupis partes erat ducendum.

7. *quadriduum:* M m. 1.] quatriduum (M m. 2. C). Recentiore dein manu in M *t* supra *d* positum idemque *t* postea erasum est. Duplici *d* in antiquioribus codd. haec vox semper ferme scripta est, et potuit scribi ut cetera, in quibus idem *quattuor* inest: quadridens, quadriennium, quadrigae, quadraginta, quadro, quadruplex, al. — In verbis „*iumentis prope fame absumptis*" (CM Cant.) videri potest non coniunctio „*nachdem*" sed „*indem*" inesse: at priora verba *quadriduum consumptum* ita interpretanda sunt, tamquam scriptum sit *quadriduo circa rupem consumpto descensum est.* Recentium tamen codicum librarii in hoc abla-

pem consumptum iumentis prope fame absumptis: nuda enim fere cacumina sunt et, si quid est pabuli, obruunt nives: inferiora valles apricos quosdam colles habent rivosque prope silvas et iam humano cultu digniora loca: ibi iumenta in pabulum missa et quies muniendo fessis hominibus data triduo. inde ad planum descensum et iam locis mollioribus et accolarum ingeniis.

tivo absol. aliquid vitii vidisse videntur, cum ab eis omnibus scriptum sit: „*iumenta* prope fame absume*bantur*". *Circa rupem* scriptum videtur, ut L. una voce *circa* complecteretur omnia ea, quae ad viam in rupe patefaciendam agenda fuerant, quod *circa* ea quidem significabat quae aliquam rem circumdarent, sed ita ut etiam ipsa res inclusa una cum eis comprehenderetur. — Dein M m. 1.: „nuda enim fer*ae* cacumina sunt".

3. *inferiora valles apricos quosdam colles habent riuosque* cet.] inferiora valles et apricos quosdam colles habent cet. (Cant. Lov. 3.). *Inferiora* sunt radices Alpium: particulaque *et*, quae in CM abest, videtur in priore loco non esse posita, quod L. coniunctiones *que et*, quibus enunciatorum partes iungere solebat, sequi voluit: „die tiefer liegenden Theile des Gebirges haben Thäler, manchen sonnigen Hügel, und Bäche an den Waldungen, und Stellen die schon eher verdienen durch Menschenhand bebaut zu werden". — C: „inferiora ualles apricos † qum colles habent": mediae litterae erasae videntur *quo* fuisse: dein m. 2.: „apricos magis quam colles habent". M m. 1.: „inferiora ualles apricos quosdam colles habet". m. 3.: „inferior uallis". Harl. Voss. al.: „inferiora uallis". Berol. Hav. Hafn. Sigon.: „inferiores ualles". Lov. 3. etiam: „riuos *quo*que prope siluas". Fortasse in antiquioribus libris *uallis* scriptum erat, quod, cum non pro accusativo plur. sed pro nominativo sing. haberetur, ut alii *habet*, alii etiam *inferior* scriberent, fecit. — Paulo post M: „et iam locis mollioribus et acollarum ingeniis". m. 2.: „acolarum". C: „eciam locis" cet. Cf. Polyb. 3, 55.: (τῶν Ἀλπεων) τὰ δ' ὑχὸ μέσην τὴν παρώρειαν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν ὑλοφόρα καὶ δενδροφόρα καὶ τὸ ὅλον οἰκήσιμά ἐστιν.

XXXVIII. Hoc maxime modo in Italiam perventum est quinto mense a Carthagine nova, ut quidam auctores sunt, quinto decimo die Alpibus superatis. quantae copiae transgresso in Italiam Hannibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. qui plurimum, centum milia peditum viginti equitum fuisse scribunt: qui minimum, viginti milia peditum sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Hannibale scribit, maxime auctor moveret, nisi confunderet numerum Gallis Liguribusque additis: cum his octoginta milia peditum decem equitum adducta: — in Italia

2. *ut quidam auctores sunt:* cf. Polyb. 3, 56.: τέλος δὲ τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ Καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος τὴν δὲ τῶν Ἀλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις δεκαπέντε, κατῆρε τολμηρῶς εἰς τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία καὶ τὸ τῶν Ἰσόμβρων ἔθνος, ἔχων τὸ διασωζόμενον μέρος τῆς μὲν τῶν Λιβύων δυνάμεως πεζοὺς μυρίους καὶ δισχιλίους, τῆς δὲ τῶν Ἰβήρων εἰς ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τοὺς πάντας οὐ πλείους ἑξακισχιλίων.

8. *maxime auctor moueret:* M m. 1. C Pall. omnesque prope Drak. codd.] maxime auctor me moveret (M m. 3. [Cant.]). *Me* videtur a Livio omissum esse, quod *et me et alios* suppleri vellet. cf. in Prooem. Liviani operis „et ipsum consuluisse". In Cant. scriptum esse dicitur „maximus auctore": in Harl. Berol. Hav. „maximus auctor": quod ex 7, 3., quo loco idem Cincius antiquorum monumentorum diligens laudatur, translatum esse potest. In C tamen primo scriptum erat „autcor", dein eadem antiqua manu *auctor*. Verum in nomine illius scriptoris non modo in ceteris codd. sed etiam in CM h. l. erratum est, cum in CM et in plerisque Drak. libris inventum sit: „l. cinnius alimentius". 26, 23. vero in PC scriptum vidimus „l. cincius halimentus". cf. Martini Hertzii doctissimi libellus de Luciis Cinciis. Berol. 1842. — Paulo ante C: „ab annibale.

10. *in italia magis adfluxisse uerissimū ē:* C] in Italiam. magis affluxisse verisimile est (ex coni. L. Vallae). Quamquam in M invenimus „in italiam magis adfluxisse uerissimū est", tamen h. l. potiorem codicis C scripturam esse duximus, quod *magis* non minus ad praecedentia verba *in italia* quam ad *adfluxisse* pertinere videbatur. vult quidem L. dicere, sibi

magis adfluxisse verissimum est, et ita quidam auctores sunt —: ex ipso autem audisse Hannibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex milia hominum ingentemque numerum equorum et aliorum iumentorum amisisse e Taurinis, quae

videri tot milia hominum magis *adfluxisse* quam *adducta*, sed id ipsum veri similius facit, hoc altero potius loco terram Italiam nominatam esse, *in qua* illi adfluxerint, quam ut scriptum sit, eos *in Italiam* adductos esse, id quod, si in Italia non fuerant, neminem fallere potuit. sed cum eodem illo numero nonaginta milium etiam Ligures Gallique comprehenderentur, *adducta in Italiam* ne scribendum quidem erat, quod Galli Liguresque in Italiam adduci non possent, utpote qui in Italia iam fuissent. Deinde restituimus *verissimum est* ex omnium codd. fide. nam quamvis Valla videri possit non eo, quod *magis* ad nomen adiectivum eius loci pertineret ideoque cum superlativo iungi non posset, sed quod sequeretur „et ita quidam auctores sunt" „wie auch einige behaupten", quibus verbis *verissimum* parum conveniret, scribi *verisimile* voluisse: tamen hunc sensum illorum verborum esse negamus, eaque h. l. significare „und dies behaupten auch einige Geschichtschreiber" persuasum habemus. at licet nullis scriptoribus id, quod ipse pro certo haberet, probatum fuisse videretur, tamen Livium id, quod ipsi extra omnem dubitationem positum videretur, etiam verissimum dicere potuisse, vix cuiquam mirum videatur.

4. *e Taurinis quae Galliae proxuma gens erat in Italiam digressum*] Taurinis, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam degressum. — I. Lipsius, quem in minore editione secutus eram, puncto post *amisisse* posito ita hoc loco scribi voluit: „E Taurinis, quae Galliae proxima gens erat, in Italiam digressum, cum inter omnes constet" cet.: sine dubio ratus facile fieri potuisse ut *id* pro *m* scriberetur, cum eum fugisse non posset, in antiquis codd. omnibus scriptum inveniri „digresso *id* cum inter omnes constet" cet. neque nego, ideo mihi doctissimi viri coniecturam valde placuisse, quod ex ea verba „Taurinis — digressum" cum praecedentibus verbis iungi necesse non esset. nam etsi I. Fr. Gronovius animadverterat, Livium h. l. duas res comprehendere voluisse, et quantum militum iumentorumque numerum Hannibal ami-

ipse in suis codd.
„digresso“ videret nec *omisisse* cum illo dativo iungi posse, h. l. a Livio ita scriptum fuisse suspicatus est: „triginta millia hominum ingentemque numerum equorum et aliorum iumentorum *amissa*, Taurinis, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam *degresso*“. nam quod non „*digresso*“ sed „*de*gresso“ scribi voluit, C. Sigonium secutus est, qui in hoc similibusque verbis particulam praefixam *de* nusquam non esse restituendam persuaserat: et quod non *triginta sex* ad optimorum Livianorum codd. fidem sed *triginta* scripsit, Lipsii auctoritatē videtur obsecutus esse, qui, cum ille numerus triginta sex millium nimius videretur, *viginti sex* scribendum esse coniecerat. nec peritos rei criticae homines fugerint loci (ex. gr.

vim rati
bar pers
Livio es
rissime
h. loco u
non *digr*
gressō ve
fuisse, id
videbitur,
o et *u* po
posse vide
non tam,
loco res e
quam quod
nis in Itali
l. opus fui
spatium, int
tot homines
sisset, status
Taurini in
sedes habu
cum Alpinis
runt videri,
Italiam ipsam
deretur, nisi
egressus esse

er omnes constet, eo magis miror ambigi, qua nam Alpis ransierit, et vulgo credere Poenino — atque inde nomen

ctos esse Livius ipse paulo post scriberet. itaque h. l. dictum videmus, triginta sex milia Hannibalem amisisse ab eo tempore, quo Rhodanum transierit, ad id tempus, quo e Taurinis in Italiam ipsam digressus sit. quem ad modum igitur seq. cap. „movit *ex* Taurinis" scriptum est, sic h. l. praepositionem *e* voci *Taurinis* iunximus, quam facillime post *amisisse* praetermitti potuisse nemo negaverit. — Jam recenseamus antiquorum codd. scripturas. CM al.: „ex ipso autem audisse hannibale". Lov. 1.: „ex ipso hannibale audisse". in aliis quoque recc. codd. excidit *autem*. — C: „postquam rhodanum *transierit*". M Harl. Lovell. 1. 4. 5. Hav. Berol. Gärtn.: „*transierunt*". — C: „triginta sex milia". M: „xxx sex milia". — C: „amisisse taurinis †galli proxima gens erat in italiam digresso" media voce erasa. eadem tamen antiqua manu *gallis* scriptum et recentiore manu *s* in *taurinis* inductum est. M: „amisisse taurinis ne galli proxuma gens erat in italiam digresso". M m. 3. Gärtn.: „taurinisque gallis proxima". cf. 7, 33.: „quacum*que* incessero". Hinc factum est ut in Lovell. 1. 3. scriberetur „taurinis ne gallis": in Lovell. 4. 5. al. „taurinisue gallis": in Harl. „taurinisq; ne gallis": in uno Oxoniensi „taurinis gallis quae": in Berol. et Hafn. „taurini galli proxima": denique in libro his omnibus recc. codd. praestantiore Cantabrigiensi „*taurinis quae gallice*". Saepissime *que* et *quae* ab antiquis librariis commutata esse vel Puteani scripturae docent: nec „Taurinis*que* — Galliae proxima gens erat — in Italiam digressum", quamvis illud *que* Gronovianae coniecturae, qua hoc altero loco, unde Hannibal descendisset in Italiam, expositum videretur, perquam aptum esset, veram integramque huius loci scripturam esse posse, causis supra expositis ostendisse videmur.

1. *qua nam Alpis transierit:* CM. — Lov. 4.: „qua*s* nam alpes transierit", cum librarium vis illius ablativi *qua* falleret. — M al.: „et vulgo credere poenino" cet. C: „et vulgo credere poennino". Berol. Hav.: „penino". Cf. 5, 35.: „Poeninon deinde Boii Lingonesque transgressi". *Vulgo* h. l. significare „plerosque vel homines vel scriptores" manifestum est, quare nec *vulgo credi* nec *vulgus credere*, quod quidam voluerunt, potius haberi potest. — Tum scripsimus ex Gronoviana con-

ei iugo Alpium inditum — transgressum, Coelium per Cremonis iugum dicere transisse: qui ambo saltus eum non in Taurinos sed per Salassos montanos ad Libuos Gallos deduxerint: nec veri simile est ea tum ad Galliam patuisse

iectura: „atque inde nomen *ei* iugo Alpium inditum", quamvis in codd. esset „nomen *et* iugo". cf. ex. gr. 21, 11.: „*tam* procul". Simili mendo in CM (et in Cant. omnibusque prope Drakenb. codd.) scriptum est „co*ll*ium p cremonis iugum" pro „Coelium". — Deinde M: „dicer& transiss&". C Cant. multique Drak. codd.: „diceret transisse": C etiam „transsisse". Cf. 21, 21.: firmare. — Praetereundum tamen non est, etiam Polybium 3, 56. dicere, Hannibalem Alpibus superatis in Circumpadanos campos Insubriumque fines ingressum esse: sed idem 3, 60. ita Taurinorum, utpote qui ad radices Alpium sedes habuerint, mentionem facit, ut et ipse persuasum habuisse videatur, Poenos recta via in Taurinos descendisse, ideoque per Cottias Alpes in Italiam transisse.

2. *qui ambo saltus eum — deduxerint:* M Cant. Harl. multique alii Drak. codd.] qui ambo saltus eum — deduxissent. — C: „siduxerīt". Pal. 3.: „perduxerint". Rell. codd. levi mendo: „deduxerunt". Nemo non videt, „deduxe*rint*" (möchten, könnten geführt haben) minus forter scriptum esse quam „deduxi*ssent*", tamquam scriptor ipse dubitaverit an non certius de illarum gentium sedibus referri posset. simili sensu paulo post *norint* scriptum est. — Media verba „*non in Taurinos sed per Salassos montanos ad Libuos Gallos*" ab Lipsio et Cluverio restituta sunt. nam in M m. 1. scriptum est: „non in taurino sed p *saltos* montanos ad libuos gallos". m. 2.: „non in taurinos". m. 3.: „sed p saltus montanos". idemque *per saltus montanos* in rell. codices migravit. C: „n̄ taurino sed p saltus montanos ad libuos gallos". — Paulo post C: „*ea tum ad galliam patuisse itinera*". M: „ea cum ad galliam patuiss& itinera": manuque tertia *n* supra *s&*, ut *patuissent* fieret, positum est. — M: „utique quae ad poeninum fuerunt obsepta" cet. C: „utique quae ad poenin̄ fuer̄ obsepta" cet. In uno Berol. cod. deest *utique*: sed *fuerunt* scriptum quoque est in Harl. aliisque recc. codd.: in Cant. „fuer*int*": in Lov. 3. „fuer*ant*". Contrario mendo scriptum est 1, 1. in P *ferunt* pro *fuerunt*.

itinera, utique quae ad Poeninum ferunt obsaepta gentibus semigermanis fuissent: neque hercule nomen montibus his, si

2. *neque hercule nomen montibus his, si quem forte id mouet, ab transitu Poenorum ullo Seduni Veragri incolae iugi eius norint inditum*] neque hercule montibus his — ab transitu Poenorum ullo Veragri, incolae iugi eius, norunt nomen inditum. — M (Cant. et plerique Drak. codd.): „neque hercule *mon*tibus his si quem forte id mouet ab transitu poenorum nullo sed uno uel acri incolae iugi eius norint inditum“: nisi quod in Cant. „norunt inditum“, in Lov. 1. „norunt indictum“ scriptum est: et in Harl. „uel agri“. C: „ab transitu poenorum † sed uno uel acri incolę iugi eius norint inditū“. m. 2.: „ab transitu poenorum nomē sed uno“ cet. Iam Lipsius, cum non modo Veragrorum sed etiam Sedunorum nomen in antiqua scriptura latere videret, scribendum esse coniecit „ulli Seduni vel Veragri“. neque tamen particula *vel* opus esse ratus f. Fr. Gron. scribi voluit vel „Sedunoveragri“ vel „Seduni Veragri“ vel „Seduni et Veragri“. sed etiam copulativam particulam *et* apud Livium potissimum abesse posse nemo non videt, verissimumque esse „*Seduni Veragri*“. Cf. Plin. h. n. 3, 20., quo loco ex inscriptione tropaei cuiusdam in Alpibus inventa et haec nomina leguntur: „*Seduni Veragri Salassi*“. Caes. b. gall. 3, 1.: „cum in Italiam proficisceretur Caesar, Serv. Galbam — in Nantuatis *Veragros Sedunosque* misit, qui ab finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent“. Sed cum in nullo antiquo codice *nomen* h. l. scriptum inveniatur, coniecturaque tantum id in tribus recentissimis libris (Berol. Hafn. Lov. 3.) inter *norint* et *inditum* positum sit, quaerendum est, quo potissimum loco ea vox a Livio interserta videri possit. siterum codicis C librarium pronominis *nullo* erasi loco *nomen* scribi voluisse iam supra diximus, quo sane littera *n* voci *ullo* in omnibus codd. praeposita ducere potuerit. at praeterquam quod non satis intelligitur, quo modo *nullo* ex *nomen* factum sit, vel propterea illa coniectura dubia videatur, quod librarius *nomen* voci *ullo* non adiecit sed Lipsius eius loco scriptum voluit, quamvis pronomine *ullo* h. l. opus esse vix quisquam negaverit. veri simillimum igitur mihi videtur, *nomen* ante *montibus* excidisse, quod, si in antiquiore libro *nom̄*

quem forte id movet, ab transitu Poenorum ullo Seduni Veragri incolae iugi eius norint inditum, sed ab eo quem in summo sacratum vertice Poeninum montani appellant.

XXXIX. Peropportune ad principia rerum Taurinis, proximae genti, adversus Insubres motum bellum erat. sed

scriptum erat, eisdem litteris sequentibus facillime evenire potuit. constructionem verborum ita meliorem fieri non est difficile perspicere. verbis enim sic, ut adhuc scriptum est, positis „*neque hercule montibus his* — nomen inditum" uti scriptorem oportuisset, si alium quendam locum, cui hoc pacto nomen a Poenis datum esset, illis prioribus verbis quasi oppositum voluisset, id quod hoc loco factum non est. neque quemquam fugerit, ex hac nostra structura verba interposita „si quem forte *id* movet" non poins se habere, cum *id* aptissime ad praecedentem vocem *nomen* referri possit. denique non minimi momenti videtur, quod ex hac constructione voci *nomen* sua vis reddita videatur. cum enim Livius a quibusdam ex ipsius nominis illorum montium cum Poenis similitudine coniecturam de Hannibalis transitu factam esse sciret, eamque ipse coniecturam refellere vellet, eum et in voce *nomen* et in verbis *ab transitu Poenorum* maiorem vim ponere necesse fuit: quorum alterum pronomine *ullo* addito, alterum ita ut *nomen* in insigniore loco collocaret, assecutus est. — Deinde scriptum est in C: „*sed ab eo quem in summo sacratum uertice poeninum montani appellant*": ad quae priora verba I. Fr. Gron. vel *deo* vel *heroe* apte supplet. M: „sed ab eo quem in summo sacratum *uerticem* poeninum montani appellant": idque *uerticem*, in Harl. quoque et in Lov. 4. Hav. Gärtn. inventum, Lipsius scripturam veriorem habuit, quod capita montium barbaris sacra fuissent. Caperus etiam „sed a deo" scribi voluit, quod, nisi antiqua scriptura bonum sensum praeberet, non esset improbandum, cum persaepe *ab* et *ad* ab antiquis librariis permutata videamus.

4. *peropportune ad principia rerum:* C. His verbis Livius eo redit, unde initio cap. 38. digressus erat: neque mirum videbitur, quod hoc altero loco Taurini proxima Gallorum gens nominantur, cum idem paulo ante Cincianis verbis interpositum fuerit. — M: „peroportune". M: „proxime". CM Harl. Hav. Lovell. 1. 3.: „gentis". cf. 21,

armare exercitum Hannibal, ut parti alteri auxilio esset, in reficiendo maxime sentientem contracta ante mala, non poterat: otium enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex inluvie tabeque squalida et prope efferata corpora varie movebat. ea P. Cornelio consuli causa fuit, cum Pisas navibus venisset, exercitu a Manlio Atilioque accepto tirone et in novis ignominiis trepido, ad Padum festinandi, ut cum hoste noui dum refecto manus consereret. sed cum Placentiam consul venit, iam e stativis moverat Hannibal Taurinosumque unam urbem, caput gentis eius, quia volentis in

32.: „eo — exercitu". — Deinde CM Harl. Lovell. 1. 4.: „armari exercitum". Cant.: „armati". — C: „non poterat. ocium *erat* enim ex labore" cet. M: „non poterat otium. Erat enim ex labore" cet. Idem *erat* ex priore *poterat* male repetitum in omnibus prope et Pall. et Drakenb. codd. inventum est: nisi quod in Cant. et in Lov. 1. est „otium erat etenim", in Hav. „otium enim erat ex labore". — C: „cultus ex inluuie tabeque". M m. 1.: „cultus ex inluuiae tabieque". m. 3.: „tabieque". „Die Pflege und Wartung nach der Unreinlichkeit und auflösenden Nässe machte auf die verschmutzten und fast verwilderten Körper einen verschiedenartigen Eindruck". CM Voss. Hafn. Lovell. 1. 2. 3. 5.: „mouebat". Rell. codd.: „mouebant".

5. *P. Cornelio cōs.:* M. — C: „ea p̄. cornelius coās. causa fuit cum *ipsas* nauibus uenisset". m. 2.: „cum ipsae nauibus". CM: „a manlio atilioque". M: „tirone et in nouis ignominiis trepido". C: „tirone et in nouis ignominiis trepide": quasi *trepide* ad *festinandi* pertineret. *In novis ignominiis* plus dicit quam *propter novas ignominias:* tamquam tantae fuissent ignominiae cladis a Gallis acceptae, ut etiam tum exercitus romanus pavore percussus Gallicos tumultus horrere videretur. De illis cladibus cf. 21, 25. — C m. 1.: „cum oste". m. 2.: „hoste". — CM Cant. Harl.: „manus consereret". Lov. 1.: „manu consereret". Rell. codd.: „manum consereret".

9. *e statiuis:* C. — M m. 1.: „extatiuis". M m. 2.: „exstatiuis": quae deinceps reliquorum codicum scriptura facta est. cf. 21, 25.: e saltu.

10. *quia uolentis in amicitiam non ueniebat:* CM Cant. Harl. Voss. Lovell. 1. 2. 5. al.] quia volentes in amici-

amicitiam non veniebat, vi expugnarat, et iunxisset sibi non metu solum sed etiam voluntate Gallos accolas Padi, ni eos circumspectantis defectionis tempus subito adventu con-

tiam non veniebant. — Hafn.: „quia uolentis in amicitiam non uenie*bant*“: quam scripturam Drakenborchius recepit, quod nomen collectivum *gens* cum plurali iungi posset. nec tamen peior meliorum codicum scriptura est, cum non semper collectiva eius generis pluralis secutus sit. *Volentes in amicitiam non veniebant* verum esse non potest, quod hac scriptura Taurini dicerentur in Hannibalis amicitiam non venisse propter timorem quendam Romanorum, quamvis ipsi eius socii fieri voluissent, id quod paulo post de Gallis Padi accolis refertur. Polyb. enim 3, 60. sic scripsit: μετὰ δὲ ταῦτα, προσανειληφυίας ἤδη τῆς δυνάμεως, τῶν Ταυρίνων, οἳ συγκάνουσι πρὸς τῇ παρωρείᾳ κατοικοῦντες, στασιαζόντων μὲν πρὸς τοὺς Ἰσομβρας ἀπιστούντων δὲ τοῖς Καρχηδονίοις, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς εἰς φιλίαν προυκαλεῖτο καὶ συμμαχίαν, οὐχ ὑπακουόντων δὲ περιστρατοπεδεύσας τὴν βαρυτάτην πόλιν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐξεπολιόρκησεν. *Quia volentis in amicitiam non veniebat* (i. e. „quia nolebant societatis foedere se cum Hannibale iungere, quamvis id ab eis postularet“) aptissime Polybianae relationi respondere nemo non videt.

1. *et iunxisset sibi non metu solum sed etiam uoluntate Gallos*] iunxissetque sibi cet. (pauci recc. codd.). In CM scriptum est: „ui expugnarat iunxisset sibi“ cet. idemque *iunxisset sibi* in Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Berol. al. inventum est. cum igitur facilius fieri potuisse videretur ut *et*, cuius loco in PCM saepe *e* positum videmus, post *at* et sequente *i* excideret quam *que*, nec copulativa particula deesse posset, *et iunxisset* scripsimus. nam ne omissa omni copulativa coniunctione *iunxisset* nobis probaretur, Liviana scribendi ratio prohibuit, qua tres orationis partes ita inter se coniunctas videmus, ut in altero loco *que*, in tertio *et* poneretur: id quod eos librarios recentiorum codd., qui *iunxissetque* scribi voluerunt, fugerat. — Cf. 21, 46., quo loco vel in Put. *et* post „eunaser*at*“ praetermissum est. — CM: „ni eos circumspectan*tis* defectionis tempus subito aduentu coſs. oppressisset“: C etiam „coſs.“ Lov. 5.: „subit*us* aduent*us*“. Recc. editt.: „subito adventu*s* consul*is*“.

sul oppressisset. et Hannibal movit ex Taurinis, incertos, quae pars sequenda esset, Gallos praesentem secuturos esse ratus. iam prope in conspectu erant exercitus, convenerant-

2. *Gallos ꝑsentem secuturos esse ratus:* M m. 1. C Gärtn.] Gallos praesentem se secuturos ratus (Cant. Lovell. 3. 4.). Non scripsit Livius „praesentem *se* secuturos ratus", quod in *praesentem* inesse voluit „aut se (Hannibalem) aut consulem romanum", id quod re ipsa locique ratione probatur. simili causa intercedente Livium pronomina praetermittere solitum esse multis locis videre licet: ex. gr. 21, 38.: „L. Cinclus — auctor moveret". sed cum in M m. 1. „presentem", m. 3. „presentes" scriptum esset, aut quod *se* deesse non posse videretur, *se* vel in Cantabrigiensem cod. receptum est. In Pall. 1. 2. Harl. Voss. Lovell. 1. 2. 5. Hafn. Berol. non „*secuturos esse*" sed „praesentem *esse secuturos* ratus" inventum est, quod mutatae structurae genus cum in recentioribus codd. persaepe reperiatur, vix persuadere potest, in antiquiore aliquo libro scriptum fuisse „praesentem *sese* secuturos ratus". Verum exceptis paucis recc. codd. (Lovell. 1. 3. 5. Berol. Hafn.) non modo in reliquis et Pall. et Drak. libris sed etiam in CM est inventum „incertus quae pars sequenda esset": cuius loco I. Lipsius recte scripsit *incertos*, quam vocem ad Gallos referri oportere neminem fugerit.

3. *conuenerantque duces sic uti inter se nondum satis noti ita* cet.: CM. Non convenerant illi quidem sed contra steterunt: sed cum congrediendum esset manusque conserenda, etiam convenisse videri poterant: „und es waren sich zwei Feldherren nahe gerückt". Illud „*inter se noti*" tamen „einander bekannt" recentium codd. librariis non per se ferri posse videbatur, quamquam simili sensu saepissime „*inter se*" a Livio scriptum est: qua re in omnes recc. libros „sicut *uterque* inter se nondum satis noti", in Harl. Hav. unumque Oxoniensem etiam „sicut *utrique* inter se — noti" receptum est. In Cantabr. scriptum esse dicitur: „in conspectu erant exercitus. scipio et hannibal nondum *sati* sed uterque iam imbutus quadam opinione alterius". Et quod paulo post sequitur „*et* auxerant *inter se* opinionem" (i. e. praeter ea auxerant mutuam sui opinionem), Loveliani 2. librarius ita mutatum voluit ut scriberetur „auxerant *item de se* opinionem". Cf. 30, 30.: paulisper alter alterius conspectu admiratione

que duces sic uti inter se non dum satis noti, ita iam inbutus uterque quadam admiratione alterius. nam Hannibalis et apud Romanos iam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat, et Scipionem Hannibal eo ipso, quod adversus se dux potissimum lectus esset, praestantem virum credebat. et auxerant inter se opinionem, Scipio, quod relictus in Gallia obvius fuerat in Italiam transgresso Hannibali, Hannibal et conatu tam audaci traiciendarum Alpium et effectu. occupavit tamen Scipio Padum traicere, et ad Ticinum amnem motis castris, priusquam educeret in aciem, adhortandorum militum causa talem orationem est exorsus.

XL. „Si eum exercitum, milites, educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui, supersedissem loqui apud

mutua prope attoniti conticuere. — Supra *scipionem* et supra *scipio* scriptum m. 3. est in M *cor*. — In CM et in Can. duobusque Oxoniensibus inventum est „in italiam transgresso *hannibali* et conatu" cet., cum propter praecedentis nominis eiusdem similitudinem *hannibal* praetermissum esset, cuius generis menda permulta in antiquis codd. reperiuntur. In multis recc. codd. omissum est *et* ante *conatu*, quod h. l. deesse non potest. — C: oppinionē.

9. *occupauit tamen Scipio Padum traicere:* M m. 2. C, cum m. 1. in M fuisset „traiecere". Cf. 1, 30.: cum — verti in eo res videretur, *utri prius arma inferrent, occupat* Tullus in agrum Sabinum transire. — M m. 1.: „motis amuem castris". sed m. 3. solitis signis adscriptis vulgatam verborum structuram restituendam esse significavit. — M m. 1.: militum causa*m*. m. 2.: causa.

11. *est exorsus:* CM] exorsus est (rell. codd.).

13. *supersedissem loqui apud uos:* CM rell. Haec verba praecedentibus non satis respondere, et aut „si *vos* mecum in Gallia habuissem, supersedissem *apud vos* loqui" aut „si *eum* exercitum, quem in Gallia mecum habui, educerem in aciem, supersedissem apud *eum* loqui" scribendum fuisse neminem fugerit. nec tamen ingratam esse hanc adhortantis militis praesentes Scipionis permutationem pronominum, et verba „supersedissem *apud vos* loqui" vix deesse potuisse res ipsa docet. — M m. 1.: milite. m. 2.: „milites". M: „quem in galli*am* mecum habui". Paulo post scriptum

'os. quid enim adhortari referret aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen egregie vicissent, aut as legiones, cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus confessionem cedentis ac detractantis certamen pro ictoria habui? nunc, quia ille exercitus Hispaniae provin- 5 iae scriptus ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem

est in cod. Recanatiano: „*refert*". M: „equitatu hostium". — „*Egregie* vicissent" ab L. Valla restitutum est, quod etiam recentium quorundam codd. librariis probatum est: (cf. 24, 42.: „egregieque vincentibus Romanis signum receptui est datum":). In CM invenimus „aegre eicissent". in Cant. est „egregie eicissent". in Pal. 1. Lovell. 3. 4.: „aegre uicissent". in Pal. 3. Thuan.: „non aegre uicissent". Pal. 2. Lov. 2. Oxon. N.: „audacter uicissent". Cf. 22, 24. Put.: „*ae*gregiae victoriae". — Quem ad modum „quem in Gallia *habui*", pauloque post „pro victoria *habui*" scriptum est, sic etiam exspectari potuit „egregie *viserunt*". sed *vicissent*, quod ad *referret* relatum per se improbari non potest, non ex Scipionis sed ex equitum illorum fortium sententia iudicioque dictum videri debet, quasi ipsi mirati fuerint, quod imperator se, qui iam Hannibalis equitatum vicissent cedentemque Hannibalem audacter secuti essent, ad fortiter pugnandum adhortaretur. *Cum quibus* non modo ad *secutus* sed etiam ad *habui* referendum est. vult enim Scipio dicere non modo se sibi visum esse vicisse, sed idem etiam milites suos sibi persuasisse. inest igitur in hoc breviore dicendi genere haec vis: „quid referret adhortari eas legiones, quae, cum fugientem hostem me duce fortiter sequerentur nec ille nobis obsisteret, confessionem ei expresserunt, se non audere certamen nobiscum inire, quam confessionem et ego et milites pro victoria nobis concessa habuimus. — Harl. Hav. Lovell. 2. 3. 5.: „aut *has* legiones". M Lovell. 1. 2. Hav.: „detractantis". C: „detrectantis". Lov. 3. etiam „hunc impium hostem".

6. *meis auspiciis:* CM rell. Sorte enim Hispania provincia P. Cornelio evenerat. — M: hispaniae prouintiae. M m. 1.: auspitiis remgenerit. — Voss. Lovell. 1. 3. 4. al.: „ipse huic" omisso *me*. — C: uoluntarię. — M m. 1.: apud nouos militis. m. 3.: milites. — In verbis „ego — ipse me huic voluntario certamini obtuli" non modo ma-

gerit, ubi cum gerere senatus populusque Romanus voluit, ego, ut consulem ducem adversus Hannibalem ac Poenos haberetis, ipse me huic voluntario certamini obtuli, novo imperatori apud novos milites pauca verba facienda sunt. nec genus belli neve hostem ignoretis, cum his est vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello vicistis, a quibus stipendium per viginti annos exegistis, a quibus capta belli praemia Siciliam ac Sardiniam habetis. erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus et victis esse solet. nec nunc illi, quia audent sed quia

xima orationis vis in pronomine *ipse* posita sed ad eam vim augendam ei etiam *voluntarium* adiectum est, non tam ut P. Cornelius sua sponte ita agere videretur, quam ut animo studioque suo pro patria quodvis periculum obire parato militum animos ad fortissime pro eadem patria certandum excitaret.

5. *nec genus belli neue hostem ignoretis:* C m. 1.] ne genus belli cet. (C m. 2. M rell.). *Nec* persaepe apud Livium pro *et ne* scriptum inveniri, peritos antiquorum Livianorum codd. non fefellerit, idemque in hoc loco positum esse, quem ad modum solebat, ut, praemissis quae praemonenda viderentur, audientium animi medias in res raperentur: „*und* damit ihr nicht über die Art des Krieges und über den Feind eine falsche Ansicht heget, *so sage ich euch*“ u. s. w. De hac ellipsi cf. 21, 18.: nobis vobiscum foedus est ictum. 10, 31.: proximo anno Samnites cet. — M m. 3. C: „cum *his* est uobis milites pugnandum“. Rell. codd.: „cum iis est uobis“ cet. M m. 1.: „cum his & uobis“. — Hav.: priori bello. — „*A* quibus capta belli praemia — habetis“ cum prioribus scripsimus, quamquam in CM et in Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. et, nisi fallor, in aliis bonis codd. praepositio *a* omissa est, idque de industria videri potest factum esse, ut, cum eadem vox paulo ante legeretur, maior vis in *quibus* inesset. sic enim cum aliis locis tum 21, 44., cum bis scribendum esset *cum quibus*, altero loco *cum* omissum videmus. sed cum littera *a* persaepe sine ulla iusta causa a librariis praetermissa sit, in re incerta quidquam mutare non ausim. Praeter ea non dicit Cornelius *belli praemia* sed multo maiore vi „*capta* belli praemia“. — Lovell. 4. 5. Gärtn.: Siciliam *et* Sardiniam.

iecesse est, pugnaturi sunt, nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detractavere, eos duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, quia plures paene per-

3. *quia plures paene perierint quam supersint*] cum plures pene perierint quam supersunt. — Cl: „qui plures paene perierint quam supsint". Lov. 3.: „qui plures pene perierunt quam supersunt". Rell. codd.: „qui plures pene perierint quam supersunt". Loco *qui* I. Fr. Gronovius primo *quum* deinde *quod* scribi voluit, sed Drakenborchius et Crevierus *quum* receperunt. veri similius tamen videtur, ultimam litteram *a* vocis *quia* omissam a librariis esse ut paulo ante multisque aliis locis in hac potissimum coniunctione: ex. gr. 22, 48.: „quia segnis — pugna erat". et particulae *quia* significatio multo aptior huic loco videtur quam *cum:* non enim possunt verba *cum plures perierint* pro interpretatione proxime praecedentium verborum haberi, id quod interpretes opinabantur, sed ea referenda sunt ad „*plus spei nactos esse*": „dass sie — darum, weil sie fast mehr Truppen verloren als übrig behalten haben, gegründetere Hoffnung auf Sieg hegen können". sed cum homines docti non ita se partes orationis excipere crederent, nullus eorum non haesit in voce *paene*, et alii eam delendam censuerunt, alii alia voce mutatam voluerunt. sic Rubenius pro ea *plane* posuit, I. Fr. Gron. *foede*, alii *Poeni*. nec tamen per se *paene* h. l. improbandum esse Polybius etiam docet, qui 3, 60. scripserit, Hannibalem ab Rhodano cum triginta octo milibus peditum, amplius octo equitum profectum esse, et 3, 56., cum in Circumpadanos campos degressi essent, superfuisse viginti milia peditum sex equitum: ut priore loco idem scriptor verissime dixerit σχεδόν που τὴν ἡμίσειαν τῆς δυνάμεως ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς διέφθειρεν: sed id difficile est intellectu, qui Livius eodem loco P. Cornelium dicentem facere potuerit, duas ex tribus partes militum in transitu Alpium Hannibalem amisisse, quod excuseari non potest nisi poetarum oratorumque consuetudine, qui res modo augere modo minuere soleant, prout rationes explicandarum rerum ferant. — Ml: „nec nunc illi *qui audent*". C: „ne nunc illi qui audent". M m. 3.: „quia audent". M Hav. Lovell. 1. 2.: „detractauere". C: „detrectauere". Lovell. 4. 5.: „equitumque". M m. 1.: „in transitum alpium". dein *m* inductum est.

ierint quam supersint, plus spei nactos esse. at enim pauci quidem sunt sed vigentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit —: effigies, immo umbrae hominum, fame frigore inluvie squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque: ad hoc praeusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata fractaque arma, claudi ac debiles equi: cum hoc equite cum hoc pedite pugnaturi estis, reliquias extremas hostium non

1. *at enim pauci quidem sunt:* CM rell. Cum in his dicendi generibus, in quibus ellipsin quandam inesse apparet, non modo *enim* sed etiam *nam si* (22, 59.) positum videamus, fieri non potest quin latini scriptores „*nam si quis dixerit — respondemus*" vel simile quid suppleri voluerint. sed cum haec verba non scribi solerent et ex obliqua directa oratio fieret, non modo breviore sed multo fortiore oratione eos usos esse manifestum est. „Denn wenn jemand den Einwurf machen wollte, ihre Zahl sei *freilich* nicht gross, aber an Geist und Körper seien sie stark, so dass kaum irgend welche Tapferkeit so kräftigen Kerntruppen den Sieg streitig machen könne: so sage ich euch, leere Gestalten sind es, ja Schatten von Menschen, durch Hunger, Kälte, Schlamm und Schmutz ausgemergelt, zerschlagen und gelähmt auf ihrem Marsche zwischen Felsenriffen. Dazu kommt dass ihnen Finger und Zehen erfroren sind u. s. w." Cf. 7, 32.: „fuit cum hoc dici poterat, patricius *enim* eras". — Pal. 3. Rec.: „*in*gentes animis". Pal. 3.: „quorum robora ac uires substinere nulla uis possit". Hav. Rec.: „substinere uis nulla possit". Lov. 4. Gärtn.: „posset". Paulo post Cant.: „illuuie squalore senecti". Voss. Lovell. 1. 2. Hafo.: „alluuie". Pal. 3.: „concusi". Lov. 1.: „*con*cussi ac debilitati".

5. *ad hoc praeusti artus:* CM. Cf. 1, 6.: „*ad id* pastores quoque *accesserant*". — Harl. Lov. 1. Voss. Gärtn.: „ad hoc". Rell. codd.: „ad haec". cf. 6, 11. — Cant. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn.: „praeusti artus". Harl.: „praerupti artus". Rell. codd.: „perusti artus". Drakenb. laudavit Plinii h. n. 3, 20. 134.: „praenstis in transitu Alpium nive membris". — CM rell.: „membra torrida gelu": „vor Kälte erstarrt". cf. 21, 32.: „pecora iumentaque torrida frigore". — Codd. Sigon. Hav. Berol.: „quassata confractaque arma".

8. *non hostem habebitis:* C

ostem habebitis. ac nihil magis vereor, ne cui umquam, os cum pugnaveritis, Alpes vicisse Hannibalem videantur:

Harl. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn.] non hostes habebitis. — M Hav. Lov. 5.: „non hostem habetis". — Cum vel reliquiae hostium hostes sint et, nisi se dederint, pro hostibus habendae sint, non pluralem sed singularem a Livio h. l. positum esse oportet, utpote in quo maior vis inesset, tamquam si esset dictum „*non integrum iustumque hostem habebitis*". Sed utrum *habetis* an *habebitis* pro integra scriptura habendum sit, difficile est dictu. nam aut syllaba *bi* ob praecedentem similem syllabam *be* librarii cuiusdam mendo praetermissa esse potest, aut, si a Livio *habetis* scriptum erat, ab aliquo diligentiore homine *habebitis* scriptum esse, quod *pugnaturi estis* altero quoque loco futurum postularet. ad hoc etiam accedit, quod simillimo loco 21, 54. male ab recentioribus futurum pro praesenti positum est, cum in antiquis libris inveniatur: „Hago locum *monstrabit* quem insidiatis: hostem caecum ad has belli artes *habetis*". verum tamen rationibus utriusque loci diligentius pensitatis facere non potuimus quin priore loco *habebitis* cum C poneremus. altero enim loco futurum *monstrabit* nihil pertinebat ad sequens *habetis*, utpote quod non eum habitum hominum significaret, qui cum rebus mutari posset, sed condicionem, quae Romanorum iam propria videretur futura esse: superiore loco *habebitis* id exprimit, quod mutato et loco et tempore aliter se habere potuit tuncque modo ita fore videbatur, qua re futurum *habebitis* praecedenti *pugnaturi estis* respondere necesse erat. quod autem Livius non *pugnabitis* sed *pugnaturi estis* scripsit, id non tam factum videtur ut mutata forma orationem ornaret, quam ut ita consul de ardore militum suorum cum hostibus pugnam inire cupientium nihil videretur dubitare: nisi quis forte censet, *pugnaturi estis*, h. l. nihil aliud significare quam *vobis pugnandum erit*, quae vis certe apud Livium interdum in participio futuri activi inesse videatur.

1. *ac nihil magis uereor ne cui umquam — Alpes uicisse Hannibalem uideantur*] ac nihil magis vereor, quam ne — Alpes vicisse Hannibalem videantur (Drak. codices Lov. 5. et Gärtn. secutus). — C m. 1. M m. 1.: „ac nihil (C nichil) magis uereor nec umquam uos cum pugnaueritis alpes uicisse han-

sed ita forsitan decuit, cum foederum ruptore duce ac populo deos ipsos sine ulla humana ope committere ac pro-

nibalem uideantur". Deinde in C m. 2. scriptum est „pugnaueritis s; alpes" (i. e. set Alpes), in M m. 3.: „necuiquam uos cum hoste pugnaueritis": quod neutro loco verum esse potest. Cant.: „ac nihil magis uereor *ne* cum quam *ne* uos cum pugnaueritis": quod cum pro duabus diversis scripturis haberetur, in Harl. et in Pal. 3. scriptum est „at nihil magis uereor *ne* nos cum pugnaueritis". Littera *c* antiquae scripturae omissa Lov. 4. Pall. 1. 2. (?): „ac n. m. uereor ne unquam nos cum pugnaueritis". Voss. Lovell. 1. 3.: „ac n. m. uereor ne *ante*quam nos *cum* pugnaueritis": quae scriptura Creviero ita probata est ut, cum ipse in uno suorum codd. inveniret „cum *eo* pugnaritis", scribendum esse censeret „ac n. m. uereor *quam* ne, *ante*quam uos cum *eo* pugnaritis", cet., „*quam*" post *uereor* deesse non posse ratus, praesertim cum Sigonius ex suo libro scripto laudasset „ac nihil magis uereor quam ne, antequam uos pugnaueritis" cet. Neque nego et mihi primo esse visum metathesi illa, cuius generis menda tot locis reperiuntur, inprimis in quibus particula *quam* inest, ab antiquis librariis erratum et *nec umquam* pro *ne cuiquam*, idque pro *quam ne cui*, quod in minore edit. scribi inssimus, positum esse. sed cum diligentiore curabunc locum lustrarem, intellexisse mihi videbar, nullum eius generis mendum in antiquis codd. factum esse, neque quidquam mutandum esse quam ut „ne *cui* umquam", cuius scripturae alteram partem codicis M librarius tertius iam restituerat, pro *necumquam* scriberetur. nam quem ad modum persaepe a Livio *si nihil aliud* praetermissa particula *quam* scriptum est aliisque comparativi sensus locis *quam* non scriptum sed supplendum videtur, sic etiam supra scribi potuit „nihil magis vereor, ne cui umquam Alpes vicisse Hannibalem videantur": „und nichts fürchte ich mehr, dass je einer glauben könne, nicht ihr sondern die Alpen hätten Hannibaln besiegt": quo probato *nihil magis vereor* idem fere quod „*id quam maxime vereor*" significare oportet. Quod autem L. non „cum vos *cum viceritis*" sed „vos cum *pugnaveritis*" scripsit, id more illo antiquo religioneque factum esse, ne futura, quae in deorum manibus essent, praedicendo deorum ira moveretur, vix quemquam

fligare bellum, nos, qui secundum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere".

XLI. „Non vereor ne quis me haec vestri adhortandi causa magnifice loqui existimet, ipsum aliter animo adfectum esse: licuit in Hispaniam provinciam meam, quo iam profectus eram, cum exercitu ire meo, ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem, et Hasdrubalem potius quam Hannibalem hostem, et minorem haud dubie

fugerit. — Paulo post C: „cum foedere *ruptore*". M m. 3. C al.: „commissum ac profligatum *conficere*". M m. 1. Cant. Lovell. 1. 2. Voss. (m. 1.): „configere". Hinc Lovell. 3. 4.: „confligere". Drak. Florum 2, 15. apte laudavit, qui de tribus a Romanis cum Carthaginiensibus gestis bellis ita iudicat: „primo *commissum* est bellum, *profligatum* secundo, tertio vero *confectum*".

3. *uestri adhortandi causa* (codd.). Quem ad modum non modo *nostra vestra sua causa* sed etiam *nostri* (cf. R. Klotz ad Cic. Lael. 16, 57.) *uestri sui causa* dictum est, sic etiam gerundivum verborum his genitivis pronominum possessivorum neutrius gen. eodem et genere et numero adici potuit. non enim *uestri adhortandi causa* h. l. pro „vestri adhortan*dorum* causa", quod Drakenborchius sibi persuasit, positum esse, ea quae de hoc dicendi genere ab recentioribus grammaticis disputata sunt (in Zumptiana gramm. lat. [nona edit.] §. 660. in Weissenborniana §. 327. obs. 4. al.), extra omnem dubitationem ponunt.

5. *licuit in Hispaniam prouinciam meam quo iam profectus eram cum exercitu ire meo:* CM: nisi quod in M „prouintiam", et in C „irem eo" scriptum est. Sigonius in suo codice invenisse vult „licuit *mihi* in hispaniam prouinciam meam ire quo iam profectus eram cum exercitu meo": sed ille dativus a Livio persaepe praetermissus est: cf. 3, 50.: „si libere ac pudice vivere licitum fuisset". Verbum *ire* omissum est in Cant. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. al. In Lovell. 3. 5. scriptum est: „licuit *ire* in hispaniam" cet. in Berol. Hav.: „licuit in hispaniam prouinciam meam *ire*". — C m. 2. M m. 3.: „ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem". C m. 1. M m. 1.: concilii. M m. 1.: periculo. Harl.: „ubi fratrem consilii participem". M: pocius.

molem belli: tamen, cum praeterveherer navibus Galliae oram, ad famam huius hostis in terram egressus praemisso equitatu ad Rhodanum movi castra. equestri proelio, qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est, hostem fudi: peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia adsequi terra non poteram neque regressus ad navis erat, quanta maxime potui celeritate tanto maris

6. *neque regressus ad nauis erat:* CM] regressus ad naves (codd. Sigon. et Berol.). — „*Neque* regressus ad naues *erat*“ in reliquis quoque codd. inventum est, nisi quod in Lov. 1. „nec“ scriptum, et in Lov. 3. Hav. „erat“ omissum esse dicitur: neque quidquam alicuius momenti reperiri potest, quo perspicuum fiat, cur librarii, si in antiquis codd. nihil h. l. scriptum vidissent nisi *regressus ad nauis*, verba „*neque — erat*“ addi voluerint. Sigonius tamen *neque erat* inducendum esse censuit, quod in *regressus* idem subiectum sibi videre videbatur quod in *adsequi non poteram*. at *neq. regressus erat* pertinet non ad P. Cornelium sed ad Hannibalem, qua subiectorum mutatione nihil frequentius apud Livium reperitur. non participium tamen *regressus* h. l. esse putarim sed nomen substantivum similique modo scriptum ut 24, 26. aut 21, 56.: „cum neq. in castra *reditus* esset“. dicit igitur consul se ex Gallia abisse, quod Hannibalis exercitum in fugientium modum raptim actum terra assequi non potuisset, neque Hannibal consilium revertendi capturus videretur, ut navibus conscensis Alpes circumiret. potuit enim Hannibal videri tanta celeritate profectus esse ut certamen cum consule romano declinaret, et tum regredi velle secunda Rhodani ripa, qua adversa profectus erat, cum consulem abisse audisset. non possunt igitur verba „*re*gressus ad naves“ ita accipi, quasi Hannibal et ipse navibus venisset, sed ut ea significent, Cornelium aliquantum temporis moratum esse, dum videret Hannibalem per Alpes transcendere in Italiam statuisse: „und man nicht wieder umkehrte, um den Weg nach Italien zu Schiffe zurückzulegen“. *Ad mare ad naves* autem a Livio ita scribi solere, peritos Livianorum annalium non potest fugisse. — Paulo ante CM: „quod *im*modum fugientium“ cet. M m. 1.: „quia adsequi terra*m* non poteram“.

7. *quanta maxime potui celeritate:* CM Cant.] quanta

terrarumque circuitu in radicibus prope Alpium huic timendo hosti obvius fui. utrum, cum declinarem certamen, inprovisus incidisse videor an occurrere in vestigiis eius, lacessere ac trahere ad decernendum? experiri iuvat, utrum alios repente Carthaginienses per viginti annos terra ediderit, an

maxima potui celeritate (recc. codd.). — Lovell. 1. 2. 5. Hav. Oxon. N.: „quanta *maxime* celeritate potui". Cf. 9, 10.: „fetiali Postumius genu femur quanta *maxime* poterat vi perculit". 24, 35.: „facile perpulerat ut quantae *maxime* possent peditum equitumque copiae in Siciliam traicerentur". al. Contra ea 30, 25.: „*quanto maximo* impetu poterant". al.

1. *in radicibus prope Alpium huic timendo hosti obuius fui. utrum* cet.: CM] in radicibus Alpium obvius fui. huic timendo hosti utrum cet. — In Cantabr. cod. et in exc. Pithoei eadem quae in CM verborum constructio reperta est omissa tamen voce *prope*. Livium verba *huic timendo hosti* ironice dicta accipi voluisse manifestum est, quae vero causa fuerit, cur recentium codicum librariis antiqua verborum structura mutanda videretur, intelligere non possum, nisi forte quod dativum potius cum verbo *incidisse* iungendum esse putarunt, quamquam ille hoc altero loco facillime suppleri potuit. — Paulo post in uno cod. Oxoniensi scriptum esse dicitur „an occurrere uestigiis eius". verum Cornelius non potuit vestigiis Hannibalis occurrere velle, sed ipsi Hannibali in vestigiis eius, i. e. in ipsa illa via quam Hannibal iniisset. Dein C: „lacessere retrahere". M m. 1.: „lacessere ac trahere". m. 2.: „lacessere adtrahere" cet. M m. 3. Pal. 2. Lov. 2. Hav. Gärtn.: „lacessere attrahere". Pal. 3. Berol.: „ad decertandum". „Wird man nun glauben, dass ich, während ich dem Kampfe hätte ausweichen wollen, wider Erwarten auf den Feind gestossen, oder dass ich ihm auf dem von ihm betretenen Wege entgegengerückt sei, dass ich ihn reize und zwinge eine entscheidende Schlacht zu liefern?"

5. *an idem sint qui ad Aegatis pugnauerint insulas:* CM] an iidem sint qui ad Aegates pugnaverunt insulas. Cf. 30, 32.: „ad Aegatis pugnaverint insulas". — *Idem* et *isdem* pro *iidem* et *iisdem* in antiquis codd. Livianis scriptum inveniri notum est: de qua synaeresi cf. Prisc. 12, 5. 22. — M: „ad egatis pugnauerint insulas". C: „ad aegatis pugnauerīt" cet. Hav.: „pugnauerint". Gärtn.: „pugnarent". Lov. 4.:

idem sint qui ad Aegatis pugnaverint insulas et quos ab Eryce duodevicenis denariis aestimatos emisistis: et utrum Hannibal hic sit aemulos itinerum Herculis, ut ipse fert, an vectigalis stipendiariusque et servus populi Romani a patre relictus: quem nisi Saguntinum scelus agitaret, respiceret profecto, si non patriam victam, domum certe patremque et foedera Hamilcaris scripta manu, qui iussus ab consule nostro praesidium deduxit ab Eryce, qui graves inpositas victis Carthaginiensibus leges fremens maerensque accepit, qui decedens Sicilia stipendium populo Romano dare pactus

„pugnauere". Rell. codd.: „pugnauer*unt*": quem indicativum sequens verbum *emisistis* postulare videbatur. sed Livium modos verborum variare solere permulti similes loci docent: nec difficile est intellectu, cum uterque modus h. l. poni potuerit, indicativum verbi *emisistis* placuisse ob certiorem rem, quae etiam voce numerali exprimeretur. — Exc. Pithoei: „ad aegatis". Berol.: „ad aegadas". Lovell. 2. 3. 4.: „ad gades". — M: „et quos ab eryce" cet. C: „et quos ab arce duodeuicenis" cet. In plerisque recc. codd. (Voss. Hav. Hafn. Lovell. 2. 3. 4. Berol. Gärtn.) scriptum est „em*i*stis" pro *emisistis*.

3. *aemulos:* M m. 1.] aemulus (M m. 3. C). — C: „hic sit aemulus itinerum herculis". C m. 2.: „hic sit aemens*o* itinere herculis". — M m. 3. C: „an uectigalis". M m. 1.: „*ac* uectigalis". — C m. 1. M m. 1.: „et seruus p̄r. patre relictus". C m. 2. M m. 3.: „*o* patre". CM rell.: „*quem* nisi saguntinum scelus agitaret" cet. Cf. 21, 6.: „*quibus* si videretur digna causa, — *denuntiarent*". — C: „*domum certe patremque et foedera hamilcaris scripta manu*". M: „domum certe part*e*mq. et foedera hamilcaris scriptam manu". Harl. Pall. 1. 2.: „partemque". hinc Lovell. 4. 5. Gärtn.: „par*en*temque". — CM: „iussus *ab* consule". Rell. codd.: „*a* consule". — Lovell. 4. 5.: „deduxerit". C: „deduxit ab *eurce*". M m. 1.: „deduxit ab euryce". m. 2.: „ab eryce". Voss. Lovell. 2. 3.: „ab eurice". — M: „fremens merensque".

10. *qui decedens Sicilia stipendium populo romano dare pactus est:* C m. 2. M m. 2. Lovell. 2. 4. 5.] qui decedere Sicilia, qui stipendium populo romano dare pactus est. — M m. 1.: „qui decedens sicilia | *m* stipendium populo r̄.

dare pactus est“: dein *m* erasum est. C m. 1.: „qui decedens siciliam *qui* stipendium populo romano dare“ cet. Cant. Harl. Voss. Lov. 3. Hav. Berol.: „qui decedens sicilia qui stipendium“ cet. Recte videtur alter codicis C librarius, cum *qui* ante *stipendium* induceret, intellexisse, ab antiquiore aliquo librario h. l. ita ut multis aliis locis erratum esse, ut id quod iam scriptum esset, oculis male in priorem locum aberrantibus, iterum scriberetur. nam quod Drakenborchius dicit, anaphora eius generis Livium uti solitum esse, id per se quidem verissimum est: sed sicut nemo contenderet, eum vel ibi hac dicendi lege usurum fuisse, ubi graviores scribendi leges eam repudiari iuberent, praesertim si ne auctoritas quidem meliorum codd. ut ita scriberetur postularet: sic etiam h. l. satis superque illi anaphorae legi satisfactum videbitur, cum ex Medicei codicis auctoritate „*qui*“ ter positum fuerit. quominus enim „qui *decedere* Sicilia“ nobis probaretur, prohibuit id, quod ex hac scriptura *decedere* nihil aliud ferme diceret, quam quod iam prioribus huius anaphorae partibus dictum esset: et quod ex integra et antiqua scriptura participium *decedens*, cum id, quod primo anaphorae loco pluribus expositum erat, una voce exprimeret et complecteretur, aptissimum transitum ad eam condicionem praeberet, quae in tertio loco ponenda visa esset, tamquam si Livius dicere voluisset „qui non decessit modo Sicilia sed etiam stipendium populo romano dare pactus est“. ac nescio an illud *m*, quod prima manu in CM post *sicilia* positum videmus, persuadere videatur, a Livio scriptum fuisse „qui decedens Sicilia *etiam* stipendium populo r. dare pactus est“. facillime enim *etia* post *ilia* excidere potuisse manifestum est. Denique esse potest, ut aliquis in significatione explicanda haereat, quam h. l. verbi *pactus est* esse videamus. cum enim id verbum significare soleat „condicionem aliquam *ferre*“, hoc autem loco „condicionem *accipere*“ significare oporteat, dubium videri potest an non *pactus est* a Livio scriptum sit sed vel *coactus est*, quod Baueras coniecit, vel simile quid. verum tamen cum non modo omnium mss. auctoritas scripturam *pactus est* tueatur, sed etiam altera illa significatio, quam hic locus postulat („er ging auf die Bedingung ein“), illo dicendi genere, quo antiqui scriptores haud raro usi sunt „*pacti sunt inter se*“, comprobetur, nihil est quod in codicum huius loci scriptura offenda-

est. itaque vos ego, milites, non eo solum animo quo adversus alios hostes soletis pugnare velim, sed cum indignatione quadam atque ira, velut si servos videatis vestros arma repente contra vos ferentes. licuit ad Erycem clausos ultimo supplicio humanorum fame interficere, licuit victricem classem in Africam traicere atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere —: veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione, pacem cum victis fecimus: tutelae deinde nostrae duximus, cum Africo bello urgeren-

mur. 31, 7. vero, quem locum E. Fabri laudavit, quod ibi quoque infinitivus praes. act. a Livio cum *pactus* iunctus esset, iam Bekkerus ex Bamb. codice veram scripturam restituit: „— Philippum, pactum iam per legatos litterasque cum Hannibale *ut* in Italiam *traiceret*". *Infinitivus* sequi posse videbatur verbum *pacisci*, quod id h. l. idem prope quod „ex pacto *polliceri*" significaret, et *dare* scriptum est ut 21, 18.: „cum is — *bellum dare* dixisset": quo loco de eo, quod ad eius generis infinitivos supplendum esset, locuti sumus.

1. *quo aduersus alios hostes soletis:* M m. 2. C, cum m. 1. in M fuisset „quo*d*aduersus". — Paulo post M m. 2.: „licuit ad erycem clausos ultimo supplicio humanorum fame interficere". M m. 1.: „ad eurycem". C: „ad eurcē". Ad *humanorum* tamen nolim cum Drakenborchio supplere *suppliciorum*, cum in eo potius insit „acerbissimo supplicio, *quo homines affici possint*". — CM Voss. Lov. 1.: „licuit *uictricem classem* in africam traicere". Rell. codd.: „classem uictricem". In Cantabrigiensi cod. omnia exciderunt quae ab *clausos* ad *classem* in ceteris libris scripta leguntur. — Lov. 4.: „sine certamine". — Deinde M: „praecantibus". CM: „ex *op*sidione".

9. *tutelae deinde nostrae duximus:* CM: cum in rell. codd. scriptum sit „tutelae nostrae deinde duximus". „Und glaubten ihnen nachmals unseren Schutz angedeihen lassen zu müssen, als sie" u. s. w. Cf. 1, 6.: „dii, quorum *tutelae* ea loca essent". De re ipsa cf. Polyb. 1, 83. 5. — Paulo post CM: „pro his inptitis" i. e. *inpertitis* (Berol.) non „*inpar*titis", quae omnium prope reliquorum codd. scriptura esse videtur. — M m. 1.: „furiosum iuuenem sequentem". m. 3.: „sequentes".

tur —: pro his inpertitis furiosum iuvenem sequentes oppugnatum patriam nostram veniunt. atque utinam pro decore tantum hoc vobis et non pro salute esset certamen! non de possessione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia vobis est pugnandum: nec est alius ab tergo exercitus qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat, nec Alpes aliae sunt, quas dum superant, conparari nova possint praesidia. hic est obstandum, milites, velut si ante Romana moenia pugnemus. unus quisque se non corpus suum sed coniugem ac liberos parvos armis protegere putet, nec domesticas solum agitet curas sed identidem hoc

2. *atque utinam pro decore tantum hoc uobis et non pro salute esset certamen:* CM Cant. Lovell. 1. 2.: cum in rell. codd. sit „hoc *no*bis", in Hav. etiam „hoc tantum nobis". — Lovell. 4. 5.: „hoc nobis non pro salute" omisso *et*. — Ab verbis inde „salute esset certamen non de po*ss*ionesiciliae" cet. iam integram habemus Puteani scripturam.

5. *sed pro Italia uobis est pugnandum:* PCM Cant. Voss. Lovell. 1. 2. In rell. codd. *nobis* ut paulo ante scriptum est: in Lov. 4. etiam „est nobis pugnandum". in Harl. excidit *uobis*. Non sine causa a Livio scriptum esse et „*de* possessione" et „*pro* Italia", facile intelligitur: nec vero repugnarim, si quis ad „*de possessione*" supplendum esse censeat „*agitur*". — Lovell. 4. 5.: „*non* est alius ab tergo". Lov. 1. Berol.: „*a* tergo". — C: „obsistant". — Lov. 3.: „comparare possint noua praesidia". Berol.: „comparare noua praesidia possint". — PC: „hic est *obt*andum" praetermissa littera *s*. M: „hic est *opt*andum". — C: „*m*oenia".

11. *nec domesticas solum agitet curas* in M scriptum vidimus, in PC „agitet*et*curas". — Paulo ante P: „nōcorpus suumsed" cet. Pessime codd. Sig. Hav. Berol.: „*non* corpus suum *solum* sed" cet. — C: „sed identidē ħanimo reputet" pro „h'animo". — Recan. Gärtn.: „qualis *ue*stra uis uirtusque fuerit". Lov. 4.: „fuerint". — PCM rell.: „talem deinde fortunam *illius* urbis" cet.: quae verba rectissime se habent, quamvis Tan. Faber *illius* deleri, I. Fr. Gron. eius loco *ipsius* scribi voluerint. *Illius* enim aperte significat, consulem intendisse manum digitumque in eam regionem, qua Roma sita erat, tamquam

animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populumque Romanum, qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore".

XLII. Haec apud Romanos consul. Hannibal rebus prius quam verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu captivos montanos vinctos in medio statuit, armisque Gallicis ante pedes eorum proiectis interrogare interpretem iussit, ecquis, si vinculis levaretur armaque et equum victor acciperet, decertare ferro vellet. cum ad unum omnes ferrum pugnamque poscerent et deiecta in id sors esset, se quisque eum optabat quem fortuna in id certamen legeret, et, cuiusque sors exciderat, alacer inter

si urbs militum oculis subiecta esset. Deinde vero scripsimus cum m. 3. codicis M „ac *romani* imperii fore", cum in M m. 1. et in PC scriptum esset „romani*s* imperii", quam scripturam in minore edit. secuti eramus. nam quamvis ille dativus quodam modo excusari posset, tamen iam nobis persuasimus, non minus hoc loco litterae *s* signum inter duo *i* separanda interpositum esse quam multis similibus locis: cf. 21, 28.: evadente.

6. *in medio statuit:* PCM Cant. In rell. codd. scriptum esse dicitur „in medio constituit". Paulo ante P: „apu*t* romanos". P: „circumdatoadspectaculumexercitu*m*". C: „captiuos montanos uictos". — Dein C m. 1. PM: „interrogare interpretem iussit *et*qu*is* uincul*is* leuaretur" cet. C m. 2.: „interrogare ꝑ interpretem": idemque *per* in Pal. 2. receptum est. *Etquis* pro *ecquis*, *etferre* pro *eceferre* similiaque ab antiquis librariis scribi solita esse notum est. Particula *si* ob litterarum similitudinem aut post *ecquis* aut post *vinculis* excidere potuit. equidem tamen cum Pal. primi librario scribere malui „ecquis *si* uinculis leuaretur", praesertim cum in Cant. „iussisset quis *si* uinculis" inventum esset. Idem *si* in Voss. et in quinque Lovell. praetermissum erat. — P: armaqueeteqū.

12. *et, cuiusque sors exciderat, — arma raptim capiebat:* PCM Cant. Harl. Voss. Lovell. 1. 3. Gärtn.] ut cuiusque sors exciderat — arma raptim capiebat. — Iungenda esse „se quisque eum *optabat et* alacer arma *capiebat*" facile intelligitur. *Cuiusque* scriptum est h. l. pro *cuiuscumque* ut 1, 24.: „foedus ictum — est his legibus, ut

gratulantes gaudio exultans cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat. ubi vero dimicarent, is habitus animorum non inter eiusdem modo condicionis homines erat sed etiam inter spectantes vulgo, ut non vincentium magis quam bene morientium fortuna laudaretur.

XLIII. Dum sic aliquot spectatis paribus adfectos dimisisset, contione inde advocata ita apud eos locutus fertur.

cuiusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo — imperitaret". simili modo *quandoque* pro *quandocumque* 1, 31. aliisque locis positum videmus. quod scribendi genus cum non omnibus probaretur, in Lovell. 4. 5. scriptum est „et *cuiuscumque* sors exciderat", in Hav. Hafn. Rec. Ber. Lov. 2. „et *cuius* sors". Laur. Valla, cum ne ipse quidem loci vim perspiceret et meminisset *ut quisque* iungi solere (ex. gr. 2, 38.), h. l. „*ut* cuiusque" aut „*et ut* cuiusque sors exierat" scribendum esse coniecit, eumque recentiores in coniunctione scribenda secuti sunt. — Paulo ante scriptum est in PCM Cant.: „et de*le*cta in id sors esset". Lov. 3.: „*esse* quisque eum optabat". C: „o*b*tabat". C m. 1. P: „qu*am* fortuna*m* in id certamen legeret": sed altera m. eodicis C iustam scripturam restituit. P: „alacher". PC: „exultans".

2. *ubi uero dimicarent:* codd. Hac ratione coniunctionem *ubi* cum coniunctivo aut imperfecti aut plusquamperfecti iunctam videmus sequente indicativo imperfecti, ubi de rebus referendum erat, quae saepius eodem modo factae essent. itaque *ubi dimicarent* non idem dicit quod *cum dimicarent* „als sie kämpften", sed in eo inest „die ganze Zeit aber wo sie kämpften". cf. 8, 8.: „ubi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant": „wenn das Heer so aufgestellt worden, fingen *jedesmal* die Hastaten die Schlacht an". 1, 32.: „id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat". Tac. hist. 3, 33.: „ubi adulta virgo aut quis forma conspicuus incidisset, vi manibusque rapientium divolsus ipsos postremo direptores in mutuam perniciem agebat". Eiusd. hist. 1, 49.: „ubi incidisset". — PC: „*his* habitus". Lovell. 4. 5.: „is *erat* habitus animorum non inter eiusdem conditionis homines".

6. *dum sic — adfectos dimisisset:* codd.] cum sic — affectos dimisisset (cod. recentissimus Gärtn. probante I. Fr. Gronovio). Unus cod.

„Si, quem animum in alienae sortis exemplo paulo ante habuistis, eundem mox in aestimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites. neque enim spectaculum modo illud sed quaedam veluti imago vestrae condicionis erat. ac ne scio an maiora vincula maioresque necessitates vobis quam captivis vestris fortuna circumdederit: dextra laevaque duo maria claudunt nullam ne ad effugium quidem navem ha-

Oxoniensis: „dum — dimisit". Cf. 23, 10.: „dum eum docuisset" cet. 10, 18.: „dum ea — gererentur": aliosque ibi laudatos locos. Neminem tamen fugerit, in superiore loco multo maiorem vim positam esse in *sic adfectos* quam in *dimisisset*: „nachdem er so auf ihr Gefühl einzuwirken gewusst hatte". — P: „aliquo*d* spectatis paribus". C: „aliquot spectantis paribus". P: „contioneinde aduocataitaaputeos" cet. C: „concione".

1. *quem animum in alienae sortis exemplo paulo ante habuistis:* PC: nisi quod in P „ex*t*emplo" scriptum est. In Cant. et in Lov. 4. praetermissum est *in*. — Lov. 2. Hav.: „in extimanda fortuna uestra". hinc Pall. 1. 2. Berol.: „in existimanda fortuna". Berol.: „hab*eb*itis". — Paulo post C: „imago uestrae condicionis. ac nescio" omisso verbo *erat*.

7. *habentibus:* codd. Cum non haberent, quo illud verbum referretur, I. Fr. Gron. et Ant. Perizonius *habentes* scribi voluerunt. neque negandum est, interdum accusativi pluralis loco *ibus* pro *is* aut contra ab imprudentibus librariis positum esse: sed quamquam *claudere* nonnumquam „einschliessen" significat, tamen ne ita quidem nullo addito pronomine accusativus *habentes* nobis h. l. probatur. veri simillimum videtur, Livium ad *claudunt* ex sequentibus suppleri voluisse *effugium* aut *viam*, quem ad modum 31, 46. omisso dativo scriptum est „obstitere Galli ut claderent viam", et ut *habentibus* esset dativus: eumque praetermisisse et illud substantivum et pronomen, ne Hannibal videretur censuisse, fieri ullo pacto posse ut milites sui fuga salutem petere vellent. vernaculo tamen sermone dicendum est: „von der Rechten und Linken schliessen uns zwei Meere ein, ohne dass wir auch nur zur Flucht ein Schiff hätten". nolim igitur *habentibus* pro ablativo abs. haberi, id quod nonnulli opinati sunt.

bentibus, circa Padus amnis — maior Padus ac violentior Rhodano —, ab tergo Alpes urgent vix integris vobis ac vigentibus transitae: hic vincendum aut moriendum, milites, est, ubi primum hosti occurristis. et eadem fortuna, quae necessitatem pugnandi inposuit, praemia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne ab diis quidem immortalibus optare solent. si Siciliam tantum ac Sardiniam

1. *circa Padus amnis:* omnes prope codd.] contra Padus amnis (cod. Berol.). *Contra* i. e. „gegenüber" vix h. l. probari potest. videtur Livius scribere voluisse „circa nos et Padus et Alpes sunt", sed cum appositionis loco quaedam ad Padi nomen adiecta vellet, novo quoque verbo ad Alpium nomen opus esse sibi persuasit: „rings um uns her ist der Po, der Po, grösser und reissender als der Rhone: im Rücken stehen die Alpen, über die wir kaum bei noch voller und frischer Kraft hinüber kommen konnten". Ad particulam *circa* probandam Drakenborchius similem locum 27, 18. laudavit, ubi sic scriptum est: „fluvius ab tergo, *ante circaque* velut ripa praeceps oram eius omnem cingebat". — PC: „dextra leuaque". C: „rodano". M Voss. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Berol. Gärtn.: „*a* tergo".

3. *hic uincendum aut moriendum milites est:* PCM Cant., nisi quod in C „uicendum" invenimus. Rell. codd.: „hic *uobis* uincendum" cet. *Occurristis* fortius dictum est quam „occurreritis", quod Berolinensis cod. librarius poni voluit. — Paulo post Pal. 3.: „quae necessitatem pugnandi impo*nit*". P: „ampliora": idemque postea „ampla". Voss. Hav. Ber. Gärtn.: „ne *a* diis quidem".

7. *si Siciliam tantum ac Sardiniam parentibus nostris ereptas nostra uirtute recuperaturi essemus:* PC melioresque omnes codd., praeterquam quod in P primo scriptum erat „adsardiniam". Lovell. 4. 5.: „siciliam tantum *atque* sardiniam". Particula *si* excidit in Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn., et in Lov. 3. scriptum est „siciliam — *si* recuperaturi essemus". — P: „praetiaessent". C: „ptia essent". Hoc loco supplendum esse „*at non has modo insulas, si uiceritis, recuperabitis, sed* quidquid" nemo non videt. — PC: „quidquid". C: „coniestūque". Harl.: „partum congestumque obtinent possident". — P: „idomnesuestrum". cf. 21, 28.: evadente.

parentibus nostris ereptas nostra virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essent —: quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne vestrum cum ipsis dominis futurum est. in hanc tam opimam mercedem agite cum diis bene iuvantibus arma capite. satis adhuc in vastis Lusitaniae Celtiberiaeque montibus pecora consectando nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis: tempus est iam opulenta vos ac ditia stipendia facere et magna operae pretia mereri, tantum itineris per tot montes fluminaque et tot armatas gentes emensos. hic vobis terminum laborum fortuna dedit, hic dignam mercedem emeritis stipendiis dabit. nec quam magni nominis bellum est, tam difficilem existimaritis victoriam fore: saepe et contemptus hostis cruentum certamen edidit, et inclyti populi regesque perlevi momento victi sunt: nam dempto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est cur

4. *tam opimam mercedem:* P. — C Hav. Gärtn.: „tam optimam mercedem". — Paulo post *satis adhuc* significat „satis *diu* ad hoc tempus". C: „peccora". Lovell. 4. 5.: „tempus iam est". Berol.: „tempus est opulenta iam uos". Harl.: „tempus est iam uos opulenta". PC: „et magna opere praetia mereri". hinc Berol. Hav. librariorum mendo non perspecto: „et magnopere pretia". Lovell. 4. 5.: „ac magnopere pretia" cet. — PC rell.: „emensos". Berol. Lov. 5.: „emensis": qua scriptura hic locus cum sequentibus iungendus est.

12. *emeritis stipendiis* nihil aliud h. l. significare potest quam „cum Romanos deviceritis". — Paulo post PC: „tam difficile". P Cant.: „existimaritis". C: „existimaueritis". Has primae coniugationis formas Livium contrahere solere notum videtur. — PC: „sepe et cōtemptus hostis" cet. Lov. 4.: „saepe etiam contemtus hostis cruentum certamen dedit". — P: „et inclytipopuli". C: „incliti". Cant: „inclinati". C Harl.: „leui momento".

16. *quid est cur illi uobis* cet.: PCM Cant. Voss. In rell. codd. scriptum est: „quid est *quod* illi uobis" cet. Hannibal non dicit „quid est cur vos illis comparandi *non* sitis", id quod exspectari potuit, quod multo pluris Carthaginiensium sociorumque quam Romanorum virtutem aestimare videri vult. — Paulo ante P:

lli vobis conparandi sint? ut viginti annorum militiam vetram cum illa virtute cum illa fortuna taceam, — ab Herulis columnis ab Oceano terminisque ultimis terrarum per ot ferocissimos Hispaniae et Galliae populos vincentes huc ervenistis: pugnabitis cum exercitu tirone, hac ipsa aestate aeso victo circumsesso a Gallis, ignoto adhuc duci suo gnorantique ducem. an me in praetorio patris clarissimi mperatoris prope natum certe eductum, domitorem Hispaiae Galliaeque, victorem eundem non Alpinarum modo gen-

„uictisuntunamdempto“ cet. C: „uicti sunt adempto hoc *uob*' uno fulgore“: sed ille dativus ethicus *vobis* nec in P nec in rell. codd. repertus est. Harl.: „adempto hoc uno fulgore“. Lov. 1.: „uno dempto hoc uno fulgore“. Lov. 4.: „uno dempto uno fulgore“. Lov. 3.: „unde adempto hoc uno fulgore“. Lov. 5.: „nam uno dempto hoc fulgore“. — C: „comparandi *sunt*“.

1. *ut uiginti annorum militiam uestram — taceam:* C. In P scriptum est: „ut*ut*uiginti*an*norum“ cet., ut conici posset in antiquiore aliquo libro fuisse „*et* ut uiginti annorum militiam — taceam“: nec tamen quidquam h. l. mutarim, cum persaepe easdem et litteras et syllabas sine iusta causa a Puteani librario repetitas viderim. — C: „ab ercul' columnis“. P: „uinceteshocperuenistis“. — P: „cumexercitutiron*ae*“. C: „cum exercitu rome. hac“ cet. M 2. in C littera *e* vocis *rome* inducta suprascriptum est *ito*, ut fieret „romito“. Berol. m. 2. Lov. 3.: „ignoranteque ducem“.

7. *an me* in C, „anmae“ in P scriptum est. — PC Cant. Voss. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Hafn. Berol.: „*probe* notum“. M Gärtn.: „prope notum“. Lov. 2.: „proprie notum“. L. Valla, qui primus quid a Livio scriptum fuerit perspexit, simillimum locum laudavit 30, 28.: „— cum Hannibali, *prope noto in praetorio patris fortissimi ducis*, alito atque educato inter arma, puero quondam milite, vixdum iuvene imperatore“ cet. — PCM Cant.: „certe *eductum*“. Rell. codd.: „certe educ*a*tum“. cf. 1, 39. sub fin. — Lov. 4.: domitorem hispaniae galliae, uictorem eundem cet. — Lov. 1. Gärtn.: „non alpinarum modo gentium *idem* ipsarum“. Lov. 4.: „gentium *id est* ipsarum“. Berol.: „gentium, sed *etiam* ipsarum“. — PCM: „cum se*me*nstri hoc conferam duce“. — P: deserto*rem*. — C: demtis signis.

tium sed ipsarum — quod multo maius est — Alpium, cum semenstri hoc conferam duce, desertore exercitus sui? cui si quis demptis signis Poenos Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit consul. non ego illud parvi aestimo, milites, quod nemo est vestrum, cuius non ante oculos ipse saepe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis spectator ac testis notata temporibus locisque referre sua possim decora: cum laudatis a me miliens donatisque alumnus prius omnium vestrum quam imperator procedam in aciem adversus ignotos inter se ignorantesque".

XLIV. „Quocumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris, veteranum peditem, generosissi-

5. *nemo est uestrum:* PCM] nemo vestrum est (rell. codd.). — Paulo ante Hav.: „non *illud* ego parui extimo": sed non sine causa Livius h. l. maiorem in *ego* vim positam voluit. — P: „ipsesepemili tarem aliquod cet. — M Harl. Hav.: „cuius non idem ego uirtutis spectator". Lov. 4.: „cuius non ego idem uirtutis spectator". *Cuius* a Livio scriptum esse non posse vel pronomen *sua* docet: „dem ich nicht ebenfalls seine Heldenthaten nach Zeit und Ort, wo er sie ausgeführt, aufzählen könnte". *Notata temporibus locisque:* i. e. quorum decorum et tempus et locum memoriae meae mandavi, memoriae infixa teneo.

10. *procedam in aciem:* C m. 2. Lov. 4.] procedam acie (rell. codd., nisi quod in Voss. Lov. 1. *acie* deest:). C m. 1. PM: „procedam aciem". — Prior huius loci pars ab Alb. Rubenio restituta est. P: „tumlaudatisme miliens donatisque alumnum priusomniumuestrumquamim peratorprocedam" cet. Idem scriptum est in M, nisi quod in hoc libro „miliesdonastisque" est, manuque altera „laudastis". C: „tum laudatis me milies donastis alumnus" cet. Cant.: „cum laudatis a me miliens donastis alumpnum prius omnium" cet.

12. *quocumque circumtuli oculos:* P m. 2. C. Antiquiore manu in P „quodcumque" scriptum erat. „Wo ich nur meine Blicke umhergehen lasse, da sehe ich wie alles voller Muth und Kraft ist". Accuratius latine „circumtuli". Lovell. 4. 5.: „plena *uideo* omnia". Berol.: „animorum roboris*que*". C: „ueteranorum peditem". Lov. 4.: „*glorio*sissimarum gentium".

marum gentium equites frenatos infrenatosque, vos socios fidelissimos fortissimosque, vos Carthaginienses cum ob patriam tum ob iram iustissimam pugnaturos. inferimus bellum infestisque signis descendimus in Italiam, tanto audacius fortiusque pugnaturi quam hostis, quanto maior spes maior est animus inferentis vim quam arcentis. accendit praeter ea et stimulat animos dolor iniuria indignitas: ad supplicium depoposcerunt me ducem primum, deinde vos omnes qui Saguntum oppugnassetis, deditos ultimis cruciatibus adfecturi fuerunt. crudelissima ac superbissima gens sua omnia suique arbitrii facit: cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum inponere aecum cen-

1. *frenatos infrenatosque:* PCM] frenatos et infrenatos (rell. codd., nisi quod Berol. „frenatos infrenatos“ habet:). *Frenatos* esse Carthaginienses Hispanosque, *infrenatos* Numidas, docet 21, 46. — Harl.: fidelissimo*que* fortissimosque. — M Berol. Lov. 5.: „cum *ob* patriam tum“ cet. — PC: „*cum patriam*“ praetermisso *ob*. Rell. codd.: „*tum* ob patriam tum“. cet. — In sequenti loco verba „*quam hostis*“, quae in PCM Cant. servata sunt et quae vix deesse possunt, I. Fr. Gronovio suspecta haberi posse videbantur, quod ea in rell. et Pall. et Drak. codicibus praetermissa sunt. Deinde PCM Cant.: „quanto maior spes maior *est* animus inferentis uim“. In rell. et Pall. et Drak. codd. excidit *est*. — — P: „quam argentis“. hinc C: „quam *urgentis*“.

6. *accendit praeter ea et stimulat animos:* PCM] accendit praeterea animos et stimulat (rell. codd.). — PCM Cant. Harl. Voss. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn.: „depoposcerunt“. Lov. 5.: „deposcerunt“. Lov. 2. Hav. Berol.: „poposcerunt“. — Harl.: oppugnastis. — C: „adfecturi fuer*int*“. Hav.: „adfecturi fuer*ant*“. Pal. 3. etiam „adfecturi *forent*“.

12. *se modum inponere aecum censent* scriptum est in PCM, quorum librorum auctoritatem in minore edit. secuti eramus. sed quamquam contendi posse videtur, cum antiquiores codd. docerent, modo singularem modo pluralem cum nominibus collectivis ab optimo quoque scriptore iunctum esse, suo arbitrio Livium quovis eius generis loco utrolibet numero uti potuisse, tamen vix mihi persuadere possum eum hoc loco ita, ut meliores codd. volunt, scri-

set: circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque quos non excedamus, neque eos quos statuit ter-

psisse, ut eandem vocem primo singularis, deinde pluralis, postremo singularis sequeretur: habemusque persuasum, tum demum utrumque numerum cum illis nominibus ab antiquis iunctum esse, cum singularem plurali excipi vellent. cf. 7, 32.: decora *populi romani*, *qui* triumphos paene plures quam annos ab u. c. *numerent*. — Berol.: omnia sua suique arbitrii. — Paulo ante PCM Harl. Lov. 1.: „*cum* quibus bel*lum* quibus pacem habeamus“ cet. Videri potest *cum* praetermissum altero loco esse ob praecedentium litterarum *lum* similitudinem: sed cf. 21, 40,: „*a* quibus capta belli praemia — habetis“.

2. *quos non excedamus*: C m. 1. PM] quos ne excedamus (C m. 2. et rell. codd., nisi quod in Lov. 2. et m. 2. in Berol. *neque* scriptum est:). Cum utrumque a Livio scribi potuerit, meliorum librorum auctoritatem sequi nos oportuit. „Quos *ne* excedamus“ dictum esset ita, ut Hannibal nihil videretur nisi vetantium Romanorum mandata referre velle: „die man uns zu überschreiten verbietet“: „quos *non* excedamus“ „die wir nicht überschreiten sollten“ ita dictum est ut Hannibal eandem quidem rem significaret, sed ita ut nulla maior vis in eis verbis inesset, quo maiore gravitate ad id, quod Romani a Carthaginiensibus fieri voluissent, ea addere posset, quae agendi rationis Romanorum illustrandae et detegendae essent. — In C tamen primo scriptum erat „fluminumque quos *statuit* non excedamus“, idemque *statuit* paulo post in suo loco positum est. — Quae deinde sequuntur „*ne transieris Hiberum, ne quid rei tibi sit cum Saguntinis*“ ex Romanorum mente ab Hannibale dicta esse neminem fugerit. Ad ea Hannibal respondet, *Saguntum ad Hiberum esse* (non *trans Hiberum*): i. e. in ea Hispaniae parte situm, quae Carthaginiensium dicionis esset. „*Nusquam te vestigio moveris*“ eorundem Romanorum sunt: „du sollst dich überhaupt nicht von der Stelle bewegen“. — Pall. Harl. Hav. Berol.: „nusquam *te* uestigio mou*earis*“ (!). Lov. 2.: „nusquam *e* uestigio mou*earis*“ Lov. 3. Hafn.: „nusquam tuo uestigio mouearis“. In Lov. 4. scriptum est „nusquam *te* uestigio *moueas*“, cum librarium fugisset, coniunctivum perfecti (*mòveris*) sic poni solere, si quid maiore quadam gravitate postulandum esset. —

minos observat. "ne transieris Hiberum, ne quid rei tibi sit cum Saguntinis!„ ad Hiberum est Saguntum. "nusquum te vestigio moveris!„ parum est quod veterrimas provincias meas Siciliam ac Sardiniam adimis? etiam Hispanias? et inde cessero, in Africam transcendes. transcendes autem dico? duos consules huius anni, unum in Africam alterum in Hispaniam miserunt. nihil umquam nobis relictum est nisi quod

Cant.: „ne transieritis hiberum". Hav.: „ne quid *tibi* rei sit".

4. *Siciliam ac Sardiniam:* PC] Siciliam et Sardiniam. — P m. 1.: adimis. P m. 2. CM omnesque Drak. codd. excepto Cantabrigiensi: „adimis". Dein P: „etiam*spanias*": Italorum more, qui *storia*, *spagna* al. pro *his*toria, *his*pania, prouuntiant. M Cant. Recan.: „*etiam hispanias*": cf. 21. 23. C: „etiam hispaniā". idemque „etiam hispaniam" aut peius etiam „et in hispaniam" „hispaniam" in rell. codd. receptum est. Tum scriptum est particula *si*, quae abesse potuit, praetermissa „*et inde cessero*" in PC Cant. Rec. Hafn. Lov. 1. Quod dicendi genus cum ferri non posse videretur, m. 2. in C *si* additum est, idque „et *si* inde cessero" non modo in Harl. ceterosque recentiores codd. sed etiam in M migravit. Quae sequuntur „*transcendes autem dico*" a I. Fr. Gronovio et verissime et elegantissime restituta sunt. in P enim invenimus „inafri catranscendestranscend*isse*au temdico": et haec tria posteriora verba „transcend*isse* autem *dico*" in omnibus codd. reperta sunt, nisi quod in Lov. 5. „transcendere autem dico", in Berol. Hafn. Gärtn. „transcendisse audio" inventum esse dicitur. Quae antecedunt, „*in africam transcendes*" in M scripta sunt. in C: „in africā transcendens". in Cant.: „in africa transcendes". in rell. codd.: „in africam transcende*t*". „Ist es noch nicht genug, dass du mir meine Provinzen, die ich seit so langer Zeit besessen habe, Sicilien und Sardinien, wegnimmst? Auch Spanien? Und werde ich von dort weichen, so wirst du nach Africa hinübergehen. Was sage ich aber? du *wirst* hinübergehen?" u. s. w.

7. *nihil umquam nobis relictum est nisi quod armis uindicaremus:* PCM Cant. Voss. Gärtn.] nihil usquam nobis relictum est nisi quod armis vindicarimus. — Non videtur I. Fr. Gronovius, cum pro *vindicaremus*, quae omnium codd. scriptura est, *vindicarimus* positum vellet,

armis vindicaremus. illis timidis et ignavis esse licet, qui respectum habent, quod sua terra suus ager per tuta ac pacata itinera fugientes accipient: vobis necesse est fortibus viris esse et omnibus inter victoriam mortemve certa despe-
5 ratione abruptis aut vincere aut, si fortuna dubitabit, in proelio potius quam in fuga mortem oppetere. si hoc bene

intellexisse, quid inter has duas formas interesset. nec tamen difficile est videre, imperfectum huic loco aptissimum esse, quippe quo Romanorum gerendae reipublicae consilium, ne quid umquam hostibus concederetur nisi quod arma Romana obtinere non possent, exprimeretur. *Vindicarimus* igitur significaret „nichts hat man uns gelassen, als was wir mit den Waffen zu behaupten gewusst“: *vindicaremus* „nie hat man uns etwas gelassen, als was wir uns durch keine Gewalt *würden* entreissen lassen“. hinc etiam sequitur, *usquam*, quod recentiorum codd. librariis probatum est, magis convenire verbo *vindicarimus*, *umquam* accommodatius esse verbo *vindicaremus*.

1. *illis timidis et ignauis esse licet:* PC] illis timidis et ignavis licet esse. — Unus Haverc.: „illis timid*os* et ignau*os* esse *licet*“. — Quae sequuntur „*qui respectum habent*“ recte I. Fr. Gron. interpretatur verbis „qui habent quo respiciant“: laudatque Cic. Philipp. orr. 5, 18. 49. 11, 11. 26. — In P scriptum est „hab*et*“.
2. *quod sua terra suus ager — fugientes accipient:* PCM] quos suus ager sua terra — fugientes accipient (ed. Frob. 1531). — Voss. Hav. Lovell. 2. 3. Gärtn.: „quod suus ager sua terra“ cet. nec dubito quin etiam in multis aliis recc. codd. *quod* scriptum fuerit. *Quos* scribendum videbatur, quod anaphoram quandam in his verbis inesse oportere putabant: sed „*quod* — accipient“ causam proxime antecedentium verborum affert: „weil ihre Heimath, ihr eigener Grund und Boden sie aufnehmen wird“. hoc pacto iungi etiam potuit „accip*ient*“ cum „hab*ent*“. — Berol.: „quod suum agrum suam terram — fugientes accipient“. — Medio loco littera *u* cum *o* permutata scriptum in C m. 1. et in PM est „per tota ac pacata“ C m. 2.: „p tot pacata“. — Paulo post P m. 1.: „sifortunaadubitabit“: sed m. 2. alterum *a* induxit. C: „quam in fuga*m*“.
6. *si hoc bene fixum omnibus destinatum in animo est:*

fixum omnibus destinatum in animo est, iterum dicam, vicistis: nullum enim telum ad vincendum homini ab dis immortalibus acrius datum est".

C m. 1. PM Voss. Lovell. 1. 2.] si hoc bene fixum omnibus destinatumque cet. (C m. 2.). — Berol. m. 1. Hav.: „si hoc bene fixum omnibus *ac* destinatum" cet. Lovell. 4. 5.: „si destinatum omnibus hoc si bene fixum in animo est" (!).

2. *nullum enim telum ad uincendum homini ab dis immortalibus acrius datum est*] nullum contemptum ad vincendum homini ab diis immortalibus acrius datum est. — „Nullum contemptum ad uincendum" cet. scriptum in PM Cant. Harl. Voss. Lov. 1. Hav. Berol. est. in C: „nullum contemtum ad uicendum" cet. in Pall. 1. 3.: „nullum contemt*u* ad uincendum homin*em* a diis immortalibus acrius datum est". in rell. Drak. codd.: „nullum conceptum ad uincendum". in Lov. 3. etiam „nullum compensum". Cum harum scripturarum nulla hominibus doctis accommodata huius loci rationi videri posset, in prima edit. Romana scribi iusserunt „nullum *contemtu* ad uincendum homini a diis immortalibus acrius *telum* datum est". sed cum ne id quidem a Livio profectum videretur, quippe qui nihil magis fugiendum esse diceret quam eius generis superbiam, et qui in hac ipsa modo oratione Hannibalem dicere voluisset, saepe etiam ab contempto hoste cruentum certamen edi: Laur. Valla nihil in antiqua scriptura mutandum esse docuit nisi ut pro *contemptum* poneretur *incitamentum*, I. Fr. Gron. pro eodem *momentum*. Nec tamen Graevium fugit, vix fieri potuisse ut cum voce *momentum* iungeretur adiectivum *acre:* quare Jac. Gronovius „nullum *eo telum* ad vincendum homini ab diis immortalibus acrius datum est" scribendum esse coniecit: Conr. Heusingerus „nullum *vitae* contemt*u* ad vincendum homini *telum* ab diis imm. acrius datum est". Aptissimum huic loco esse nomen *telum* vix quisquam negaverit, quippe quo Livius in simili sensu exprimendo saepe usus sit: (ex. gr. 3, 55.: „qua lege tribuniciis rogationibus *telum acerrimum datum est*". 3, 69.: „telum acerrimum adversus patres". 4, 28.: „virtute pares, necessitate, quae ultimum ac maximum telum est, superiores estis". 5, 29. 6, 35. 9, 37.): sed non omnibus nec Gronovianum *eo* nec Heusingerianam coniecturam probatum iri puto, nec multum a vero

XLV. Iis adhortationibus cum utrimque ad certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum iungunt tutandique pontis causa castellum insuper inponunt, Poenus hostibus opere occupatis Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos sociorum populi Romani agros mittit, Gallis parci quam maxime iubet principumque animos ad defectionem sollicitari. ponte

aberrasse mihi videor, si h. l. „nullum *enim telum*“ a Livio scriptum esse contenderim: „denn kein wirksameres Hülfsmittel zum Siege ist dem Menschen von den unsterblichen Göttern verliehen worden“. nam ex „nullumenītelum“ facile fieri potuisse „nullumentetum“ et ex eo „nullumcnītētum“ i. e. „nullum contemtum“ veri simile videtur, praesertim cum his potissimum locis vel a Puteani librario saepe ita erratum sit ut iustis verbis quaedam adicerentur quae a Livio scripta esse non possint, ut in seq. cap. „cum *inspectare* certamen cerneret“ pro *instare*. — *Ab dis* scriptum est in P, *ab diis* in CM Cant. Harl. Lov. 1., *a diis* in rell. codd.

3. *tutandique pontis causa castellum insuper inponunt:* PCM Cant.: „und werfen um die Brücke zu decken noch eine Schanze daneben auf“. In rell. codd. scriptum est „castellum superimponunt“. cf. 21, 1.: stipendio etiam insuper inposito. Lipsius suum cod. scriptum secutus *causa* omitti voluit. — Paulo ante in P invenimus „*hiisadhortationibuscumutrimque*“ cet. in C „his adhortationibus cum utrimque“. Dein M m. 1. PC Harl. Lov. 4.: „pon*tem* ticinum iungunt“. Lov. 1.: „ticinum pontem iungunt“.

4. *hostibus opere occupatis:* PCM] opere occupatis hostibus (rell. codd.). In hoc dicendi genere praepositionem *in* a Livio praetermitti solere notum est: sed 42, 29. in Laurish. codice scriptum est „occupatis Romanis *in* Macedonico bello“. — P: equitibus quing*e*tis. — PC (et plerique codd.): „ad depopulandos sociorum pr. agros“. Lov. 4.: „ad populandos sociorum romanorum agros“. Berol.: „populi romani sociorum“.

7. *principumque animos ad defectionem sollicitari:* PCM] principumque animos sollicitari ad defectionem (rell. codd., in quibus omnibus etiam „sollicitar*e*“ scriptum est:). Cf. 34, 37.: „prope una voce omnes nihil respond*eri* et bellum geri iusserunt“ (cod. Bamb.): non „respon-

perfecto traductus Romanus exercitus in agrum Insubrium quinque milia passuum a Vico Tumulis consedit. ibi Hannibal castra habebat, revocatoque propere Maharbali atque equitibus, cum instare certamen cerneret, nihil umquam satis dictum praemonitumque ad cohortandos milites ratus, vocatis ad contionem certa praemia pronuntiat, in quorum spem pugnarent: agrum sese daturum esse in Italia Africa Hispania, ubi quisque velit, inmunem ipsi qui accepisset liberisque: qui pecuniam quam agrum maluisset, ei se argento

dere". at 10, 9.: „vocare tribus extemplo populus iubebat": al.

2. *quinque milia passum a uico tumulis consedit:* C m. 1. P al.] quinque millia passuum a Victumviis consedit (Phil. Rubenii coniect.). — Genitivos plur. quartae declin. antiquioribus codd. testibus in *um* contrahi solitos esse notum videtur: cf. 5, 26.: mille fere passum. al. — „*A uico tumulis*" scriptum quoque in M Cant. Harl. Hav. Lovell. 3. 5. Hafn. Gärtn. Rec. est: idemque videtur locus esse in agro Vercellensi, cuius Strabo 5, 1. 12. mentionem facit: κώμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτουμουλῶν κ. τ. λ. Plinius 33, 4. 21.: „lctimulorum aurifodinae". *Victumviae*, quas L. 21, 57. commemorat, ad Placentiam et ad dextram Padi ripam sitae videntur fuisse. — C m. 2.: „a uico tumulo". Lov. 1.: „a uico tumulus". Lov. 4.: „a uico tumul". Ben.: „a uico' consedit".

3. *Maharbali:* P] Maharbale. Cf. 30, 28.: „cum Hannibali". C: „maarbali". — P: *sd*que. — „*Ibi*" cum in C praetermissum esset, m. 2. „hannibal *ubi* castra habebat" scribi voluit. — PM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. Hafn. Hav. Berol.: „cum inspectare certamen cerneret". C m. 1.: „cū inspectare certhaīn cerneret". m. 2.: „instare certaī". — PC (rell.): „umquam". Berol.: „usquam". — Berol.: „ad hortandos milites". — P: „adcontionem": qua littera *t* haec vox in P semper scripta est. C: „ad concionem". PC (Harl. Voss. Lov. 4. Gärtn.): „certa praemia praenuntiat": (cf. 2, 20. sub fin. al.). Pal. 3.: „proponit".

9. *qui pecuniam quam agrum maluisset ei se argento satisfacturum:* P. — C: „peccuniā". C: „maluissent ei se" cet. m. 2.: „eis se". — Paulo post P: „quidomosrediere mallent". — P: „mutatase cumfortunamesseuellet". Mutatam *secum* fortunam = cuius fortunam *cum* sua fortuna mu-

satisfacturum: qui sociorum cives Carthaginienses fieri vellent, potestatem facturum: qui domos redire mallent, daturum se operam ne cuius suorum popularium mutatam secum fortunam esse vellent: servis quoque dominos prosecutis libertatem proponit binaque pro his mancipia dominis se redditurum. eaque ut rata scirent fore, agnum laeva manu dextera silicem retinens, si falleret, Iovem ceterosque precatus deos, ita se mactarent quem ad modum ipse agnum mactasset, et secundum precationem caput pecudis saxo elisit. tum vero omnes velut diis auctoribus in spem suam

tatam vellent. cf. 22, 29.: castra cum Fabio iungamus. — P: „seruisquodquedominopro secutis". C: et „uellet" et „domino". C m. 2.: „dominos". — Codd. Sigon. et Recan.: „libertatem promittit".

9. *et secundum precationem:* PCM Cant. Harl. omnesque prope Drak. codd.] secundum precationem (ed. Frob. 1531). — Cum illud *et* ex ultima syllaba proxime praecedentis verbi *mactasset* male repetitum videretur, aptissimeque perf. participium verbi depon. *precatus* cum *elisit* iungeretur, posteris omnibus Frobeniana coniectura probata est. sed quamquam eo pacto ab imprudentibus librariis saepe erratum est, tamen tum demum illo artis criticae praecepto utendum erit, cum id, quod antiquissimis codd. traditum est, nulla ratione ferri possit. hoc vero loco *precatus* ut permultis aliis Livianis locis pro „precatus *est*" (quod in Berol. cod. receptum est) scriptum videtur: nec sine causa *et* positum esse, etiam verba „*secundum precationem*", quae abesse poterant, ostendunt. cf. simillimus locus 4, 1.: „tum Canuleius pauca in senatu *vociferatus*, —: *et* confestim ad contionem *advocavit*". — Paulo ante C „dextra". — PC: „praecatus deos": „er rief die Götter an". Et *deos precari* et *ab diis aliquid precari* (ex. gr. 35, 31.) non modo a Livio sed ab optimo quoque scriptore dictum esse notum est: non vero eodem sensu scriptum est *ad aliquem precari*, id quod nonnulli 38, 43. sibi videbantur invenisse: illo enim loco verba *ad quos precentur* referenda sunt ad *parietes postesque*, qui deorum signis nudati Ambraciensibus relicti erant.

10. *tum uero omnes uelut diis auctoribus in spem suam quisque acceptis* cet.: codd. (nisi quod in Lov. 5. „omni-

quisque acceptis, id morae quod non dum pugnarent ad potienda sperata rati, proelium uno animo et voce una poscunt.

XLVI. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat super cetera recentibus etiam territos prodigiis: nam et lupus intraverat castra laniatisque obviis ipse intactus evaserat, et examen apum in arbore praetorio inminente consederat. quibus procuratis Scipio cum equitatu iaculatoribusque expeditis profectus ad castra hostium ex propinquo

bus" et in Lov. 3. „actoribus" inventum est:): i. e. „*velut deos auctores in spem suam quisque accepissent*": proque ea, quasi verba *in spem suam quisque* seiuncta ab reliquis haberi possent, liberiore dicendi genere „*diis auctoribus acceptis*": „wie wenn die Götter jetzt die Bürgschaft übernommen hätten, dass jedem seine Wünsche erfüllt werden sollten". Nam nec pro *cuiusque* nec pro *cuique* librariorum errore *quisque* positum videri posse vel *suam* ostendit, haud raro vero absolute *quisque* a Livio iunctum esse aut ut h. l. cum ablativis absol. aut cum ablativis gerundiorum aut cum accus. c. infin. loci ad 4, 31. collati „tendendo ad sua quisque consilia" persuaserint. cf. Frid. Kritzius ad Sall. Jugurth. 18, 2.: „exercitus — amisso duce ac passim multis sibi *quisque* imperium petentibus brevi dilabitur". — P: „adpotiendaesperata". — PC (rell.): „proelium *uno* animo et voce *una* poscunt". Minus eleganter Harl. Gärtn.: „*una* animo et *una* voce poscunt".

3. *aput Romanos:* PC. — P: „hautquam*quam*". C: „hautquaquā". — *Super cetera* = „praeter cetera, quae non modo milites sed etiam imperatorem romanum terrerent". — Lov. 2.: „*et* examen". at in PCM et in Drak. codd. excidit *et* aut propter praecedentem syllabam *at* aut propter sequentem syll. *ex:* non enim h. l. eam particulam deesse posse verba „*et* lupus" docent. — PC rell.: „*in arbore praetorio imminente:*" „hatte sich auf einem Baume, dessen Zweige sich über das Feldherrnzelt breiteten, niedergelassen". P m. 1.: „*co*sederat". sed eadem m. antiqua *n* adiectum videtur. — Paulo ante Berol.: „laceratisque obuiis".

8. *ad castra hostium ex propinquo copiasque — speculandas:* ex coni. I. Fr. Gron.] ad castra hostium exque propinquo copias — speculandas (ex coni. L. Vallae). — PCM Harl. Pal. 1. Voss. Gärtn. Lo-

copiasque, quantae et cuius generis essent, speculandas, obvius fit Hannibali et ipsi cum equitibus ad exploranda circa loca progresso. neutri alteros primo cernebant, densior deinde incessu tot hominum equorumque oriens pulvis signum propinquantium hostium fuit. consistit utrumque

vell. 3. 4. al.: „ad castra hostium ex *quo* propinquo *copias* quantae et cuius generis essent speculandas". Pal. 3. Hav. Berol. Recan. Lov. 5.: „ex *loco* propinquo". Altera manu inductum in C est *quo*, idemque abest ab Pal. 2. Muretus „exque loco propinquo" scribi voluit: sed nec *ex quo*, utpote quod significaret „*seitdem*", h. l. probari posse, et „*ex propinquo*" „in der Nähe" apud omnes bonos scriptores inveniri notum est. Secutus eram in minore edit. Vallanam coniecturam, quod non videram, quo mendo illud *quo* in antiquos codd. migrare potuisset: quamquam me non fugerat, ex illa emendatione verba *ex propinquo* parum recte ad *copias* tantum *speculandas* referri, cum ea non minus ad *castra* pertinerent. at iam mihi persuasi, recte vidisse librarium alterum codicis C, prius *quo* delendum esse, quippe quod nisi ex ultima syllaba sequentis vocis „*propinquo*" mendoque antiquioris cuiusdam librarii in hunc priorem locum venire non potuisset. Particulam *q.* vero ante *quantae* facillime excidere potuisse nemo negaverit. Gronoviana igitur emendatione omnem huius loci difficultatem sublatam esse manifestum videtur. — Hav.: „obuius fuit". — Deinde scriptum in C est „ad exploranda circa loca pegresso" i. e. „proegresso": sine dubio quod librarius in aliis codd. *progresso*, in aliis *egresso* invenerat. — Paulo post scriptum est in C m. 1. et in P „densor", *m.* 2. in C „dens*i*or". — P: „totho minumequorum*m*oriens*s*pul*s*is signum" cet. m. 2.: „puluis". C m. 1.: „equorum oriens puluis". m. 2.: „equorumq;". Cf. 7, 33.: quacum*que*. — Harl. Lovell. 1. 4.: „neutri alteros primo*s*" cet. Berol.: „tot hominum incessu equorumque".

5. *consistit utrumque agmen:* P] constitit cet. (rell. codd.). Melius ita a praesenti ad imperfectum pergi, cum id, quod priore loco traditur, subito, alterum minus rapido progressu factum sit, descriptarum rerum rationes docent. — C m. 1. P: „*et* proelium sese expediebant" omissa particula *ad*, ut dubium videri possit an in antiquiore libro

agmen et ad proelium sese expediebant: Scipio iaculatores et Gallos equites in fronte locat, Romanos sociorumque quod roboris fuit in subsidiis: Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat. vix dum clamore sublato iaculatores fugerunt inter subsidia ad secundam aciem: inde equitum certamen erat aliquam diu anceps: dein, quia turbabant equos pedites intermixti, multis labentibus ex equis aut desilientibus ubi suos premi circumventos vidissent, iam magna ex parte ad pedes pugna iverat, donec Numidae, qui

proelio fuerit. altera tamen m. in C *ad* adiecit (cf. 5, 49. al.). — Paulo post Lov. 1.: „sociorum*que* roboris" omisso pronomine *quod*. — P: *an*nibal.

5. *fugerunt inter subsidia ad secundam aciem:* codd. (nisi quod in C „fuerunt" invenimus:). Cum secunda acies ipsa illa subsidia fuerint, haec verba significare necesse est, fugisse iaculatores ad secundam aciem ut ibi reciperentur intervallis, quae in romana acie *inter* manipulos turmasve aliquantum inter se distantes esse solebant. Verba *inter subsidia* cum in Cantabrigiensi excidissent, Iac. Gron. supervacanea habet. — PC: „inde equitum certamen erat aliquan*diu* anceps": „jetzt begann der Kampf unter den Reitern, der ziemlich lange unentschieden blieb". Sic quoque Polyb. 3, 65. 8. — Quamquam h. l. „aliqua*n*diu" in PC scriptum est, tamen in antiquioribus libris semper fere *aliquamdiu* inveniri notum videtur.

6. *dein quia turbabant equos pedites intermixti:* PCM Cant. — Multi recc. codd.: „dein*de*". Lov. 1.: „tur*bant*". Lovell. 4. 5.: „intermixti pedites". — P: „pr*ae*mi". C m. 2.: „circumnentos*que* uidissent". Hav.: „premi suos circumuentos".

9. *ad pedes pugna iverat:* ex coni. l. Fr. Gron.] ad pedes pugna venerat (ex eiusdem coni.). — P m. 1.: „iamma gnaexparte*ad des*pugnaiuerat" omissa syllaba *pe* ante *des*. Quod cum alter huius codicis P librarius expedire non posset, ipse scripsit „iam magna ex parte *anceps* pugna iuerat". hinc factum est ut in rell. omnes codd. deinceps migraret „*anceps pugna erat*". — P (MGärtn.): „circumuecti paulum ab tergo se ostenderunt". C: „circumu*e*nti paulum". — Dein PC: „*his* pauor". P: „pubescentis *fili*". C: „filii". Tum vero non modo in omnibus prope Drak. codd. sed etiam in PC scriptum est „*pulsatum*" pro „*pro*pulsatum".

in cornibus erant, circumvecti paulum ab tergo se ostenderunt. is pavor perculit Romanos, auxitque pavorem consulis vulnus periculumque intercursu tum primum pubescentis fili propulsatum. hic erat iuvenis penes quem perfecti

4. *hic erat iuuenis:* C al.] hic erit iuvenis (PM Cant. prob. I. Fr. Gronovio:). — Vix iam dubitem contendere, h. l. a Livio *erit* scribi non potuisse: nisi quis dixerit, metathesin quandam temporum in his verbis inesse, ut, cum scribendum fuisset „hic *est* iuvenis, penes quem perfecti belli laus *erit*", mutato Livius ordine posuerit „hic *erit* iuvenis, penes quem laus *est*", quod fieri potuisse persuadere mihi non possum. dici quidem potest, cum Florus 2, 6. in eadem re tradenda eodem futuro usus sit, dubitari non posse quin ille Livianum locum imitari voluerit: „saucius etiam ipse venisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem praetextatus ad modum filius ab ipsa morte rapuisset: hic *erit* Scipio, qui in exitium Africae crescit, nomen ex malis eius habiturus": sed quod Flori scribendi generi convenerit, id non Livio imputandum erit: ut, si vere alter ex altero locus factus est, equidem mihi magis persuadeam, imperitum quendam hominem quod apud Florum sibi visus esset eleganter dictum invenisse, idem in simillimo loco etiam Livio impertire voluisse. nam illos duos Livianos locos, in quibus idem dicendi genus reperisse volunt, 7, 1.: „annus hic *erit insignis* novi hominis consulatu", et 21, 54.: „hic *erit* locus quem teneas", prorsus alius generis esse, vix negari poterit. sin autem non de industria sed librariorum errore in antiquioribus Livianis libris „hic *erit* iuuenis" scriptum est, idem h. l. mendum factum esse oportet, quod in eodem Put. et in simili re 24, 43. factum videmus, ut, cum scribendum esset „aedilis Tuditanus *hic erat*, qui ad Cannas — per medios hostes evasit", id quod alterum codicis C librarium non fugit, librarius antiquior scriberet „*hic erit*", quae prava scriptura deinceps in ceteros codd. translata est. cf. quoque 44, 44.: „Consulem — cura de minore filio stimulabat. *P. Scipio is erat*, Africanus et ipse post ea deleta Carthagine appellatus" cet. — P m. 2. C: „paenes quem". P m. 1.: „aenesquem". — PCM Cant.: „de hannibale poenisque". Harl. Lovell. 4. 5.: „de hannibale et poenis". Rell. codd.: „de

huiusce belli laus est, Africanus ob egregiam victoriam de Hannibale Poenisque appellatus. fuga tamen effusa iaculatorum maxume fuit, quos primos Numidae invaserunt: alius confertus equitatus consulem in medium acceptum non armis modo sed etiam corporibus suis protegens in castra nusquam trepide neque effuse cedendo reduxit. servati consulis decus Coelius ad servum natione Ligurem delegat: malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores et fama obtinuit.

XLVII. Hoc primum cum Hannibale proelium fuit, quo facile apparuit et equitatu meliorem Poenum esse et ob id campos patentis, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non esse. itaque proxima nocte iussis militibus vasa silentio colligere castra ab Ticino mota festinatumque ad Padum est, ut ratibus, quibus iunxerat flumen, non dum resolutis sine tumultu atque insectatione hostis copias traiceret. prius Placentiam pervenere quam sa-

hannibale et de poenis". Berol. etiam: „de hannibale aut de poenis".

2. *fuga tamen effusa iaculatorum maxume fuit:* PC (rell.). — Lov. 1.: „fuga tamen effusa *et* iaculatorum". Lovell. 4. 5.: „fuga tum effusa iac."

6. *cedendo reduxit* (codd.): i. e. *cum* nusquam trepide neque effuse *cederent*, consulem in medium acceptum hostium manibus eripere tutumque in castra reducere potuerunt. cf. tamen ad *cedendo* 3, 10.: „inter alia prodigia et carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium *intercolitando* rapuisse fertur".

9. *et fama obtinuit:* M m. 2. Cant. Lov. 4. Berol. In PC (et m. 1. in M et in Lov. 1. Pall. 1. 3.) scriptum est „auctore*s sed* fama optinuit". Lov. 5. Gärtn.: „sed et fama". *Fama* aut pro ablativo haberi posse („es hat sich durch die Sage erhalten") aut pro nominativo („fama pro vero obtinuit"), quem ad modum Livius „*fama tenet*" scribere solebat, manifestum videtur.

13. *campos patentis:* PC. — Paulo ante C m. 1. M m. 1. P Cant. Lov. 1. Gärtn.: „quo*d* facile". C m. 2. M m. 2.: „*quo*". In M excidit *apparuit*. — Dein P „alpesquae". — P m. 1.: „abticini*s*omota" m. 2.: „ticino". — C m. 1.: „quibus iuxerat flumen". m. 2.: „iu*n*xerat". — P: „a*d*queinsectatione".

tis sciret Hannibal ab Ticino profectos: tamen ad sexcentos moratorum in citeriore ripa Padi segniter ratem solventes cepit. transire pontem non potuit, ut extrema resoluta erant,

1. *ad dc moratorum* l. Fr. Gronovius restituit Polybium secutus, qui 3, 66. 4. ita: καταλαβὼν δὲ — τοὺς φυλάττοντας τὴν ἐφύραν ἔτι περὶ τὸν ποταμὸν ὑπολειπομένους, τούτων μὲν ἐγκρατὴς ἐγένετο σχεδὸν ἑξακοσίων ὄντων τὸν ἀριθμόν. In PM Harl. al. scriptum est librariorum mendo, quo iam 3, 62. vidimus in antiquis libris interdum *ac* pro *dc* positum esse, cui h. l. litterae *h* et *e* addendae videbantur, ut iusta, quam *ad* postularet, vox fieret: „tamen ad *haec* moratorum". in C m. 1.: „tamen ad *hec* moraturū". m. 2.: „tamen haud moratus". Voss.: „ad haec moraturum". Lov. 1.: „adhuc moratorum": fortasse quod librarius sibi persuasit *ad haec* significare h. l. idem quod „ad id tempus". Hafn.: „adhuc moratorum quosdam". Lov. 5. Gärtn.: „adhuc morantibus". hinc Berol.: „adhuc morantibus quibusdam — segniter ratem soluentibus coepit transire, non potitus ponte quia extrema" cet. similique prava ratione Hav., nisi quod is „segniterque" et „non potitus pontemque extrema". — Tum P m. 1.: „inciteriorera *po*disegniter'ratemsoluentesce pit" altera syllaba *pa* praetermissa, dein litteris *a* et *di* inductis m. 2.: „inciteriore ripa segniter'ratem" cet. idemque fere in C scriptum vidimus „in citeriore ripa segniter ratem solluentes coepit": nec dubitamus quin in omnibus melioribus codd. *padi* praetermissum sit. Hav.: „in citeriori ripa".

3. *transire pontem non potuit:* PCM] transire non potuit pontem (rell. codd.). — Sequentia verba significare „*cum tota ratis extremis partibus resolutis in aquam lapsa secundo ferretur flumine*" vix dubium videretur, nisi in PC *labentem* pro *labente* scriptum esset, tamquam si id participium non ad *rate* sed ad *pontem* referendum esset. at quamquam *ponte* a Livio videri potest aliquid aliud significatum esse quam *rate*, quod ille pons effici non potuisset, nisi tabulae ratibus superinstratae fuissent, ut verbis „tota rate in secundam aquam labentem" is sensus exprimeretur „indem dieselbe mit dem ganzen Flössholz stromabwärts getrieben ward, nachdem die Seile, womit sie an beiden Enden am Ufer befestigt worden, gelöst waren": tamen h. l. *labentem*, ut sexcentis similibus locis, librariorum

ota rate in secundam aquam labente. Coelius auctor est lagonem cum equitatu et Hispanis peditibus flumen extem lo transnasse, ipsum Hannibalem per superiora Padi vada xercitum traduxisse elephantis in ordinem ad sustinendum npetum fluminis oppositis. ea peritis amnis eius vix fidem

errore pro *labente* scriptum esse putarim, quod intelligi non potest, cur Hannibal pontem, si eum illo pacto ratibus inter se non dissolutis secunda aqua latum vidisset, sustineri noluisset ut eo ad traiciendum uteretur, praesertim cum eo tempore ad flumen venisse diceretur ut etiam milites ratem solventes deprehendere posset. videtur igitur Livius dicere voluisse, rates omnes, quibus flumen a consule iunctum fuisset, ita solutas esse ut lignorum arborumque collectio vix fieri posse videretur. hunc sensum verborum „tota rate in secundam aquam labente“ („da Alles was zu den Flössen gehörte stromabwärts getrieben ward“) neminem fugerit. quod vero Livius non praeteriti sed praesentis participio (*labente*) usus est, quamquam illud et loci ratio postulabat et verba *ut resoluta erant*, id eadem dicendi libertate factum videtur, qua nonnumquam praesentis indicativum pro praeterito positum et coniunctivum imperfecti pro plusquamperfecto cum coniunctionibus quibusdam iunctum legimus. — Lov. 5. Gärtn.: „ut extrema resoluta *erat*“. Cod. Sigon.: „quod extrema“. Pal. 3. Hafn.: „quia extrema“.

3. *transnasse* in CM Cant. scriptum est, quamvis codicis P librarius, qui „tra*m*nasse“ scripserit, *tranasse* scribi voluisse videatur. Manus altera tamen in P *s* supra *m* posuit. Lov. 4.: „*tra*natasse“. Cf. 21, 20.: *tra*misisse. — Deinde P „ipsum *a*nnibalem“. — PCM al.: „*tra*duxisse“. Lov. 4. Gärtn.: „transduxisse“. Paulo post PCM „*tra*uexerint“. — *Elephantis in ordinem oppositis:* „wobei die E. wie in einer Linie hintereinander gehalten wurden um die Gewalt des Stromes zu brechen“.

5. *ea peritis amnis eius uix fidem fecerint:* P: „dies möchte bei denen, welche die Natur dieses Stromes kennen, wohl kaum Glauben finden“. C m. 1.: „ea peritis — fecer*it*“. m. 2.: „*sed* peritis — fecerit“: quasi non *ea* sed *Coelius* subiectum eius verbi esset. — Dein PCM rell.: „*namque equites*“ omissa syllaba *ne:* praeter codd. Lov. 4. Hav. Berol., in quibus particula *nam* praetermissa „*neque equites*“

fecerint, nam neque equites armis equisque salvis tantam vim fluminis superasse veri simile est, ut iam Hispanos omnis inflati travexerint utres, et multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerint, qua exercitus gravis inpedimentis traduci posset: potiores apud me auctores sunt, qui biduo vix locum rate iungendo flumini inventum tradunt, ea cum Magone equites Hispanorum expeditos praemissos, dum Hannibal, circa flumen legationibus Gallorum audiendis mo-

scriptum est. — C: uim flumunis. — PC: „ut iam hispanos omnis inflati trauexerint utres *sed* multorum dierum circuitu padi nada petenda fuerint“: „wenn immerhin auch sämmtliche Spanier auf ihren aufgeblasenen Schläuchen hinübergeschwommen sein möchten“ u. s. w. *Sed* pro *et* scriptum quoque in Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Rec. Gärtn. Berol. est, sine dubio eodem mendo quo in fine proximi cap. „*sed* fama obtinuit“ pro *et* praecedente littera *s* scriptum vidimus. In recc. quibusdam codd., ut in Lovell. 2. 4., scriptum esse fertur „petenda fuerunt“. „*Et* multorum“ cet. referendum esse ad *nam neque* neminem fefellerit: et coniunctivus „*petenda fuerint*“ („und eine Fahrt durch den Po möchte sich nur nach einem Umwege von vielen Tagen haben auffinden lassen“) positus est sic ut 21, 38. „deduxerint“ et „norint“, sensus autem, quem hoc coniunctivo scriptor voluit significari, priore loco verbis „*veri simile non est*“ exprimitur. — Ad „*qua* („wo“) — traduci posset“ paulo post ad „*ea* — praemissos“ cf. 30, 10.: *intervalla* —, *qua* procurrere speculatoriae naves in hostem — possent. 7, 33.: illa omnia, qua cet.

5. *potiores:* C m. 2. — C m. 1. P omnesque prope Drak. codd.: „*posteriores*“: quo mendo nihil frequentius est. — P: aputme. — C: „qui ibiduo uix“ cet. litteris *duo* inductis m. 2.: „qui ibi uix“. — PCM Harl. Lovell. 3. 4. Hafn.: „rat*em* iungendo flumini“. Voss. Lov. 1.: „ratem iungenda flumini“. Gärtn.: „rate iungendo flumen“.

8. *circa flumen:* PCM rell.: „in der Nähe des Flusses“. — Ed. Mogunt.: „*citra* flumen“, ut paulo ante „in *citeriore* ripa“, non secundum Polybium, qui 3, 66. 6. scribit: αὐτὸς δὲ (Ἀννίβας) διαβὰς εὐθέως ἐχρημάτιζε τοῖς παραγεγονόσι πρεσβευταῖς ἀπὸ τῶν σύνεγγυς τόπων. — Lovell. 4. 5.: „gallorum legationibus audiendis“.

atus, traicit gravius peditum agmen, interim Mago equitesque ab transitu fluminis die unius itinere Placentiam ad hostes contendunt. Hannibal paucis post diebus sex milia a Placentia castra communivit, et postero die in conspectu ostium acie derecta potestatem pugnae fecit.

XLVIII. Insequenti nocte caedes in castris Romanis, tumultu tamen quam re maior, ab auxiliaribus Gallis facta est. ad duo milia peditum et ducenti equites vigilibus ad portas trucidatis ad Hannibalem transfugiunt, quos Poenus benigne adlocutus et spe ingentium donorum accensos in civitates quemque suas ad sollicitandos popularium animos dimisit. Scipio caedem eam signum defectionis omnium Gallorum esse ratus contactosque eo scelere velut iniecta ra-

Harl. Lov. 5.: „dum — traiecit".

2. *die unius:* C m. 1. P] diei unius (C m. 2. rell.). Cf. 9, 37.: „cibaria eius die". Cf. tamen Polybius, qui l. l. eadem res paulo aliter tradiderit. — Paulo post PC al.: „*hannibal paucis post diebus sex milia a placentia castra communiuit*". Voss. Lov. 1.: „post paucis diebus". — P: „inconspectuho stiumaciemderecta". C m. 1.: „aciem decreta". m. 2.: „acie directa". M: „acie derecta". Cf. 22, 47. 21, 19.: haec derecta perenctatio. — Hafn.: in conspectum.

7. *ab auxiliaribus Gallis:* PC. — M m. 1. Hafn. Gärtn.: „ab auxiliatoribus gallis. — Tum C: „*ad duo milia peditum et ducenti equites*". P m. 1.: „adduo*gallisfacta est*adduomiliapeditumetducenti" cet. Media tamen verba, quae iam paulo ante suo loco scripta erant, m. 2. h. l. inducta sunt. — C m. 1.: poenos. C m. 2. P: poenus. — Berol.: allocutus *est* spe cet. Harl. Gärtn.: allocutus est et spe cet. — P m. 1.: accessos. m. 2.: accensos. — PCM Cant. al.: „*in ciuitates quemque suas*". Voss.: „quemque suas in ciuitates". Berol.: „quemque in suas ciuitates". Nonnumquam ita apud Livium *quisque* ante pronomen possessivum positum videmus, quo maior vis in *quisque* poneretur. ex. gr. 28, 22.: „neminem cedere atque obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit". — Berol.: „ad sollicitan*dum* popularium animo*s*". — P m. 1.: dimissis. m. 2.: dimissit.

13. *esse ratus:* PC rell. — Lov. 1.: „ratus esse". Expectari poterat „*futurum*

bie ad arma ituros, quamquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium iam in loca altiora collisque in-

esse ratus", praesertim cum *ituros* sequeretur: sed non sine causa infinitivo praesentis Livium usum esse, ubi de re acta diceretur, quam rem deinceps ea, quae solerent, secutura essent, apparet. — Lov. 4.: „contractosque eo scelere". Voss.: „contactosque eos scelere". Cf. 4, 9.: velut contacta civitate rabie duorum iuvenum. 2, 5.: (bona regia) diripienda plebi sunt data, ut contacta regia praeda spem in perpetuum cum iis pacis amitteret. Polyb. 3, 67. 5: ἦδει γὰρ ὅτι πάντες κατ' ἀνάγκην αὐτῷ κοινωνήσουσι τῶν πραγμάτων, ἐπιγνόντες τὸ γεγονὸς ἐκ τῶν σφετέρων πολιτῶν παρασπόνδημα κατὰ τῶν Ῥωμαίων. — P: „quamquamgauis". m. 2.: „grauis". C: „quāquā". — C: quarta uilia. m. 2.: uigilia. — PC: ad treuiam fluuium.

3. *iam in loca altiora collisque inpeditiores equiti castra mouet*] in loca altiora collesque cet. — P m. 1.: „iam locaaltioracolusq.impeditiores equitescastramouet". Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn.: „iam loca altiora". Pal. 3.: „iam locis impeditiores equites" cet. Persaepe ita *in* excidisse aut praecedente aut sequente littera *m* notissimum videtur, quare cum Lov. 3. „*iam in loca*" restituendum erat. Medio loco *collesque* scribendum esse verissime L. Valla perspexit: neminem enim fefellerit, *colusq.* levi mendo pro *collisq.* positum esse. at cum *colusque* nihil videretur litterarumque metathesi in eo erratum esse, alter codicis P librarius *locusque* pro eo scribi voluit: quo factum est ut omissa particula *iam* in CM Cant. Voss. migraret „*in loca altiora locusque imp.*" cet. Hinc Lov. 5. Gärtn.: „*locosque*". Iac. Gronovius tamen *lucosque* a Livio h. l. scriptum esse sibi persuasit, id quod iam in codd. Gudiano et Lov. 2. inventum erat. *Equiti* vero, quod idem Valla restituit, repertum non est nisi in recentissimis libris Lov. 5. Gärtn.: in omnibus melioribus est „*equites*" scriptum, in Hafn. „ad equites". Hav.: „et loca altiora quae impeditiora sunt poenis castra mouet". Berol. etiam: „et iam ad loca altiora quae poenis impeditiora sunt ad equites castra mouet". — Paulo post C m. 1.: „at tinium". m. 2.: „at ticinum". — P: auidita tepraede. — PCM Voss. Lovell. 1. 5. Hav.: „*deuertissent*": (i. e. deflexissent). Rell. codd.: „diuertissent".

peditiores equiti castra movet. minus quam ad Ticinum fefellit, missisque Hannibal primum Numidis deinde omni equitatu turbasset utique novissimum agmen, ni aviditate praedae in vacua Romana castra Numidae devertissent. ibi dum perscrutantes loca omnia castrorum nullo satis digno morae pretio tempus terunt, emissus hostis est de manibus, et cum iam transgressos Trebiam Romanos metantisque castra conspexissent, paucos moratorum occiderunt citra flumen interceptos. Scipio nec vexationem vulneris in via iactanti ul-

5. *nullo satis digno morae pretio:* PCM al. Quamvis haec verba ita in vernaculum sermonem verteremus „ohne irgend etwas zu finden, das einen solchen Aufenthalt einigermassen aufgewogen hätte", qua interpretatione *morae* ad *digno* referendum esset: tamen latine non minus h. l. verba *morae pretio* iungi possunt quam in prooemio aliisque locis *operae pretium*, ut *digno* absolute dictum videatur. — P: „praetio". C: „p̄cio". — Hafn.: „nullo satis digniore pretio". Berol. m. 1.: „non satis digno morae pretio". Lov. 3.: „morae digno". — PCM Cant. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav.: „emissus hostis *est* de manibus". Rell. codd.: „emissus est hostis" cet. — C: trangressos. — PC: metant*is*que. — PCM Cant. Lovell. 1. 3. 4. Sigon.: *citra flumen*. Rell. codd.: circa flumen.

9. *nec uexationem uulneris in uia iactanti ultra patiens:* PCM] nec vexationem vulneris in via iactati cet. (ex coni. Nic. Heinsii:). In rell. codd. scriptum est „iactantis", cuius scripturae causa fortasse in C inerat, in quo libro *iactanti* invenimus. Studuerunt docti homines persuadere, *vulnus iactatum* latine dici posse, ut ex multis illis locis a I. Fr. Gronovio collatis, in quibus omnibus de vulnerum iactatione diceretur, pateret. sed iidem non videntur vidisse, id, quod Heinsiana coniectura *iactati* expressum voluerunt, h. l. iam nomine *vexationem* expleri. rectissime igitur se habet optimorum codicum scriptura *in uia iactanti:* „indem er das Rütteln der Wunde auf dem unebenen (Stösse verursachenden) Wege nicht länger ertragen konnte". — PCM Cant. Harl. Voss. Lovell. 1. 3. Gärtn. Hav.: „iam enim et reuocatum": „denn schon hatte er auch gehört" u. s. w. Lovell. 4. 5.: „iam enim esse reuocatum". in rell. codd. praetermissum est *et*. — C: expetandum. —

tra patiens et collegam — iam enim et revocatum ex Sicilia audierat — ratus expectandum, locum, qui prope flumen tutissimus stativis est visus, dilectum communiit. nec procul inde Hannibal cum consedisset, quantum victoria equestri elatus, tantum anxius inopia, quae per hostium agros euntem nusquam praeparatis commeatibus maior in dies excipiebat, ad Clastidium vicum, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani, mittit. ibi cum vim pararent, spes facta proditionis, nec sane magno pretio — nummis aureis quadringentis — Dasiro Brundisino praefecto praesidi corrupto traditur Hannibali Clastidium. id horreum fuit Poenis sedentibus ad Trebiam. in captivos ex tradito praesidio, ut fama clementiae in principio rerum colligeretur, nihil saevitum est.

PCM Lov. 1. Gärtn.: „dilectum". Rell. codd.: „delectum". — PCM Berol.: „communiit". Rell. codd.: „communiuit". — Paulo post P „uictoriaequaestri". — Berol.: euntes. — Hav.: nusquam *com*paratis commeatibus. — P: maiorindiessexci piebat. — PCM al.: „*ad clastidium*". Polybiani codd. omnes 3, 69.: Κλαστάδιον. 2, 34.: Κλαστίδιον. Lov. 1.: „ad clastinum". Lov.: „ad clastium". — Ad *mittit* h. l. supplendum esse *milites* vel *partem exercitus*, vix quemquam fugerit. noluisse enim L. suppleri „*qui praesidii praefectum corrumperent*", verba sequentia „*ibi cum eim pararent*" indicant.

10. *Dasiro Brundisino praefecto praesidi:* P] Dasio Brundisino praefecto praesidii. — P m. 1.: „dasiro brundisino". M 2. littera *s* in priore nomine inducta *t* suprascripsit et ad *ro* addidit *p*, ut fieret „*datipro*". hinc factum est ut in Cant. scriberetur „dati pro brund." cet. et in C m. 1. „dati p. r. brundissino". dein C m. 2.: „dati*s* p. r." Voss. Lov. 4.: „datis pro brundusino". Harl. Hav. Berol. Lovell. 3. 5.: „datis P Brundusino". I. Fr. Gron. *Dasio* scribi voluit, quod 24, 45. „Dasius Altinius" legeretur. „Brund*i*sino" vero, non „Brund*u*sino", scribendum esse vel Laurishamensis scriptura 42, 17. docet: „— L. Rammium *Brundisinum*, qui talis indici delator erat, princeps *Brundisi* Rammius fuit". — Paulo ante scriptum erat in P „magno praetio". C: „praefecto p̄side corrupto". Dein P: „ad tribiam". C: „in princio rerū".

XLIX. Cum ad Trebiam terrestre constitisset bellum, interim circa Siciliam insulasque Italiae inminentes et a Sempronio consule et ante adventum eius terra marique res gestae. viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiae a Carthaginiensibus missae: novem Li-

2. *insulasque Italiae inminentes:* C m. 2. P rell., cum m. 1. in C „insula*m*que" fuisset. Non scripsit Livius *insulasque quae ad Italiam iacent*, cum nullas significare vellet nisi Aeolias Vulcaniasve, quae et ad Siciliam sitae essent et ad eam Siciliae partem, quae in Italiam vergeret, ut ne quis de Aegatibus insulis scribi putaret. — Inepte Lov. 3. Hafn.: „sempronio *siciliae* consule". — Paulo ante P „adtriuiam", C „ad treuiã".

5. *nouem Liparas octo ad insulam uulcani tenuerunt:* C m. 2.] novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt. — Quod supra scribi iussimus, id in PCM omnibusque prope in Pall. et Drak. codd. inventum est, nisi quod in PCM Lovell. 1. 3. Voss. Hav. „lipar*ias*" inerat, in Lovell. 4. 5. „lipparas", et in Pall. 1. 2. „ad insula*s*". Dubitarunt quidem docti homines, num hoc similibusque locis „*ad aliquid tenere*" probari posset, quod *tenere* hoc sensu saepius cum accusativo iunctum legeretur (ex. gr. 30, 39.: „classis Carales tenuit". 30, 24.: „ipse cum rostratis — Apollinis promunturium tenuit": al.): nec tamen difficile videtur intelligere, quid inter haec duo dicendi genera interfuerit, ut „*tenere aliquid*" significaret *aliquo pervenire* „einen Ort erreichen", „*tenere ad aliquid*" (scil. navem classemve) *haud procul ab aliquo loco consistere* „bei einem Orte halten oder stehen". sic supra scriptum videmus illas octo naves Carthaginiensium ad Vulcani insulam tenuisse, cum novem Liparas tenerent: et 31, 45.: „inde Cassandream petentes primo *ad* Mendam, maritimum civitatis eius vicum, *tenuere*". simili quoque modo interpretari possis id quod 1, 1. scriptum est „ab Sicilia classe (Aeneam) *ad Laurentem agrum tenuisse*", cum ad *classe* suppleri possit *profectum*, et Livius videri possit illa voce usus esse, ne quis Aeneam freto Siculo traiecto terra in Latium venisse opinaretur. equidem tamen, ut id quod sentio fatear, persuasum semper habui, h. l. Livium verbis „*classe ad Laurentem agrum tenuisse*" nihil aliud expri-

paras, octo ad insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit aestus. ad eas conspectas a Messana duodecim naves ab Hierone rege Syracusanorum missae, qui tum forte Messanae erat consulem Romanum opperiens, nullo repu-

mere voluisse quam „classe Aeneam ad Laur. agrum profectum esse" „classis cursum ad L. a. tetendisse", eumque scripsisse *tenuisse*, ut hoc verbo indicare videretur, id potissimum Aeneam in mente oculisque habuisse ut in Italiam perveniret. hac enim ratione Ovidius in Metam. l. 3, 690. videtur dixisse „*Diamque tene:* delatus in illam" (i. e. in insulam Naxon) cet. „*und halt auf Dia*": quo apud eundem 2, 79. „utque viam teneas nulloque errore traharis": 2, 140. „inter utrumque tene" pertinent. Utut res se habet, tot locorum librorumque antiquorum auctoritate prohibiti sumus praepositionem *ad* inducere. Nec lac. Gronovius eam deletam voluit, sed, ut in utroque loco idem legeretur, scribendum coniecit „novem *ad* Liparas, octo *ad* insulam Vulcani tenuerunt": quod mihi non probavit. *Liparas* enim h. l. urbem insulae Liparae esse censeo, quem accusativum eiusdem vocis 5, 28. quoque legimus: „a piratis Liparensium excepti devehuntur Liparas": eumque h. l. eo quo supra diximus sensu cum *tenere* iunctum esse. At cum in optimis codd. non *Liparas* sed „Liparias" scriptum sit, dixerit quispiam, *Liparias* h. l. non illud substantivum sed adiectivum proque usitatiore *Lipareas* positum esse: nec tamen id ei probari poterit, quem non fugerit, ex illa coniectura nihil discriminis inter insulam Vulcani, quam et ipsam ex Aeoliis fuisse constat, et ceteras Liparenses insulas relinqui. Vertimus igitur hunc locum ita in vernaculum sermonem: „von jenen zwanzig Fünfrudrern — erreichten neun Schiffe die Stadt Liparä, acht hielten sich bei der Insel des Vulcan, drei verschlug der Sturm nach der Siculischen Meerenge". hunc enim sensum in voce *aestus* h. l. inesse oportere sequentia docent. — In PCM Lovell. 1 5. Voss. Berol. scriptum est „*ad*uertit" pro *abuertit*. cf. 1, 28. al. Sic paulo post P m. 1.: „*ad*hierone". m. 2.: „*ab* hierone". — Praeterea C: „*at* eas conspectas". C: „*si*racusanorum". Berol.: „qui tunc messanae erat". P: cōs. romanumoperiens". C: „cōs. romanorum operiens nullo repente captas" cet.

nante captas naves Messanam in portum deduxerunt. comitum ex captivis, praeter viginti naves, cuius ipsi classis essent, in Italiam missas quinque et triginta alias quinqueremes Siciliam petere ad sollicitandos veteres socios: Lilybaei occupandi praecipuam curam esse: credere eadem tempestate, qua ipsi disiecti forent, eam quoque classem ad Aegatis insulas deiectam. haec sic ut audita erant rex M. Aemilio praetori, cuius Sicilia provincia erat, perscribit, mo-

4. *ad sollicitandos veteres socios:* PCM rell. — Voss.: „ad sollicitan*dum* veteres socios". — C m. 2. P: „lylibei occupandi". C m. 1.: „lybei". Cf. ex. gr. 27, 5. P: „lilybaeum". C: „lilybeum". — P: „eademtempestatem". — P m. 2.: „classemad*ega tis*insulasdeiectam". C m. 2.: „classē ad ecatis insulas" cet. P m. 1.: „classem degatis". C m. 1.: „classē decatis". Cantabr.: „classem decades". Berol.: „classem de egatis". Voss. Hav. Lov. 3.: „classem de gadis": similique mendo rell. — Drak. codd. exceptis Med. et Cantabrigiensi: „insulam deiectam". Hav. etiam „insulam deiectam *esse*". — Si cui tamen mirum videatur, quod Livius, cum Lilybaei occupandi praecipua cura fuisset, eoque illa quinque et triginta navium classis navigare videretur iussa esse, scribere potuerit, captivos credidisse, illam quoque classem *ad Aegates insulas deiectam esse*, quippe quae sitae non essent nisi ad ipsum Lilybaei promunturium: is reputet Livium dicere voluisse, classem maiorem tempestate prohibitam esse ne *ad Siciliam ipsam* adpellerent, qua tempestate qui in altera classe erant impediti fuissent ne *in Italiam* pervenirent.

7. *M. Aemilio:* PCM. In rell. codd. excidit *M:* et *prouincia* in Lov. 1. Voss. Berol. — Paulo ante P: „haecsicut *h*auditaerant". Cod. Sig.: „haec sicut nunciata erant messanae, rex aemilio praetori" cet.

8. *perscribit* scriptum non videtur nisi in recentibus quibusdam codd. — PC Pall. Harl. Voss. Lov. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „*praes*cribit": quam scripturam in minore edit. h. l. secutus esse nolim. cf. similis locus 27, 5.: „ex captivis quaestione habita haec conperta consulique Laevino omnia ordine *perscripta* (Pol.), ut sciret quo in statu Africae res essent".

— *monetque ut Lilybaeum firmo teneret praesidio:* M (?) Harl. Hav. Berol.] monetque Lilybaeum firmo tene-

netque ut Lilybaeum firmo teneret praesidio. extemplo et circa a praetore ad civitates missi legati tribunique: suos ad

ret praesidio. — PC (Oxon. N): „monetque et lylibaeum firmo tenere praesidio“. P etiam „tenerae“. Cant. Voss. Lovell. 1. 3.: „monetque et lilybaeum firmo teneret praesidio“. In Lov. 4. et Gärtn. scriptum est „monetque lilybaeum firmo tenere praesidio“: quod, nisi in melioribus libris vel *et* vel *ut* inesset, et in Cant. *teneret*, vix dubitarem pro veriore scriptura habere. infinitivus enim, qui simili ratione et paulo post positus videtur, cum *monere* eodem quo supra sensu non a poetis solum iunctus est: cf. Virg. 10, 439.: „interea soror alma monet succurrere Lauso Turnum“: quamquam me non fugit, non omnes illos locos, qui ex hoc dicendi genere ab Imm. Schellero laudati sunt, sic ut vult in melioribus codd. inventos esse: nam Ter. Andr. 3, 5. 18. non Bentleianum *monet* sed *sinit* scribendum est: et apud Livium 35, 35. non „quidquid Alexamenum res *monuisset* subiti consilii capere“ sed *mouisset* in cod. Bamberg. inest.

1. *extemplo et circa a praetore ad ciuitates missi:* ex coni. Sig.] extemplo et circa praetorem cet. (C omnesque prope Drak. codd.). — M m. 2.: „extemplo et circa *a* praetore“. M m. 1. P: „extemplo et circ*a* praetore“, cum alterum *a* excidisset eadem littera praecedente: quo factum est ut ab reliquis *circa praetorem* scriberetur. Nam quod l. Fr. Gron. haec verba ita iungi vult „legati tribunique circa praetorem“, ut illi fuissent qui circa praetorem esse eumque assectari solerent, id et propter structuram verborum et propter particulam *et* improbandum est. si *legati tribunique* non Romanorum sed Hieronis haberi possent, optime ferri posset *circa praetorem*. quod cum negandum sit, *circa* referri non potest nisi ad *civitates*, quae circa Lilybaeum sitae fuerint. *Ad ciuitates* tamen, quod sine dubio h. l. scribendum est, vix in ullo recenti codice inveneris. in PCM Harl. Voss. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Hafn. scriptum est „*a ciuitate*“. in M m. 2. „a ciuitates“. — C: extimplo.
2. *suos ad curam custodiae intenderent:* PCM omnesque prope et Pall. et Drak. codd.: nisi quod in Lov. 4. Gärtn. „incenderent“, et in Lov. 3. „ut tenderent“, in Berol. „ut intenderent“ scriptum est, quasi coniunctivus non sine illa coniunctione ad imperandi notionem, quae in

curam custodiae intenderent, ante omnia Lilybaeum teneri, ad paratum belli edicto proposito ut socii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent, et, ubi signum da-

missi inest, referri posset. Altera tamen codicis C manus voce *suos* expuncta „*qui* ad curā custodiae intenderent" scribi voluit. Ad sequentem infinitivum *teneri*, qui in omnibus codd inventus est, suppleri velim *necesse esse* vel simile quid. Livium sic ab coniunctivo ad infinitivum et contra in huius generis locis interdum transisse negari non potest, quamquam in plerisque vix dubia esse possit mutatae constructionis causa: ut 3, 32.: „placet *creari* decemviros sine provocatione *et ne quis* eo anno alius magistratus esset": in aliis, ex. gr. 33, 31. sub fin., antiquorum codd. scripturae inter se discrepant: in aliis librariorum menda latent, ut 39, 14. quo loco equidem nihil dubito quin a Livio scriptum sit „aediles pl. uiderent *ne* qua sacra in operto fierent": non enim video, cur non hoc loco idem a librariis mendum factum esse possit, quod vel in antiquissimis codd. sexcenties factum deprehendimus.

2. *ad paratum belli*] ad apparatum belli. — Non dubito quin Livius h. l. non *ad adparatum* sed *ad paratum* aeque ac 10, 41. scripserit: et ut ita iudicem id inprimis facit, quod in antiquioribus nostris libris h. l. non „*ad*paratum", quem ad modum in eis scribi solebat, sed „teneri *ap*paratum belli" scriptum legitur, quo mendo hoc eodem loco in P etiam „*an*naues" pro „*ad* naues" positum est. Idem „apparatum belli" in omnibus prope Drak. codd. repertum esse dicitur. M m. 2.: „apparatu belli". C m. 2.: „apparatus belli". — Dein PCM Cant. Harl. Lov. 1.: „coacta" pro *cocta*. PC etiam „ciuaria": C m. 2.: „cibaria".

3. *et ubi signum datum esset ne* cet.: PCM omnesque prope Drak. codd.] ubi signum cet. Cf. 3, 32.: „*et ne* quis — esset". — Pall. 1. 3. Harl. Voss. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Hav.: „ne *quid* moram conscendendi faceret": quam scripturam quo iure Sigonius veriorem habere potuerit, equidem non video. *Ne quis* rectissime in PCM Cant. scriptum est. Lov. 3.: „ne *qui*". — Ad sequentia verba „*perque omnem oram*" supplendum esse putem *ut essent*: „und dass man längs der ganzen Küste hin von den Wachtthürmen aus auf die Annäherung der feindlichen Flotte Acht geben sollte". Non tamen repugnarim, si

...eris esset ex. gr. 6, 40.: „quae magistratus ille dicet, secundis auribus, quae ab nostrum *quo* dicentur, adversis accipietis". Tan. Faber *quidam* pro *qui* scribendum esse coniecit: I. Fr. Gron. aut *qui* deleri voluit aut scribi: „perque omnem oram *uti* ex speculis prospicerent" cet. At „*qui ex speculis*" in PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Hafn. Berol. inventum est. *Prospicerent* tamen repertum non est nisi in PCM Cant. Voss.: in rell. codd. „*cons*picerent". Cf. 7, 30.: „prospectantes" ibique laudatos locos. — Praeter ea Harl. Voss. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „*per* omnem oram" omisso *que*. P m. 1.: „perqueomnem*m*oram". m. 2.: „oram". C: „perque omnē morā". P: „aduentant*e*hostiumclasse*m*".

3 *simul itaque*

q
b
se.
ex
a
cip.
sim
„so
bio
beri
mili
colus
ptum
pro *si*
que *si*
omnes
quod
videret
in Haf
ingeni
etiam c
eum n
mili al
cum p
extem
itaque

ati cursum navium erant Carthaginienses ut ante lucem accederent Lilybaeum, praesensum tamen est, quia et luna pernox erat et sublatis armamentis veniebant, extemplo signum datum e speculis et in oppido ad arma conclamatum est et in naves conscensum. pars militum in muris portarumque in stationibus, pars in navibus erant. et Carthaginienses, quia rem fore haud cum inparatis cernebant, usque ad lucem portu se abstinuerunt, demendis armamentis eo tempore aptandaque ad pugnam classe absumpto. ubi inluxit, recipere classem in altum, ut spatium pugnae es-

in Hav. „datum signum ex speculis", in Gärtn. „datum ex speculis signum est" scriptum esse a Drakenborchio doceremur, Harleiani librarii emendationem sequendam esse duximus, quod, quo ille voluisset loco, *signum* propter *datum* veri similius videretur et excidisse et a Livio positum fuisse. „*E speculis*" tamen cum C scripsimus, cum in PM esset „expeculis". in Voss. Lovell. 1. 4. Hav. Gärtn. Berol. „ex speculis": de qua scriptura cf. 9, 37.: e silvis. 22, 46.: P: „sinixtro" = sinistro. — P m. 1.: „similiitaq. quamquam *i*deindustriamorati" cet. Medium *i* altera manu inductum est. C: „carthaginieses". PC: „lylibaeum". PC: „et in opido". C: „extimplo". In C etiam „subleuatis armamentis" scriptum est pro *sublatis* (i. e. erectis: 36, 44.), quod in P invenimus: „und sie mit vollen Segeln kamen". — Lov. 3.: „et in naues *a*scensum". Paulo post P: „parsinnani buserant".

7. *quia rem fore haut cum inparatis cernebant:* C m. 2. — C m. 1. P: „aut cum inparatis". Berol.: „quia Carthaginienses". — P m. 1.: „portus*et*abstinuerunt". m. 2. *t* induxit. Lovell. 4. 5.: „ae portu abstinuerunt". — P m. 1.: „demendisar*m*entis". m. 2.: „armamentis". Cf. 36, 44.: „quod ubi vidit Romanus, *vela contrahit malosque inclinat*, et simul *armamenta componens* opperitur insequentis navis". — P: „eo temporeaptandaqu*o*eadpugna meclasseabsumpto". Hav.: „aptanda ad pugnam classe absumto".

10. *ubi inluxit recipere classem in altum:* P] ubi illuxit, recepere classem cet. (C rell.). — Paulo post C m. 1. P: „detr*e*ctabere". C m. 2.: „detrectauere". M Lov. 1. 4. Hav. Berol.: „detractauere". — Lov. 4.: „circa ipsa loca". De victoria illa C. Lutatii

set exitumque liberum e portu naves hostium haberent. nec Romani detrectavere pugnam et memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum freti et militum multitudine ac virtute.

L. Ubi in altum evecti sunt, Romanos conserere pugnam et ex propinquo vires conferre velle: contra eludere Poenus, et arte non vi rem gerere, naviumque quam virorum aut armorum malle certamen facere. nam ut sociis navalibus ad fatim instructam classem, ita inopem milite habebant, et, sicubi conserta navis esset, haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat. quod ubi animadver-

cons. ad Aegates insulas cf. Livian. epit. 19. sub fin. — P: „multitudineacuirtudine ubiinaltum" cet.

4. *Romanos:* C m. 1. PM Lov. 3.] Romanus. — C m. 2.: „romani". — Paulo post P: „etal tenonuiremgererenatiumque". m. 2.: „nabiumque". — Sine idonea causa Gruterus *facere*, I. Fr. Gron. *malle* induci voluerunt.

8. *inopem milite habebant:* Pal. 2. aliique recc. codd. In PCM Pall. 1. 3. Harl. Lov. 1. Gärtn. scriptum est mendo, quo nihil frequentius, „militem". Dubium tamen videri potest, an rectius viderit Haverc. codicis librarius, qui *militum* scribi vellet. At quamquam apud Livium haud raro genitivum cum adiectivo *inops* iunctum legimus, hoc tamen loco ablativus nobis potior videbatur, et quod non de ea inopia, cuius causae in re ipsa positae essent, diceretur, et quod Livius singularia *(milite)* cum pluralibus *(sociis)* ita iungere soleret. Lov. 4. 5.: „inopem militibus habebant". — Paulo ante C (Harl. Lov. 1. al.): „nam ut *socii* naualib'" (i. e. naualibus) praetermisso *s*. Dein PCM Cant. Harl. multique alii Drak. codd.: „adfatim minus *in*structam": quam vocem *minus* ex circumstantium litterarum similitudine ortam esse recte Drakenborchius perspexit. — „Sicubi conserta *nauis* esset" non modo in Pall. et Drak. codd. omnibus scriptum est sed etiam in PCM. Margo tamen Oxon. N: „conserta *manus* esset". — P: „hautquamquam". Lov. 5.: „numerus par armatorum".

10. *quod ubi animaduersum est:* C rell. — P: „anima aduersum". — P m. 1.: „multitudosuasauxit". m. 2. medium *s* induxit. — C: extimplo. — Codd. Sig. Hav.: „ceterae fugam ceperunt". Voss. Lov. 1. Berol.: „fu-

sum est, et Romanis multitudo sua auxit animum et paucitas illis minuit: extemplo septem naves Punicae circumventae, fugam ceterae ceperunt. mille et septingenti fuere in navibus captis milites nautaeque, in his tres nobiles Carthaginiensium. classis Romana incolumis, una tantum perforata navi sed ea quoque ipsa reduce, in portum rediit. Secundum hanc pugnam — non dum gnaris eius qui Messanai erant — Ti. Sempronius consul Messanam venit. ei fretum intranti rex Hiero classem armatam ornatamque ob-

gam ceterae receperunt". Lov. 3. Gärtn.: „recepere".

3. *mille et dcc fuere in navibus captis milites nautaeque:* PCM (Lov. 5.)] mille et septingenti fuere in navibus capti milites cet. (rell. codd.). Lovell. 4. 5.: „fuerunt". Lov. 1.: „milites nautae". — Pessime h. l. *capti* cum *militibus* iunctum esse et rei ratio docet et *fuere*. — Paulo post P m. 1.: „classis *nobiles*romana": sed m. 2. mediam vocem, quae iam ante et suo loco posita erat, induxit. — Harl. Lov. 5.: „sed ea ipsa quoque reduce". Lov. 1.: „sed ea quoque reduce". Lov. 4.: „sed ipsa quoque reduce". Gärtn.: „reduci".

7. *qui Messanai erant:* P] qui Messanae erant. — *Messanai* antiquum esse primae declin. genitivum nemo non videt. Quod cum recentiores librarii non perspicerent, in C Pal. 1. „qui messana ierant" scriptum est, in M Lov. 1. Voss. „qui messana ierat", in Lov. 4. Hav. „messanam ierant", similique errore in rell. codd. — PCM Cant. Lov. 1. Voss.: „nondum gnaris *eius*". Rell. codd.: „eis". — PC: „*l.* sempronius coss." idemque *l* in rell. codd. inest. cf. 21, 6.: „consules tunc Romae erant P. Cornelius Scipio et Tib. Sempronius Longus".

9. *classem armatam ornatamque obuiam duxit*] classem ornatam obviam duxit. — PC: „classem ornatam*que* obuiam duxit". Eius generis menda, ut propter litterarum similitudinem non modo litterae syllabaeque sed etiam integrae voces praetermitterentur ab inconsultis librariis, in hac potissimum tertia decade inveniri vel ex brevi illa adnotatione, quam quartae parti edit. minoris adiecimus, curiosi harum rerum homines cognoverint. in hac re adversa id tamen maxime gaudemus, quod in P et interdum etiam in C ea videmus servata, quae indicio illorum mendorum esse possint. sic h. l. particula

viam duxit, transgressusque ex regia in praetoriam navem gratulatus sospitem cum exercitu et navibus advenisse, precatusque prosperum ac felicem in Siciliam transitum: statum deinde insulae et Carthaginiensium conata exposuit pol-
5 licitusque est, ut quo animo priore bello populum Roma-

que. cum igitur cum voce *classis* adiectiva *instructa apta parata armata ornata* apud Livium iuncta legantur, neminem fugerit et ob nominis eius significationem rationemque totius huius loci et ob externam similitudinem *armatam* excidisse necesse esse. — PCM Pall. Lov. 4. Hafn. cod. Sig.: „*ei* fretum intranti". Rell. codd.: „*et* fretum" cet. — Lov. 3. Hafn.: „rex syracusanorum hiero". — P: „ex regia*m* in praetoriam". P: „cumexercitu*m*et nauibus". P: „praecatusquae prosperum".

5. *ut quo animo:* PCM Cant. Voss. Lovell. 1. 3. 4. Hav. Ber.] quo animo (rell. codd.). — „*Ut quo animo*" i. e. *utpote quo animo* multo plus dicit quam *quo animo:* idque scriptum a Livio est, quo maiorem animi constantiam Hiero prae se ferret, cum eodem studio, quo iam iuvenis Romanorum rebus favisset, senem se eorum res adiuturum esse diceret. — PC: „populum r. *iuuẽ*nis ad*iuuis*set". — Harl. Lov. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „frumenta uestimentaque". M m. 2. Cantabr.: „frumentum uestimentaque *sese* legionibus — praebiturum". C m. 2.: „frumentum uestimentaque *se* legionibus" cet. Gärtn.: „esse se". C m. 1. M m. 1. P al.: „frumentum uestimentaque *esse* legionibus" cet. PC: „praeituru*m*". — PC: „grande periculum lylibaeo maritumisque ciuitatibus esse". — PCM Cant. Pal. 1. Voss. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. cod. Sig.: „*et quibusdam uolentibus nouas res fore*". Maiorem orationis vim h. l. in particula *et* positam esse neminem fugerit: „und zwar deshalb, da einigen eine Veränderung der Verhältnisse erwünscht sein würde". *Volentibus* idem prope quod *non invitis* significare recte viderunt docti homines: et alii eorum *quibusdam vol.* pro dativo, alii pro abl. absol. habere voluerunt. equidem tamen ablativum in his vocibus inesse non posse putarim, quod ex illa interpretatione Hiero nihil dubitare videretur quin novae res futurae essent. *Quibusdam vol.* igitur non solum artissime cum verbis *novas res fore* cohaerere sed etiam ex iis

um iuvenis adiuvisset, eo senem adiuturum, frumentum vementaque sese legionibus consulis sociisque navalibus gras praebiturum: grande periculum Lilybaeo maritumisque vitatibus esse et quibusdam volentibus novas res fore. ob aec consuli nihil cunctandum visum, quin Lilybaeum classe eteret: et rex regiaque classis una profecti. navigantes de pugnatum ad Lilybaeum fusasque et captas hostium aves accipere.

LI. A Lilybaeo consul Hierone cum classe regia dimisso relictoque praetore ad tuendam Siciliae oram ipse in sulam Melitam, quae a Carthaginiensibus tenebatur, traiit: advenienti Hamilcar Gisgonis filius praefectus praesidii um paulo minus duobus milibus militum oppidumque cum sula traditur. inde post paucos dies reditum Lilybaeum,

pendere necesse est, verissimeque huius dativi vim et ex Graecorum more et ex latinae linguae ratione Fr. Kritzius exposuit ad Sall. Jug. 84. 3.: „plebi militia volenti putabatur". Cf. 22, 27.: „se numquam *volentem* cessurum".

1. *ob haec:* PCM omnesque Drak. codd. et Pal. 3. In Pall. 1. 2. et in Oxon. D. „ob hoc" inerat. — P: „qui lylibaeumclassē | peteret". C: „quin lylibaeum classe peteret".

3. *accipere:* P] accepere (rell. codd.). Cf. 21, 49.: recipere. — PM: „ad lylibaeum". Lov. 4. etiam „*pro*pugnatum": Hav. „fugatasque et captas".

). *ad tuendam Siciliae oram:* codd. praeter unum Gärtn., in quo „ad tuen*dum* siciliae oram" scriptum esse dicitur. — P: „alylibaeocoshieronem cumclasseregiadimisso". C: „a lylibaeo consul hierone" cet. — Hav.: „ipse *in*sulam melitam". Lovell. 4. 5.: „*ad* insulam melitam". Lov. 3.: „in insulam melitam — a carthaginiensibus tenebatur — traiecit". — In Lov. 4. excidit „praefectus praesidii". — PCM: „cum paulo minus *duo* milibus militum": praeterquam quod h. l. in P „mi*l*libus". Harl.: „cum paullo *ante* minus duobus millibus militum". In Voss. et Lov. 3. praetermissum est *minus*. Gärtn.: „cum paullo minus duobus millibus militum *occurrit* (!).

14. *inde post paucos dies reditum lilybaeum:* P. — C: „inde post dies reditum lylibaeum". — P m. 1.: „ca-

captivique et a consule et a praetore praeter insignes nobilitate viros sub corona venierunt. postquam ab ea parte satis tutam Siciliam censebat consul, ad insulas Vulcani, quia fama erat stare ibi Punicam classem, traiecit, nec quisquam hostium circa eas insulas inventus: iam forte transmiserant ad vastandam Italiae oram, depopulatoque Viboniensi agro urbem etiam terrebant. repetenti Siciliam consuli escensio hostium in agrum Viboniensem facta nuntiatur, litteraeque ab senatu de transitu in Italiam Hannibalis et ut primo quoque tempore conlegae ferret auxilium missae traduntur. multis simul anxius curis exercitum extemplo in naves inpositum Ariminum mari supero misit, Sexto

ptiuiqueetaconsuleetpraetore". P m. 2. C: „et *a* consule et *a* praetore". Haec verba ex *venierunt*, non ex *captivi*, pendere, ut in iis insit, utrumque suos captivos vendidisse, nemo non videt. Prius *et* excidit in Gärtn. — Voss. Lovell. 1. 3. Gärtn.: „sub corona uen*e*runt".

6. *Viboniensi agro* (codd. Gärtn. et Ox. N) non sine iusta causa ab Imm. Bekkero scriptum videtur. nam praeter rell. codd. hoc primo loco in PC Harl. Voss. inventum est „uiuon*i*ensi agro": deinde in PC Harl. „in agrum uiuon*i*ensem": postremo in Harl. „uiuon*i*ensem agrum", in P „bibonensem agrum", in C „uibonensem agrum". In plerisque recc. codd. medium *i* omissum est. — *Urbem etiam terrebant:* i. e. urbem Vibonem, in Bruttiis sitam. — Praeterea Lovell. 4. 5.: „postquam satis tutam siciliam ex ea parte censebat". Lovell. 4. 5. Berol.: „ibi stare". Berol.: „iam forte transiuerant". PC: „depulat*i*oque".

8. *escensio:* cf. 8, 17.: „escensionem". 30, 25.: „escendere". — M m. 2. PC Pal. 1.: „excensio". M m. 1.: „excenseo". Cod. Lipsii: „excensio". — *Facta* in Hav. excidit. — P: „nunt*i*atur": et sic semper in hoc libro. C: „nunc*i*atur".

12. *mari supero:* P m. 2. CM] supero mari. — P m. 1.: „mari*ss*upero". Paulo ante P: „multissimīlanxius curis". — C: extimplo. — P: sexto pomponio. — Lov. 1.: „cum xxx longis nauibus". Hav.: „cum xxxv longis nauibus". In Harl. praetermissum est et „extemplo" et „mari". — Paulo post PCM rell.: „*decem nauibus oram italiae legens*". P m. 1.: „ cumexercitu*m*suo". m. 2.: „exercitu".

Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Viboniensem agrum maritimamque oram Italiae tuendam adtribuit, M. Aemilio praetori quinquaginta navium classem explevit. ipse compositis Siciliae rebus decem navibus oram Italiae legens Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen conlegae coniungitur.

LII. Iam ambo consules et quidquid Romanarum virium erat Hannibali oppositum aut illis copiis defendi posse Romanum imperium aut spem nullam aliam esse satis declarabat. tamen consul alter equestri proelio uno et vul-

P m. 1.: „conlegaeconiugi tur". P m. 2. C: „*conlegae coniungitur*". — Cf. Polyb. 3, 68. 12., qui Tib. Sempronium cum legionibus suis Romam profectum esse tradit, militesque iter ab Lilybaeo ad Ariminum intra quadraginta dies confecisse: deinde ab Arimino, quo milites Roma convenire iussi fuissent, consulem cum legionibus ad Trebiam et ad collegam contendisse.

9. *satis declarabat:* P. — C: satis declarabaſ" = declarabatur (quod in Lov. 3. et in Haſn. receptum est). Lov. 4. 5.: „satis declarabant". Plurali potiorem esse, singularem, quod non tam *ambo consules* quam *quidquid virium Hannibali oppositum* ad *declarabat* referendum est, non est difficile intelligere. — PC: „qui*d*quid". PCM Lov. 3. Gärtn.: „romanorum uirium". Lov. 4.: „uirium romanorum". Lov. 5.: „uirium romanarum". — Lov. 4. 5.: posse defendi. — Harl.: aut spem nullam esse.

10. *equestri proelio uno et uulnere suo deminutus*] equestri praelio uno et vulnere suo minutus. — Hoc equestre proelium est proelium ad Ticinum quo P. Cornelius victus est, adiectumque est *unum*, quod in altero illo proelio ad Rhodanum idem Cornelius hostium equitatum vicisse putabatur. quod quamvis satis perspicuum sit, tamen Sigonius *una* pro *uno* scribi voluit, quamquam eo sensu, id quod I. Fr. Gronovium non fugit, *simul* scribendum fuerit: et Crevierus cum Gronovio totam vocem ut suspectam abesse maluerunt. Deinde scripsimus *deminutus*, quo verbo L. uti solebat (cf. 4, 24. al.), et quo antiqua scriptura duxit. in PM enim cum m. 1. scriptum fuisset „*et*minutus", altera manu in utroque libro prius *t* inductum est, illudque *eminutus* in C repperi-

nere suo deminutus trahi rem malebat: recentis animi alter eoque ferocior nullam dilationem patiebatur. quod inter Trebiam Padumque agri est Galli tum incolebant, in duorum praepotentium populorum certamine per ambiguum favorem haud dubie gratiam victoris spectantes. id Romani, modo ne quid moverint, aequo satis, Poenus periniquo animo ferebat, ab Gallis accitum se venisse ad liberandos eos dictitans. ob eam iram simul ut praeda militem aleret, duo milia peditum et mille equites, Numidas plerosque, mixtos

mus, nec dubitamus quin idem in aliis melioribus libris scriptum sit. — P: „mallebat": quo duplici *l* hoc verbum in antiquis codd. saepe scriptum legitur. — Hav. Hafn.: „recens animi alter". — Paulo post P: „hautdubiegratiam victorspectantes". C: „haud dubie gratia victor spectantes". m. 2.: „victorii spectantes": et supra *spectan* positum est „*s* habentes". Lov. 1.: victos. Harl.: victori. Gärtn.: victoRχ (i. e. victorum).

6. *modo ne quid moverint:* PCM] ne quid modo moverent (rell. codd.). Recentiores librarii non possunt intellexisse, quid h. l. *modo ne* significaret, cum *ne quid modo* scribi vellent. *Moverent* autem aeque ac *moverint* scribi potuit quamquam non eodem sensu. *Modo ne quid moverent* ita dictum esset, ut Romani Gallos iubere viderentur, quid ab iis fieri vellent: „nur dass sie nichts für den Punier unternehmen sollten": *modo ne quid moverint* id exprimit, quod Romani ut a Gallis fieret optarint, quamvis viderent, non eum esse rerum suarum statum ut, ne quid ab eis moveretur, vetare eos possent: „wenn sie nur nichts für den Punier unternähmen". ex hoc facile apparuerit, utrum a Livio h. l. scriptum esse oporteat. — PCM Cant.: „ab gallis". Rell. codd.: „a gallis". Harl. Lov. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Oxonn. tres: „ad liberan*dum* eos".

8. *simul ut praeda militem aleret:* PCM rell. — Lov. 4.: „militès aleret". — P: „duomi*ll*ia". Lov. 1.: „et mille equites numidas, quosdam et gallos". cf. Polyb. 3, 69. 6.: ἐξαποστέλλει πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ Κελτοὺς καὶ Νομάδας εἰς χιλίους, προστάξας ἐπιδραμεῖν αὐτῶν τὴν χώραν. — Harl. Gärtn.: „et*iam* gallos". P: „popul'riomnemdeincepsagrum". Gärtn.: „populari deinceps omnem agrum".

quosdam et Gallos, populari omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas iussit. egentes ope Galli, cum ad id dubios servassent animos, coacti ab auctoribus iniuriae ad vindices futuros declinant, legatisque ad consulem missis auxilium Romanorum terrae ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti orant. Cornelio nec causa nec tempus agendae rei placebat, suspectaque ei gens erat cum ob infida multa facinora, tum, ut alia vetustate abolevissent, ob recentem Boiorum perfidiam: Sempronius contra continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos quosque qui eguis-

4. *legatisque ad consulem missis* (PC rell.): scil. ad P. Cornelium Scipionem: vix enim poterant de Sempronii consulis adventu Galli certiores facti esse. — Paulo ante C: „cum ad *id ubi* observassent animos".

8. *ut alia uetustate aboleuissent*] ut alia vetustate obsolevissent. — P: „tumo*biuti* liauetustateabsoleuissent". P m. 2. C Pal. 1. Harl. Voss. Gärtn.: „tum ob utilia uetustate absoleuissent": idemque in Cantabr. inesse dicitur, nisi quod in eo „tum ob italia". — „*Tum ob*" scriptum esse ab inconsultis librariis manifestum est, qui, cum „*cum ob*" praecederet, *tum ob* sequi oportere putarent, nec viderent alterum *ob* a Livio parenthesi esse postpositum. „*Utilia*" pro *ut alia* scriptum esse neminem fugerit. *Absolevissent*, quod in M quoque et in Lov. 3. Hafn. repertum est, cum probari non possit, aut *obsolevissent* cum Pall. 2. 3. Lovell. 1. 4. scribendum est (cf. Cic. inv. 1, 26.: „quae propter vetustatem obsoleverunt":), aut *abolevissent*, quod cum saepe ita apud Livium positum inveniatur et *obsoletum* potius „veraltet" significet, praeferendum esse putarim. cf. 1, 23.: „nomen vetustate abolevit". 3, 55. 8, 11. 9, 36. — Paulo ante PCM Lovell. 4. 5. Berol.: „*cum* ob infida". Rell. codd.: „*tum* ob infida". Berol. etiam: „nec tempus nec causa" et „suspecta ei".

10. *primos quosque qui eguissent ope defensos*] primos qui eguissent ope defensos (ex coni. I. Fr. Gron.). — PCM Pall. Harl. Lovell. 1. 4. Hav. Gärtn. Berol. al.: „primo*sque* qui coissent ope defensos". Aldus: „*primos* qui coissent ope defensos". In quo cum *coissent* probari non posse videretur, I. Fr. Gron. „primos *qui eguissent ope* defensos" scribendum esse

sent ope defensos censebat. tum conlega cunctante equitatum suum mille peditum iaculatoribus ferme admixtis ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. sparsos et

censuit, quod praeter alios locos etiam paulo ante legeretur „*egentes ope Galli*". Quod ut verum esse nemo infitiabitur, sic negari non potest, id, quod in *primosque* lateret, virum acutissimum fugisse. nec tamen difficile videtur quid a Livio scriptum fuerit reperire. neminem enim non esse visurum puto, Livium h. l. a Sempronio eam sententiam proferri voluisse, quam cuique in simili quaque re probari necesse esset: ad quod consilium explicandum *quosque* ad *primos* addi oportuit, cuius pronominis prior pars eodem h. l. mendo propter litterarum similitudinem praetermissa erat, quo 21, 50. in verbis „classem *armatam* ornatamque" aliisque locis erratum videmus: „Sempronius dagegen meinte, dass das das wirksamste Mittel sei Bundesgenossen in ihrer Treue zu erhalten, wenn man sähe dass gleich den ersten, die um Hülfe gebeten hätten, dieselbe zu Theil geworden".

1. *tum collega cunctante* in nullo antiquiore cod. scriptum videtur. C m. 1. PM Cant. Lov. 1.: „cum collegam cunctantem equitatum suum" cet. C m. 2.: „cum *uidet* collegā cunctantē". Berol.: „cum collegam cunctantem *uidet*". Hav. Hafn. Ox. N: „*cum collegam cunctantem uideret*": quod, nisi tot locis vel in optimis codd. litteram *m* sine idonea causa nominibus adiectam videremus, equidem non improbarem. — PCM rell.: „*millepeditum iaculatoribus ferme admixtis*": „denen er von seinen Fusssoldaten ungefähr tausend Mann Wurfschützen hinzufügte". *Peditum* h. l. significat *ex peditibus*. Polyb. 3, 69. 8.: Τιβέριος δὲ — ἐξαπέστειλε τῶν μὲν ἱππέων τὸ πλεῖστον μέρος, πεζοὺς δὲ σὺν τούτοις ἀκοντιστὰς εἰς χιλίους.
3. *sparsos et inconpositos ad hoc grauis praeda plerosque:* PM Harl. Voss. Lovell. 4. 5. al.] ii sparsos et incompositos, ad hoc graves praeda plerosque. — *Ii* a plerisque quoque Drak. codicibus et abest et abesse potuit. in C tamen et in Pall. 1. 3. Lov. 1. Gärtn. et in Lipsii cod. non *grauis* sed levi mendo „*carauis*" scriptum est, similique errore in Cantabr. „*curauis*". hinc factum videtur ut pro eo in Lov. 3. „cara uisa", in Recan. „cara uix" scriberetur, et in Berol. mediis praetermissis „incompositos pleros-

neonpositos ad hoc gravis praeda plerosque cum inopina-os invasissent, ingentem terrorem caedemque ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecere, unde multitudine effusa pulsi rursus subsidio suorum proelium restituere: va-

que". — Hav.: „inopinantes". P Pal. 2.: „inuasisset".

4. *uaria inde pugna sequentes cedentesque cum ad extremum aequassent certamen, maior tamen quam hostium Romanorum fama uictoriae fuit*] varia inde pugna cedentes sequentesque quanquam ad extremum aequassent certamen, maior tamen hostium Romanis fama victoriae fuit. — PC: „uaria inde pugna *sequentesque* cum*que* ad extremum aequassent certamen maior *tamen* hostium roman*os* fama uictoriae fuit". C m. 2. et „*cum* ad extremum" et „romano*rum*". In plerisque et Pall. et Drak. codd. non *sequentesque* scriptum est sed *sequentes*, ita tamen ut *que* non omitteretur sed cum sequente *cumque* iungeretur. hinc factum est ut in M Pal. 1. Lov. 4. inveniretur „sequentes *quae*cumque": in Pall. 2. 3. Harl. Lov. 5. Recan. Gärtn. „sequentes *qua*cumque": in Lov. 3. Hav. Berol. „sequentes *quo*cumque". Quod cum probari non posse videretur, Aldus „*sequentes quamquam*" scribi iussit. Altero deinde loco, quo *romanos* iustum sensum non praeberet, in Drak. quidem codd. „roma*nis*" videtur scriptum fuisse. Praeterea in Lov. 4. 5. „uaria *de*inde pugna", et in Lov. 4. „uictoriae *est*" invenerunt. I. Fr. Gronovius, qui sine dubio in antiquissimis suis codd. „*sequentesque*" videret, hoc quoque loco ab librariis ita erratum esse perspexit ut vocem verbi *sequentes* similem praetermitterent, eamque *cedentes* fuisse acutissime intellexit: id quod filio suo Iacobo adeo non probavit, ut ille breviore sane emendatione „uaria inde pugna *sequente*" scribi vellet. at quamvis vir doctissimus id quod deesset sagacissime invenisse videatur, tamen mutata potius verborum structura „*sequentes cedentesque*" scribendum esse Conr. Heusingerum non fugit. utroque enim modo errari potuisse, non modo ut ea vox quae in priore, sed etiam quae medio loco stetisset, praetermitteretur, ex locis hoc potissimum mendo corruptis apertum est. nam cum paulo ante legeretur, Romanos subsidio suorum proelium restituisse, fieri non potuit ut Romani cessisse dicerentur: verum

ria inde pugna sequentes cedentesque cum ad extremum aequassent certamen, maior tamen quam hostium Romanorum fama victoriae fuit.

eosdem, qui ad extremum aequasse certamen dicerentur, paulo ante cessisse necesse erat. Deinde scripsimus cum m. 2. codicis C *cum* pro *cumque*, nec dubitamus quin illud *que* ex sequenti versu in priorem aliquo mendo migraverit. non enim addita particula *quam* nos quidem eum sensum ex antiquis scripturis elicere non possumus, quem Livium exprimere voluisse sequentia docent, maiorem fuisse victoriae famam Romanis quam hostibus. fuerunt quidem qui dicerent, *fama* h. l. non modo nominativum esse, sed in eodem nomine etiam ablativum inesse, qui cum comparativis pro *quam* iungi soleret: sed illam dicendi legem, qua illi h. l. Livium usum esse voluerunt, prorsus nullam esse censeo. nec id fugit Tan. Fabrum, hominem grammaticae subtilitatis peritissimum, qui, cum in antiquis codd. *romanis* inventum esse putaret, „maior tamen *quam hostibus Romanis* fama victoriae fuit" scribendum esse coniceret. quem ad modum autem I. Fr. Gronovius huic alteri parti difficillimi loci mederi voluit, ut aut „maior tamen iustiorque Romanae fama victoriae fuit" aut „maior tamen iustiorque ad Romanos fama victoriam tulit" scriberetur, id non magis probatum iri puto quam quod Iac. Gron. scribi voluit „maior tamen cum Romano fama victoriae fuit". nec Creviero assentiri possumus, qui praeterea maius aliquod vitium in hoc loco latere suspicatus sit. *Romanos* vero nullo modo probari potest, proque eo aut cum Colbertino codice *Romanorum* (cf. 22, 21.: quo loco *socios* pro *sociorum* vel in Put. scriptum est:) aut cum recentioribus *Romanis* (cf. 22, 13.: Campano*s*:) scribendum est: sed quamvis in minore edit. et ipse *Romanis* scribi voluerim, tamen simplicitatem orationis genitivo restituto magnopere adiuvari iam videre mihi videor. et quod Livius non „*Romanorum quam hostium*" scripsit, id factum videtur ut, si *Romanorum* cum sequentibus verbis artius iungeretur, hoc ipso verborum loco maior orationis vis, id quod res postularet, in nomine *Romanorum* poneretur necesse esset. Vernaculo denique sermone: „obgleich zuletzt, nachdem sie mit abwechselndem Glücke

LIII. Ceterum nemini omnium maior iustiorque quam ipsi consuli videri: gaudio efferri, qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse: restitutos ac refectos militibus animos, nec quemquam esse praeter conlegam qui dilatam dimicationem vellet: eum animo magis quam corpore aegrum memoria vulneris aciem ac tela horrere: sed non esse cum aegro senescendum: quid enim ultra differri aut teri tempus? quem tertium consulem, quem alium exercitum expectari? castra Carthaginiensium in Italia ac prope in conspectu urbis esse: non Siciliam ac Sardiniam victis ademptas nec cis Hiberum Hispaniam peti sed solo patrio

den Feind bald gedrängt bald sich vor ihm zurückgezogen hatten, der Vortheil und Nachtheil auf beiden Seiten gleich gross schien, so glaubte man doch mehr den Römern als den Feinden den Sieg zuschreiben zu müssen".

1. *ceterum nemini omnium maior iustiorque quam ipsi consuli uideri:* (scil. victoria): P m. 2. C. — P m. 1.: „romanosfamauictoriaefuit*cet erumromanosfamauictoria efuit*ceterumneminiomniumm aior*a*iustiorque" cet. Altera manu et *a* et verba male iterum scripta inducta sunt. — P: „gaudio*et*ferri" i. e. *ecferri*. — P: „*altercōs*." — PCM Cant.: „restitutos ac refectos *militibus* animos", Rell. codd.: „*militum* animos": praeter Gärtn., in quo scriptum est „refectos milites ac militum animos". Drak. magnam eorum locorum copiam congessit, in quibus idem dativus reperitur, quamquam non minus latine etiam genitivus poni potuit: ex. gr. 28, 19.: „veritus ne vanis conatibus suorum et *hostibus* cresceret animus et segnior miles fieret". — Voss. Lov. 1.: „nec quemquam praeter collegam". P m. 1.: „qui*dd*ilatamdimicationemue llet". m. 2.: „qui". Lovell. 4. 5.: „magis animo quam corpore". Lov. 5.: „aciem aut tela".

6. *sed non esse cum aegro senescendum:* PCM rell. Sic saepe Livius: ex. gr. 35, 12.: „agitandum aliquid —, ne cunctando *senescerent* consilia". 3, 12.: „senescentibus vitiis maturescente virtute sinerent tantum virum senem in civitate fieri". 22, 39. al. Simili sensu scriptum est 1, 46.: „*elanguescendum* aliena ignavia esse". — — Cant.: „aut teri *corpus*". P m. 2. C: „*expectari*". P m. 1.: „exc*ep*tari".

11. *nec cis hyberum hispaniam*

terraque, in qua geniti forent, pelli Romanos: „quantum ingemiscant“ inquit „patres nostri circa moenia Carthaginis bellare soliti, si videant nos, progeniem suam, duos consules consularesque exercitus, in media Italia paventis intra castra, Poenum, quod inter Alpis Apenninumque agri sit, suae dicionis fecisse!“ haec adsidens aegro conlegae, haec in praetorio prope contionabundus agere. stimulabat et tempus propincum comitiorum ne in novos consules bellum differretur, et occasio in se unum vertendae gloriae, dum aeger conlega erat: itaque nequiquam dissentiente Cornelio parari ad propincum certamen milites iubet. Hannibal cum, quid optimum foret hosti, cerneret, vix ullam spem habebat temere atque inprovide quicquam consules acturos: cum

peti: C. — PM Voss. Lovell. 1. 4.: „nec *his* hiberum hispaniam peti“. — P: „set solopatrio“. hinc M: „petisset solo patrio“ cet. Hav.: „sed solo paterno“. — P: „quantumingem*e*scantinquid“. M Voss.: „*ingemescant*“: haud scio an latine. contra etiam „conti*c*iscere“: 4, 1. 25, 10. al. C: „ingem*i*scent“. Gärtn.: „carthaginis circa moenia bellare“. Lov. 4.: „bellar*i*“. — PC: „pauent*is* intra castra“. Lov. 3.: „pa*ti*entis intra c.“ — P: „quod interalp*is*appenninumqueagris it“. C: „inter alpis appeninumque“.

7. *prope cōtionabundus:* P. — C: prope concionabundus. — PC: tempus propinqum. — C: bellum differetur. — P: „occansio“. Berol.: „unum in se“. — PCM rell.: „*dum* aeger collega *erat*“. Potest coniunctivus „*dum esset*“ expectari aeque ac paulo post „*dum* tiro hostium miles *esset*“: sed L. indicativum potiorem videtur habuisse, ne Sempronius suae ipse fortunae virtutique videretur diffisus esse nisi aegro collega. — Dein P: „necquicquam“. P m. 1.: „par*e*riadpropincum certamen“. m. 2.: „*parari*“.

11. *cum quid optimum foret hosti cerneret:* P. — C: obtimum. — P: „temerea*dq*. inprouidequicquamconsule*ma* cturos“. C: „temere atque inprouide quicquam consules acturos“. Lov. 4.: „temere *ac* inprouide“. — Dein PCM al.: „*cum alterius ingenium*“. Harl. Pal. 3.: „cum *uero* alterius ingenium“ cet. — Pal. 2.: „percitum *alterius* ac ferox sciret esse“. P: „ferociusqu*ae*factum“. Gärtn.: „ferociusque *esse* factum“. Lovell. 4. 5. Berol.: „*rei* gerendae fortunam“.

alterius ingenium, fama prius deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse, ferociusque factum prospero cum praedatoribus suis certamine crederet, adesse gerendae rei fortunam haud diffidebat. cuius ne quod praetermitteret tempus, sollicitus intentusque erat, dum tiro hostium miles esset, dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret, dum Gallorum animi vigerent, quorum ingentem multitudinem sciebat segnius secuturam, quanto longius ab domo traherentur. cum ob haec taliaque speraret propincum certamen, et facere, si cessaretur, cuperet, speculatoresque Galli — ad ea exploranda, quae vellent, tutiores, quia in utriusque ca-

5. *dum tiro hostium miles esset:* PCM] dum tiro hostium esset miles. — Paulo ante PCM Cant.: „*sollicitus intentusque erat*“. Voss.: „sollicitusque intentusque erat“. Rell. codd.: „sollicitusque et intentus erat“.

11. *quae uellent:* PCM Voss. Lov. 4. Hav. Berol.] quae vellet. — In *vellet* inesse oportere Hannibalem nemo non videt. at non video, cur, cum Galli etiam apud Romanos militarent, Romanorum duces non eadem oportunitate uti potuerint aut, cum possent, uti noluerint: et cur Galli, qui in Romanis castris erant, segnes iustoque cautiores, qui cum Hannibale erant, versuti atque callidi habendi fuerint. *Quae vellent* igitur (nim. *explorata habere*) Livium ad utramque ducem et Carthaginiensem et Romanum referri voluisse optimi codd. persuadent. — P: adeaexplorandamquaevellent. — Paulo ante P: „cumobhaectaliaquae speraretpropincumcertamen“. C: „propinqum“. — Ad *facere* supplendum esse *propincum certamen* manifestum est.

11. *in utriusque castris:* PC Berol.] in utrisque castris. — Utrumque scribi potuit. *in utrisque castris* significaret *et in Romanorum et in Carthaginiensium castris:* „in *utriusque* castris“ significat *et in Poeni et in Romani castris*, quem ad modum tot locis *Romanus* et *Poenus* legi potest: idque alterum dicendi genus h. l. potius videatur oportet, non solum propter optt. codicum auctoritatem, sed etiam quod eadem haec duo nomina in verbo *vellent* modo expressa erant. — Berol.: „paratos pugnae romanos esse“. Lov.4.: „paratosque esse pugnae romanos“. Gärtn.: „paratosque pugnae esse romanos“. C: „retulissent loqum insidiis“ cet.

stris militabant — paratos pugnae esse Romanos rettulissent, locum insidiis circumspectare Poenus coepit.

LIV. Erat in medio rivus peraltis utrimque clausus ripis et circa obsitus palustribus herbis et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque. quem ubi equites quoque tegendo satis latebrosum locum circumvectus ipse oculis perlustravit, „hic erit locus“ Magoni fratri ait „quem teneas: delige centenos viros ex omni pedite atque equite, cum quibus ad me vigilia prima venias: nunc corpora curare tempus est.“ ita praetorium missum. mox cum delectis Mago aderat. „robora virorum cerno“, inquit Hannibal: „sed uti numero etiam non animis modo valeatis, singulis

3. *riuus peraltis utrimque clausus ripis:* Pall. 2. 3.] rivus praealtis utrinque clausus ripis. — PC Pal. 1. Lov. 3. Gärtn. Hav. Berol.: „*peraltus*“. In M (?) Cant. (?) Lovell. 1. 4. teste Drakenborchio „*praealtis*“ inventum esse dicitur. Cf. 21, 36.: „molli nec peraltae (nivi)“. — P: „et circa*opsitus*“. C m. 1.: „*opsitus*“. C m. 2. Lov. 3.: „opposítus“. Harl.: „obsitis“. — Lov. 4.: et quibus inculta uestiuntur.

5. *equites quoque tegendo:* M m. 1. PC Cant. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Hav. — M m. 2.: „equites quoque tegendo*s* satis“ cet.: quo fieri potuit ut „*ad* equites quoque tegendos“ scribendum videretur. Pall. 1. 2. m. 2.: „equit*i* quoque tegendo“: quod Muretus et I. Fr. Gron. scribi voluerunt, ne dativus gerundii cum accusativo obiecti iungeretur. sed cf. de hoc dicendi genere 3, 18.: „demerendo tam potentem civitatem“. 7, 22.: „reciperando ius“. 30, 13. al. — Dein P: „exomnipedite*ad* queequite“. Lov. 5.: „equite atque pedite“. PCM Cant. al.: „cum *uiribus* ad me uigilia prima uenias“. Laur. Valla restituit *cum quibus*. Lov. 4.: „cum quorum uiribus“. — PCM al.: „*ita* praetorium missum“. Cf. 1, 5. fin.: „*ita* obtruncant regem“. — Cant.: „*ut* praetorium missum“: quasi librarius haec verba cum sequentibus iuncta voluerit.

12. *sed uti numero etiam*] sed ut et numero etiam (recc. codd.). — PCM: „sed*ute*numeroetiam“. Berol.: „sed *ui* numero etiam“. Lov. 4. Gärtn.: „sed ut et numero et non animis modo“ cet. Non dubitavimus *uti* h. l. pro *ute* ponere, praesertim apud eum scriptorem, quem etiam *sibe* et *quase* pro *sibi* et

vobis novenos ex turmis manipulisque vestri similes eligite: Mago locum monstrabit quem insideatis: hostem caecum ad has belli artes habetis.“ ita mille equitibus Magoni mille peditibus dimissis Hannibal prima luce Numidas equites transgressos Trebiam flumen obequitare iubet hostium portis iaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem, iniecto deinde certamine cedendo sensim citra flumen pertrahere. haec mandata Numidis: ceteris ducibus peditum equitumque

quasi scripsisse Quinctil. 1, 7. 24. tradit. haud ignoro quidem, in antiquioribus codd. *e* nonnumquam pro *et* scriptum inveniri, nec raro apud Livium particulas „*et* — *etiam*“ legi (ex. gr. 1, 16.: „*et* consilio *etiam* unius hominis addita rei dicitur fides“:), sed in his omnibus Livianis locis particulae *et* copulativam quandam vim esse contenderim. hoc autem loco futurum fuisse ut *et* nihil aliud significaret quam quod in *etiam* inest, vix quisquam negaverit. Ad „*etiam* — *non modo*“ cf. 7, 40.: „potuerim — patribus *quoque* ferox esse *non solum* plebi“.

2. *hostem caecum ad has belli artes habetis:* PCM Cant. Pall. al.] hostem caecum — habebitis (Aldus). Cf. 21, 40.: „reliquias extremas hostium, non hostem habebitis“. — Lov. 4.: „ad has artes belli“. In Harl. excidit *has*. — PCM rell.: „ita mille equitibus *Magoni* mille peditibus dimissis“. *Magoni* h. l. non idem quod *cum Magone* exprimit, id quod C. Dukerus et Ant. Perizonius opinabantur, nec dativus commodi, quem dicunt, in eo inesse videtur: sed *Magoni dimissis* plus dicit, tamquam si scriptum sit: „cum ita illi mille equites mille pedites *Magoni permissi*, quorum forti strenuaque opera ad id quod ab Hannibale iussus erat exsequendum uteretur, dimissique essent“. — Lov. 4.: *et* mille peditibus. — Dein PCM Cant. Voss. multique alii Drak. codd.: „iaculandoque stationes“ praetermissa praepositione *in*. PC: „eligere ad pugnam hostem“. — PCM Harl. Voss. Lovell. 3. 4. Hav.: „cedendo sensim *circa* flumen pertrahere“. Lov. 5.: „citra flumen protrahere“.

8. *ceteris ducibus peditum equitumque:* PCM al. — Lovell. 4. 5.: „equitum peditumque“. Harl.: „equitum peditum“. — P m. 1.: „praneretomnes“. m. 2. *t* inductum est. — Lov. 5.: „armatosque deinde instratique equis.“ Lov. 3. Rec.: „in-

praeceptum ut prandere omnes iuberent, armatos deinde instratisque equis signum expectare. Sempronius ad tumultum Numidarum primum omnem equitatum — ferox ea

structisque equis". Gärtn.: „stratisque equis". Hav.: „instratis equis".

3. *ferox ea parte uirium:* codd. Cf. Polyb. 3, 72. 2.: ἐπαιρόμενος — τῷ γεγονότι τῇ προτεραίᾳ περὶ τοὺς ἱππεῖς εὐημερήμασι. Liv. 21,53.: gaudio efferri, qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse. — P: „post*t*remo": quem ad modum in antiquioribus codd. haec vox saepe scripta legitur. — „*Omnes copias*" i. e. et suas et alterius consulis: universum enim exercitum Romanum in aciem eductum esse Pol. 3, 72. L. 21,57. dicere videntur. Scipionem tamen propter vulnus certamini adesse non potuisse vel ex eo veri simile fit, quod eius nec a Polybio nec a Livio mentio fit. — PC omnesque prope meliores codd.: „*ad destinatum iam ante consilio auidus certaminis eduxit*". Ad „*destinatum*" suppleri posse *certamen* negari non potest: idque videtur etiam fecisse ut I. Fr. Gron. non dubitaret „ad *destinatum* iam ante consilio avidus *certamen* eduxit" pro veriore scriptura habere. at praeterquam quod ex illa coniectura *avidus* nullo addito genitivo minus placet, vix tali supplemento opus erit apud eum scriptorem, quem participiis perf. pass. persaepe simili modo uti solitum esse constat. ex. gr. 1, 53.: „nec — dux belli pravus fuit: quin ea arte aequasset superiores reges, ni *degeneratum in aliis* huic quoque decori offecisset" „seine anderen fehlerhaften Richtungen". Sic dubium esse non potest quin *ad destinatum* h. l. significet „ad id quod iam ante apud se statuerat, ut primo quoque tempore res iusto aliquo proelio decerneretur". ac ne quis de vero sensu illorum verborum dubitaret, sua scribendi ratione L. etiam *avidus certaminis* adiecit, quippe qua ea, quae incerta esse possent, minus dubiis verbis explicare solebat: „Sempronius, als er von dem Angriff der Numider hörte, führte zuerst die ganze Reiterei, deren glückliches Gefecht ihn vorzugsweise mit solchem Muthe erfüllt hatte, dann 6000 Mann zu Fuss, zuletzt die sämmtlichen Truppen *zu dem von ihm schon zuvor auf das bestimmteste gefassten Entschluss* kampflustig aus dem Lager". cf. 21, 44.: „hoc bene fixum omnibus destinatum in animo est": quo loco patet, *desti-*

parte virium — deinde sex milia peditum, postremo omnes copias ad destinatum iam ante consilio avidus certaminis eduxit. erat forte brumae tempus et nivalis dies in locis Alpibus Apenninoque interiectis, propinquitate etiam fluminum ac paludium praegelidis. ad hoc raptim eductis hominibus atque equis, non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat, et quidquid aurae fluminis adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis: ut vero

natum etiam plus dicere quam *bene fixum*. Non omnes tamen recentiorum codd. librarios haec verba ita interpretatos esse vel id indicat, quod ab altera m. in Berol. libro scriptum est „ad *destinatum* iam ante *locum* consilio" cet., quamquam difficile non est intelligere, de loco, quo pugnandum esset, cum ab hostibus proelium inciperetur, Sempronium nihil compertum habere potuisse. Priore autem manu in hoc Berol. et in Haverc. et in tribus Palatinis scriptum erat „ad *destinatum* iam ante *consilium*": ut 42, 48. „ad bellum *consilia* erant *destinata*". at quamvis facile *consilio* pro *consiliō* vel *consilium* poni potuerit, tamen h. l. *consilio* non improbarim, sed eo L. exprimere voluisse censeam, Sempronium non modo impetu quodam animi sui ad decertandum ductum esse sed quod id unum e re publica fore putaret: cf. 42, 29.: „impetu magis quam *consilio* his aut illis se adiuncturus videbatur".

3. *erat forte brumae tempus et nivalis dies:* codd. Cf. Polyb. 3, 72.: οὔσης δὲ τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπὰς καὶ τῆς ἡμέρας νιφετώδους καὶ ψυχρᾶς διαφερόντως κ. τ. λ. — PC: appenninoque. — PM Pall. 1. 3.: „paludium". C rell.: „paludum".

5. *ad hoc:* PCM al.: „dazu kam dass". Lovell. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „ad haec". — P: adqueequis. — PCM Cant. Voss. Lov. 1.: „*et quidquid aurae fluminis adpropinquabant adflabat acrior frigoris uis*": i. e. quo magis — adpropinquabant, eo acrior — adflabat. Rell. codd.: „adpropinqua*bat*". Cf. 7, 32.: „quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in inbelles gentes eos prodire".

8. *ut uero refugientis Numidas insequentes aquam ingressi sunt* scribendum videbatur, cum in PC inesset „refugient*es* numidas insequenti*s*". *refugientes* enim ad *Numidas* pertinere manifestum est. — PC rell.: „*et erat pectoribus tenus*

refugientis Numidas insequentes aquam ingressi sunt — et erat pectoribus tenus aucta nocturno imbri — tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia esset, et simul lassitudine et procedente iam die fame etiam deficere.

LV. Hannibalis interim miles ignibus ante tentoria factis oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso et cibo per otium capto, ubi transgressos flumen hostis nun-

aucta nocturno imbri": „es ging nämlich bis an die Brust, da der Fluss durch den nächtlichen Regen angeschwollen war". Idem dicit Polyb. 3, 72, 4. — Hav.: tum *undique* egressis. — Deinde scripsimus cum PC Pall. al.: „ut vix armorum tenendorum *potentia esset*" scil. militibus: licet Drakenborchius in M Cant. Voss. Lov. 1. „*essent*" inventum esse scripserit, quod mihi de Medic. cod. vix persuadeat. Tum PCM Cant. Voss.: „et *similitudine* et procedente iam die fame etiam deficere": scil. vel *corpora* vel *milites*. Vix dubium videatur, quin L. Valla recte viderit, *similitudine* librariorum errori deberi in eoque inesse *lassitudine:* etsi non video, cur ille *simul* praetermitti voluerit. Ipse enim aut „et lassitudine" aut „et simul procedente" scribendum coniecerat. Eadem haec emendatio placuisse debet multis recentium codd. librariis, cum in Harl. et in Lov. 4. repertum sit „et lassitudine et procedente", in Pal. 2. „ex lassitudine et procedente", in Hafn. Hav. Berol. „et simul lassitudine procedente", in Lov. 3. et in margine Voss. „et simul lassitudine et procedente". Cf. 21, 56.: „quia iam moveri prae lassitudine nequibant". — I. Fr. Gron. scribi malebat „— potentia essent, simul ieiuni, procedente" cet.

8. *ubi transgressos flumen hostis nuntiatum est:* PCM Cant. — Rell. codd.: „ubi transgressos flumen nunciatum est hostes". Gärtn. etiam „hostem". — Paulo ante P m. 1.: „fatis". m. 2.: „factis". P: „praemanipulos". — Pal. 3.: „ut mollirentur artus". Lovell. 4. 5.: „oleoque ut mollirent artus per manipulos misso". — P: „ad queinaciemprocedit". Hav.: „in aciem prodit". — Dein P: „baliareslocatantesignaleu emarmaturamoctofirme miliah ominum". Idem in C est et in melioribus omnibus codd., nisi quod C „baleares" et „ferme" habet. Sigonius ex suo codice, quocum h. l. Hav. consentit, „lenemque arma-

tiatum est, alacer animis corporibusque arma capit atque in aciem procedit. Baliares locat ante signa, levem armaturam, octo ferme milia hominum, dein graviorem armis peditem, quod virium quod roboris erat. in cornibus circumfudit decem milia equitum, et ab cornibus in utramque partem divisos elephantos statuit. consul effuse sequentis equi-

turam" scribi vult, sed apud Livium asyndeton bene ferri potest. Baleares enim cum cetera demum levi armatura octo milium fuisse Polyb. 3, 72. 7. significare videtur. — PCM Cant.: *dein*. Rell. codd.: dein*de*.

4. *in cornibus circumfudit decem millia equitum:* PCM al.: nisi quod C „mi*lia*". — Lovell. 4. 5. Hafn. cod. Sig.: circumf*un*dit. — PCM omnesque prope et Pall. et Drak. codd.: „diu*ersos* elephantos". Aldus „*divisos*". cf. 10, 33. sub fin. Polyb. 3, 72. 9.: τὰ δὲ ϑηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων, δι' ἀμφοτέρων προεβάλλετο.

6. *effuse sequentis equites*] effusos sequentes equites (plerique codd.). — In P invenimus „effus*oes*sequentis*equi* tes": quod pro „*effuse* sequentis" eodem mendo, quo tot locis in eodem libro „ob*oe*dienter" pro *obedienter*, „egregi*ae*" pro *egregie*, al. positum videmus, scriptum esse nihil dubito. quod vero alterum *s* adiectum est, hoc inde factum videatur, quod librarius medio illo loco verbum *esse* sibi videbatur videre. Quam antiquam scripturam cum recentiores parum diligenter eruerent, vel in C scriptum est „effus*os* sequentis equites": quod, etsi Livium nonnumquam plura participia cumulasse recte observarunt, tamen huius loci ratione improbari non est difficile perspicere. neminem enim fore puto quin viderit, si *effusos* scripserimus, non modo male tria participia „effusos sequentes revocatos" iungi, sed etiam *sequentes* praecedenti participio *effusos* sine ulla maiore vi addi. ad id accedit, quod saepe apud Livium „effuse sequi, persequi" scriptum videmus, ut 40, 48.: „effuse sequentes barbaros conspexit". In Hav. Berol. scriptum est: „effusos *sequens* equites". — Deinde in P invenimus „cum *ad*resistentibus", in C „cum *a* resistentibus". Berol.: „cum a resistentibus *undique* numidis". — PCM Lovell. 1. 3. Hav.: „duo de xx milia romana erant". Lovell. 4. 5. Gärtn.: „romanorum". PCM Harl. Voss. Lovell. 1. 5. Gärtn. Berol. Ox. N: „socium nominis latini uiginti".

tes, cum ab resistentibus subito Numidis incauti exciperentur, signo receptui dato revocatos circumdedit peditibus: duodeviginti milia Romani erant, socium nominis Latini viginti, auxilia praeter ea Cenomanorum: ea sola in fide manserat Gallica gens. iis copiis concursum est. proelium a Baliaribus ortum est: quibus cum maiore robore legiones obsisterent, deductae propere in cornua leves armaturae sunt, quae res efficit ut equitatus Romanus extemplo urgeretur: nam cum vix iam per se resisterent decem milibus equitum quattuor milia et fessi integris plerisque, obruti sunt

Lovell. 3. 4.: „sociorum". Hav.: „sociorum nominis*que* latini" cet. Cf. Polyb. 3, 72. 11.: — ὄντας τοὺς μὲν Ῥωμαίους εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους, τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. — P: „auxilia praetereacenomanorum". C: „cenoma*nnorū*". Hav.: „praeter acenomanorum". Lov. 5.: „praeterea *noce*manorum". — Harl. Lovell. 4. 5.: „in fide *re*manserat".

5. *iis copiis concursum est:* PC] his copiis cet. — C m. 1. PM Cant. Voss.: „proelium ab alpibus ortum est". C m. 2.: „ab aleribus". Harl.: „ab alearibus". Gärtn.: „a baliaribus". Hafn. Recan. Ox. N.: „praelium ab equitibus ortum est". Hav. etiam et Berol.: „ab equis". — Dein P: „deducteproperein cornua leuis armaturaesunt". idemque in C est, nisi quod in eo „deduct*ae*" scriptum vidimus, ut dubium videri possit an antiquiore manu „deduct*a* propere in cornua leuis armatura est", ex quo facile „armaturae ŝt" fieri potuit, scriptum fuerit. pluralis tamen h. l. potior videri potuit, quod illi in utrumque cornū deducendi fuissent. Drakenborchius „*di*ductae" scribi maluit.

8. *efficit:* M m. 1. P Berol.] effecit (C rell.). — C: extimplo. — In M scriptum esse fertur: „nam cum *iam uix* per se resisterent". C: „nam cum uix iam per se resisterent decem milia equitatū a quatuor milib; et fessi" cet. m. 2.: „equitū" syllaba *ta* inducta. In P tamen invenimus: „namcumuixiamper se resisterentdecemmillibuseq uitumquattuormillia".

10. *et fessi integris plerisque:* PCM] et fessi plerisque integris (rell. codd.), Pall.: „et fessis plerisque integris". — P: „uelutnubeiaculorumabala ribusconiectaabhocelephanti" cet. M m. 1. Harl. Voss.: „abalaribus". C: „ab alearibus". M m. 2. Gärtn.: „a

insuper velut nube iaculorum a Baliaribus coniecta: ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus, equis maxime non visu modo sed odore insolito territis, fugam late faciebant. pedestris pugna par animis magis quam viribus erat, quas recentis Poenus paulo ante curatis corporibus in proelium adtulerat: contra ieiuna fessaque corpora Romanis et rigentia gelu torpebant. restitissent tamen animis, si cum pedite solum foret pugnatum: sed et Baliares pulso equite iaculabantur in latera et elephanti iam in mediam peditum aciem sese tulerant, et Mago Numidaeque, simul latebras eorum inprovida praeterlata acies est, exorti ab tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. tamen in tot circumstantibus malis mansit aliquam diu inmota acies, maxime praeter spem omnium adversus elephantos: eos velites ad id ipsum

baliatoribus". Lovell. 4. 5.: „a baleatoribus". — Praeterea Hav. Berol.: „uelut nubes iaculorum" cet.

4. *quas recentis:* Voss. In PCM Harl. Lov. 1. inventum est „quam recentis". Lov. 3. prob. Valla: „quia recentes". Lov. 4.: „quam recens". Lov. 5. Hav. Berol.: „quas recens". — PC: „paulo ante". P: „in proelium attulerat". C: „in praelium attulerat".

7. *si cum pedite solum foret pugnatum:* PC meliores que omnes. — Pal. 3. Lov. 5. Recan.: „si cum pedite solo foret p." Berol. m. 1.: „si cum solo pedite solum" cet. — Hafn. etiam: „restitissent tamen si". Lov. 3.: „restitissent tum si" omissa voce *animis*. — Paulo post PC: „sed et baleares". — Dein Lov. 5.: „sese intulerant". Rell. omnes codd.: „sese *tulerant*". Non minus singulari ratione in PC (et in rell. codd.) scriptum est „simul latebras eorum inprouida praeterlata acies est" pro *praelata*. In C m. 2. tamen et in Lov. 3. scriptum est „latebris": et in Voss. Lovell. 1. 3. 4. excidit *est*. — Paulo post PC „aliquandiu". P: „aduersuselepantos".

14. *eos uelites ad ipsum locati uerrutis coniectis et aduertere:* P m. 1. — P m. 2.: „eos *pedites* ad ipsum locati" cet. Hinc factum est ut *pedites* in rell. codices transiret. Nec fugit homines doctos, Livium ipsum 26, 4. scripsisse, in Capuae demum obsidione institutum esse ut velites in legionibus essent: quamquam Dukerus recte animadvertit, etiam 24, 34.

locati verrutis coniectis et avertere et insecuti aversos sub caudis, qua maxume molli cute vulnera accipiunt, fodiebant:

LVI. trepidantisque et prope iam in suos consternatos media acie in extremam ad sinistrum cornum adversus

„sagittarii funditoresque et *velites*" scriptum esse. at his locis prolepsi quadam *velites* pro *iaculatoribus* Livio dicti videntur. — Praeterea CM Voss. Harl. Lov. 4. Gärtn. Berol. al.: „*ad* ipsum locati": quod mendum, ut *id* propter similitudinem particulae *ad* praetermitteretur, saepissime factum est. C m. 2. etiam: „qos pedites ad *h* ipsum locati": i. e. ad „*hoc* ipsum". M: „uerrucis". M m. 2. Voss. Lov. 3. 5. Gärtn.: „uerrutis". C: „uerutis". M m. 1. C: „et *ad*uertere". Dein P: „auers*us*subcaudis". PM: „qua max*ume*" cet.: „wo sie der Weichheit der Haut wegen am leichtesten verwundbar sind".

3. *trepidantisque et prope iam in suos consternatos*] trepidantes propeque iam in suos consternatos (Lov. 3. et edit. Ascensiana 1513:). — P: „trepidantisque*in*propeia minsnos" cet.: qua scriptura tamen dubium est, num Livius scripserit „trepidantisque *inde et* prope iam in suos consternatos": sic enim interdum *in* pro *inde* positum videmus, ut 21, 57.: „paucorum *inde* dierum", quamquam hoc altero loco *de* propter sequens *di* facilius praetermitti potuit. C (M Cant. Harl. Voss. Lov. 1. Gärtn. Hav.): „trepidantisque prope iam in suos" cet. Lovell. 4. 5.: „trepidantesque in suos prope iam consternatos". — Deinde I. Fr. Gron. scribi voluit: „*e* media acie": sed Livius, cum ablativo sine hac praepositione uteretur, non id modo, quod Gron. opinabatur, videtur dicere voluisse, sed etiam quo loco elephanti suorum iam stragem edituri visi essent. Simili modo paulo post scriptum est *media Afrorum acie* multo maiore vi quam si *per mediam aciem* scriptum esset. — P m. 1.: „ad*m*inistrumcornum". P m. 2. CM: „ad sinistrum cornum". Hac forma nonnumquam et Livium et alios bonos scriptores antiquioribus codd. testibus usos esse videmus. cf. L. 9, 27. al. — Berol. Hafn.: „gallos auxiliatores". C m. 2.: „gallos auxiares *agente* hannibale extimplo" cet. quid m. 1. in hoc libro scriptum fuerit, perspicere non potui.

Gallos auxiliares agi iussit Hannibal: ii extemplo haud dubiam fecere fugam, quoque novus terror additus Romanis,

1. *ii extemplo haud dubiam fecere fugam, quoque nouus terror additus Romanis, ut fusa auxilia sua uiderunt*] extemplo haud dubiam fecere fugam, additusque novus terror Romanis, ut fusa cet. (ex coni. I. Fr. Gron.). — Id quod h. l. scribi iussimus, in PCM inventum est, nisi quod in P erat „hannibalíextemploautdubiam" cet.: in C m. 2. „hannibale extimplo haud dubiam" littera, quae m. 1. in fine nominis *hannibal* fuerat, erasa: in M „hannibal extemplo" cet. Sequentem tamen antiquam scripturam recentioribus librariis non placuisse, vel id indicat quod m. 2. in M scriptum est et quod Cantabrigiensis cod. librarius recepisse dicitur: „nouus quoque terror additus romanis". Praeter haec in Pall. 1. 3. est inventum: „quoque additus nouus terror romanis". in Harl.: „et nouus quoque terror additus romanis". in Pal. 2.: „estque terror nouus additus romanis". L. Valla scribi voluit „additus quoque terror", quod et ipse in *quoque* copulativam quandam vim („auch") inesse putavit. Has omnes coniecturas ortas esse, quod librarii non viderint, quid h. l. *quoque* significaret, non est difficile intelligere. nam si L. non *quoque* sed *quo* („wodurch") scribere voluisset, neminem puto futurum fuisse, cui non antiqua scriptura iusta integraque videretur, utpote quae apertissime dicat, elephantos adversus Gallos auxiliares actos eorum ipsorum haud dubiam fugam fecisse, eademque auxiliorum suorum fuga novum terrorem Romanis additum esse. nec dubito quin L. ita scripsisset, nisi verba *ut fusa auxilia viderunt* addi voluisset. sed cum auxilia Romanorum fugata esse dixisset, nec dubitaret quin ipsa illa fuga reliquo exercitui novum quendam terrorem iniecisset, nec id, quod sibi videbatur videre, legentes fugere vellet, reliqua, quae h. l. in antiquis libris scripta videmus, priori orationi adiecit. quod si L. non *quoque* sed *quo* posuisset, novum illum terrorem ex eo potissimum Romanis iniectum esse videri oportuit, quod suos *ab elephantis* fusos vidissent, id quod L. dicere noluit: copulativa igitur particula voci *quo* adiecta effecit, ne quis in prioribus verbis „ii haud dubiam fecere fugam" causam illius terroris significatam esse putaret sed in sequentibus „*ut fusa auxilia viderunt*". ita

ut fusa auxilia sua viderunt. itaque cum iam in orbem pugnarent, decem milia ferme hominum, cum alia evadere nequissent, media Afrorum acie, quae Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti caede hostium perrupere: et cum neque in castra reditus esset flumine interclusis, neque prae imbri satis decernere possent qua suis opem ferrent, Placentiam

factum est ut in hoc *quoque* etiam plus inesset quam inesse videretur, *tanti momenti fuisse eam rem ut ea novus terror Romanis iniceretur necesse fuisset.* Deinde huic loco praeposuimus pronomen *ii:* ita enim Livium scribi voluisse et Puteani scriptura docet littera *i* post *hannibal* scripta, qua una littera in antiquis libris persaepe eius pronominis nominativum plur. expressum videmus, et loci ratio, quippe quae maiorem quandam vim in ea voce significanda poni iuberet, ex qua h. l. omnia penderent. Vernaculo igitur sermone: „diese bewirkten sogleich eine offenbare Flucht unter ihnen, und eben hierdurch ward den Römern wieder noch ein neuer Schrecken eingeflösst, als sie ihre Hülfsvölker sich nach allen Seiten hin zerstreuen sahen".

2. *cum alia euadere nequissent* ex verissima Aldi coniectura scribendum videbatur. In PCM Pal. 1. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. inventum est: „cum *alii* euadere nequissent". in Pal. 3.: „*alio*". in Hav. Ox. N.: „*aliter*". in Hav. etiam „euadere non possent". *Alii* integram srripturam esse non posse, vel id docet quod paulo post L. ipse tradit, plures in omnes partes eruptiones factas esse. — Inepte Pal. 3.: „cum iam in orbem *utrique* pugnarent". *In orbem pugnare* nihil aliud h. l. esse posse quam *in omnes partes pugnare*, cum hostes et a fronte et a tergo et a lateribus urgerent, manifestum est. — P: „decem milliafermehominum". C: „milia". — Hav.: „*per* mediam afrorum aciem". simili interpretatione I. Fr. Gronovius „media*m* Afrorum acie*m*" scribi voluit: at in illo ablativo, quo L. usus est, non id modo inest, quod Gronovius accusativo expressum voluit, sed etiam „*ex* media acie", quippe quo loco pugnantes illi stetissent. Simili modo scriptum est 4, 39.: „interclusi equites nec perrumpere eadem qua transierant posse" cet. — Lovell. 4. 5. Gärtn. Berol.: „*pro*rupere".

6. *decernere possent:* PC rell.: nisi quod in Harl. *cernere* inventum est. Altero loco in

recto itinere perrexere. plures deinde in omnes partes eruptiones factae, et, qui flumen petiere, aut gurgitibus absumpti sunt aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressi, qui passim per agros fuga sparsi erant, vestigia cedentis sequentes agminis Placentiam contendere: aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit transgressique in castra pervenerunt. imber nive mixtus et intoleranda vis frigoris et homines multos et iumenta et elephantos prope

P „nequaeprae imbri" scriptum erat, in C „neque prae imbris satis" cet. — „*Qua suis opem ferrent*" non videtur in antiquis codd. scriptum fuisse nisi m. 2. in Pal. 2. — C m. 1. M m. 1. P Cant. Lov. 1.: „possent sua uis opem ferrent". C m. 2. et deinde Lov. 5. Gärtn.: „qua uis opem". Lov. 3.: „quo suam opem". M m. 2. Harl. Pal. 2.: „suis ut opem". Pal. 3.: „sua uix opem". Lov. 4.: „sua in opem". — Lov. 3.: „perrexerunt". Recan.: „pertenderunt".

4. *uestigia cedentis sequentes agminis Placentiam contendere:* PC al. — Cod. Sig.: „uestigia sequentes cedentis agminis" cet. In Harl. excidit *sequentes*, simili eius mendo quo 21, 52. sub fin. *cedentes* in verbis „*sequentes cedentesque*" in omnibus codd. praetermissum erat. — Dein Pall. duo Lovell. 1. 4. Hav.: „audaciam ingredi flumen". Lov. 5.: „in castra rediere". — Paulo ante scriptum erat in P „gurgitibus *ad*sumpti": in C „ab*s*upti": et in eodem C „ab *o*stibus oppressi".

8. *et, homines multos et iumenta et elephantos prope omnis* in PC et, nisi fallor, in rell. codd. scriptum est, nisi quod in Berol. „multos homines" est et in Harl. „multos" excidit. In Bekkeriana edit. verba „*et homines multos*" nescio cuius errore omissa sunt. cf. 21, 58. sub fin. Quod ad elephantos attinet, Livius a Polybio dissentit. ille enim 3, 74. 11., cum dixisset, paucos tantum ex iis, qui de Hannibalis exercitu cecidissent, Hispanos et Afros fuisse, complures Gallos, ita pergit: ὑπὸ δὲ τῶν ὄμβρων καὶ τῆς ἐκιγινομένης χιόνος οὕτω διετίθετο δεινῶς, ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι πλὴν ἑνός. quin etiam Livius 21, 58. s. f. scribit, in Etruria septem elephantos ex iis, qui proelio ad Trebiam facto superfuissent, absumptos esse. — PC: „*ad*sumpsit". — Paulo post Ox. N: „finis insequendi *hostem*". *Hostis*, ut in rell. codd. scriptum est,

omnis absumpsit. finis insequendi hostis Poenis flumen Trebia fuit, et ita torpentes gelu in castra rediere, ut vix laetitiam victoriae sentirent: itaque nocte insequenti, cum praesidium castrorum et quod relicum ex magna parte militum erat ratibus Trebiam traicerent, aut nihil sensere obstrepente pluvia aut, quia iam moveri nequibant prae lassitudine ac

aut pro genitivo sing. aut pro accus. plur. haberi potest. — Pall. Harl. Voss. Lovell. 1. 3. Gärtn. Hav.: „in castr*is* rediere". Berol.: „victoriae laetitiam". Voss. Lov. 1. Berol.: „nocte insequente". Lov. 1.: „praesidium castrorum romanorum".

4. *et quod relicum ex magna parte militum erat:* codd.: nisi quod in recentioribus libris *reliquum* et in Berol. „ex magna militum parte" scriptum est. Interpretes quidam opinati sunt, haec verba significare idem quod *magna pars militum quae reliqua fuit*, quod mihi persuadere non possum. paucos enim tantum milites praeter illud castrorum praesidium fuisse, qui ex proelio flumen transgressi in castra romana pervenerint, cum Livius dicere videtur, tum Polybius, qui l. l. 3, 74. scripserit, eos Romanorum pedites, qui fuga passim sparsi fuissent et qui victorem hostem fefellissent, cum maxima parte equitum agmen decem milium hominum, qui media Afrorum acie perruperant, secutos Placentiam venisse, plerosque eorum, qui ad Trebiam refugissent, et ab elephantis et ab equitibus Hannibalis occisos esse. Itaque verbis „quod relicum erat *ex magna parte militum*" Livius nihil aliud significasse potest quam paucos eos Romanorum milites, qui *ex illis duobus exercitibus consularibus in aciem eductis* cum Sempronio integri in castra sua redierint: „und was von jener grossen Truppenmasse übrig war". — Lov. 4. Oxon. D.: „traiecerunt". In Pall. 1. 2. inventum esse dicitur: „aut nihil sensere *poeni*": quod nomen nec in ullo bono cod. a Drakenborchio repertum est nec loci ratione desideratur.

6. *nequibant prae lassitudine* cet.: PCM] prae lassitudine nequibant (rell. codd.: nisi quod in Hafn. „post lassitudinem nequibant" est:). — P m. 1.: „hautquaiammoueri nequibant prae lassitudinemac uulneribus". m. 2.: „hautquia iammoueri" cet. C: „aut quia iam moueri nequibant p̄ lassitudine ac uulneribus agmine ab scipione consule" cet. mediis septem verbis praetermissis. — Lov. 1.:

vulneribus, sentire sese dissimularunt, quietisque Poenis tacito agmine ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus, inde Pado traiectus Cremonam, ne duorum exercituum hibernis una colonia premeretur.

LVII. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut iam ad urbem Romanam crederent infestis signis hostem venturum, nec quicquam spei aut auxilii esse, qui a portis

„quia iam admoneri". Hafn.: „quia iam amori". Voss. Harl. Gärtn.: „quia inde admoneri". Berol.: „quia inde moueri". Hav.: „quis moueri". Dein Voss. Lov. 4. Hav. Berol.: „*aut* uulneribus". Voss. Gärtn. Berol.: „dissimulau*e*runt". — Hafn.: „pado tra*duc*tus". Pal. 2.: „*pado* traiecto". sed cf. 22, 31.: „ipse per Siciliam pedibus profectus *freto* in Italiam traiecit". interdum enim ita perspicuitatis orationis causa scripserunt. — C: „ne duorum exercit*us* hybernis" cet. P: „praemeretur".

6. *ad urbem romanam:* PCM] ad urbem. — Maior quaedam vis h. l. in nomine ab recentioribus librariis omisso a Livio posita videtur, ut 6, 6.: „circumsederi *urbem romanam* ab invidia et odio finitimorum". nam ita scriptum esse, ne quis de urbibus Placentia Cremonaque relatum putaret, mihi minus veri simile videtur.

7. *qui a portis moenibusque uim arcerent:* C] quo portis moenibusque vim arcerent. — In PM Cant. Pall. 1. 2. Lovell. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. scriptum est: „*qua* portis" cet.: in Lov. 1. „quam portis", in Pal. 3. „de qua portis", in rell. recc. codicibus, nisi fallor, „*quo* portis moenibusque uim arcerent": sed h. l. veram scripturam in uno C servatam esse, vel ob id mihi persuaserim, quod Livius haud raro antiquiore illo ablativo *qui* usus est, et quod modo in fine proximi capitis in antiquissimo P eodem mendo „haut *qua*" pro „aut *quia*" scriptum deprehendimus. In minore tamen edit. nos *qua* scripseramus, quod permultis locis videre liceret, ablativum *qua* a Livio ad cuiusvis generis nomina referri. sed ob causas allatas, et quod *qua* potius locum („wo") significare soleret, scriptura codicis C iam praeferenda videbatur. — In C tamen et „*aut*" et „*uim*" exciderunt, priorisque vocis loco m. 2. „auxilii*q;*" scriptum est. — P m. 1.: „atticin*i*um". m. 2. illud tertium *i* induxit. — C: „*quos* alios legiones esse" mediis praetermissis. PCM Cant.: „*quae*

moenibusque vim arcerent: uno consule ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato duobus consulibus duobus consularibus exercitibus victis — quos alios duces quas alias legiones esse quae arcessantur? ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per effusos passim ad praedandum hostium equites audacia magis quam consilio aut spe fallendi resistendive, si non falleret, transgressus. id quod unum maxime in praesentia desiderabatur, comitiis consularibus habitis in hiberna rediit: creati consules Cn. Servilius et C. Flaminius. Ceterum ne hiberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus et, quae-

arcessantur". Lov. 1,: „quae arcessentur": quamquam librarius „arcesserentur" scribi voluerit, quem ad modum in Recan. „quas *accerserent*" repertum est. Lov. 3.: „quae accerseantur". Lov. 4.: „quae accersantur". Voss. Gärtn.: „quae accersentur". — I. Fr. Gron. suo brevitatis studio ductus scribi maluit: „uno consule ad Ticinum, altero ex Sicilia revocato ad Trebiam cum duobus consularibus exercitibus victis" cet. Et in Oxon. N. simili quadam coniectura verba „*duobus consulibus*" altera m. inducta sunt. — P: „sempronius cos". Lov. 1.: „per *fusos* passim" cet. Hafn.: „resistendique".

7. *id quod unum maxime in praesentia desiderabatur*: PCM al.: nim. ut comitia consularia haberentur. Multo minore vi I. Fr. Gron. „*et* quod unum" cet. scribi voluit, fortasse quod h. l. „*id quod* unum desiderabatur" sequentibus verbis, ad quae illud pertineret, praepositum esset. sed simili verborum structura haud raro Livium usum esse locis quibusdam allatis (7, 2. 27, 33. al.) E. Fabri docuit. — In Hav. inest „desidera*bat*": quod et Harleiani cod. librarius poni voluerit, cum non „*in* praesentia" sed „*praesentia*" scriberet. Glareanus ad sequens nomen C. Flaminii „*iterum*" adscribendum esse censuit, quod, cum 21, 63. a Livio ipso scriptum sit, hunc alterum eius viri consulatum fuisse, propter similem vocem *ceterum* h. l. excidisse veri simile videri posset, nisi idem multis aliis eiusdem generis locis ab eodem Glareano invitis antiquis codd. postulatum esse constaret.

11. *et quaeque iis impeditiora erant* etc.: P (M Cant. Gärtn. Hav.)] et qua his impeditiora erant. — *Quaeque* h.

que iis impeditiora erant, Celtiberis Lusitanisque: omnes igitur undique clausi commeatus erant nisi quos Pado naves subveherent. emporium prope Placentiam fuit et opere magno munitum et valido firmatum praesidio: eius castelli ex-

l. pro *quaecumque* a Livio positum est aeque ac 21, 42.: „et cuiusque sors exciderat, — alacer arma raptim capiebat“: „wo ihnen irgend das Terrain zu viele Hindernisse bot“. quae huius pronominis interpretatio cum librarios falleret, non minus h. l. quam altero illo antiquam scripturam coniecturis suis restituere temptarunt. sic enim in Pall. et in cod. Sig. scriptum est „aequeque his“, in Harl. Voss. Lov. 3. etiam „equeque his“, in Lov. 4. „aeque ipsis“, in Lov. 5. „quaeque ipsis“, in Oxonn. D. et N. „et qua his“, denique in antt. editt. „et quae his“. Valla antiquam scripturam *„et quaeque“* recipiendam duxit: I. Fr. Gron. „et qua his“, Drakenb. „atque quae“ scribi voluerunt: E. Fabri „et *ut* quaeque“ Livianam esse manum sibi persuasit. In codice C invenimus „et q quae iis impediciora erant“, quod *„et quaequae“* significare videtur et pro altera quadam et antiqua scriptura haberi potest. *Iis* cum PC scripsimus, nec dubitamus quin idem in aliis bonis codd. scriptum sit. — Cf. 21, 44.: „satis adhuc *in vastis Lusitaniae Celtiberiaeque montibus* pecora consectando nullum emolumentum tot laborum — vidistis“.

2. *undique clausi:* PCM] clausi undique (rell. codd.). — PM: „subueher*et*“. C: „subuehe-*rēt*“. Harl. Hav.: „subuehe*re*“. Lov. 3.: „subuexe*re*“. hinc factum est ut sequens vox in Lovell. 1. 3. „*temporium*“ scriberetur. — Deinde in PCM Cant. al. scriptum est: *„emporium prope placentiam fuit et opere magno munitum et ualido firmatum praesidio“*. Nescio quo errore in quibusdam recc. codd. etiam pro *firmatum* scriptum est *munitum:* quod cum ferendum non esset, Valla h. altero l. *militum* poni voluit, et in Lov. 3. et in Recan. prius *munitum*, in Lov. 5. alterum illud praetermissum est. sed antiquam scripturam I. Fr. Gron. tot similibus locis Livianis firmavit, ut nemo de eius integritate dubitare possit. cf. ex. gr. 28, 6.: „oppidum alia parte clausum mari, alia ab terra *egregie munitum praesidioque valido firmatum*“ cet.

4. *eius castelli expugnandi spe:* P. In C omnibusque

pugnandi spe cum equitibus ac levi armatura profectus Hannibal, cum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset, nocte adortus non fefellit vigiles. tantus repente clamor est sublatus ut Placentiae quoque audiretur: itaque sub lucem cum equitatu consul aderat iussis quadrato agmine legionibus sequi. equestre interim proelium commissum, in quo quia saucius Hannibal pugna excessit, pavore hostibus iniecto defensum egregie praesidium est. paucorum inde dierum quiete sumpta et vix dum satis percurato vulnere ad Victumvias oppugnandas ire pergit. id emporium Ro-

rell. codd. scriptum est „*oppugnandi*". — Lov. 3.: in celando inceptum". P: „ad hortus". Harl.: „adortus vigiles" mediis omissis. — Quamquam videri potest *spei* non modo ad *effectum* sed etiam ad *plurimum* pertinere, quem ad modum eandem vocem nonnumquam ad duas simul res ab antiquis scriptoribus relatam videmus, tamen h. l. Livium *spei* ad unum *effectum* ita referri voluisse putarim, ut id significaret *ad efficiendum id quod speraret*, et ut *plurimum habere in aliquo re* idem fere exprimeret quod *plurimum momenti in aliquo ponere*, ita tamen ut in *habere* inesset, Hannibalem vix dubitasse, quin id quod vellet prospere eventurum esset. — Paulo post Harl. Lov. 3.: „sub luce". Berol.: „cum equitibus".

6. *equestre interim proelium commissum:* P] equestre praelium interim commissum (rell. codd.). — C: „equestres *interim plium* commissum". — PCM Cant.: „*quia saucius hannibal pugna excessit*". Rell. codd.: „hannibal saucius". Pal. 1. Voss. Lovell. 1. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav.: „pugnae excessit". Gärtn.: „pauore *in* hostibus iniecto". Voss. Lov. 1. Hafn. Berol.: „pauorem hostibus iniecit". P: „defensumegreciae praesidiumest". C: „egrecie".

8. *paucorum inde dierum quiete sumpta:* recc. codd. — C m. 1. P: „paucorum *in* dierum quiete" cet. Cf. 2, 13.: novo *inde* genere honoris. C m. 2.: „paucorum dierum quiete sūta". Lov. 4.: „paucorum *deinde* dierum quiete" cet. Lovell. 4. 5.: „quiete assumta". Harl. Hav.: „procurato vulnere".

10. *ad Victumulas oppugnandas ire pergit:* PCM] ad Victumvias ire pergit oppugnandas. Cf. 21, 45.: a Vico Tumulis.

— *id emporium Romanis Gal-*

manis Gallico bello fuerat munitum, inde locum frequentaverant adcolae mixti undique ex finitimis populis, et tum terror populationum eo plerosque ex agris compulerat. huius generis multitudo, fama inpigre defensi ad Placentiam praesidi accensa armis arreptis obviam Hannibali procedit. magis agmina quam acies in via concurrerunt et, cum ex altera parte nihil praeter inconditam turbam esset, in altera et dux militi et duci miles fidens, ad triginta quinque milia hominum a paucis fusa. postero die deditione facta praesidium intra moenia accepere, iussique arma tradere cum dicto paruissent, signum repente victoribus datur ut tamquam vi captam urbem diriperent: neque ulla, quae in tali re memorabilis scribentibus videri solet, praetermissa clades est, adeo omnis libidinis crudelitatisque et inhumanae superbiae

lico bello fuerat munitum: PC] id emporium a Romanis G. h. fuerat munitum. — Saepe ita praepositione *ab* omissa dativum cum participiis perf. pass. ab optimo quoque scriptore iunctum esse notissimum est. — P: „frequentaberantadcolae". C: „frequentauerant adcole". Lovell. 4. 5.: „frequentauerunt". Gärtn.: „et tunc terror". Lov. 4. Hav.: „et cum terror". Berol.: „et cum terror populantium". Gärtn.: „in eo". C m. 1. P: „ex agris compulerant". C m. 2.: „compulerat". Lov. 4.: „compulerit". Pal. 3.: „ex agris pepulerat". — Paulo post P m. 1.: „praesidi". m. 2.: „praesidii".

5. *magis agmina quam acies in via concurrerunt:* PCM: ut 25, 34.: agmina magis quam acies pugnabant. Rell. codd.: „magis *agmine* quam *acie* concurrerunt": praeterquam quod Gärtn. „concurrē" (i. e. concurrere), Lovell. 4. 5. Berol. „concurrunt", Pal. 3. „occurrerunt" habent.

8. *dux militi et duci miles fidens:* PCM Lov. 4. Hav.] dux militi et duci fidens miles (rell. codd. nisi quod Lov. 3. elegantius: „et *miles duci* fidens"). — P: „ad $\overline{\text{xxxu}}$ hominumapauciafusa", C: „ad $\overline{\text{xxxv}}$ hominum" cet. Pal. 3.: „ad xxxv millia a paucis fusa". Hav.: „iussi arma tradere". Pal. 3. Recan.: „arma tradere iussi". Hafn. Berol.: „cum *edicto* paruissent". PC: „*ut tamquam ui captam urbem diriperent*". In Voss. Lov. 1. Gärtn. excidit *ui*.

editum in miseros exemplum est. hae fuere hibernae expeditiones Hannibalis.

LVIII. Haud longi inde temporis, dum intolerabilia frigora erant, quies militi data est, et ad prima ac dubia signa veris profectus ex hibernis in Etruriam ducit, eam quoque gentem sic ut Gallos Liguresque aut vi aut voluntate adiuncturus. transeuntem Apenninum adeo atrox adorta tempestas est, ut Alpium prope foeditatem superaverit. vento

1. *editum in miseros exemplum est:* PCM] editum in m. est exemplum (rell. codd.: nisi quod in Hav. „*est*“ excidit:). — Paulo ante Gärtn.: „praetermissa clad*is* est“: (cf. 3. 22.: caed*is*. 4, 25.: aed*is*. al.). Berol.: „clades praetermissa est“. — C m. 1. P: „adeo omn*es* libidinis“. C m. 2.: „omn*is*“. — Dein P: „haefuerehibernaeex peditioneshannibalis“. C m. 1.: „hae fuere“. C m. 2.: „hae*c* fuere hyberna expedicionis hannibal' haud“ cet. Lov. 3. Gärtn. Berol.: „haec fuere“, Hav.: „hae fuerunt“ cet.

3. *haud longi inde temporis — quies militi data est* ex verissima I. Fr. Gronovii coniectura scriptum est. PCM rell.: „haud longi*s* inde tempori*bus*“ cet.: nisi quod in Harl. et in Recan. „haud long*e* inde tempor*ibus*“ inventum esse dicitur. Contrario mendo 21, 60. scriptum est in P „princip*iis*“ pro *principibus*. — Paulo post PCM Voss. Harl. Lov. 1.: „adiun*giturus*“.

8. *ut Alpium prope foeditatem superauerit:* PCM] ut Alpium foeditatem prope superaverit (rell. codd.). Lovell. 4. 5.: „foeditatem pene superauerit“. — Paulo ante PC: „transeuntem appennin um“. PCM Cant. Voss. Lov. 1.: „adeo atrox *adorta* tempestas *est*“. Rell. codd.: „adeo atrox tempestas *adorta est*“. Hafn. Gärtn.: „tempestas orta est“.

— *uento mixtus imber cum ferretur in ipsa ora:* PCM al. — Hafn.: „imber conferretur in ipsam oram“. — P m. 1.: „prim*ao*quia“. m. 2. *o* inductum est. melius C: „prima quia“. — Dein PCM Harl. Voss. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn.: „*aut contra enitentes uertice intorti adfligebantur constitere*“: praeterquam quod in Lovell. 3. 4. „*con*fligebantur“ inerat: „oder sie, sobald sie dagegen ankämpften, vom Sturmwinde herumgerissen zu Boden geworfen wurden“. Hav.: „contra enitentes uertice*s* intorti“. Berol.: „uertices contorti“.

mixtus imber cum ferretur in ipsa ora, primo, quia aut arma omittenda erant aut contra enitentes vertice intorti adfligebantur, constitere, dein, cum iam spiritum includeret nec reciprocare animam sineret, aversi a vento parumper consedere. tum vero ingenti sono caelum strepere et inter horrendos fragores micare ignes: captis auribus et oculis metu omnes torpere: tandem effuso imbre, cum eo magis accensa vis venti esset, ipso illo quo deprensi erant loco castra ponere necessarium visum est. id vero laboris velut de integro initium fuit: nam nec explicare quicquam nec statuere poterant, nec quod statutum esset manebat, omnia perscin-

Hafn.: „contra eminentes uortices contorti". Berol.: „consistere". — PCM Pall. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „*dein cum iam spiritum includeret*" (scil. ventus). Rell. codd.: „deinde". Edit. Mogunt.: „*inter*cluderet": ut in eadem 40, 16. et 24. „spiritum *intercluserunt*" scribi iussernnt. — P: „neg' reciprocareanimamsineretauer si'auento" cet. Hoc signo librarius ad voces separandas usus videtur. Gärtn.: „receptare animam". Lov. 4.: „auersi uento". Berol.: „a uento auersi".

6. *captis auribus et oculis:* PCM Cant. Harl. Voss. omnesque prope rell. codd.] capti auribus et oculis. — Pal. 2.: „*capti* auribus et oculis omnes metu" omisso verbo *torpere*. Non sine causa Livius h. l. *auribus oculisque captis* videtur scripsisse, ne quis eam conditionem significatam esse putaret, quae iam inde mutari non posset. nihil enim eius simile, quod ex. gr. 22, 2. legimus, altero oculo Hannibalem captum esse („er sei auf dem einen Auge blind geworden"), h. l. exprimendum erat, sed ita omnibus omnia torpuisse, ut illa tempestate oborta nec oculis nec auribus recte uti possent. simili modo scriptum est 39, 13.: „viros *velut mente capta* cum iactatione fanatica corporis vaticinari": non *captos*, quod alio sensu dici solebat. — Paulo ante PC: „celum strepere". Dein P m. 1.: „uissenti". m. 2.: „uis uenti". PC: „*deprensi*": ut saepissime pro *deprehensi*, quod h. l. recentium codd. videtur esse. PC: „erant loca castra ponere". P m. 1.: „ne cecessarium": sed altera m. prius *ce* inductum est.

11. *omnia perscindente uento et rapiente:* PC et plerique Drak. codd. — Lov. 3.: „*pro*scindente". Lov. 4.: „*ac*

dente vento et rapiente. et mox aqua levata vento cum super gelida montium iuga concreta esset, tantum nivosae grandinis deiecit, ut omnibus omissis procumberent homines tegminibus suis magis obruti quam tecti: tantaque vis frigoris insecuta est ut ex illa miserabili hominum iumentorumque strage, cum se quisque extollere ac levare vellet, diu nequiret, quia torrentibus rigore nervis vix flectere artus poterant: deinde, ut tandem agitando sese movere ac reci-

rapiente". — Paulo ante Harl.: „*neque* explicare quicquam *nec* statuere".

1. *aqua levata vento:* „die durch den Wind in die Höhe getriebenen Dünste". In PC et in Lovell. 1. 3. 4. Hafn. Recan. Hav. Gärtn. nullo iusto sensu scriptum est: „aqua levato vento". — P m. 2. CM Cant.: „super gelida montium *iuga*". Rell. codd.: „super gelida montium *cacumina*". P m. 1.: „gelidam montium iuga concretaessent". Idem *essent* in Harl. Lovell. 1. 4. Oxon. D. Berol. repertum est. In Ox. D. excidit etiam *concreta:* et in margine Ox. N. scriptum est „con*iecta* esset". — Lov. 3.: „tantaque frigoris vis". Lovell. 4. 5.: „tanta vis frigoris". Berol.: „secuta est". Gärtn.: „est insecuta".

6. *extollere:* P] attollere (rell. codd.). C tamen „atollere". Non dubitavi Put. scripturam recipere, et quod L. prae ceteris scriptoribus verbis cum particula *ex* iunctis uti solebat, et quod eius verbi vis huic loco quam maxime accommodata videtur. — Paulo ante P: „exilla*m* miserabili" cet.

7. *torrentibus rigore nervis:* PCM Voss.] torpentibus cet. (rell. codd. nisi quod Lov. 4. Hafn. Rec. „torpentibus frigore", et Gärtn. „rigentibus rigore" habent:). — *Torrentibus* h. l. scriptum est ut 21, 32.: „pecora iumentaque *torrida frigore*", ut 21, 40.: „membra *torrida* gelu", cum *torrere* et *torridum* non modo ad maiores calores sed etiam ad frigora maiora referri possent. — Paulo post scriptum erat in P „neruis nisflectere" littera *s* pro *x*, ut solebat, posita. quo facto scriptum in C m. 1. M m. 1. est „nervis *suis* flectere artus poterant", et m. 2. in C „*nō* poterant". Cant.: „nervis *suis uix* flectere".

8. *recipere:* PCM Pal. 1. Lov. 1. Gärtn. Hav. Ox. N. Berol.] recepere (edit. Mediol. 1505:). — Non dubito quin Valla recte viderit, quod *recipere* scribi iuberet, cum sequens *coeptus est* etiam ad priora duo verba pertineret. inter-

pere animos et raris locis ignis fieri est coeptus, ad alienam opem quisque inops tendere. biduum eo loco velut obsessi mansere: multi homines, multa iumenta, elephanti quoque ex iis, qui proelio ad Trebiam facto superfuerant, septem absumpti.

LIX. Digressus Apennino retro ad Placentiam castra movit et ad decem milia progressus consedit: postero die duodecim milia peditum quinque equitum adversus hostem ducit. nec Sempronius consul — iam enim redierat ab Roma — detrectavit certamen: atque eo die tria milia pas-

dum enim etiam a Livio illud passivum ita positum esse ut ex eo activum supplendum esset, neminem fugerit: ex. gr. 2, 1.: „quid enim futurum fuit, si illa plebs — *agitari coepta esset* tribuniciis procellis et in aliena urbe cum patribus *serere* certamina". Simile quid librarius Lov. 3. in mente videtur habuisse, cum scriberet „ut tandem agitando sese movere *coepere* animos" cet. Lovell. 4. 5.: „*se* movere". C m. 2.: „raris locis". C m. 1. P: „raris locus". Lov. 4.: „ignis fieri coeptus est". Lov. 5.: „fieri ignis est coeptus". — PC al.: „ad alienam *opem* quisque *inope* tendere". Berol.: „inops quisque tendere". Lov. 4.: „quisque tendere inops". — Paulo post P: „elephantiquoque exAliisquiproelioadtrebiamfactosuperfuerant septem adsumpti". C: „ex *his* iis qui praelio" — „absumpti". Hav.: „superfuerunt".

6. *digressus appennino:* PCM (Harl. Voss. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Ox. N. Berol.] degressus Apennino (I. Fr. Gron.). Cf. 4, 17. 5, 52. 21, 32. al. — P: „addecem millia". C: „ad decem milia". Hav.: „ad quinque millia progressus hannibal consedit". — PC: „duodecim *milia* peditum quinque equitum aduersus hostem ducit". Gärtn. Hav.: „quinque millia equitum". Lovell. 4. 5.: „aduersum hostem".

10. *tria milia passuum:* PC] tria millia passuum. Cf. 21, 45. — Paulo ante PC: „*nec sempronius consul iam enim redierat ab roma detrectauit certamen*". Gärtn.: „iam cum redierat a roma". Hav. Berol.: „redierat *roma*". Lovell. 1. 5. Berol.: „detractauit". Dein P: „*ad*que eo die". Paulo post PC Pall. cod. Sigon. rell.: „*sed pulsos hostes*" cet. Lov. 5.: „sed *et* pulsos hostes". Voss.: „sed solos hostes": eius-

sum inter bina castra fuere. postero die ingentibus animis vario eventu pugnatum est. primo concursu adeo res Romana superior fuit, ut non acie vincerent solum sed pulsos hostes in castra persequerentur, mox castra quoque oppugnarent. Hannibal paucis propugnatoribus in vallo portisque positis ceteros confertos in media castra recepit intentosque signum ad erumpendum spectare iubet. iam nona ferme diei hora erat, cum Romanus nequiquam fatigato milite, postquam nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit. quod ubi Hannibal accepit laxatamque pugnam

demque libri margo: „fusos". Lov. 3.: „*pro*sequerentur". — Gärtn.: „*mox castra obpugnarent*". Berol.: „mox*que* castra obpugnarent". Horum duorum codd. librarii videntur *quoque* praetermisisse, quod h. l. non *quoque* sed *etiam* scribendum esset. at Livius videtur „*etiam*" non posuisse, ne quis id cum praecedente *sed* iungendum esse opinaretur: et *quoque* scripsisse, cum oppugnata castra non maioris momenti videri possent quam quod iidem Romani hostes pulsos *in castra* persecuti essent.

6. *ceteros confertos in media castra recepit:* PC rell.: nisi quod Hav. „confectos", Lov. 5. „rec*i*pit" habent, et quod in Hafn. *recepit* omissum est. — Dein P: „diei*o*ra". Gärtn.: „nona ferme diei erat hora". Lov. 3.: „nona ferme hora diei erat". Lov. 4.: „nona diei ferme hora erat". C: „cum roma*nis* necquicquam" cet. P: „nequicquam". P m. 1.: „nullam spes". m. 2.: „nulla". Berol.: „nulla spes erat potiund*is* castris".

10. *laxatamque pugnam et recessum a castris vidit:* codd.: nisi quod in Lov. 4. Hav. „la*ss*atamque" scriptum est, et „pugnam" in Lov. 1. excidit. Ad *laxatamque* (i. e. intermissam) *pugnam* cf. 21, 32.: „laxatasque sensit custodias". Cur vero Lipsius non cum antiquis Livianis codd. „*et recessum*" sed cum Iustino „*et ire cessim a castris*" scribi voluerit, intelligere non possum: nisi forte quod *recessum* non substantivum („Rücksug") sed participium perf. pass. esse sibi persuasit, id quod h. l. minus probandum videretur. — C: „extimplo". Berol.: „laeua dextraque". — Deinde verissima Lipsii coniectura scriptum est „ipse cum peditum robore *mediis castris* erupit", cum in codd. esse diceretur „robore *de*

et recessum a castris vidit, extemplo equitibus dextra laevaque emissis in hostem ipse cum peditum robore mediis castris erupit. pugna raro magis ulla ea et utriusque partis

his castris", quod nos vel in C repperimus. at in P primo scriptum erat „roborē diiscastris" i. e. robore*mdiis* castris", cui nihil deerat nisi unum *e*, quod errore perspecto eadem manu antiqua supra *d* additum est.

3. *pugna raro magis ulla ea et utriusque partis pernicie clarior fuisset*] pugna raro magis dubia et cum utriusque partis pernicie clarior fuisset. — P: „pugna raromagis ulla'*aea*ut utriusque partis pernicie clarior fuisset". C: „pugna raro magis ulla *ea aut* utriusque partis" cet. M (?) Pall. 1. 3. Harl. Lovell. 3. 4. Hav. Berol.: „pugna raro magis ulla *ea et* cum utriusque partis" cet. Cant.: „pugna raro magis ulla *ea* utriusque partis" cet. Voss. Pal. 2.: „pugna raro magis ulla cum utriusque partis" cet. Lov. 5.: „pugna raro magis ulla et ea cum utriusque partis". Gärtn.: „pugna raro magis ulla ea de causa utriusque partis" cet. — Laur. Valla et I. Fr. Gronovius cum priore quoque loco adiectivum quoddam, ad quod *magis* pertineret et quod sequenti *clarior* responderet, a Livio putarent positum fuisse, ille „pugna raro ulla magis *saeva* et cum utriusque partis pernicie clarior fuisset", hic „pugna raro magis *dubia* et utriusque partis p. cl. f." scribendum esse coniecerunt. sed ut negari non potest, facile fieri potuisse ut etiam altero eius generis adiectivo opus videretur, sic non multos fore putarim, quibus aut *saeva* aut *dubia* huius loci rationi accommodatum esse videatur. nam quamvis Vallana coniectura praesertim voce *magis* sequenti *ulla* postposita quam maxime se applicaret antiquae scripturae litteris, tamen nec pugnam ipsam nec pugnantium animos saevos fuisse contendi posset: ac licet tanta utrorumque militum virtute pertinaciaque dubium esse potuisset, utri parti victoria deberetur, tamen pugna ipsa vix dubia visa fuisset. at, nisi omnia me fallunt, non ita Gronovium hunc locum emendaturum fuisse dixerim, nisi et ipse necesse habuisset id modo recipi quod antiquae scripturae simillimum videri posset, nec dubitaturum fuisse virum ingeniosissimum scribere „pugna raro magis ulla *anceps* et utriusque partis pernicie clarior fuisset", si reputasset, in Puteano haud pauca verba ita

pernicie clarior fuisset, si extendi eam dies in longum spatium sivisset: nox accensum ingentibus animis proelium di-

scripta legi, ut ex integris litteris nihil superesset nisi aut vocales aut consonantes, eiusque generis corruptis locis et hunc adscribi posse, quippe ex quo solae vocales *a e* servatae essent, quae recentioribus librariis voce *ea* visae essent permutandae. nam quod ad sensum huius adiectivi *anceps* attinet, neminem fore putem, cui is non aptissimus huic loco videatur. sic enim ex. gr. 21, 1. apud Livium scriptum videmus, adeo *ancipitem Martem* fuisse ut propius periculum fuerint qui vicerint: et 5, 41. Gallos sine ira sine ardore animorum urbem ingressos esse, quod nusquam *ancipiti proelio* cum Romanis certassent: et alia eiusdem generis. nihil tamen eius modi coniecturis huic loco opus esse iam dudum mihi persuasi, ideoque 9, 7. hunc locum ita laudaram ut eum in C scriptum inveneram et ut in minore edit. scribendum curavi. repetita vero cura cum id quod ibi scripsissem perlustrarem, iam vidi particulam *aut* vix probandam esse, quippe quae poni non potuerit nisi aut substantivum quoddam antecederet quod sequenti *pernicie* opponeretur, aut adiectivum, quod voci *clarior* responderet. et facile mihi iam videbar intelligere, qui librarius codicis C ita errari potuerit ut *aut* scribendum esse putaret. quem ad modum enim in Put. permultis locis videre licet prope sine ullo discrimine *ae* pro *e* positum esse, sic etiam h. l. in Put. scriptura *aeaut* non *ea aut* sed *ea ut* inerat, cuius *ut* loco, sive quod ita in aliis antiquis codd. invenirent, sive ex coniectura rectissime *et* ab recentioribus librariis scriptum esse pro certissimo habeo. praepositionem *cum* vero, quam illi additam voluerant, h. l. non desiderari iam Gronoviana emendatio docuit. *Magis* igitur, quod in omnibus antt. libris scriptum videmus, non cum sequente comparativo *clarior* iungendum est, id quod non modo nonnulli veteres interpretes sed etiam Cantabr. codicis librarius sibi persuaserant, sed ita positum est, ut ad id ex illo comparativo positivus *clara* supplendus sit, quod L. h. l. duas res significare voluit, nec ullam pugnam ea magis claram futuram fuisse, nec ullam quae utriusque partis pernicie insignior videri potuisset. id autem optime exprimi potuisse coniunctione *et* addita, utpote qua ea, quae iam dicta essent, novis

remit. itaque acrior concursus fuit quam caedes, et sic ut aequata ferme pugna erat, ita clade pari discessum est. ab

sententiis adiciendis augeri et amplificari a latinis scriptoribus essent solita, nemisem harum rerum peritum fugerit: „selten würde irgend ein Kampf mehr als dieser und durch einen gleich grossen Verlust auf beiden Seiten bemerkenswerther geworden sein, wenn ihn" u. s. w. Ad priorem huius loci partem, quod ad res ipsas attinet, supplendum esse *virtute Romanorum et militum et ducis* vel simile quid etiam me tacente quisque intellexerit. Quae tamen deinde sequuntur, non ita, ut scribi iussimus, in antiquis codd. inveniuntur. nam in PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 4. scriptum est „si extendi *eam* dies in longum spatium *quisisset*", nisi quod in C est „*quisset*". Quod cum ferri non posse videretur, Valla „si extendi *ea dies* in longum spatium *quivisset*" („wenn der Tag hätte verlängert werden können") scribi iussit, idemque in recc. codd. Lovell. 3. 5. Hafn. Recan. Hav. Ox. N. Berol. repertum est, in Gärtn. etiam „illa dies". at quamquam non dubito quin, cum *longum* pro *longius* scriptum putari possit, facillima illa emendatio multis placuerit, tamen mihi persuasum est, melius ab iis rationem loci perspectam esse, qui in verbo *quisisset* librariorum mendum sibi videbantur videre, proque eo *sivissent* vel *sissent* scribendum esse censuerunt, ut *eam* ad *pugnam* referri necesse esset: „wenn nicht das Hereinbrechen der Nacht ihn abzubrechen genöthigt hätte". cf. 3, 18. quo loco simili mendo *sensissent* pro *sissent* scriptum videmus.

1. *et sic ut aequata ferme pugna erat ita clade pari discessum est:* P: „und so wie der Vortheil auf beiden Seiten fast gleich blieb, so war auch der Verlust an Todten gleich gross". In C excidit *et* fortasse propter antecedens *es:* et in uno Sigon. cod. scriptum erat „pari clade". In M etiam paulo ante scriptum esse dicitur „acrior *fuit* concursus", quod veri simile videatur, cum supra quoque nonnumquam sine iusta causa eius cod. librarium ab aliorum antiquorum codd. constructionibus aberrasse viderimus: cf. 21, 6.: „quae tutissima videbatur". — Deinde in PC scriptum vidimus „*ab neutra parte sescentis plus peditibus et dimidium eius equitum cecidit*". Simili modo a Livio *eius* saepe positum est: ex. gr. 42, 8.: „placere senatui

neutra parte sescentis plus peditibus et dimidium eius equitum cecidit: sed maior Romanis quam pro numero iactura fuit, quia equestris ordinis aliquot et tribuni militum quinque et praefecti sociorum tres sunt interfecti. secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit. venienti in Ligures Hannibali per insidias intercepti duo quaestores Romani C. Fulvius et L. Lucretius cum duobus tribunis militum et quinque equestris ordinis senatorum ferme liberis, quo magis ratam fore cum iis pacem societatemque crederet, traduntur.

LX. Dum haec in Italia geruntur, Cn. Cornelius Scipio in Hispaniam cum classe et exercitu missus cum ab

M. Popilium cons. Ligures — ipsos restituere in libertatem, *bona*que ut iis, quod *eius* („davon") reciperari possit, reddantur curare". — Paulo post Harl.: „quam numero": omisso *pro*. cf. ex. gr. 21, 29.: „proelium atrocius quam *pro numero* pugnantium editur". Lov. 5.: „iactura erat". P: „equestris ordinis aliquo*d*". In Lov. 4. excidit „equestris", in Lov. 3. „ordinis aliquot". Hav.: „et *ex* tribunis militum". P m. 1.: „sunterfecti". eadem m. adiecit *in* supra *nt*.

6. *uenienti in Ligures Hannibali — traduntur:* C m. 1. M m. 1. P rell. Altera dein manu in CM scriptum est „ueniente in ligures hannibale". — PC: „quo magis ratam fore cum *is* pacem societatemque crede*rent*". Idem *crederent* inventum in M Harl. Voss. Lov. 1. Recan. Berol. est. Num Livius hoc verbo plures quam unum Hannibalem significari voluerit? — Lov. 3.: ratam cum his fore.

11. *Cn. Cornelius Scipio:* PCM Cant. Lovell. 1. 5. In rell. codd. omissum est *cornelius*. — C: „in ispaniam". Lov. 3.: „cum exercitu et classe missus". Voss.: „cum classe missus". C: „rodani". P: „pyreneosque montes". C: „pyrenosque montes". Lovell. 4. 5.: „pyrenaeos montes". — Dein scriptum est in C m. 1. PM Cant. Voss. Lov. 1.: „*tempori*s adpliisset classem". in Lov. 3.: „temporiis". Harl.: „*emporis*". C m. 2.: „emporiis". Hav.: „emporio". Simili forma contracta scriptum 34, 9. in Bamberg. est: „*profectus ab Emporis*". cf. de hac urbe cap. seq. — Tum PM Cant. Lovell. 1. 3. Berol.: „*orsus a Iacetanis:* (cf. 21, 23.: „Lacetaniam, quae subiecta

stio Rhodani profectus Pyrenaeosque montes circumvectus mporis adpulisset classem, exposito ibi exercitu, orsus a acetanis omnem oram usque ad Hiberum flumen partim enovandis societatibus partim novis instituendis Romanae icionis fecit. inde conciliata lenitatis clementiaeque fama

Pyrenaeis montibus est" cet.). In C tamen invenimus „orsus a lusitanis". Lov. 1.: „a lacetenis". Lov. 3. Hafn.: „a laceranis". Rec.: „ortus". Denique M m. 1. P: „partim nobis instituendis".

5. *conciliata lenitatis clementiaeque fama*] conciliata clementiae fama (C m. 2. M m. 2. al.). — Cum in C m. 1. M m. 1. P Voss. Lov. 1. Gärtn. Hav: scriptum sit „conciliata clementiae*que* fama", et Livius similibus locis et nomina et verba et particulas ad orationis vim augendam cumulare solitus sit, vix dubium esse potest, quin aut ante *clementiae* aut ante *que* vocum vel *conciliata* vel *clementiae* externae speciei similis vox incuria quadam librariorum praetermissa sit. nec tamen id in hac voce reperienda minoris momenti esse oportuit, ne quid ut a Livio scriptum probaretur nisi quod loci rationi quam maxime accommodatum esset. clementiae igitur famam sibi Scipio in Hispania conciliare non potuit, nisi cum maiorem humanitatem minusque severitatis prae se ferret, quam qua illi eum usurum esse exspectarant. atque ita res se habuit. cum Romani foedere cum Hasdrubale icto a Carthaginiensibus postulassent, ne Hiberum transirent et ut finis utriusque imperii amnis Hiberus haberetur, ratum id fore persuadere sibi non poterant, nisi quod se non cum Saguntinis modo sed etiam cum multis aliis populis, qui eis Hiberum incolebant, societatis iure iunctos esse scirent. eius omnis orae populos Hannibalem sibi subegisse 21, 23. traditum est, nec omnes illos Romanorum amicitiam tanti habuisse quanti Saguntinos veri simile videtur. debebant igitur illi populi timere, ne Romani in iure societatis exercendo adversus se irati ac severi futuri essent. sed cum a Scipione nihil eius generis fieri viderent, clementiae humanitatisque famam ei conciliari necesse fuit. quae cum ita sint, persuasum iam habeo, vix quidquam aliud h. l. a Livio scriptum fuisse quam quod supra scribi iussimus „*conciliata lenitatis clementiaeque fama*": „der Ruf der Milde und Güte, den er sich dabei zu verschaffen ge-

non ad maritimos modo populos sed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores iam gentes valuit, nec pax modo apud eos sed societas etiam armorum parata est, validaeque aliquot auxiliorum cohortes ex iis conscriptae sunt. Hannonis cis Hiberum provincia erat: eum reliquerat Han-

wusst hatte". nam quod ad externam horum verborum speciem attinet, facile fieri potuisse ut *lenitatis* inter *liata clementiae* excideret, loci similibus mendis corrupti satis superque persuadent. Cf. L. 24, 20.: „quamquam simulata lenitas nihildum profuerat". Cic. pro Lig. 5, 15.: „si in hac tanta tua fortuna *lenitas* tanta non esset —, acerbissimo luctu redundaret ista victoria": — „quam multi, qui cum a te ignosci nemini vellent, impedirent *clementiam* tuam" cet. Hirt. de Afric. b. c. 86.: „invitavitque ad deditionem suamque *lenitatem et clementiam* commemoravit". Id. c. 92.: „interim in itinere ex regiis copiis duces complures ad Caesarem veniunt orantque ut sibi ignoscat: quibus supplicibus venia data Zamam perveniunt. *rumore interim perlato de eius lenitate clementiaque*" cet. — Dein C: „montanis *ac* ferociores". P: „aputeosedsocietasetiam". P: „ualidaequealiquo*d*". C: „ualidaeque alique auxiliorum" cet. — PC: „ex *h*iis conscriptae sunt".

5. *Annonis cis Hiberum provincia erat:* P m. 1. At eadem, nisi fallor, manu etsi nullo, ut mihi quidem videtur, sensu supra *is* in nomine *Annonis* additum est *n* et *en* supra *cis*. hinc tamen factum est ut m. 1. in M scriberetur „annon insciens hiberum prouincia erat", manuque altera „anno non insciens" cet., et in Cant. „hanno non insciens" cet. Simile quid videtur etiam in C scriptum fuisse, quamquam ibi litteris duorum locorum erasis nihil iam legi potuit nisi hoc „hannoni†cis†hiberū prouincia erat": idemque repertum est in Pal. 2. „hannoni cis iberum prouincia erat". Deinde Harl. Lovell. 1. 5.: „hanno non inscius hiberum prouincia erat". Idem „hanno non inscius" in Pall. 1. 3. Lovell. 3. 4. Gärtn. Berol. inventum est, et in Lov. 3. „iberia prouincia erat", in Lov. 4. Gärtn. „iberi in prouincia erat", in Berol. „iberi prouincia erat", in Pal. 3. „in iberia prouincia erat", in Pal. 1. „trans hiberum in prouincia erat". Hav. et Sigon. cod.: „anno non inscius in iberi prouincia erat", probante Sigonio,

nibal ad regionis eius praesidium: itaque, priusquam alienarentur omnia, obviam eundum ratus castris in conspectu hostium positis in aciem eduxit. nec Romano differendum certamen visum, quippe qui sciret cum Hannone et Hasdrubale sibi dimicandum esse, malletque adversus singulos separatim quam adversus duos simul rem gerere. nec magni certaminis ea dimicatio fuit: sex milia hostium caesa, duo capta cum praesidio castrorum: nam et castra expugnata sunt atque ipse dux cum aliquot principibus capiuntur, et

scilicet ne provinciae nomen, in qua Hanno tunc fuisset, desideraretur. — Tum Gärtn.: „cum reliquerat eum hannibal". P: „*ac*regioniseius" pro *ad*. Harl.: „*ita* priusquam". Cant.: „obuiam eiusdem ratus". C: „in conpectu". Gärtn.: „in conspectū".

3. *nec romano differendum certamen uisum:* P. — C: „nec romano differente certamen" cet. m. 2.: „differre". P: „cum*a*nnoneet*h*asdrubale". C: „cum *h*annone et *a*sdrubale". P: „sibidimicandum *messe*": sed m. 2. illud alterum *m* inductum est. Gärtn.: „dimicandum *fore*". P: „mall*e*queaduersus singulosseparat imquam aduersos duossimulre mgerere". *Malleque* pro „mall*et*que" positum est quoque in CM Voss. Lov. 5. Gärtn. In Lov. 3. excidit *simul*, et in Berol. scriptum est „rem gerere simul".

9. *atque ipse dux cum aliquot principibus capiuntur:* C: i. e. et dux et aliquot principes capiuntur. Idem pluralis non numquam reperitur, ut 42, 20.: „taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanimatos": ideoque I. Fr. Gron. recte videtur 22, 21. scripsisse „tribunus militum cum expeditis auxiliis a Scipione missi". saepius tamen in huius generis locis singularis positus est, ut 26, 46.: „in quam (arcem) et ipse Mago cum omnibus fere armatis, qui muris pulsi fuerant, refugerat": eodemque loco „iusta acies cum ducibus cum ordinibus media urbe in forum procedit". non vero sine discrimine modo hunc modo illum numerum positum esse non est difficile intelligere: sed tum demum videntur latini scriptores illo plurali usi esse, cum in altero nomine, quod praepositione *cum* priori nomini addendum visum esset, eandem quam in priore vim poni vellent. Nihilo minus tamen Drakenborchius in superiore, de quo agitur, loco in omnibus suis codd. non

Cissis propincum castris oppidum expugnatur. ceterum praeda oppidi parvi preti rerum fuit supellex barbarica ac vilium mancipiorum: castra militem ditavere non eius modo exercitus qui victus erat, sed et eius qui cum Hannibale in Italia militabat, omnibus fere caris rebus, ne gravia inpedimenta ferentibus essent, citra Pyrenaeum relictis.

LXI. Priusquam certa huius cladis fama accideret,

capiuntur, quod in PC scriptum vidimus, sed *capitur* invenisse vult, quod mihi de Med. et Cant. vix persuadeatur. In P vero scriptum est „cumaliquodprincip*iis*" pro „principibus", quod mendum, si mendum est (cf. dat. et abl. „poemat*is*" al.), saepissime in antt. codd. reperitur. idem *principiis* m. 1. in M scriptum est: et m. 2. in M et in Cant. „cum aliquot princip*ibus*", quod in C quoque scriptum esse supra diximus. Inepte Harl. Lovell. 3. 4. 5. Recan. Gärtn. Hav. Berol.: „atque ipse dux militum cum aliquot praesidiis capitur". — Paulo ante P: „sexmilliahostiumcaesa". Berol.: „sex millia hominum" cet. Berol.: „nam castra" omisso *et*.

1. *Cissis*] Scissis (PCM Cant. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn.). — Hav.: „sciscis". Harl. Pal. 2. cod. Sig.: „scissum". Rec.: „scissium". Berol.: „scise". — Non dubitavi et hoc loco *Cissis* scribere, quod non modo a Polyb. 3, 76. 5. illud oppidum Κίσσα nominatum, sed etiam seq. cap. a Livio non „ad *S*cissim" sed „ad *C*issim" Put. teste scriptum est. saepissime vero litteras *s* et *m* librariorum errori deberi peritos scripturae codicis P non fugerit. non debuit igitur Ioh. Schweighäuserus dubitare, an l. l. etiam apud Polybium Σκίσσα scribendum sit. — P: „propincum". C: „propinquum". Cant.: „oppugnatur". — Dein PC: „parui preti". C m. 1. P: „superlex": quo modo id nomen in antt. codd. saepe scriptum legitur. C m. 2.: „supellex". *Mancipiorum* ad *rerum* referendum esse et utrumque ex *praeda* pendere nemo non videt: *supellexque barbarica* in nominativo ita interpositum est, quasi voci *praeda* appositionis loco addendum fuerit. — Hav.: „sed et*iam* eius". Harl.: „qui in Itali*am* militabat". CM Cant. Voss. Harl. Lovell. 3. 4. cod. Sig.: „citra pyrenaeum". P: „citra pyrreneum". In rell. codd. videtur *circa* fuisse.

7. *accideret:* PCM melioresque codd.: eoque verbo L. usus

transgressus Hiberum Hasdrubal cum octo milibus peditum mille equitum tamquam ad primum adventum Romanorum occursurus, postquam perditas res ad Cissim amissaque castra accepit, iter ad mare convertit. haud procul Tarracone classicos milites navalesque socios vagos palantisque per agros, quod ferme fit ut secundae res neglegentiam creent, equite passim dimisso cum magna caede maiore fuga ad naves conpellit. nec diutius circa ea loca morari ausus, ne ab Scipione opprimeretur, trans Hiberum sese recepit. et

videtur ut id, quod subito evenisset, significaret. In Lovell. 3. 5. Hafn. Rec. Gärtn. Berol. scriptum est „accederet" ut 21, 10.: „ad nos nomen famaque eius accedere — possit". — P: „transgressushiberumhasdrubal". C: „hyberum". P: „cumoctomi libuspeditum milleequitum". C: „cum octo militibus peditum mille equitum". — Lov. 1.: *concursuros*.

3. *ad Cissim:* P] ad Scissim (C m. 1. M Cant.). In C „ad cissim" m. 2. erasum est, quare factum videtur ut idem in rell. codd. praetermitteretur. cf. 21, 60.; Cisis. — Harl.: amissa castra.

4. *haud procul tharracone:* PC: quamquam in eisdem codd. paulo post „*tarracone*" scriptum est. Harl.: „haud procul *a* tarracone". Lov. 4.: „haud procul tarraconem". cf. 9, 32.: „haud procul hoste". — PCM Cant. Voss. Lovell. 1. 2. 5. Gärtn.: „*classicos* milites navalesque socios": „Seesoldaten und Matrosen". Cum *eos* pro *consule* positum videretur, scriptum est in Harl.: „classi consulis milites", in Lov. 4. „classi consules milites", in Hafn. etiam „erat classis consules milites", in Hav. „ubi erat classis consulis milites", in Berol. „ubi erat classis classicos milites". — P: „palant*is*que". C: „palantis" omisso *que*. Hav.: „palantes". — P (CM): „*quod ferme fitut secundae res nec legentiamcreent*". CM: „neglegentiam". Voss. Lov. 1.: „creant": quod Tan. Faber praeferendum esse censuit. sed iam Dukerus dixit, ex illa interpretatione verba „quod ferme fit" supervacua esse. — Lovell. 4. 5.: „equite admisso". Lov. 4.: „magna caede *et* maiore fuga". Gärtn.: „magna caede maiore*que* fuga".

9. *ab Scipione:* PC] a Scipione (rell. codd.). — C: „opprimetur". P: „trans hiberum". C: „trans hyberum".

Scipio raptim ad famam novorum hostium agmine acto cum in paucos praefectos navium animadvertisset, praesidio Tarracone modico relicto Emporias cum classe rediit. vix dum digresso eo Hasdrubal aderat, et Ilergetum populo, qui obsides Scipioni dederat, ad defectionem impulso cum eorum ipsorum iuventute agros fidelium Romanis sociorum vastat: excito deinde Scipione hibernis hostico cis Hiberum rursus

1. *agmine acto:* PCM rell. — Cod. Sig.: „agmine ac*c*ito". — Paulo ante P m. 1.: „et *s*picio". m. 2.: „et scipio". P:„adfamanouorumhostium". — Dein P: „cuminpaucos praefectos pauiu animaduertis set". tum eadem manu *m* ad „pauiu" additum est, ut *pauium* fieret: quod facili mendo pro *nauium* scriptum esse I. Fr. Gronovium non fugit: cf. 23, 26. C: „cum in pauco refectos *paulū* animaduertisset". m. 2.: „paucos". Idem *paulum* in M Cant. repertum est, in rell. etiam „paullulum". Lipsius, qui Put. scripturam nesciret, „*palam*" scribendum coniecerat. — Cant.: „modico reliquo". — C m. 1. M Cant. Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Berol.: „Emporia". P Voss. Lov. 1.: „emptoria". Hav.: „emptoriam". C m. 2.: „*t*emporiū": (Polyb. l. l. Ἐμπορεῖον). Lov. 5.: „temporia". Cf. 34, 9.: „secundo vento *Emporias* perventum est" cet. „iam tunc *Emporiae* duo oppida erant muro divisa: unum Graeci habebant a Phocaea, unde et Massilienses, oriundi, alterum Hispani". Contra 29, 25.: „*Emporia* ut peterent, gubernatoribus edixit": quam Africae regionem L. 34, 62. descripsit. — Paulo post *Ilergetum* in uno Gärtn. inventum est. Lov. 3.: „ilargetum". Lov. 5.: „illargetum". PCM Cant. Lovell. 1. 4.: „et *ille argentum* populo".

7. *hostico cis Hiberum rursus cedit agro*] toto cis Iberum rursus cedit agro (codd. Sig. Hafn. Berol. et Hav., nisi quod in ultimo horum librorum *cis* omissum est:). — M m. 1. PC: „*stoicosis* hiberum rursus c*a*edit agros". M m. 2.: „hiberum uersus cedit" cet. Simili mendo scriptum est in Cant. Harl. Voss. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 4. Gärtn.: „stoicosis (h)iberum rursus cedit agros": praeterquam quod in Lov. 4. erat „stercoris". Recan.: „stationibus hibero rursus cedit" cet. Quae scripturae cum nihil viderentur probari posse, in recentissimis supra laudatis codd. „*toto* cis hiberum rursus cedit *agro*" scriptum est: idque, cum me vera vis

cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infesto exercitu invasisset, conpulsis omnibus Atanagrum urbem, quae caput eius populi erat, circumsedit, intraque dies paucos pluribus quam ante obsidibus imperatis Ilergetes pecunia etiam multatos in ius dicionemque recepit. inde in Ausetanos prope Hiberum, socios et ipsos

antiquissimae scripturae fugeret, in min. edit. recipere non dubitavi. sed me magnopere errasse iam intellexi. nam cum Sabellicus in perantiquo suo cod. invenerit „stoico*his* hiberum", et in Put. nonnumquam *his* pro *cis* scriptum sit (ex. gr. 21, 53.), dubium esse vix potest quin vel in „stoico*sis*" vel in „stoico*his*" insit „*stoico cis*". quod cum nemo non viderit, *stoico* aut per ludum iocumque aut metathesi illa, qua tot locis in Put. erratum est, positum esse oportet pro „*ost*ico", idque pro *hostico* eodem mendo, quo persaepe *ostis* pro *hostis* scriptum est. sic modo vidimus in Put. „spicio" pro „scipio", 21, 53. „exceptari" pro „expectari", multaque alia eiusdem generis: cf. T. Livi l. xxx. p. LXVII. *Hostico* autem *cedit agro* — nam „agros" scriptum non esset nisi „scipio" sequeretur — aptissimum esse huius loci rationi, et *cis Hiberum* significare „qui hosticus ager cis Hiberum erat", vix quisquam negaverit: „so verlässt er wieder das Gebiet der den Römern ergebenen Spanier diesseits des Ebro". Cf. 44, 13.: „ne segnis sederet — in agro hostico". 29, 2.: „per agrum Ausetanum — hostico tam quam pacato clementer ductis militibus — ad sedem hostium pervenere". al. — Paulo ante Hafn.: „exacto deinde scipione" cet.

3. *Atanagrum:* M m. 1. P Pall. Voss. Lovell. 3. 4. Hafn. al. — Caut. Berol.: „athanagrum". M m. 2.: „*ad*tanagrum". Harl. Gärtn.: „attanagrum". Rec.: „atanagium". Lov. 5.: „attanagium". In C vidi aex verbis praetermissis: „exercitu. caput eius populi" cet. pauloque ante „ab autore". Pal. 3.: „relictos ab auctore defectionis et Ilergetum gentem". Lov. 3.: „quae caput populi eius erat". Gärtn.: „quae caput huius populi erat". Exc. Pithoei: „urbem — caput eius populi erat — circumsedit". Lov. 4.: „circumdedit". Berol.: „obsedit". — M m. 1. PC: „pecunia etiam multos". M m. 2.: „mul*tatos*". Pal. 2.: „in ius ditionemque suscepit".

6. *Ausetanos:* P m. 2. C al. — P m. 1.: „inauset*ad*nos

Poenorum, procedit, atque urbe eorum obsessa Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul iam urbem cum intrare vellent, excepit insidiis: caesa ad duodecim milia, exuti prope omnes armis domos passim palantes per agros diffugere. nec obsessos alia ulla res quam iniqua oppugnantibus hiemps tutabatur. triginta dies obsidio fuit, per

propehiberum". Lov. 3.: „auxetanos". Lov. 4.: „ausitanos". Voss. Hav.: „ansetanos". Lov. 1.: „ansatanos", Hafn.: „inde iam lusitanos". — P: „adque". PC: „urbem eorum obiressa". M: „obiressa". Cant.: „obires". — Lov. 4.: „laceranos". Lov. 5.: „lacedones". — „Haud procul iam *urbem* cum intrare uellent" cum PCM Pall. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. scripsimus, cum inde ab Ascensiana edit. a. 1513 editores *urbe* scribi voluissent. Utrumque verum esse posse apparet. nam aut ad *haud procul* suppleri potuit *urbe*, aut *urbem* ad *intrare*, qua re vel ob id ab antt. libris recedendum non erat. at praeterea particula *iam* veri similius facit, Livium „*cum iam urbem intrare vellent*" fungi voluisse: quod ut ne quem fugere posset, hac altera structura Berol. codicis librarius verba in suo libro se excipere voluit: „als sie schon ganz in der Nähe in die Stadt einrücken wollten". In PC tamen non *intrare* sed „intrar*ent*" scriptum est. — Lov. 4.: „excipit insidiis". — Ausetanorum sedes prope Hiberum fuisse L. contra atque Plinius (3, 3. 22.) 39, 56. quoque dicit.

3. *caesa ad* XII *exuti prope omnes armis:* P m. 1. CM] caesa duodecim millia, exuti pene omnes armis. — Lov. 3.: „caesa duodecim millia". In rell. codd. omnibus repertum *ad* est, sed in eisdem etiam *pene* inesse dicitur. M. 2. scriptum in P est *an* pro *ad:* quod cur factum sit, expedire non possum.

5. *nec obsessos alia ulla res quam iniqua oppugnantibus hiemps tutabatur:* P: quamquam priorem manum primum *s* verbi *tutabatur* fefellerat. *Alia ulla res* videtur omnium codd. scriptura esse, nisi quod in uno Lov. 3. „ulla alia res", et in Recan. „obsessos alios ulla res" inerat. C: „hiemptutebatur". m. 2.: „hiemps tuebatur". Lovell. 4. 5.: „tutatur".

6. *xxx dies obsidio fuit:* PC (rell. codd.). In nullo cod. videtur „xxx *dierum*" scriptum fuisse. — PC (rell.): „*raro umquam nix minus quattuor pedes alta iacuit*". C: „quatuor". Berol.:

quos raro umquam nix minus quattuor pedes alta iacuit: adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea sola ignibus aliquotiens coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit. postremo, cum Amusicus princeps eorum ad Hasdrubalem profugisset, viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum est.

LXII. Romae ac circa urbem multa ea hieme prodigia facta aut, quod evenire solet motis semel in religionem

„raro nix umquam minus". m. 2.: „raro nix minus". — PC: „*adeoque pluteos ac vineas*" cet. Lov. 3.: „adeo pluteas ac vineas". Lov. 4.: „adeoque pluteas et vineas". Voss.: „adeoque plateas et vineas". — P: „uteasola*s* ignibus aliquotiens coniect*is*tis abhoste" cet. m. 2. mediae litterae *ti* inductae sunt. C: „ignibus aliquociens coniectis". In Voss. Lov. 1. et in duobus Oxx. excidit *sola*. „*Ignibus coniectis*" aut abl. absol. esse potest aut dativus ex *tutamentum* pendens. equidem pro ablativo habere malim et *ab hoste* referre ad *etiam*, quasi scriptum sit „vel adversus hostem".

4. *Amusicus:* M Voss. Lov. 5. Gärtn. Berol. Ox. N] Amusitus. — PC: „amusici*is*". Fortasse verius erat aut *Amusicis*, ut Indebil*is*, aut *Amusicius*, quod in Hav. scriptum est, ut Mandon*ius*. Lovell: 4. 5.: „ermisicus". Harl.: „amuscus". Hafn.: „emulicus". — P: „a*b*hasdrubalem". Berol.: „uiginti talentis argenti". P: „pactidedu*cun*turtarrhaconem". C: „pacti deducuntur. tarrachonē" cet. M Cant. Pall. 1. 3. Harl. Lov. 3.: „pacti deducuntur tarraconem. in hiberna reditum est". Voss. Lov. 1. Gärtn.: „pactis deducuntur tarraconem". C: „redditum est". Hafn. Berol.: „reductum est".

7. *Romae ac circa urbem*] Romae et circa urbem (ex conl. I. Fr. Gronovii). — PCM rell.: „romae *aut* circa urbem". Quamvis in particula *aut* h. l. non ea vis inesset quam si „*aut* Romae *aut* circa urbem" scriptum fuisset, tamen id ea certe faceret, ut, si qua eorum prodigiorum Romae accidisse dicebantur, Livius persuasum habuisse videretur, non eam fidem nuntiantibus tribuendam esse, ut ea aliis derogando esset, qui illa non Romae sed locis circa urbem sitis evenisse dicerent. itaque, cum in sequenti certis additis nominibus expositum videamus, quid quovis loco factum esse tradatur, neque aliud quidquam scriptor dubitarit, quam utrum quae nun-

animis, multa nuntiata et temere credita sunt: in quis ingenuum infantem semenstrem in foro olitorio triumphum clamasse, et foro bovario bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse atque inde tumultu habitatorum territum sese deiecisse, et navium speciem de caelo adfulsisse, et aedem Spei, quae est in foro olitorio, fulmine ictam, et La-

tiata essent, vere facta aut temere essent credita, particula *aut* pro integra scriptura haberi non potest. Gronovius *et* pro *aut* scribi voluit, ego verius esse putarim *ac*, quod permultis locis particulas *ac ad aut* inter se permutatas ab antiquis librariis videmus. Quod autem Nic. Heinsius vocem *urbem* inducendam esse censuit, similibus locis allatis Drakenborchius docuit, non raro ita nomina urbium bis scripta inveniri, ut 1, 38.: „Collatia et quidquid citra Collatiam agri erat Sabinis ademptum". — P: „multa*m*eabie me". C m. 1. P: „motis semel in regionem animis". C m. 2.: „in religionē". Berol. mutato sensu: „motis semel religione animis".

1. *in quis:* PCM al. Recc. quidam codd.: „in quibus". Illa forma contracta Livium saepe usum esse notum est: ex. gr. 30, 25.: „quis deficientibus". — PC: „seme*a*trem". Cf. 21, 43.: cum se*m*enstri hoc — duce". — C: „oli*o*torio". C m. 1. P: „clama*sset* et foro boario bobem in tertiam contignationem sua sponte escendisse". Idem *escendisse* in M inventum est, in rell. codd. „scandisse". Cf. 10, 23.: „in foro bovario". In Cantabr.: exciderunt, quae inter „*in foro*" et „*bovario*" in rell. libris scripta leguntur. Gärtn. Hav.: „et *in* foro". — P: „adque inde". PC: „tumultu*m* habitatorum". PC al.: „adfulsisse". Lov. 4.: „affulxisse". hinc Hafn. Berol.: „affluxisse". — PC: „quae est in foro *h*olitorio". M Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Berol.: „quae est in foro olitorio". Cant. Harl. Lov. 1.: „quae in foro olitorio" omisso verbo *est*.

6. *et Lanuui:* PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. In rell. codd. scriptum est „Lauinii", at iam Sabellicus docuit, non Lavinii sed Lanuvii Iunonem Sospitam cultam esse. idem restituit „*hastam* se commouisse", cum in antt. libris scriptum esset „*hostiam*", quod nullo altero loco id prodigii commemoraretur, saepe *hastae motae* inter prodigia referrentur: ut 24, 10.: „hastam Martis Praeneste sua sponte promotam". — P: „etlanuuihostiasecom

nuvi hastam se commovisse et corvum in aedem Iunonis devolasse atque in ipso pulvinario consedisse, et in agro Amiternino multis locis hominum specie procul candida veste visos nec cum ullo congressos, et in Piceno lapidibus pluvisse, et Caere sortes extenuatas, et in Gallia lupum vigili gladium ex vagina raptum abstulisse. ob cetera prodigia libros adire decemviri iussi: quod autem lapidibus pluvisset in Piceno, novemdiale sacrum edictum, et subinde aliis procurandis prope tota civitas operata fuit. iam pri-

monisse". In Cantabr. excidit *et*. — P: „adqueinipso puluinario". Lov. 3.: „puluinari". — Lov. 4. Ox. D.: „et in agro amiturnino". Lov. 3.: „amiterno". — PCM omnesque meliores codd.: „*multis locis hominum specie procul candida veste uisos*". Lov. 5. Recan. Gärtn.: „hominum speciem — uisos". Hafn.: „hominum *species* — *uisos*": (cf. 24, 10.: speciesque hominum — cum candida veste visas esse:). Harl.: „procul *a* candida veste". Num librarius „procul *ac* candida veste" scribere voluerit? — „*Nec cum ullo congressos*" Drak. in uno Lov. 5. scriptum vidit. PCM Cant. Harl. Lov. 1.: „nec cum illos congressos". Hav. Lov. 3.: „nec cum illis congressos". C m. 2.: „et cum illis congressos". Lov. 4.: „nec tum illos congressos" Hafn.: „nec tam illos congressos". Gärtn. Rec. Berol.: „nec tamen illos congressos". Pall.: „nec tamen ullos congressos". — Religionis causa Livium veritum esse homines appellare qui dei esse potuissent, nemo non videt.

4. *lapidibus pluuisse:* PCM. Cf. 1,31.: „lapidibus pluisse". — Lovell. 4. 5. Gärtn.: „lapides". cf. 3, 10.: „et carne pluit". — Recc. codd.: „pluisse".

5. *sortes extenuatas*] sortes attenuatas. — PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav.: „sortes *extenuatae et* in gallia" cet. *Extenuari* videtur h. l. idem significare quod *adtenuari*, quod paulo post et 22, 1. legitur, *imminui*, *minores fieri:* „die Weissagetäfelchen seien kleiner geworden". — PCM: „*ex* uagina". Rell. codd.: „e uagina". C m. 1. P: „ decemuiri*siussi*". m. 2.: „decemuiri". PCM Hav.: „quod autem lapidibus pluuisset". — C: „nouendiale". Lovell. 4. 5.: „et subinde aliis procurationibus prope tota" cet.

mum omnium urbs lustrata est, hostiaeque maiores quibus editum est diis caesae, et donum ex auri pondo quadraginta Lanuvium et Iunoni portatum est, et signum aeneum matronae Iunoni in Aventino dedicaverunt, et lectisternium Caere, ubi sortes adtenuatae erant, imperatum, et supplicatio Fortunae in Algido: Romae quoque et lectisternium Iu-

1. *urbs lustrata est:* C. — PM: „urissis lustrata est". Voss. Gärtn.: „ursis lustrata est". In antiquiore cod. videtur antiquior illa forma „*urbis*" (7, 31.) fuisse scripta. — PM Cant. Voss. Lov. 1.: „quibus *editum* est". C. al.: „edictum".
3. *et Iunoni:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Hafn. Rec. Gärtn. Berol.] ad Iunonis (scil. aedem: ex coni. I. Fr. Gron.). — „*Et Iunoni*" nihil aliud h. l. esse potest quam „und zwar der Iuno": maiorque ea vis in hoc nomine posita est, quod, cum duo prodigia Lanuvii facta essent, id potissimum, quod ad Iunonem spectaret, procurandum visum sit. — PC: „ex auri pondo *xl.*" Pal. 3.: „lauinium". — Paulo post Phil. Rubenius Livianam manum restituit: „*in Aventino dedicauerunt*". Cum enim levi mendo m. 1. in P scriptum fuisset „inadauentinoe dicauerunt", et alter librarius mendo non perspecto *fi* supra *di* addidisset, factum est ut in reliquos omnes codd. „*aedificauerunt*" migraret. C m. 1.: „in adauentino edificauer". m. 2.: „in auentino". — P: „ubisortesadtenuataeerat". CM Cant. al.: „attenuatae". In recentioribus tamen codd. videtur „*extenuatae*" ut priore loco scriptum esse.
6. *Iuuentati:* PCM Cant. Voss. Harl. In recentioribus codd. scriptum est aut „iuuentuti" aut „iuuentae". Cf. 5, 54.: „Iuventas Terminusque maximo gaudio patrum vestrorum moveri se non passi". — C: „deinde uniuerso populo & circa omnia puluinaria" cet. Tum idem C: „hostiae caese. et c. tilius". m. 2.: „atilius". — PC: „*si in decem annos res publica eodem statu stetisset*". Rec. Hafn.: „romanus populus" (pro „*r. p.*"). Berol.: „p. r". Cf. 30, 2.: „consulibus imperatum — ludos magnos facerent, quos — dictator in quintum annum vovisset, si eodem statu res publica staret". — P: „haecprocurata notaquae exlibrissybillinismag naetparteleuauerant religionea nimos". C: „sybillinis". CM Cant. Harl. Exc. Pithoei: „magna ex parte leuauerant

ventati et supplicatio ad aedem Herculis nominatim, deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta, et Genio maiores hostiae caesae quinque, et C. Atilius Serranus praetor vota suscipere iussus, si in decem annos res publica eodem stetisset statu. haec procurata votaque ex libris Sibyllinis magna ex parte levaverant religione animos.

LXIII. Consulum designatorum alter Flaminius, cui hac legiones quae Placentiae hibernabant sorte evenerant, edictum et litteras ad consulem misit ut is exercitus idibus Martis Arimini adesset in castris. hic in provincia consu-

religione animos“ (cf. 7, 3.). Lovell. 4. 5. Gärtn.: „leuauerunt“. Plerique recc. codd.: „leuauerant animum religione“. Lov. 1.: „religionis“. Voss. et cod. Lipsii: „leuauerunt animum religionis“.

8. *hae legiones:* PC] eae legiones. — C: „hybernabant“. — PC: „ut is exercitus idibus martis arimini adesset in castris“. Eadem forma contracta *martis* pro „Martiis“ L. quoque 22, 1. usus est. Lov. 3.: „ariminum“. *Adesset* (non „esset“) omnium codd. scriptura videtur esse. — *Ariminum* quoque Tib. Sempronius exercitum ex Sicilia profectum convenire voluerat: 21, 51. — *Ed. et litt.* = „ed. *per* litteras“. sed cf. Cic. epp. ad fam. 11, 2. 1.

10. *hic in prouincia* cet.: P (C et margo Oxon. N.)] huic in provincia cet. — Cum Livius h. l. in adverbio *hic* et in sequentibus vocibus *in provincia* quantam maximam orationis vim poni voluerit, idque loci rationi accommodatissimum sit, et *huic* ab eis librariis scriptum videatur, qui antiquam scripturam mutatam vellent, ne dativus pronominis deesset, non dubitavimus meliorum codd. scripturam restituere. De pronomine supplendo cf. 5, 4.: „quod ad perseverandum stimulet“. C m. 2.: „huic in prouinciā“ cet. idque *huic* deinde in rell. prope omnes codd. receptum est. Lov. 3.: „hac in prouincia“. In M Harl. Pall. Hav. etiam „in prouintiam“ inventum est. — Lov. 3. Rec. Ox. N.: „memoria ueterum certaminum“. Gärtn.: „memor ueterum“ cet. Voce *certaminum* erasa in C m. 2. scriptum est „memori ueterum irarum“. — PC: „*quae tr. pl. et quae postea consul*“ cet. Tum C: „prius q; de cosulatu qui abrogabatur deinde triumpho habuerat“. Idem „*deinde*“ (pro *dein de*) repertum est in Harl. Gärtn. Hav. In Harl. etiam: „quae *prius* tribunus

latum inire consilium erat memori veterum certaminum cum patribus, quae tribunus plebis et quae post ea consul prius de consulatu qui abrogabatur dein de triumpho habuerat: invisus etiam patribus ob novam legem, quam Q. Claudius tribunus plebis adversus senatum atque uno patrum adiuvante C. Flaminio tulerat, ne quis senator cuive

pl. et quae postea consul de consulatu" cet. — De C. Flaminio trib. pl. cf. Cic. Cato M. 4, 11.: „(Q. Fabius Maximus cons.) Sp. Carvilio collega quiescente C. Flaminio tribuno pl. quoad potuit restitit, agrum Picenum et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti". de anno, quo illa lex lata sit, cf. Henr. Meyerus ad Cic. Brut. 14, 57. De priore Flaminii consulatu cf. Plut. Marcell. c. 4., qui dicit, Flaminius et Furius conss. cum Insubribus bellum illaturi essent, et propter prodigia quaedam litteris a senatu missis a bello avocarentur, Flaminium eas litteras non ante quam hostes fudisset solvisse. eodem loco de infami Flaminii triumpho agitur. — PCM Cant.: „*inuisus etiam patribus*". Harl. Lovell. 1. 5. Gärtn.: „inuisus etiam senatu". Rell. codd.: „senatui".

5. *aduersus senatum atque uno patrum adiuuante:* PCM omnesque prope et Pall. et Drak. codd.] adversus senatum uno patrum adiuvante (ex coni. I. Fr. Gronovii). — P: „adq. uno". Lov. 3.: „atque ut uno patrum" cet. Quem ad modum Gronovius sibi persuadere potuerit melius particula *atque* inducta *adverso senatu* scribi, cum Livium alia atque alia dicendi genera iungere solitum esse sciret, intelligere non possum. hoc autem loco etiam id accessit, quod L. particula copulativa addenda sequentium verborum *uno patrum adiuuante* vim augeri voluit. cf. similis locus 21, 10.: „Hanno unus adversus senatum causam foederis magno silentio — audientium egit". — Paulo ante PC: „legem quemque cladius tr. pl. aduersus" cet. M m. 1.: „quemque gladius tr. pl." m. 2.: „quamque". Lov. 1.: „quemque claudius". Harl.: „quamque claudius". Lov. 3. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N.: „quam claudius": cum librarii non viderent, *que* h. l. ut permultis similibus pro *Q.* scriptum fuisse.

6. *cuiue senator pater fuisset* recte ab I. Alex. Roëllio restitutum est. In P m. 1. scriptum erat mendo, quod saepe in eodem Put. commissum est, „*q*uiue senator paterfuis

senator pater fuisset maritimam navem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. id satis habitum ad fructus ex agris vectandos: quaestus omnis patribus indecorus visus. res per summam contentionem acta invidiam apud nobilitatem suasori legis Flaminio, favorem apud plebem alterumque inde consulatum peperit. ob haec ratus

set“: ut 22, 1. „*q*uiquecom modumesset“ pro *cuique:* ut 25, 6. „*q*ui“ pro *cui*, al. Quae antiquior scriptura cum non videretur probanda esse, m. 2. *is* ad *senator* adiecit ut *senatoris* fieret: idque „quiue senatoris pater fuisset“ in rell. codd. migravit, nisi quod in Berol. *qui* pro „quiue“ scriptum est: ex quo I. Th. Kreyssigius „cuive senatori*us* pater fuisset“ fieri voluit. — Paulo ante Hafn. Gärtn. Hav.: „ne quis senatorum“. Deinde Lov. 3.: „centum amphorarum“. *Amphorum* in nullo cod. h. l. scriptum videtur. — Lov. 4.: „satis habitum“ omisso pronomine *id*. P: „ad*f*luctus“. Gärtn.: „quaestus omnium patribus“. Recan.: „quaestus omnibus patribus“.

5. *aput nobilitatem:* P. — C m. 1. P: „suasor*e* legis flaminio“. C m. 2.: „suasori“. Lov. 5.: „flaminio suasori legis“. Lov. 4.: „legis flaminio suasori“. P: „aputpleuem“. C m. 1.: „apud pleuem“. C m. 2.: „plebem“.

6. *ob haec ratus auspiciis ementiendis* cet.: PCM Cant. Harl. Pal. 2. al. — Unus Hav.: „ob hoc“. Voss. Lovell. 1. 4. 5.: „auspiciis emendis“. Rec.: „auspiciis petendis“, pro quo Sig. *repetendis* scribi voluit. *Ementiendis auspiciis* „durch erdichtete Angaben von Zeichen des Himmels“ veram integramque scripturam esse multis similibus locis inprimis Ciceronianis congestis docti viri ostenderunt: cf. Cic. Phil. 2, 33. 35. 3, 4. Pro domo 48, 125.: „ementiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad hominum timorem quid voluisti“. L. 10, 40.: „cum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus tripudium sollistimum consuli nuntiavit“. 25, 3.: „ementiti erant falsa naufragia“: i. e. quae nulla fuerant. Hoc sensu Cicero Catonem M. (4, 11.) de Q. Fabio Maximo dicentem facit: „augur cum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quae pro reip. salute gererentur: quae contra remp. ferrentur, contra auspicia ferri“. — P m. 1.: „feriarumora“. m. 2. alterum *m* adiecit. De Latinis feriis cf. 22, 1. 44, 22.

auspiciis ementiendis Latinarumque feriarum mora et consularibus aliis impedimentis retenturos se in urbe, simulato itinere privatus clam in provinciam abiit. ea res ubi palam facta est, novam insuper iram infestis iam ante patribus movit: non cum senatu modo sed iam cum diis inmortalibus C. Flaminium bellum gerere: consulem ante inauspicato factum revocantibus ex ipsa acie diis atque hominibus non paruisse, nunc conscientia spretorum et Capitolium et sollemnem votorum nuncupationem fugisse, ne die initi magistratus Iovis optimi maximi templum adiret, ne senatum invisus ipse et sibi uni invisum videret consuleretque, ne Latinas indiceret Iovique Latiari sollemne sacrum in monte faceret, ne auspicato profectus in Capitolium ad vota nun-

4. *iram infestis iam ante patribus mouit:* PCM al. — Berol.: „infensis iam ante“ cet. Lov. 3.: „infestis iam patribus“. — Dein Berol.: „neque cum senatu modo“. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Gärtn. Berol.: „sed cum diis immortalibus“. Lov. 3.: „gerere bellum“. — Berol.: „consulem ante*a*“. Hav.: „consulem autem inauspicato“ cet. P: „diis adque hominibus“.

8. *nunc conscientia spraetorum:* P: in quo nihil erratum erat, nisi quod suo more librarius *ae* pro *e* posuerat. at male iungendo litteras in omnibus prope rell. codd. scriptum est „conscientias praetorum“, cuius loco Paul. Manutius „conscientia praeter*i*torum“ scribendum esse coniecit. In C etiam et in Voss. Lovell. 3. 4. Gärtn. Berol. scriptum est „*ne* nunc“: in Hav. „nec nunc“: in Lov. 5. „et ne nunc“. *Spretorum* scil. et deorum et hominum. — PC: „so*l*lemnem uotorum nuncupationem“. Hav.: „uotorum supplicationem“. — PCM: „iouis ō m̄ templum“. Voss. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Berol.: „iouis *omne* templum“. Rec.: „iouis *omen* templum“. Gärtn. etiam: „iouis circa templum“.

10. *ne senatum inuisus ipse et sibi uni inuisum uideret* cet.: P. — Hav.: „nec senatum“. C Harl. Pall. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. cod. Sig. Ox. D.: „inuisus ips*i* et sibi uni“ cet. — PCM: „*iouique latiari*“. Rell. codd.: „iouique latia*li*“. P: „so*l*emne“. PC rell.: „sacrum *in monte* faceret“. cf. 5, 17.: „Latinas sacrumque *in Albano monte* non rite concepisse“.

13. *profectus in Capitolium:* P]

cupanda, paludatis inde cum lictoribus in provinciam iret:

profectus in Capitolium (C rell.). Cf. C. L. Schneideri lat. Gramm. II, 1. 57.

1. *paludatis inde cum lictoribus:* PC] paludatus inde cum lictoribus (M? Cant.?). In rell. codd. excidisse dicitur „cum lictoribus". — In minore edit. scripseram *paludatus*, quod mihi ea, quae ab I. Fr. Gronovio ad 41, 10. disputata erant, probanda videbantur, quamquam etiam tunc nonnulla mihi obversabantur, quae eius rationibus opponi posse credebam. sed re diligentius pensitata me errasse intellexi. nam quod ille vult solos imperatores ab optimo quoque scriptore in bellum proficiscentes *paludatos* dici, id certe permultis optimorum scriptorum locis probatur, non tamen ita ut simile quid de paludamentis ducum, id quod necesse videretur, dici posset. sic enim L. ipse 1, 26. scripsit: „cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat": quamvis ille Curiatius non ex ducibus Albani exercitus fuisset. nec deerat quod illi ita scriberent. cum enim belli mentione facta nihil maioris momenti esset quam imperatores eorumque exercitus, et in belli ducibus summa rerum posita esse videretur, nihil erat cur illam vocem ad bellum spectantem etiam ad alios referrent. paludati igitur eis dicebantur consules imperatoresve, ne togati bella gessisse viderentur, id quod in altera Catilinaria Cicero de se ipse dicere potuit, quamvis, si res ita tulisset, non minus, quiqui cum duce in bellum proficisci solebant, paludati dici potuissent. quod ut nobis persuaderemus, inprimis Festus fecit, in cuius fragmentis (ed. Müllerianae p. 253.:) id legitur: „*Paludati* in libris auguralibus significat, ut ait Verrius, *armati, ornati: omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici*". nec dici potest nihil eius generis Varronem ante oculos habuisse, cum de l. l. 7, 37. scripserit: „paluda a paludamentis. haec insignia atque ornamenta militaria: ideo ad bellum cum exit imperator *ac lictores mutarunt vestem* et signa incinuerunt, paludatus dicitur proficisci". nam licet postrema eius loci verba ad unum imperatorem referenda sint, tamen id pro certissimo habendum est, cum ille non modo a ducibus sed a lictoribus vestes mutatas esse dicat, paulo insigniore vestitu lictores belli tempore usos esse quam in pace. non enim sine insignibus eos festis diebus incedere solitos

lixae modo sine insignibus sine lictoribus profectum clam furtim, haud aliter quam si exilii causa solum vertisset: ma-

esse, vel ex Appiano intelligi potest, qui 8, 66. in Pun., cum de triumpho Africani maioris scriberet, dixit: αὐτοῦ δὲ ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥαβδοῦχοι φοινικοῦς χιτῶνας ἐνδεδυκότες. et ut ille lictoribus triumphantis consulis purpureas tunicas, et in proelio ipso Silius (9, 420.) non lictoribus solum *sagula rubentia* sed etiam consuli ipsi (4, 517.) tribuit, sic non dubito quin lictores cum consule suo bellum gerente paludati fuerint, quamvis vix dubium videatur, quin consulis paludamentum multo excellentius fuerit quam quibus lictores utebantur. imperatoribus ipsis vero paludamenta alba aut purpurea dari solita esse Val. Max. 1, 6. 11. dicit. quod si non potest ut ille mos Livium fugerit nescieritve ex latinae linguae ratione paludamenta nihil esse nisi ornamenta militaria, ego non video, cur non lictores ipsos, cum pompam ducis in Capitolium escendentis describeret, paludatos dicere potuerit, quod, ut lictores antecedentes consulem adesse ostendebant, sic paludati lictores consulem bello gerendo intentum esse monstrabant. neque dubito quin multis mirum visum fuerit, si contra meliorum librorum auctoritatem a Livio scriptum legerint, non paludatum consulem cum lictoribus in provinciam abisse, quasi is dicere potuerit, Flaminium aut togatum aut sine lictoribus in bello fuisse. ac, nisi omnia me fallunt, haec una causa fuerit, cur plerique recentium codicum librarii verba *cum lictoribus* ut supervacua omissa voluerint. nam quod L. ita pergit, consulem sine insignibus sine lictoribus clam furtim profectum esse, id non ita accipiendum est, tamquam si consuli inde sine lictoribus in castris versandum fuerit: sed eum non a Capitolio cum lictoribus abisse, ut mos erat, et Arimini demum lictores cum fascibus antehac iussisse. Quae cum ita sint, facere non possumus, quin antiquam scripturam omnibus eis locis, quibus in simili re paludatorum lictorum mentio fit, sequendam esse censeamus: ut 41, 10. quo loco non cum Gronovio „*cum* lictoribus *paludatus* profectus" sed cum Laurish. codice scribendum est: „cum is more maiorum secundum vota in Capitolio nuncupata *lictoribus paludatis* profectus ab urbe esset" cet.

1. *profectum clam furtim:* P m. 1.: „heimlich verstohlener Weise". Altera dein ma-

gis pro maiestate videlicet imperii Arimini quam Romae magistratum initurum et in diversorio hospitali quam apud penates suos praetextam sumpturum. revocandum universi retrahendumque censuerunt et cogendum omnibus prius praesentem in deos hominesque fungi officiis quam ad exercitum et in provinciam iret. in eam legationem — legatos enim mitti placuit — Q. Terentius et M. Antistius profecti nihilo magis eum moverunt quam priore consulatu litterae moverant ab senatu missae: paucos post dies magistratum iniit, inmolantique ei vitulus iam ictus e manibus sacrificantium sese cum proripuisset, multos circumstantes cruore respersit: fuga procul etiam maior apud ignaros, quid trepidaretur, et concursatio fuit: id a plerisque in omen magni

nus in P „profectus" scripsit, quo factum est ut idem *profectus* in M Voss. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. transiret. In C tamen novem verbis omissis scriptum vidimus „paludatis inde cum lictoribus profect' clam furtim" cet. — P: „audaliter". P: „exiliicauca". m. 2.: „causa".

1. *magistratum:* C m. 2., cum in P et m. 1. in C „magistratuum" eodem quo paulo post mendo fuisset. — PC: „diuersorio". cf. 1, 51. — P: „aputpaenates". C: „apud paenates". — Dein C m. 1.: „et cogendum omnibus prius quam praesentem" cet. M. 2. verba *omnibus* et *quam* erasa sunt.

8. *priore consulatu:* PC Voss. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. (et sine dubio M et Cant.)] priori consulatu. — Paulo ante Lov. 5. Hav.: „legatos *ei* mitti placuit". Pal. 3.: „legatos emitti". — C: „nihilo minus eum mouerunt". Berol.: „eum commouerunt". — Dein P: „ab senatū | missae". PC: „magistratuum iniit". Harl.: „magistratus iuiit". — M m. 1. P Lov. 1.: „sese cum proripisset". C Harl. Lov. 3.: „prorupisset". Berol.: „cum se proripuisset". Cf. 3, 17.: „se ex curia proripit". 8, 28.: „cum se in publicum proripuisset". — P: „aputignaros". Hav.: „fuga etiam procul maior". Berol.: „fuga etiam procul et maior". Lov. 3.: „fuga procul etiam in animo". *Fuga procul* = „die Bestürzung bei den fern Stehenden". Lov. 1.: „et occursatio fuit".

13. *id a plerisque in omen magni terroris acceptum:* PC rell. I. Fr. Gron. omissa praepositione *in* „omen magni terroris acceptum" scribi

terroris acceptum. legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni consule duabus a C. Atilio praetore acceptis in Etruriam per Apennini tramites exercitus duci est coeptus.

voluit, Dukerus „*ut* omen — acceptum“. sed *in* probatur similibus locis, ut 7, 26.: „quod primo ut *in* augurium caelo missum laetus accepit“. — C m. 2.: „consule“. C m. 1. P: „a sempronio prioris anni consu*lem*“. Altero loco *duabus* in Lov. 3. omissum proque eo „*et* c. atilio“ scriptum est. — PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Berol.: „*et* in *etruriam*“. Pall. codd.: „in etruriam per apennini tramites“. PC: „per appenninum tramites“. m. 2.: „appennini“. — Gärtn.: „duci *coeptus est*“. — In fine huius libri scriptum est in P: „Titi Liuii|ab urbe condita|lib. XXI.| explic; incipit lib. XXII. | feliciter“. In CM nihil eius generis h. l. adiectum vidimus.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER XXII.

I. Iam ver adpetebat, cum Hannibal ex hibernis movit, et nequiquam ante conatus transcendere Apenninum in-

1. *Iam uer adpetebat cum Hannibal ex hibernis mouit et nequiquam ante conatus transcendere* cet. L. Vallae elegantissima coniectura restitutum est. in PC enim invenimus: „iam uero adpetebat que hannibal ex hibernis metuit“: nisi quod in C „appetebat“ et „hibnis“ scriptum erat. eadem antiqua scriptura in M Cant. Hav. Lov. 3. reperta est, praeterquam quod in iis non *que* sed „*quae*“ fuisse dicitur. *Ver* tamen pro *uero* non modo ab recentissimis quibusdam librariis receptum est sed etiam ab Harleiano, qui ita scripsit: „iam uer adpetebat quae annibal ex hibernis metuit“. At cum „adpetebatque“ positum videri posset pro „adpetebat atque“, in Hafn. scriptum est „iam uer appetebat *et* hannibal ex hibernis mouit“: quod ita fere scriptum esset ut 21, 58.: „haud longi temporis quies militi data est, *et* ad prima signa veris profectus ex hibernis in Etruriam ducit“. Simili modo Berol.: „iam ner apetebat & hannibal“ cet., alteraque inde manu „ex hibernis *se* mouit“, quamquam praetermisso pronomine *movit* rectissime se habuit, ut 27, 39.: „Hasdrubalem *movisse ex hibernis* et iam Alpes transire“: al. Loveliani quinti librarius *ne* ante *que* excidisse ratus scripsit: „iam uer appetebat *neque* hannibal ex hibernis mouit“. Gärtn. tamen Vallanam coniecturam ita secutus est ut scriberet: „iam

rebant. sic Voss.: „iam uero apparebat quae hannibal ex hibernis metuit“. Lov. 4.: „iam uero apparebant quae hannibal ex hibernis metuit“. denique Lov. 1.: „iam uero apparebat quum hannibal ex hibernis metuit“. *Appetere* tamen saepe a Livio eo, quem huius loci ratio postulat, sensu scriptum est, ut 8, 38.: „*nox iam adpetebat*, id prohibuit munimenta adoriri“ „schon war die Nacht im Anzuge“. 10, 21.: „ob haec et — *iam adpetebat tempus* — comitiorum causa consul Romam revocatus“: al. — Deinde in PM Voss. Harl. Lov. 4. Gärtn. inventum est: „*et neque eo qui iam ante conatus transcendere*“ cet.: quo dubium fit num Livius „et nequiquam *iam* ante conatus“ scripserit. Lov. 1.: „et neque eo quia iam ante co-

que, suas terras sedem belli esse premique utriusque partis exercituum hibernis viderent, verterunt retro in Hannibalem ab Romanis odia: petitusque saepe principium insidiis ipsorum inter se fraude, eadem levitate qua consenseant consensum indicantium, servatus erat, et mutando nunc

1. P cod. Sig.] postquam — viderunt (C m. 2. rell.). — In minore edit. „postquam *videre*“ scribi iussimus, quod nonnumquam ab antiquis librariis ita erratum esset ut *erent* poneretur pro *ere*: ex. gr. paulo post „quantum conferrent“ pro „conferre“. sed cum reputaremus, non modo saepe a Livio *postquam* cum indicativo imperfecti iunctum esse, coniunctivumque eiusdem temporis cum coniunctione *dum* („während“) invitis plerisque latinis scriptoribus: sed etiam multo minus inusitato dicendi genere h. l. „*postquam viderent*“ „nachdem sie sähen“ ex Gallorum sententia dictum esse quam Ciceronianum illud „posteaquam aedificasset ornassetque classes exercitusque comparasset“ (pro l. Man. 4, 9.): antiquam scripturam non amplius a suo loco remotam voluimus. — P m. 1.: „raperentacgerent que“. m. 2.: „agerentque“. C: „rapærent agerentque“. Berol.: „raperent agerent“. Gärtn.: „belli sedem esse“. P: „praemiique“. In C supra „partis exercituū“ scriptum m. 1. erat „moueri“, sed m. 2. id verbum inductum est. Lov. 3.: „uiderunt hibernis“.

3. *principium insidiis*: P] principum insidiis (C rell.). — PCM Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav.: „petitusque est saepe“ cet.: nisi quod in C „sepe“ erat. hinc factum videtur ut in Berol. „*sed* ipsorum inter se fraude“ cet., et in Lov. 2. „ipsorum*que* inter se fraude“ scriberetur. C: „quaconsenserant“. Lov. 3.: „qua inter se consenserant“. PCM Cant. Voss. Harl. Lov. 1. Gärtn. Hav. Berol.: „consensu *in*dicantium“: contrarioque mendo paulo post „errorem“. Cant.: „seruatus“ praetermisso verbo *erat*. C: „tegimenta“. Lovell. 3. 4. Berol.: „tegmenta“. C m. 2.: „*errore etiam sese ab insidiis munierat*“: „hatte er sich auch dadurch, dass er sie irre zu führen suchte, gegen ihre Nachstellungen zu sichern gewusst“. C m. 1. PM Voss. Harl. Lov. 1.: „error*em* etiam sese“ cet. Gärtn.: „errore sese“. Dein Berol.: „hic quoque timor ei causa fuit“. Lov. 3.: „ex hibernis mouendi“.

publicis privatisque pe
ierus actis sacrificio in monte perfecto vo
lio nuncupatis secum ferre: nec privatum
sine auspiciis profectum in externo ea sol
tegra concipere posse. augebant metum
bus simul locis nuntiata: in Sicilia militibu

3. *Cn. Seruilius cos. Romae idibus martis magistratum iniit:* PC(M). Eadem forma contracta „idibus martis" 21, 63. scriptum est. In omnibus recentioribus codd. excidisse dicitur *consul.* Hav.: „ipse cn. seruilius romae". Berol.: „romae cn. seruilius idibus". — Dein PC: „ibi cum de re publica rettulisset". P: „inuidaest". PC: „duos se conss. creasse".

6. *quod enim illi iustum imperium quod auspicium esset* in PCM Cant. scriptum est, tamquam si haec verba cum sequentibus artissime cohaererent: „was nämlich al-

tera t ad
sine iusta
ribus esse
Berol.: „q
magistratu
— secum
„quam is
P: „latinisf
que m. 1.:
tinis feriis
pta Pithoe
indictis":
Rec.: „in
Pal. 2.: „n
cia sequi".
sineauspicii
m. 2. alter
P: „in *exte*

n Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse, et litora crebris ignibus fulsisse, et scuta duo sanguine sudasse, et milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem minui visum: et Prae-

1. *in sardinia autē in muro circumeunti vigilias equiti scipionem quem manu tenuerat arsisse:* C m. 2. Hanc curam equitum fuisse Polyb. 6, 35. 8. dicit: ἡ δὲ τῆς ἐφοδείας πίστις εἰς τοὺς ἱππεῖς ἀνατίθεται. 6, 36. 1.: συνάψαντος δὲ τοῦ καιροῦ τὴν πρώτην ἐφοδεύει φυλακὴν ὁ ταύτην λαχὼν ἔχων μεθ' αὑτοῦ μάρτυρας τῶν φίλων. Antiquiore tamen manu nec in C nec in PM scriptum est *autem* sed „*audes*“: quod, cum litterae *t* et *d* saepe permutatae sint, non admodum mirum videatur. recentiores vero librarii eius vocis loco alii aliud scripserunt: Lov. 1. „audex“, Pall. 1. 2. „rudes“, Harl. Lov. 4. Hafn. Hav. Berol. „sudes“: quare Iac. Gronovius nomen urbis eius insulae excidisse ratus „in Sardinia *Sulcis* in muro“ cet. scriptum voluit. Nec *equiti* in antiquis codd. scriptum est sed propter sequentem litteram *s* in C m. 1. et in PM Cant. „equit*es*“. deinde Voss. „equitem“. Lov. 3. „equitum“ omissis vocibus „in sardinia“. Praeterea Harl.: „in sardinia sudes in numero circumeunti vigilias equites scipionem quem manu tenuerant arsisse“. Rec.: „stipem quem manu tenuerat“. Pal. 3. etiam: „in sicilia miti scipionem quem manu teneret arsisse“. Paulo ante Ox. L. 1.: „in sicilia nubibus aliquot spicula cecidisse“. Hav.: „aliquot spicula cecidisse“.
2. *et litora crebris ignibus fulsisse:* P. C: „et littora“ cet. Lov. 5.: „crebrius“. — PCM Harl. Pall.: „et scuta duo *sanguine* sudasse“. In Lov. 4. excidit *et*. Hav.: „duo scuta“. Recc. codd.: „sanguinem“. cf. 27, 4.: „quattuor signa *sanguine multo* diem ac noctem *sudasse*“. — P m. 1.: „etmi lites quosdam *m*ictos fulmini bus“. m. 2.: „ictos“.
4. *et Praeneste ardentes lapides caelo cecidisse:* PC: „glühende Steine“: nisi quod in P „c*a*ecidisse“ scriptum est. — *Caelo* excidit in Lov. 1.: et in Hafn. et m. 1. in Berol. scriptum est „descendisse“. Cum in Latinii Brancal. codicibus esset „praeneste lampades caelo cecidisse“, Drakenborchius h. l. non *lapides* sed „*ardentes lampades*“ scribi voluit, quamquam tum *ardentes* supervacuum erat. sed iam

... apud
Plut. Fab. Max. cap. 2. legi:
καὶ λίθους μὲν ἐκ τοῦ ἀέ-
ρος διαπύρους καὶ φλεγομέ-
νους φέρεσθαι. — PM: „et
arpiis parmas in caelo ui-
sas". hinc C „et arplis",
dein „arpiis". Voss. Harl.
Lovell. 1. 3. 4. Hafn. Rec.
Gärtn. Hav.: „arpii". Lov. 5.:
„harpinii". C Cant. Pal. 2.
Lov. 4. Hav. Berol.: „par-
mas". Rell. codd.: „palmas".
— Hav.: „et capuae duas"
cet. Berol.: „interdiu duas
lunas". PM Cant.: „et aquas
caeretes". C: „et aquas cete-
res". Rell. codd.: „caerete".
4. *resperseum*: C] sperseum (rell.
codd.). P: „manuscesperseum
maculis". cf. 21, 63.: „cir-
cumstantes cruore respersit".
— Paulo ante PCM. Voss.
Lov. 1.: „fontemque ipso-
rum herculis"; ut et aliis
locis *um* et *orum* permutata
sunt. Lovell. 4. 5. Gärtn.
Hav.: fonte...

peius qu...
scribendu...
Antiate"...
rol.: „et...
28, 11.:
tum est e...
tentibus vi...
sorbeem"...
Voss. Lov...
bem". Gä...
— PCM H...
Gärtn. Rec.
nis caelum f...
2.: „et phal...
„et phaleris...
„et salernis"...
falercus". C...
τοὺ δ' ὑπὲρ...
ρανοῦ ῥαγῆ...
σ. λ. In Cant.
rol. Ox. L...
scindi". C: ...
Lov. 3.: „q...
Gärtn.: „qu...
P: „ingensi...
C: „efulsisse...

cecidisse, et Faleriis caelum findi velut magno hiatu visum, quaque patuerit, ingens lumen effulsisse, sortes sua sponte adtenuatas unamque excidisse ita scriptam "Mavors telum suum concutit„: et per idem tempus Romae signum Martis Appia via ac simulacra luporum sudasse, et Capuae speciem caeli ardentis fuisse lunaeque inter imbrem cadentis. inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita: capras lanatas quibusdam factas et gallinam in marem gallum in feminam sese vertisse. iis sic ut erant nuntiata expositis auctoribusque in curiam introductis consul de religione patres consuluit: decretum ut ea prodigia partim maioribus hostiis partim lactentibus procurarentur et uti supplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur: cetera, cum decemviri libros inspexissent, ut ita fierent, quem ad modum cordi esse di

5. *ac simulacra luporum:* PCM Ox. N.] ad simulacra luporum (rell. codd.). Cum locus Martis signi iam Appia via satis significatus esset, vix necesse videri potuit eiusdem rei causa etiam *ad simulacra luporum* addi: multoque verisimilius est, Martis signum non modo una cum luporum simulacris ibi positum fuisse sed etiam eodem illo tempore sudasse: quo facto, cum utrumque signum ad Romanae urbis conditorem spectaret, magnus animis terror inici oporteret. — Lov. 1.: „ad simulacra laporum". inde Lov. 5. etiam pelus „laborum". In Harl. praetermissum est *romae*. Gärtn.: „coeli speciem ardentis fuisse". Berol.: „lunae q;" = quoque. Loco vocis *cadentis* Sig. „candentis" scribi voluit. — Paulo post Harl.: „minoribus etiam prodigiis fides habita". Gärtn.: „habita fides". Cant.: „fides adhibita". P m. 1.: „infeminanm". m. 2.: „feminam". Gärtn.: „conuertisse".

9. *hiis sic ut erant nuntiata expositis:* PC. — Hav.: „in „curiam productis". Voss. Lov. 1.: „consul religione patres consuluit". P m. 1.: „consulut". m. 2.: „consuluit". C m. 1. M m. 1. P Pal. 1. Voss. Lov. 1. al.: „partim lactantibus". C m. 2.: „lactentibus". cf. 37, 3. et Ern. glossarium Livianum. Pal. 2. Hafn. Ox. N. interpretationis causa: „partim *minoribus* lactentibus". Berol.: „et ut supplicatio".

14. *quem ad modum cordi esse di diuinis carminibus praeferentur*] quemadmodum cor-

divinis carminibus praefarentur. decemvirorum monitu de-

di esse divis carminibus profarentur. — *Profarentur* scribi I. Fr. Gronovius voluit: sed id tum demum probandum esset, si *decemviri* esset supplendum. Livius *praefarentur* antiquis codd. testibus scripsit, ut subiectum huius verbi esset *dii ipsi*: „wie die Götter in den heiligen Weissagungen vorher bestimmt hätten". hoc sensu *praedicere* 38, 45. scriptum est: „ne carminibus Sibyllae praedictam superantibus terminos fatalis cladem experiri vellet". scriptum quidem in C est „cordi esset diuinis carminibus preferetur", in quo videtur inesse *praeferretur*: „wie durch die Weissagungen vorher verkündet würde": sed ea librarii coniectura videtur esse. In M m. 1. P Cant. Voss. Harl. Pall. Lovell. 3. 5. Gärtn. inventum est „quem ad modum cordi esset diuinis carminibus praefarentur": in quo *esset* pro *esse* positum esse iam dudum ab hominibus doctis intellectum est. sed cum dativus *diis* cum *cordi esse* iungi soleret (cf. 6, 9.), nec in *divinis carminibus* ille dativus inesse videretur, librario codicis Recan. scribi placuit: „*quem ad modum cordi esse diuis carminibus praefarentur*": eiusque coniectura probari posset simili loco 23, 11., quo vel in C „diuinoque" scriptum est pro „diui diuaeque". Faciliore tamen coniectura superiori loco videtur mederi, qui aut inter *cordi* et *esse* excidisse censeat *deis* vel *diis*, aut *di* ante *diuinis*: quod a Livio scriptum fuisse vel id persuadeat, quod non *esse* sed *esset* in antt. codd. invenitur, cuius loco in Put. nonnumquam „esse*d*" positum esse peritos harum rerum non fugerit. hanc alteram coniecturam iam sequendam esse duximus etiam ob id, quod, si *di* scriptum erit, ad *cordi esse* facilius videtur *sibi* suppleri, quam *di*, si *diis cordi esse* scriptum fuerit, eadem etiam causa factum videtur ut Iac. Gronovius „quemadmodum cordi esse *divi suis* carminibus" cet. scribi vellet: quamquam ex ea coniectura *suis* vix placuerit, si cui vero „*cordi dis esse*" vel „*cordi esse dis*" magis placuerit, equidem non repugnabo, quamvis ex hac coniectura „*praeferretur*" ex cod. C praeferendum videatur. — Paulo ante scriptum est in Gärtn. Recan.: „ceter*um*". in Lov. 4.: „ut fierent ita". in Lov. 5.: „et ut fierent ita". in Lov. 4. etiam: „uti cordi esset".

1. *decemuirorum monitu decretum est:* Oxx. L. 1. N:

cretum est, Iovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret, Iunoni Minervaeque ex argento dona darentur, et Iunoni reginae in Aventino Iunonique Sospitae. Lanuvii maioribus hostiis sacrificaretur, matronaeque pecunia conlata, quantum conferre cuique commodum esset, donum Iunoni reginae in Aventinum ferrent lectisterniumque fieret, quin et ut libertinae et ipsae — inde Feroniae donum da-

idemque scriptum ex coniectura est in Vossiani cod. margine. P m. 1.: „*iduiro* rammonitasdecretument". P m. 2. CM Cant. Harl. Lovell. 1. 4. 5.: „id uirorum monita" cet. Voss. Gärtn. Hav. Rec. Berol.: „id decemuirorum monita" cet.: at l. Fr. Gron. recte vidit *id* melius abesse. „*Primum*" h. l. esse *prae ceteris* nemo non videt. — PCM Cant. Pal. 2.: „*ex argento dona darentur*". Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Oxx. D. N.: „ex argento darentur" omissa voce *dona*. Denique Hav. Berol.: „ex argento daretur". — Lovell. 4. 5.: „iunoniqueSospitae". PCM melioresque omnes codd.: „*Ianuuii*". Recc. codd.: „Iauinii". cf. 21, 62.

5. *quantum conferre cuique commodum esset*: plerique codd.] quantam conferre cet. (Lov. 3. prob. I. Fr. Gronovio:). *Quantum* = quantum pecuniae. PC: „quintum conferent quique commodum esset". M: „quantum conferrent quique" cet. — PC: „in *tduentinum* ferrent". — Deinde scribi iussimus, quod in M et in Ox. D. inventum esse dicitur: „*quin et ut libertinae et ipsae*" cet.: nihil enim frequentius est quam illud *quin etiam* vel *quin et*. idem quoque in PC vidimus, nisi quod in his duobus libris *que* pro *quin* scriptum erat. altera tamen manus in C *que* erasit, ut fieret: „et ut libertinae et ipsae", id quod Drakenborchius in Lov. 5. invenerat. Harl. Lov. 4. Gärtn.: „quae et ut libertinae et ipsae". In exc. Pithoei fuisse dicitur „quin ut libertinae et ipsae", et in Hav. Berol. „et ut libertinae ipsae". Lov. 3.: „quae et ut libertinae et identidem feroniae" cet. — Tum P: „*indeferoniaedo numdaretur*": quod ut antiquius recipere non dubitavi, cum nullus scriptor saepius quam Livius eius generis parenthesi usus sit. C: „inde feroniae donum daretur". m. 2.: „unde". idque *unde* ab reliquorum codd. librariis receptum est. In Lov. 1. et in Voss. excidit *donum*.

retur — pecuniam pro facultatibus suis conferrent: haec ubi facta, decemviri Ardeae in foro maioribus hostiis sacrificarunt: postremo Decembri iam mense ad aedem Saturni Romae inmolatum est lectisterniumque imperatum — et eum lectum senatores straverunt — et convivium publicum, ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamata, populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum iussus.

2. *Ardeae:* codd. Cum Glareano mirum videretur, quod decemviri etiam Ardeae sacrificari iussissent, ex qua urbe nihil tum prodigii nuntiatum esset (cf. 21, 62.), Sigonius id nonnumquam factum esse docet, ut, etiamsi nulla nisi Romae prodigia accidissent, tamen, quae Romae evenerant, etiam extra Romam procurarentur, sic 42, 20. traditur, cum in Capitolio columna rostrata fulmine discussa esset, decemviros praeter alia non Romae modo in Capitolio sed etiam in Campania ad Minervae promunturium victimis maioribus sacrificandum esse renuntiasse.

3. *postremo decembri iam mense ad aedem Saturni Romae immolatum est:* PCM Cant. Lov. 3. — Berol.: „postremo iam mense decembri" cet. Harl.: „postremo quidem decembri iam mense". Lov. 5.: „postremo x iam mense". Hav.: „postremo decimo iam mense". hinc Lov. 1. Gärtn.: „postremo libri x iam mense". Lov. 4.: „postremo libri decimo iam mense". Ox. N. etiam: „postremo liberi decimo iam mense". In omnibus autem codd. h. l. „*ad aedem* saturni" scriptum videtur, non, utsolebat, *ad saturni*. — PCM melioresque omnes codd.: „*et eum lectum senatores straverunt*": „*und zwar* verrichteten Senatoren dies Geschäft". Lovell. 3. 4.: „et cum lectum". Hav. Ox. N.: „et tum lectum". Gärtn. etiam: „et quom lectum" (!). I. Fr. Gron. verba *et eum* omitti voluit. — C: „et con*uium* publicum". Harl. Lov. 3. Gärtn. Oxx. D. N.: „*imperatum* et conuiuium" repetito verbo „imperatum".

6. *Saturnalia diem ac noctem clamata:* C m. 2.] Saturnalia diem ac noctem clamatum. Hoc altero dicendi genere scriptum 2, 21. est: „Saturnalia institutus dies festus". P: „saturn*i*aliadiem acnoctemclamata*m*". C m. 1.: „clamata*m*". Rell. codd.: „clamat*um*". — M: „di*em* ac noctem". Rell. codd.: „die ac nocte". Eum diem a. d. XIV kal. Ianuarias teste Macrobio fuisse Sigonius scri-

II. Dum consul placandis Romae dis habendoque dilectu dat operam, Hannibal profectus ex hibernis, quia iam Flaminium consulem Arretium praevenisse fama erat, cum

psit. — Lov. 3. Oxx. D. N.: „*conseruare*".

1. *placandis Romae dis habendoque dilectu dat operam* a Livio scriptum esse Berolinensis cod. librarium non fugit, quamvis ille verba ita se excipere voluerit: „placandis diis romae habendoque dilectu". manuque altera: „dilectui". In PC (M Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Ox. N.) inventum est: „dum consul placandis romae *distrahendoque* dilectu dat operam": quo mendo facile errari potuit, si *dis* non pro dat. plur. nominis *deus* haberetur sed cum sequenti verbo iungendum videretur. *trahendoque* enim *dilectu* veram scripturam esse non posse, cum *dilectum trahere* nihil aliud significare possit quam *dilectum producere*, *de die in diem proferre*, nemo est quin videat. Cant.: „dum supplicandis romae distrahendoque" cet. Harl. Pal. 2.: „placandis diis romae distrahendoque delectu". Hav.: „diis placandis romae distrahendoque delectu". Ox. D.: „placandis romae diis delectu dat operam". Dativum sing. quartae declin. in *u* saepius apud Livium legi notum est: cf. 4, 12.: vendere quod usu menstruo superesset.

3. *praeuenisse:* PC Pall.] pervenisse (rell. codd.?). — *Praevenisse* h. l. significare *prius venisse quam alterum consulem*, non est difficile perspicere: nec dubito quin idem in omnibus melioribus codd. scriptum sit, quamvis Drakenborchius in suis codd. mss. *peruenisse* h. l. invenisse velit. cf. 9, 23.: „quo cum prior romanus exercitus — magnis itineribus praevenisset, — obviam itum hosti". nonnumquam tamen in hac particula praefixa scribenda ab librariis erratum esse non negaverim, ut 25, 9. quo loco in P „*prae*uenerat", verius fortasse in C „eadem ferme hora Tarentum fama *peru*enerat" scriptum est. — C: „flamminium consulem". Lov. 5.: „cum aliunde longius ceterum commodius" cet. Hav.: „cum aliud longius coeptum commodius". C: vel „ostenderetur" vel „*of*stenderetur". PM: „propriorem uiam". Lov. 3.: „*quam* fluuius *sarnus*". in Berol. quoque „sarnus" scriptum est. Rec.: „per eosdem dies". Gärtn.: „magis *solito*": sed eius generis ablativos ante

[c. 3. 4.] et omne veterani exercitus robur (M: cf. 21, 6.: „quae tutissima videbatur“:). — I. Fr. Gron., cum h. l. Livius Polyb. 3, 79. 1. diligenter secutus videretur, omneque veterani exercitus robur Hannibali in ipsis Hispanis et Afris positum fuisset, scribendum esse coniecit: „ac Hispanos et Afros (*id* omne veterani erat robur exercitus) admixtis“ cet. at Polybius l. l. sic scripsit: Ἀννίβας δ' — ἀναζεύξας εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔσχε τοὺς Λίβυας καὶ Ἴβηρας καὶ τῶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς σφετέρας δυνάμεως· ut, si quid erratum est, prior Polybius in errore versatus est, neuter tamen eorum erravit, quod, ut E. Fabri animadvertit, non pauci loci inveniuntur, quibus ut 28, 14. praeter Afros i. e. Numidas modo Carthaginienses

veterani robur exercitus admixtis ipsorum impedimentis, nec ubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos re iussit, sequi Gallos ut id agminis medium esset, novissimos ire equites, Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maxime Gallos, si taedio laboris longaeque viae — ut est mollis ad talia gens — dilaberentur aut subsisterent, cohibentem. primi, qua modo praeirent duces, per

verum esse non posse: sed fieri potest ut Livius scripserit „et *quod* ueterani *erat* robur exercitus", cum *ne* in *omne* ex prima syllaba sequentis vocis „*ue*terani" natum esse possit, et non modo *d* sed etiam *qu* ut multis aliis locis praetermissum esse. — C: „at „hyspanos". M m. 2.: „*a* spanos et afros": eo, quod m. 1. scriptum fuerat, eraso. Pal. 1.: „ad hispanos et afros et omne ueterani erat" cet. Voss. m. 2. Gärtn. Berol.: „*ac* hispanos". Hafn. Hav.: „hac hispanos" scil. via. In uno Pal. 2. scriptum esse dicitur: „at hispanos afros*que et* omne ueterani robur exercitus": id quod quamquam invitis antiquioribus codd. haud displicet, cum Livius hoc iungendi genere uti solitus sit. — C: „admixtus": pauloque post „coactus". Lov. 4.: „necessaria auersis deessent". C: „numudis". PC: „*at* talia". Berol.: „aut *si* subsisterent".

7. *qua modo praeirent duces:* codd. In „*qua modo*" inest et *quacumque via* et *dummodo praeirent duces.* — PC: „*per praealtas fluuii bc profundas uoragines*": nisi quod in C „fluui" est. Videri potest *praealtum* idem significare quod *profundum:* at in priore voce praevalet *altum*, in altera id quod verbo *fundere* exprimitur. illae voragines igitur non modo deruptae erant sed etiam late patebant, ut, qui in eas se inmergerent, et in praecipitem altitudinem raperentur nec ex eis emergere possent nisi diu multumque luctando: „in den jäh abschiessenden und weithin ausgedehnten Untiefen". Quae cum ita sint, probari nequit quod in M scriptum esse dicitur „*aut* profundas uoragines". Lov. 4.: „prope altas". Gärtn.: „pp̄r altas". — P: „haustipenelimoinmergen tesquesetamen". m. 2. *a* supra *p* scriptum est ut *paene* fieret. *Inmergentesque* cum „*hausti limo*" ita videtur iungendum esse, tamquam scriptum sit „hausti paene limo, *in quem se inmerse-*

„nauste pene“. m. 2.: „hausti“. In Lov. 3. omissum est *tamen:* sed ea vox pertinet ad participia *hausti inmergentesque*, ut supplendum sit „*quamquam* hausti“ cet.

4. *aut corpora animis aut animos spe sustinebant:* PC omnesque prope reli. codd. — Harl.: „aut animos spe sustinere“. I. Fr. Gronovius alterum *aut* omitti voluit. Ant. Perizonius scribendum coniecit: „*neque* aut corpora animis aut animos spe sustinebant“. Crevierus, quem C. Heusingerus secutus est: „*neque* sustinere se *neque* prolapsi adsurgere“ cet. At quae h. l. in optt. codd. leguntur, rectissime videntur se habere. nam ut *aut aut* praecedente particula *neque* negativo sensu scribi solebat (22, 8.), sic h. l. *aut aut* etiam post *neque neque* poni potuit: „cum nec corpo-

morientes. maximeque omnium vigiliae conficiebant per quadriduum iam et tres noctes toleratae. cum omnia obtinentibus aquis nihil, ubi in sicco fessa sternerent corpora, inveniri posset, cumulatis in aquas sarcinis insuper incum-

1. *per quadriduum:* PC] per quatriduum. — P: „perquadri duñiametres noctes toleratae". C: „per quadriduum tam tres noctes toleratae": i. e. tamen tres. Cf. 21, 37: quadriduum.

4. *cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant:* P: „sie legten sich auf das Gepäck oben auf". Dubium videri potest utrum magis probandum sit *in aquas* an *in aquis*, quod in C Lov. 3. Berol. et m. 1. in Harl. inventum est. nam in *cumulare* vis verborum ponendi inesse potuit, nec videri potest *cumulare in aquas* ita scriptum esse ut „arma cumulata *in ingentem acervum*" (45, 33.). Id alterum videtur quoque Palatini secundi librarius exprimere voluisse, cum scriberet „cumulatis *in aqua* sarcinis insuper incumbebant", quod factum esse posset ut s, quod sequeretur, male bis poneretur. Nihilo minus tamen Puteani scriptura mihi non displicet, ut quae accuratius etiam quam illa altera exprimat, non totos illos sarcinarum acervos aqua haustos esse. Ad proxime sequentia Dukerus particulam *vel* suppletam vult, quod sine ea oratio non bene flueret. at si quid supplendum est, potius *et* vel *praeterea* suppleverim. sed ne id quidem opus esse nemo negaverit, cum Livium asyndetis ita uti solitum esse constet. „*Tantum quod extaret aqua*" in PC omnibusque prope codd. inventum est, nisi quod h. l. in P „ex*s*taret" scriptum est: „da sie *nur* eine Stelle, die vom Wasser unbedeckt wäre, suchten" aut „so viel als". manifestum enim videtur, non modo pronomen sed etiam adverbium in hac voce *tantum* inesse posse. cf. 33, 4.: „Romanis ferme par numerus erat: equitum copiis tantum quod Aetoli accesserant superabant": „nur an Reiterei waren sie dem Könige überlegen". Simili interpretatione 1, 36. non „alterum tantum" sed cum antt. codd. scribendum est: „neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, numero *tantum alterum* adiecit": „nur die Anzahl der Ritter in den bestehenden Centurien verdoppelte er". Superiore autem loco in Voss. et in Lov. 1. scriptum est „extar*ent*", cum librarii in hoc verbo idem

subiectum quod in „quaerentibus“ videre sibi videbantur. in Voss. inventum etiam est „aquae“. — PC: „acerbi“. — P m. 1.: „necessariumcumbilidabant“. P m. 2. C: „necessarium *cubili* dabant“: „boten den zu einer Lagerstätte nothdürftig ausreichenden Platz“. In rell. codd. „*cubile*“ scriptum videtur: at non est difficile intelligere multo potius *cubili* esse, cum „*necessarium cubile dabant*“ nihil aliud diceret quam „cubile dabant, quod hominibus tot malorum gravitate fessis maxime necessarium erat“, quo fieret ut haec verba non multum a praecedentibus „ad quietem parvi temporis“ differrent. cf. Polyb. 3, 79. 9 et 10.: καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ μέρος τῆς νυκτὸς ἀνεκοιμῶντο.

6. *uigiliis tamen*: PCM

trique caelo gravante caput et quia medendi nec locus nec empus erat altero oculo capitur.

III. Multis hominibus iumentisque foede amissis cum andem de paludibus emersisset, ubi primum in sicco po- uit castra locat, certumque per praemissos exploratores ha- 5 uit exercitum Romanum circa Arreti moenia esse. consu- is deinde consilia atque animum et situm regionum itine- aque et copias ad commeatus expediendos et cetera, quae

bantur": sic 21, 49. „praesensum tamen est", multaque similia. *Deinde* igitur aut *tum*, quod ex priore *primum* expectari potuit, vix a quoquam h. l. desiderabitur. — Lov. 4.: „ex uerna prius temperie". Voss. m. 1. et Harl.: „usriantes calores frigoraque". Voss. m. 2. Lovell. 4. 5.: „uariante calore frigoreque": „indem Hitze und Kälte schnell miteinander wechselten": quod ferri posset nisi praestaret antiquior scriptura: „*intemperie uariante calores frigoraque*": „an den Augen leidend zuerst in Folge des unbeständigen Frühlingswetters, das in schnellem Wechsel bald Hitze bald Kälte brachte", Lovell. 4. 5.: „qui unus super*erat*". C: „q altus ab aqua extaret". PM Berol.: „*quo altius ab aquo extaret*". Rell. codd.: „quo*d* altius ab aqua" cet.: nisi quod Lov. 4. „ab aqui*s*" habet. PC: „et nocturno umore", Lovell. 3. 5. Gärtn. et Berol. m. 1.: „palustrique coeno". Harl.: „et nocturno palustrique coeno". Lovell. 4. 5.: „nec tempus nec locus". — Ad „*altero oculo capitur*" („verliert das eine Auge") cf. A. Staveren ad Corn. Nep. Hann. 4.: „hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum ut postea numquam dextero aeque bene usus sit": quo loco non ii modo scriptores laudantur, qui Hannibalem altero oculo captum fuisse tradunt, sed etiam qui aliorum magnorumque imperatorum, qui et ipsi alterum oculum perdiderant, mentionem fecerunt.

6. *circa Arreti moenia*: PC. Drakenborchius in M „*in* circa arretii moenia" scriptum esse dicit, in rell. codd. „circa". Paulo ante C: „fede amissis". Berol.: „romanum exercitum".

8. *quae cognosse in rem erant*: PM Pal. 2.] quae cognosse in rem erat. — C: „quae cognou*isse* in rem erant": idemque „*cognovisse*" a plerisque librariis receptum videtur, nisi quod in Pal. 3. inventum est „quae cognosce

...orum formis uti solitum esse notum videtur: sic scriptum est „cognosset“ 4, 19. 27, 40. 29, 21.: „decresse“ 3, 47. al. „*Quae in rem erant*“ (i. e. „quae cognosse utile erat, expediebat“) scripsimus non modo quod ita h. l. in PCM inventum est, sed etiam multorum similium locorum auctoritate iussi. cf. ex. gr. 26, 17.: „loquendo plura scribendoque quae in rem non essent“. 30, 4.: „ad conparanda ea quae in rem erant“. 26, 44.: „imperat quae in rem sunt“. 34, 18.: „imperaretque quae in rem sunt“. nec dubitamus quin etiam 22, 29. scribendum sit „eum primum virum esse qui ipse consulat quid *in rem* sit“, quamvis ibi vel in PC „in re“ viderimus. *Aliquid in re est* significat „aliquid in aliqua re positum est, quo ab aliis rebus differat“. — 2.

campi, qui Faesulas inter Arretiumque iacent, frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti. consul ferox ab consulatu priore et non modo legum aut patrum maiestatis sed ne deorum quidem satis metuens: hanc insitam ingenio eius temeritatem fortuna prospero civilibus bellicisque rebus successu aluerat: itaque satis apparebat nec deos nec homines consulentem ferociter omnia ac praepropere acturum: quoque pronior esset in vitia sua, agitare cum atque

lenti". Gärtn. etiam: „et omnia copia rerum".

2. *consul ferox ab consulatu priore* recte scriptum videtur, cum in P sit „feroxad consulatu", et in hoc libro *ad* persaepe pro *ab* scriptum legatur. Codicis C librarius „ferox *a* consulatu" scripsit, nec dubito quin eum plerique recc. secuti sint. — P: „et*nonmodo*legum*aut*patrum maiestatis*sedne*deorum*quide*msatismetuens". Idem in C scriptum est, nisi quod ibi „maiestatem" invenimus. *Non modo non* h. l. in nullo cod. scriptum videtur, nec erat causa cur ita scriberetur. sed cf. 4, 3.: „Numam Pompilium *non modo non* patricium *sed ne* civem *quidem* Romanum — Romae regnasse. L. deinde Tarquinium *non modo* Romanae *sed ne* Italicae *quidem* gentis — regem factum". — Lov. 3.: „nec deorum quidem satis uini metuens". Pal. 2.: „hanc sitam ingenio eius temeritatem". P: „successu'luerat". C: „successu luerat" omissa littera *a*. — Paulo post Lov. 1. Hav.: „ferociter omnia ac propere acturum". Gärtn.: „ac prope acturum". Rell.: „praepropere".

8. *quoque pronior essed in uitia sua:* P. C: „essed in icia sua". Cant.: „*co*gitare cum". — PC (M Cant. Pal. 2.): „et laeua relicto hoste fesulas petens medio etruriae agro praedatum profectus" cet. nisi quod in C „fessulas" ut paulo ante scriptum est. In Pall. 1. 3. Voss. Gärtn. et in duobus Oxx. excidit *medio:* quare in recentissimis quibusdam codd. scribi placuit „faesulas petens etruriae *agros* praedatum profectus". *Medio agro* plus dicere videtur quam „*per mediam Italiam*", quod paulo post legitur, cum ille ablativus etiam locum significet, quem potissimum sibi Hannibal vastandum elegisse visus sit. cf. 21, 55. quo loco simili dicendi genere „decem milia — media Afrorum acie — perrupere" scriptum est.

inritare Poenus parat, et laeva relicto hoste Faesulas petens medio Etruriae agro praedatum profectus quantam maximam vastitatem potest caedibus incendiisque consuli procul ostendit. Flaminius, qui nec quieto quidem hoste ipse quieturus erat, tum vero, postquam res sociorum ante oculos prope suos ferri agique vidit, suum id dedecus ratus per mediam iam Italiam vagari Poenum atque obsistente nullo ad ipsa Romana moenia ire oppugnanda, ceteris omnibus in consilio salutaria magis quam speciosa suadentibus — conlegam expectandum ut coniunctis exercitibus communi animo consilioque rem gererent, interim equitatu auxiliisque levium

4. *nec quieto quidem hoste:* PCM Voss. Lov. 5. Gärtn. al.] ne quieto quidem hoste, — Harl.: „qui neque quieto quidem hoste". Ox. N: „flaminius nec quieto quidem hoste". Hav.: „qui nec quidem hoste quieto". Lov. 3.: „qui ne quidem cum hoste quieturus erat". Berolinensis cod. librarius, cum eum non fefellisset *nec* interdum pro „ne — quidem" positum esse, particula *quidem* omissa scripsit: „qui *nec* quieto hoste". Non numquam vero etiam „*nec* — quidem" a Livio et maiore quadam vi („*auch* nicht einmal") scriptum esse antiquiores codd. persuadent: ex. gr. 1, 10.: „nec Crustumini quidem", In Lovell. 1. 4. praetermissum est *quieto*. — C: „ipse quietus erat tum uero posquam" cet. PM: „suum *id* dedecus ratus". C Cant.: „suum dedecus". Berol. m. 2.: „suum id dedecus esse ratus". Lovell. 4. 5.: „summum id dedecus ratus". — P: „adqueobsistentenullo". P: „ceterisomnibusinconsilio salutarimagisquamspeciosasuadentibus". Hafn. Hav.: „ceteris omnibus consilia salutaria" cet. P: „collegamexpectandum". C: „collegam expetandū". — Paulo post PC rell.: „ab effus*a* praedandi licentia". Quod dicendi genus quamquam Dukerus non reprehendit, tamen, si per libros licuisset, praetulisset *effuse*. Liberiore illa poetarumque ingeniis aptiore iungendi ratione Livium interdum usum esse constat: ut 1, 1.: „ad maiora rerum initia" pro „ad maiorum rerum initia". 2, 51. — P: „chohibendumratus". C Lovell. 3. 4, Recan. Gärtn.: „cohibendum ratus". eodemque mendo in rell. codd. *ratus* pro *iratus* h. l. scriptum videtur.

rmorum ab effusa praedandi licentia hostem cohibendum —, ratus se ex consilio proripuit, signumque simul itineris pugnaeque cum dedisset, „immo Arreti ante moenia sedeamus“ inquit, „hic enim patria et penates sunt: Hannibal

2. *signumque simul itineris pugnaeque cum dedisset immo Arreti ante moenia sedeamus inquit*] signumque simul itineris pugnaeque proposuit. quin immo Arretii ante moenia sedeamus, inquit. — *Proposuit* h. l. inventum non videtur nisi forte in recentissimis quibusdam libris ex coniectura scriptum. certe quidem Drakenborchius id verbum in M Cant. Voss. Lovell. 1. 3. 4. excidisse dicit. Lov. 5.: „proponit“. Hafn.: „exposuit“. In PC invenimus: „pugnaeque cum immo arreti ante moenia“ cet.: quare verbum post *cum* excidisse rati non dubitavimus Harleianum sequi, in quo ita scriptum est: „cohibendum ratus se ex consilio proripuit, signumque simul itineris pugnaeque cum dedisset, Arretii ante moenia sedeamus“ cet. nec dubitamus quin eiusdem cod. librarius recte viderit „*quin*“ huius loci non esse. nam quamquam non negamus Livium esse eum scriptorem qui inprimis ad vim orationis augendam particulas cumulare soleat, tamen audacius quam verius esse persuasum habemus, quidquid eius generis est, invitis antiquis codicibus in optimum scriptorem transferre. cf. F. Handius ad Tursell. 3. p. 233. obs. 23. In Cant. scriptum est „cum limō“, in Lov. 1. „cum omnino“, in Lov. 4. „tum imo“. Voss.: „quin immo arretii ante *moenia* perueniat nec ante“ cet. mediis verbis viginti duobus praetermissis. eadem verba in Lov. 1. excidisse dicuntur. — PC: „paenates“. Lov. 3.: „hic enim patria et penates *sint*“. Gärtn.: „haec patria et penates sint“.

4. *Hannibal emissus e manibus perpopuletur Italiam:* P. — In Harl. excidit „e manibus“. C m. 1.: „perpopolentur“. m. 2.: „perpopoletur“. Lovell. 3. 5. Gärtn. al.: „populetur Italiam“. Hav.: „populaturus Italiam uastandoque urendoque omnia“ cet. — P: „ca millumabuelis“. dein m. 2, *o* scriptum est supra *is*, ut nulla littera inducta fieret *uelios*. hinc factum est ut in C et in Lov. 1. scriberetur „ab ueios“. Lov. 4. Berol.: „ad ueios“. Recan.: „sic c. flaminium“. C: „c. flaminium aberretio patres“ cet. Etsi Camillus non Veiis

liente signifero convelli nequi
„num litteras quoque“ inquit „
rem gerere vetent? abi nuntia,

sed Ardeae exulaverat, tamen, cum maior exercitus Romani pars Veiis fuisset, aeque h. l. scribi potuit Camillum ab Veiis accitum esse, ac 9, 4.: „an a Veiis exercitum Camillumque ducem inplorabunt“.

5. *et ipse in ecum insiluisset ecus repente* cet.: P. — C: „in equm insiluisset equs repente“ cet. C m. 1. P: „labsum“. C m. 2.: „lapsum“.

10. *quae me rem gerere uetant:* C m. 2.: (i. e. uetent). Cum tot locis in P *ae* pro *e* scriptum sit, non dubitavimus h. l. „uetent“ scribere, quamvis in C m. 1. et in PM Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Berol. Ox. N. inventum sit „uetant“

vellendum manus prae metu obtorpuerit". incedere inde agmen coepit primoribus — superquam quod dissenserant ab consilio — territis etiam duplici prodigio, milite in vulgus laeto ferocia ducis, cum spem magis ipsam quam causam spei intueretur.

IV. Hannibal quod agri est inter Cortonam urbem Trasumennumque lacum omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum iniurias acuat. et iam pervenerant ad loca nata insidiis, ubi maxime montes

consilium, quo consul uteretur, salutare rei publicae esse non posse.

6. *quod agri est inter Cortonam urbem Trasumennumque lacum.* In PC scriptum est: „inter cortanam urbem transymennumque lacum": paulloque post „cortonenses". Polyb. illam urbem 3, 82. 9. Κυρτώνιον nominat. Cf. L. 9, 37.: quo loco dubium est an „Cortone" scribendum sit, cum in antt. codd. sit „crotone". *Trasumennus* autem scribendum videbatur non modo testibus plerisque optimorum Livianorum codicum locis (cf. 30, 30.), sed etiam Strabone, quem 5, 2. 9. G. Kramerus ἡ Τρασουμέννα scripsisse persuadet, cum codd. κασουμέννα haberent. Polybio est l. l. ἡ Ταρσιμένη καλουμένη λίμνη. Simili pacto in eisdem antt. codd. Livianis modo „Erucina" modo „Erycina" scriptum legitur, non numquam etiam „Ericina", quae recentiorum codd. scriptura esse solet. — Lov. 3.: „lacum cum clade belli" cet. PM Harl. Lov. 3.: „qua magis iram hosti" cet. Berol.: „iram hostis".

9. *ad loca nata insidiis:* PCM] ad loca insidiis nata. Cf. 22, 28.: „ager — natus detegendis insidiis". 28, 44.: „locis natis *ad* equestrem pugnam". — Pall. Voss. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn.: „ad loca insidiis nota". — In Berol. excidit *et*, in Lov. 5. *iam*. Gärtn.: „peruenerunt".

— *ubi maxime montes Cortonenses Trasumennus subit*] ubi maxime montes Cortonenses in Trasimenum sidunt (ex coni. I. Fr. Gronovii:). — P: „ubimaximemon tes crotonensesintrhasymennu msubit". m. 2. positum *o* est supra *cr*, ut „*cortonenses*" fieret. C: „insidiis sub maxime montes cortonenses in trasymennū subit". Hav.: „montes crotonenses". Lov. 1.: „cortonienses". Harl.: „in trana unennum subit". M: „in trasymennum subit".

Cortonenses Trasumennus subit: via tantum interest perangusta vel ad id ipsum de industria relicto spatio: deinde paulo latior patescit campus, inde colles adinsurgunt. ibi ca-

Voss. Lov. 3. Hafn.: „in transimenum subit". Lovell. 4. 5. Hav. Berol.: „in transimenum subeunt". Pal. 2.: „ubi maxime montes cortonenses in transimenum subeunt". Pal. 3.: „ubi maxime montes cortonenses subeunt". Pal. 1.: „ubi maxime montes cortonenses in transymenum flumen subit": eiusdemque libri margo „subeunt". — Quamquam utrumque latine dici potuisse videtur, et „montes in lacum subeunt" et „lacus montes subit", tamen hoc alterum cum Dukero verius putarim, qui praeter alios etiam Curtium 8, 11, 7. laudat, apud quem ita scriptum est: „radices eius (petrae) Indus amnis subit". nec deest ratio, cur ita censeam. id enim, quod aliquam rem subisse putatur, moveri posse necesse est, quod de fluminibus dici potest, de monte non potest. Quod autem ad mendum in antt. codd. h. l. factum attinet, ut in C praecedente *s* „sub" scriptum videmus pro „ubi", sic contra postrema littera *s* in nomine *Trasumennus* sequente littera *s* excidere potuit, cuius generis tot menda in illis libris deprehenduntur: quo facto „Trasumenum" facillime videri poterat ponendum: et in particula *in* persaepe erratum esse notum est. Cortonen*sesis*? Dein P: „tamtum". PCM Gärtn.: „uel ad ipsum". *Id*, quod in Cant. quoque et in Voss. Lovell. 1. 3. Hav. Berol. deest, saepissime ab errantibus librariis in hoc potissimum dicendi genere praetermissum esse neminem fugisse potest. *Vel* (pro „uelut") in Harl. quoque et in Lov. 4. scriptum est. cf. 2, 62.

3. *inde colles adinsurgunt*: PCM Ox. N.] inde colles assurgunt. — Quem ad modum 1, 21. optimorum codd. auctoritate „manuque ad digitos usque *adin*uoluta" („bis an die Finger heran eingehüllt") scribendum videbatur, sic h. l. non cum Drakenborchio duas diversas scripturas iunctas esse putarim, ut vel „adsurgunt" vel „insurgunt" scribendum esset, sed cum Iac. Gronovio „adinsurgunt" pro uno integroque verbo habeam: „dann streben unmittelbar die Berge empor". Nec contra latinae linguae rationem esse hoc pacto duas cum verbis particulas iungi multa similia verba persuadent, quod dicendi genus etsi posterioribus latinitatis aetatibus saepius adhiberi solebat, tamen quaedam

tra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modo Hispanisque consideret: Baliares ceteramque levem armaturam post monis circumducit, equites ad ipsas fauces saltus tumulis apte egentibus locat, ut, ubi intrassent Romani, obiecto equitatu lausa omnia lacu ac montibus essent. Flaminius cum prie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato postero ie vix dum satis certa luce angustiis superatis, postquam a patentiorem campum pandi agmen coepit, id tantum hotium quod ex adverso erat conspexit: ab tergo ac super

ex eo genere cum apud alios bonos scriptores tum apud Livium inveniuntur, qui haud raro ad multas notiones eodem loco exprimendas pluribus simul verbis utebatur. cf. adinplere, coaddere, coaccedere, circuminicere (Liv. 25, 36.), suberigere (8, 8.), al. 1, 21.

2. *Baliares:* P. C: „baleares". — Paulo ante Lov. 3.: „castra in aperto *ponit*": ne idem verbum brevi post legeretur. — Dein PC: „post mont*is* circumducit". — Harl.: „ad ipsas fauces saltus tumulis aptate gentibus locat". Idem Lov. 4. omissa tamen voce „tumulis". Lov. 1.: „ad ipsas fauces tumulis apta tegentibus locat". Idem Voss. omisso „tumulis". Hafn.: „ad ipsas fauces saltus apte tegentibus cauteque locat". Lov. 3.: „ad ipsas fauces saltus aptos et gentibus locat". Ox. N.: „ad ipsas fauces saltus aptate cauteque locat". Ber.: „ad ipsas fauces saltus apte cauteque locat". — C: „loc*at* ubi intrassent". — Paulo post C: „peruenisse*nt*". P m. 1.: „inex*tem* plorato". m. 2. *tem* inductum est. Lov. 4.: „in apertiorem campum". Gärtn.: „quod ex auerso erat". — PCM: „*conspexit*". Rell. codd.: „aspexit".

9. *ac super caput:* PC] et super caput. — „*Decepere insidiae*" (i. e. „fefellere") ex I. Lipsii coniectura scriptum est. Gerh. Vossius „detectae" scribi voluit. PM al.: „decep*tae* insidiae". C: „decoepte insidiae". Lov. 4.: „detentae". Hav.: „deductae". Vossiani cod. margo: „contectae". — M m. 2. Pal. 2.: „*clausum lacu ac montibus*". P m. 1.: „clausumla nacmontibus" praetermissa una littera *c*. P m. 2. atque inde M m. 1. C: „clausum lacum montibus". Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „clausum lacu montibus". — PCM Cant. Pal. 2.: „*signum omnibus dat simul inuadendi*". Lov. 3.

caput decepere insidiae. Poenus ubi, id quod peticrat, clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi. qui ubi qua cuique proximum fuit decucurrerunt, eo magis Romanis subita atque inprovisa res fuit, quod orta ex lacu nebula campo quam montibus densior sederat, agminaque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis conspecta eoque magis pariter decucurrerant. Romanus clamore prius undi-

Berol.: „signum dat omnibus“ cet. Rell. codd.: „dat inuadendi“ omisso *simul*.

3. *ubi qua cuique proximum fuit decucurrerunt:* Priscianus ad fidem mss. 10, 8. 43.] ubi — decucurrere. — Idem, quod apud Priscianum est, in nostris quoque codd. PC scriptum vidimus, nisi quod in eis librariorum mendo „*quaque*“ pro „qua *cui*que“ positum est, et m. 1. in C „proxim*is*“, m. 2. „proxim*us*“. Illud „ubi *quaque* proximum fuit“ repertum quoque in Lovell. 3. 4. Hav. Ox. N. est, in Harl. „ubi qu*o*que proximum fuit“, in M (?) Voss. Berol. „ubi proximum fuit“. — M Voss. Harl. cum PC: „*decucurrerunt*“. Lovell. 3. 4. 5. Berol.: „decurrerunt“. Hav.: „decurrunt“. — P: „subita adqueinprouisa“. Lov. 4.: „densior erat“. Ox. D.: „densior fuerat“. — Deinde ex verissima Lipsii emendatione scriptum est „*ex pluribus collibus*“, cum in codd. esset „ex pluribus *uo*llibus“. — Denique M: „eo magisque“ (pro „eoque magis“): ex quo C. Heusingerus effici voluit, *que* ex marginali quadam coniectura in Livianam orationem receptum esse, locique ratione iubente ut supervacuum ex eadem esse reiciendum. at iam 21, 6. („quae tutissima videbatur“) vidimus, permultis locis in M veram integramque verborum structuram invitis antiquissimis codd. librarii errore depravatam inveniri, ut hoc l. vix dubii esse possimus quin „eo*que* magis“ (i. e. ideoque magis) rectissime se habeat, quippe qua particula copulativa addita Livius ostendere voluerit, magis pariter ab Poenorum agminibus decurri potuisse, quod ea inter se satis conspecta fuissent.

8. *decucurrerant:* PCM] decucurrerunt. — Antiqua demum scriptura recte responderi praecedenti verbo *sederat*, neminem praeterierit. Cant. Voss. Harl. Gärtn.: „decucurrer*ent*“. Hav.: „decurrer*at*“. Lov. 1.: „decurrerent“. Octo verba ab „decurrerunt“ in Cant. exciderunt. — Paulo

que orto quam satis cerneret, se circumventum esse sensit, t ante in frontem lateraque pugnari coeptum est quam sais instrueretur acies aut expediri arma stringique gladii ossent.

V. Consul perculsis omnibus ipse satis ut in re tre- 5 ida inpavidus turbatos ordines — vertente se quoque ad

post C: „romanus clamore prius undique orto satis cerneret" omisso *quam*. tum m. 2.: „romanus *cum* clamore prius" cet. Lov. 4.: „quam iam satis cerneret". Ad „*priusquam satis cerneret*" supplendum esse vel „se circumventum esse" vel „qui fieri potuisset ut circumveniretur" vel „hostem", vix quemquam fugerit. Qui fieri potuerit ut Lud. Walchius verbis ita ut in optt. codd. scriptum videmus positis sententiam debilem et imperfectam fieri censeret, et ut „Romanus clamore undique orto, priusquam satis cerneret se circumventum esse sensit" scribi vellet, et qui fieri potuerit ut I. Bekkerus, qui tam raro doctorum hominum emendationes commemorarit, huius infelicissimae coniecturae mentionem faceret, equidem intelligere non possum. multo enim melius *prius* cum illo ablativo iunctum esse vel ob id, ne quis illum ablat. pro absoluto positum crederet, etiam me tacente quisque perspexerit: „die Römer bemerkten eher aus dem von allen Seiten her erhobenen Feldgeschrei, dass sie umzingelt seien, als sie des Feindes ansichtig werden konnten". Et quod Walchius sibi persuadere vult, verba sequentia „*et ante*" docere se recte vidisse, ea ipsa magis etiam quam cetera vehementer eum errasse arguunt. — Berol.: „se circumuentum sensit" — „coeptum quam" cet. — P m. 1.: „*sensit*". sed eadem m. antiqua *t* inducto „*sensit*" scripsit, id quod ab ceteris omnibus librariis receptum videtur. — P m. 1.: „stringii queclaudiipossent". P m. 2. C: „stringique cladii possent".

5. *ut in re trepida:* C] ut in trepida re (recc. codd.). — Primo etiam in C aeque atque in PM „*re*" praetermissum erat, sed eadem antiqua manu, quae reliqua scripsit, eo quo diximus loco supra scriptum est: quo loco eam vocem, cum *tre* sequeretur, excidere potuisse, veri similius potuit videri. Vernac. serm.: „so weit es in dieser gefahrvollen Lage möglich war". Harl.: „satis ipse ut in trepida re inpauidus".

…ibus ipsa inter
gis pariter decucurrerant. Ro

Berol.: „signum dat omnibus“ cet. Rell. codd.: „dat invadendi“ omisso *simul*. 3. *ubi qua cuique proximum fuit decucurrerunt*: Priscianus ad fidem mss. 10, 8. 43.] ubi — decucurrere. — Idem, quod apud Priscianum est, in nostris quoque codd. PC scriptum vidimus, nisi quod in eis librariorum mendo „*quaque*“ pro „qua *cuique*“ positum est, et m. 1. in C „*proximis*“, m. 2. „*proximus*“. Illud „ubi *quaque* proximum fuit“ repertum quoque in Lovell. 3. 4. Hav. Ox. N. est, in Harl. „ubi quoque proximum fuit“, in M (?) Voss. Berol. „ubi proximum fuit“. — M Voss. Harl. cum PC: „*decucurrerunt*“. Lovell. 3. 4. 5. Berol.: „decurrerunt“. Hav.:

que orto quam satis cerneret, se circumventum esse sensit, et ante in frontem lateraque pugnari coeptum est quam satis instrueretur acies aut expediri arma stringique gladii possent.

V. Consul perculsis omnibus ipse satis ut in re tre- 5
pida inpavidus turbatos ordines — vertente se quoque ad

post C: „romanus clamore prius undique orto satis cerneret“ omisso *quam*. tum m. 2.: „romanus *cum* clamore prius“ cet. Lov. 4.: „quam iam satis cerneret“. Ad „*priusquam satis cerneret*“ supplendum esse vel „se circumventum esse“ vel „qui fieri potuisset ut circumveniretur“ vel „hostem“, vix quemquam fugerit. Qui fieri potuerit ut Lud. Walchius verbis ita ut in optt. codd. scriptum videmus positis sententiam debilem et imperfectam fieri censeret, et ut „Romanus clamore undique orto, priusquam satis cerneret se circumventum esse sensit“ scribi vellet, et qui fieri potuerit ut I. Bekkerus, qui tam raro doctorum hominum emendationes commemorarit, huius infelicissimae coniecturae mentionem faceret, equidem intelligere non possum. multo enim melius *prius* cum illo ablativo iunctum esse vel ob id, ne quis illum ablat. pro absoluto positum crederet, etiam me tacente quisque perspexerit: „die Römer bemerkten eher aus dem von allen Seiten her erhobenen Feldgeschrei, dass sie umzingelt seien, als sie des Feindes ansichtig werden konnten“. Et quod Walchius sibi persuadere vult, verba sequentia „*et ante*“ docere se recte vidisse, ea ipsa magis etiam quam cetera vehementer eum errasse arguunt. — Berol.: „se circumuentum sensit“ — „coeptum quam“ cet. — P m. 1.: „senſit“. sed eadem m. antiqua *t* inducto „*sensit*“ scripsit, id quod ab ceteris omnibus librariis receptum videtur. — P m. 1.: „stringii queclaudiipossent“. P m. 2. C: „stringique cladii possent“.

5. *ut in re trepida:* C] ut in trepida re (recc. codd.). — Primo etiam in C aeque atque in PM „*re*“ praetermissum erat, sed eadem antiqua manu, quae reliqua scripsit, eo quo diximus loco supra scriptum est: quo loco eam vocem, cum *tre* sequeretur, excidere potuisse, veri similius potuit videri. Vernac. serm.: „so weit es in dieser gefahrvollen Lage möglich war“. Harl.: „satis ipse ut in trepida re inpauidus“.

tanta calligine maior usus aurium quam oculorum: ad gemitus vulnerum ictusque corporum aut armorum et mixtos strepentium paventiumque clamores circumferebant ora oculosque: alii fugientes pugnantium globo inlati haerebant, alios redeuntes in pugnam avertebat fugientium agmen. deinde, ubi in omnis partis nequiquam impetus capti, et ab lateribus montes ac lacus a fronte et ab tergo hostium acies

2. *et mixtos strepentium paventiumque clamores* Livium ad praecedentem praepositionem *ad* referri voluisse vix dubium videatur: tamen non modo in Harl. Lovell. 1. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. sed etiam in PCM scriptum est „et *mixto* strepentium pauentiumque clamore", in M m. 1. etiam „pa*tie*ntiumque". Voss. propius vero: „et *mixtos* strepentium pauentiumque *clamore*". Pall. 2. 3.: „et misto — clamore". Ox. L. 1.: „et in isto — clamore". Lov. 3.: „ut mixti — clamore". Lov. 5.: „et milites — clamore". Pal. 1.: „et intexto — clamore". — In „*strepentium paventiumque*" non idem videtur h. l. inesse quod 10, 42. verbis „*pugnantium* ac paventium fremitu" expressum est: sed *strepentes* significat eos Romanos milites, qui per hostium aciem perrumpere conabantur magnoque clamore et suos suorumque animos augere et hostes terrere studebant. — Paulo ante PC: „in tanta ca*l*igine". at in optt. codd. non modo primae sed etiam tertiae decadis duplici littera *l* „ca*ll*igo" scribi solere alii loci docent: ex. gr. 29, 27.

4. *alii fugientes pugnantium globo inlati herebant:* PC. In Harl. exciderunt haec sex verba. Unus Gärtn.: „inlati habebant". — Hav.: „redeuntes īn pugnam". Lov. 3. Gärtn.: „redeuntes ad pugnam". C: „redeuntes in pugnam uertebat" cet.

6. *in omnis partis:* PC] in omnes partes. — Lovell. 4. 5.: „ubi omnes in partes". Berol.: „ubi etiam in omnes partes". — P: nequicquam impetus *capti*". at cum iam eadem, nisi fallor, prima manu in hoc P „*facti*" pro „capti" scriptum esset, factum videtur ut „impetus *facti*" in rell. omnes codd. migraret (cf. 1, 5. et 13.). C: „neqquam impetus facti". Cf. 2, 65.: „tum rursus impetu capto enituntur". 8, 30: „impetu capto perrumpere non poterat". — P: „nullam nis*i*ndextera". C: „nisi in dextera". — PCM Cant. Pal. 2.: „tum sibi *quisque* dux adhortatorque factus". Rell.

laudebat, appariuitque nullam nisi in dextera ferroque salutis spem esse, tum sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam et nova de integro exorta pugna est — non

codd.: „tum sibi *unus*quisque dux" cet.

3. *et noua de integro exorta pugna est:* PCM] et nova de integro pugna exorta est (recc. codd.). Liuium ita participia ab verbo substantiuo interpositis nominibus seiungere solitum esse notum est, ut 30, 34.: „utrimque *nudata* equite *erat* punica acies", quamquam et h. l. recentiores librarii invitis melioribus codd. „utrimque equite *nudata erat* p. a." scribi voluerant, fortasse quod non minus saepe illo altero verborum struendorum genere Liuius usus esset, ex. gr. sub finem l. l. „ita nouum de integro *proelium ortum est*", quo loco constructio ita mutari potuisset, ut in superiore loco Berolinensis cod. librario scribi placuerat „et noua deinde *pugna* ex integro *orta est*". — Cum dein in omnibus codd. inuentum esset „*non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios*", interpretes animadverterunt, id contra morem exercitus apud Romanos instruendi a Liuio scriptum esse, quod eo magis mirum uideri oporteret, cum 8, 8. 30, 34. aliisque locis L. ipse dixisset, in prima acie fuisse hastatos eosque secutos esse principes, illudque triginta manipulorum agmen vel antepilanos (8, 8.) vel antesignanos (30, 33.) appellatos esse, tum sub signis triarios in tertia acie incedere solitos esse. nec tamen potest L., cum ita scriberet, illius moris oblitus esse uideri, sed „*principes hastatosque*" scripsisse, quod illae duae priores partes, quas signa secuta essent, pro uno agmine haberi potuissent, id quod vel particula *que* significatur, ut illud ὕστερον πρότερον, qua scribendi ratione L. et aliis locis uti voluit, h. l. vix mirum uideri possit. nam quod 30, 8. in antt. codd. legitur „romanus *post principes* hastatorum prima signa" cet., id librariorum errori deberi et scribendum fuisse „romanus principes post hastatorum prima signa, in subsidiis triarios constituit", ea quae a Polybio 14, 8. de illo proelio dicta sunt, extra omnem dubitationem ponunt. — In Ox. D. excidisse dicitur „hastatosque", in Berol. „ac.". PCM Harl. Berol.: „*antesignani*". Cant.: „antesignaanti". Hav. „antesignari". Lov. 4.: „antsignani". Rell. codd.: „antesignanus". — PM al.: „*nec ut in sua legione miles aut cohorte*"

illa ordinata per principes hastatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignani post signa alia pugnaret acies, nec ut in sua legione miles aut cohorte aut manipulo esset: fors conglobat et animus suus cuique ante aut post pugnandi ordinem dabat: tantusque fuit ardor armorum, adeo intentus

cet. C m. 1.: „nec *ut* sua legione miles aut cohorte". Harl.: „nec *in* sua legione miles" cet. PC: „aut manipulo*s* esset": quem ad modum persaepe in P illud *s* inter duas vocales positum videmus. hinc tamen factum videtur, ut m. 2. in C etiam „sua*s* legione*s*" et „cohorte*s*" scribi vellet.

3. *fors conglobat:* PCM Pal. 2.: quod quamquam rectissime se habuit (cf. ex. gr. 22, 51.), tamen in rell. codd. omnibus scriptum est „*sors* conglobat". Nec potest videri *sed* ante *fors* excidisse, id quod, cum „es*set*" proxime praecederet, facillime fieri potuit: sed particula adversativa omissa est ut fortior et elegantior oratio fieret. Ex eodem brevitatis studio factum videtur ut L. non „*aut* ante *aut* post" scriberet sed „ante *aut* post pugnandi". In omnibus etiam codd. „ordinem *dabat*" inventum est, quamvis antecederet praesens „conglobat". cf. 21, 46.: „*consistit* utrumque agmen et ad proelium sese *expediebant*".

5. *tantusque fuit ardor armorum* ab I. Fr. Gronovio ex uno cod. Gud. recte videtur restitutum esse, cum non in rece. codd. modo sed etiam in PCM esset „ardor *animorum*", quod cum sequentibus verbis „adeo intentus pugnae *animus*", licet Livium haud raro modo eisdem modo propinquis locis constet eisdem verbis usum esse, tamen h. l. vix iungendum videatur. Apte Dukerus orat. pro Marcello 8, 24. laudavit: „in tanto civili bello *tantoque animorum ardore et armorum*". — Lov. 1. Berol.: „adeo*que* intentus": paulo*que* post idem Berol. „mare*que* fluminibus inuexit". Margo Ox. N.: „*et* adeo intentus". — C m. 2. al.: „*ut eum motum terrae*" cet. C m. 1. P: „ut eum mu*l*tum terrae". Voss. Harl. Lov. 4. Gärtn. Hav.: „ut cum motus terrae". Lov. 1.: ut commotus terrae". Rec.: „ut commotio terrae". — PC(M): „*auertitque cursu rapidos amnis*". Rell. codd.: „cursu *rapido* amnes". sed *rapidos amnes* verissimum est: i. e. qui amnes tanta rapiditate erant, ut vix fieri posse videretur ut ulla vi a cursu suo averterentur. — PC rell.:

ugnae animus, ut eum motum terrae, qui multarum urbium taliae magnas partes prostravit avertitque cursu rapidos mnis, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, emo pugnantium senserit.

VI. Tris ferme horas pugnatum est et ubique atro- 5 iter. circa consulem tamen acrior infestiorque pugna est:

„*mare fluminibus inuexit*“: i. e. idem terrae motus effecerat, ut mare tanto aestu ad litora pelleretur ut flumina, quae in mare decurrere solita essent, eadem illa vi retro cedere cogerentur. — Codd.: „nemo pugnantium *senserit*“ non „*sentiret*“, quod L. h. l. scribere non potuit nisi de eo quod vere factum traderetur.

5. *tris ferme horas*: C. — P: „trisfermeoraspugnantum est“. in C quoque „pugnantum“ invenimus. — PCM al: „*circa consulem tamen acrior infestiorque pugna est*“. Berol.: „pugna orta est“. Cod. Sig. Lov. 4. Rec. Gärtn.: „pugna erat“. Verba ab „pugnatum est“ ad „pugna est“ in Cant. praetermissa sunt. — Quae sequuntur, breviore illo dicendi genere, quo maior vis inesset, scripta sunt pro „*nam* eum *non modo* robora virorum sequebantur *sed etiam* ipse — inpigre ferebat opem“ vel „*cum* eum *non modo* sequerentur“ cet. P: „qua cumqueinpartepraemiaclabora resenseratsuos“. C: quacumque in parte premi ac labore senserat suos“. m. 2.: „ac labare“. Lovell. 1. 4. 5.: „in quacumque parte“. Hav.: „quamcumque in partem“. Verba „ac laborare“ in Lovell. 4. 5. exciderunt: proque eis scriptum est in Cant. „ac roborare“: in Voss. Harl. Lov. 3. Gärtn. Ox. N. „ad laborem“. Voss.: „senserit suos“. Lovell. 4. 5.: „suos senserat“. — PCM Harl.: „insignemque armis et hostem summa ui petebant et tuebantur ciues“: nisi quod in C „pete*bat*“ erat. „Hostem“ pro „*hostes*“ sequente littera *s* eodem mendo scriptum est quo 22, 4. „trasumennum *s*ubit“ pro „trasumennu*s* subit“ positum videmus. Pall. 1. 3, Lovell. 1. 4. Hav. Berol.: „insignesque armis et hostem summa ui petebant et tuebantur suos ciues“: idemque in Voss. et in Lov. 3. repertum est, praeterquam quod Voss. „suos“ praetermisit, et Lov. 3. „hostes“. Lov. 5.: „insignisque armis et hostem summa ui petebat et tuebatur suos ciues“: idemque Hafn. et Gärtn., nisi quod Gärtn. „petebant et tuebantur“, Hafn. „pugnabant et tuebantur“

eum et robora virorum sequebantur et ipse, quacumque in parte premi ac laborare senserat suos, inpigre ferebat opem, insignemque armis et hostes summa vi petebant et tuebantur cives, donec Insuber eques — Ducario nomen erat — facie quoque noscitans „consul en“ inquit „hic est“ popularibus suis, „qui legiones nostras cecidit agrosque et urbem est depopulatus: iam ego hanc victimam Manibus peremptorum foede civium dabo“: subditisque calcaribus equo per confertissimam hostium turbam impetum facit, obtruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam obiecerat,

habent. Pal. 2.: „insignesque armis hostes summa ui petebat“.

4. *donec Insuber eques Ducario nomen erat facie quoque noscitans:* Pal. 1. Idem scriptum est in PC, nisi quod in his „donec insuper eques“ inventum est, Lov. 4. Ox. D.: „cui ducario nomen erat“. Berol.: „facie quoque consulem noscitans inquit“. M. 1. in P (et in excerptis Pithoei et in Ox. N.) scriptum erat „consul*em* inquit hic est popularibus suis“: quod cum ferendum non videretur, altera m. in P litteris *em* inductis „consul inquit“ cet. scriptum est, id quod in C et deinceps in rell. codd. migravit. At non „consulem“ sed „*consul en*“ Livium scribi voluisse I. Fr. Gronovius perspexit. Secundo in loco illud *en* 2, 6. quoque videmus positum: „ipse *en* ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit“. 3, 17.: „primus *en* ego consul — te ac tua vestigia sequar“: aliisque locis. Ad „inquit popularibus suis“ „sprach er zu seinen Landsleuten“ cf. ex. gr. 1, 32.: „— *inquit ei*, quem primum sententiam rogabat“. Cic. epp. ad Atticum 5, 1. 3.: „tum Quintus „en, *inquit mihi*, haec ego patior quotidie“. Lov. 3. Gärtn. Berol.: „inquit hic est cum popularibus suis“. PC: „qui legiones nostras caecidit“. Berol.: „occidit agros et urbem est depopulatus“. Lovell. 4. 5.: „depopulatus est“. De bello a C. Flaminio cum Insubribus gesto cf. quae 21, 63.: „hic in provincia“ dicta sunt. — Oxx. D. N.: „impetum fecit“.

10. *qui se infesto uenienti obuiam obiecerat:* P: ut paulo post „*retro repetebant*“. C: „qui se infesto ueniebant obuiā obiecerat“. Lov. 4.: „infest*e* uenienti“. Lov. 3.: „ obiecerat obuiam“. P: „consulem lange atransfixit“. C: „consulem lance tran-

consulem lancea transfixit: spoliare cupientem triari obiectis scutis arcuere. magnae partis fuga inde primum coepit: et iam nec lacus nec montes pavori obstabant: per omnia arta praeruptaque velut caeci evadunt, armaque et viri super alium alii praecipitantur. pars magna, ubi locus fugae deest, per prima vada paludis in aquam progressi, quoad capitibus humeris extare possunt, sese inmergunt: fuere, quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam inpulerit, quae

fixit". — PC: „spoliare cupientem *triari* obiectis scutis arguere". Voss.: „coniectis scutis". Lovell. 4. 5. Hafn. Berol.: „obiectis clipeis arcuere". cf. 8, 8. M: „arguere".

2. *et iam nec lacus nec montes pauori obstabant:* PCM Pall. 2. 3. (Harl.)] et iam — obstabant pavori. — Harl.: „etiam nec lacus" cet. Lov. 5. Gärtn.: „ubi iam nec lacus" cet. Lov. 3.: „primum etiam nec lacus". Berol.: „obstant". In Pal. 1. Voss. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. excidit „*pauori*". — Tum P: „peromniaartapraeruptaqueuelutcaeciuadunt": sed eadem m. 1. *e* supra scripsit ut *euadunt* fieret, quod in rell. codd. h. l. repertum est. Ad „*arta praeruptaque*" „steil und abschüssig", quae verba referri non possunt nisi ad periculosas montium partes, cf. 5, 46.: „per praeruptum — saxum in Capitolium evadit". 21, 32.: „castra inter confragosa omnia praeruptaque — locat". 27, 18.: „per praecipitia et praerupta salientes". Lovell. 3. 4.: „*ueluti* caeci". — In C m. 1. PM Voss. Harl. Lovell. 1. 4. 5. scriptum est „armaque *ut* uiri" cet.: quod verum esse non posse vel quae sequuntur „super alium alii" docent. M. 2. igitur in C restituit „armaque *et* uiri". Hav.: „alii super alium". In Voss. Lov. 1. Berol. praetermissum est „*alii*". Pal. 3.: „praecipitabantur".

6. *quoad capitibus humeris extare possunt:* M Voss. Harl. Lov. 4. Gärtn. Hav. Berol.] quoad capitibus humerisque extare possunt. — C: „quoad capitibus umeris extare" cet. P: „quoadcapiti busumeri*bus*extare" cet. cf. 22, 8. sub fin.: „penatibus". 21, 58.: „haud longi inde temporis — quies". — Hav.: „se inmergunt". — Paulo ante P: „inquamprogressi": dein „in*a*quam".

8. *capessere fugam inpulerit:* PC al.: pro „ad fugam capessendam", „ut fugam capesserent". Cf. Nic. Bachius ad Tac. Ann. 6, 37.: „*hor-*

primis Tacitum hoc poetico et graeco iungendi genere usum esse notum est. — Hav.: „capessere fugam in aquam inpulerit“. Voss.: „inpulerat“. Berol.: „inpulit“. — Quae sequuntur „*aut nequiquam fessi uada retro aegerrime repetebant*“ ab I. Fr. Gronovio ex Put. restituta sunt. M. 1. enim in P scriptum erat: „haudnecquid quam festinadarentro aegerrim erepetebant“: quod cum alter librarius non perspiceret, m. 2. quinque litteris inductis scribi voluit „haud nequidquam festinauerant retro aegerrime repetebant“. itaque C: „haut nequiquā festinauerant retro aegerrime repetebant“: nec dubito quin idem in melioribus codd. omnibus scriptum fuerit. Recentissimi tamen codd. ita: „aut *ubi* nequidquam festinauerant, retro aegerrime *terrae*

adversos hostis eruptione inpigre facta, ignari omnium quae post se agerentur, ex saltu evasere, et cum in tumulo quodam constitissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes, quae fortuna pugnae esset, neque scire nec perspicere prae calligine poterant. inclinata denique re cum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquida iam luce montes campique perditas res stratamque ostendere foede Romanam aciem. itaque, ne in conspectos procul inmitteretur eques, sublatis raptim signis quam citatissimo poterant agmine sese abripuerunt. postero die cum

Sig. probante Drakenborchio: „nec *pro*spicere".

6. *incalescente sole:* P m. 1. cf. 44, 36. — P m. 1.: „in clinataadiniquerecon*in*calesce ntesole" cet.: alteraque tamen manu cum in P *in* inductum esset, in C scriptum est „inclinata adinique re concalescente" cet. M: „inclinata ad inique re" cet. Berol. m. 2. Gärtn. Ox. N: „inclinata iam ad iniqua re". Voss. Harl. Lovell. 2. (?) 3. Hav. Berol.: „concalescente sole". PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. cod. Sig. al.: „*dis*pulsa nebula". Pall.: „cum calescente sole *de*pulsa nebula" cet. Dein „*tum* liquida iam luce" (recc. codd.), quae mihi videtur vera atque integra Liviana manus esse. in PCM tamen et in Harl. inventum est „*cum* liquida iam luce", in Gärtn. etiam „quom liquida iam luce".

8. *ne in conspectos procul inmitteretur eques:* recc. codd. — PC: „itaque *nec* inconspectus procul inmitteretur eques". Num L. in hac voce *nec* inesse voluit „*ac ne*"? „deshalb und damit nicht, wenn man sie von fern sähe, die Reiterei auf sie abgeschickt werde". — Dein frequentissima litterarum metathesi PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 5. Gärtn. Ox. N: „sublatis *par*tim signis". Hav.: „sublatis partium signis". Berol.: „sublatis *inde* signis". — P: „agmine*a*sese abripuerunt". hinc Lov. 1.: „ab sese abripuerunt". Lov. 4.: „sese aripuerunt". Recan.: „sese arripuerunt". Lov. 3.: „sese eripuere".

10. *cum super cetera extrema fames etiam instaret:* PCM rell. „*Extrema*" non ad *cetera* sed ad *fames* pertinere, vix quemquam fefellerit. — C m. 2.: „*fidem* dante abarbale". C. m. 1. M. m. 1. P Cant.: „lid*ei* dante". M m. 2. Lov. 1.: „fide dante". — Lov. 1.: „cum omnibus copiis". Berol.: „cum sin-

super cetera extrema fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent abire cum singulis vestimentis passurum, sese dediderunt. quae Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes coniecit.

VII. Haec est nobilis ad Trasumennum pugna atque inter paucas memorata populi Romani clades. quindecim

gulis uestimentis abire". P m. 1.: „sesededi*d*erunt". Litteris *di* m. 2. in P inductis in CM Harl. Lov. 4. Oxx. D. N. scriptum est „*sese dederunt*". — Tum Harl.: „quae punica seruata religione fides est ab hannibale". Gärtn. Hav.: „quae punica seruata religione seruata fides" cet. Lovell. 4. 5.: „quae punica seruata religione sublata fides" cet. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „fides *est* ab hannibale". — P: „adquein uinculaomnes*coniecit*". C rell.: „conie*cit*". Hav.: „conie*ctis*". Num librarius „coniecti *s̄*" i. e. „coniecti sunt" voluit? Lov. 3.: „proiecit". Activo L. usus videtur praecedente passivo, quo maior vis in postremis verbis huius l. poneretur. id enim potissimum, ut legentium audientiumve animi maiore studio in aliquid converterentur, spectasse antiqui scriptores videntur, si ab solitis dicendi generibus paulum abeundum esse censerent. eius generis id quod ὕστερον πρότερον, quod ἓν διὰ δυοῖν, dicunt, eiusdemque rationis videtur haec generum verbi commutatio esse.

7. *haec est nobilis ad trhansimennum pugna adque inter paucas memorata populi romani clades:* P. C: „ad transymennum pugna atque" cet. cf. 22, 4.: Trasumennum. „*Memorata*" h. l. Livius de industria scripsit, non „memoranda" nec „memorabilis", ne id, quod populo romano dedecori fuisset, dicere voluisse videretur nisi rei ipsius necessitate coactus. sic etiam *nobile* in utramque partem accipi potuit (cf. 27, 35.). nihilo minus tamen fieri non potest quin id, quod inter paucas similes res est commemoratum, etiam dignum videri debuerit quod memoraretur: quo factum est ut illud participium „memoratum" similem vim adiectivi „memorabile" induerit: „die unter den wenigen Niederlagen, welche das röm. Volk erlitten hat, als besonders denkwürdig dasteht". — Tum P:

milia Romanorum in acie caesa sunt: decem milia sparsa fuga per omnem Etruriam aversis itineribus urbem petiere. duo milia quingenti hostium in acie, multi post ea utrim-

xu. miliaromanoruminaciecae sas x. miliaparsa": deinde eadem m. 1. *s* supra scriptum est ut *sparsa* fieret. Dubium esse potest, num „*caesas*" vere pro „caesa *sunt*" scriptum sit, cum in hoc codice P illud scripturae compendium inveniri non soleat, et persaepe littera *s* nescio quo errore integris vocibus a librario adiecta sit. in codice C enim nec „caesas" nec „caesa *sunt*" scriptum est sed „*caesa* x. milia" cet.: nec dubito quin idem in melioribus codd. omnibus inventum fuerit. „*Quindecim milia*" tamen recte se habet, quamvis levi mendo in C „xii milia romanorum" scriptum sit: et in Harl. m. 2. „xxv millia", in Lov. 3. „viginti quinque millia": cum idem apud Polybium quoque 3, 84. 7. legatur: ἔκτεσον κατὰ τὸν αὐλῶνα σχεδὸν εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους.

2. *aversis itineribus urbem petiere*] diversis itineribus urbem petiere. — PCM Cant. Voss. Harl. Pal. 1. Lov. 3. Gärtn.: „*ad*uersis itineribus": quo mendo in hac voce errari solebat. *Diversis itineribus* („auf einander entgegengesetzten Strassen") Romam veniri non potuisse, non est difficile intelligere. *Auersis*, quod in Pal. 3. et in Lov. 4. inventum est, nihil aliud significare potest quam itineribus, quae ab hoste aversa, aut quae devia erant: „auf abgelegenen, wenig betretenen Wegen". I. Fr. Gron. Cic. ad Att. 14, 10. laudavit: „itineribus deviis proficisceretur in provinciam". L. 27, 41.: „quinque cohortes — in aversis collibus considere iubet". 22, 8.: „in Umbria, quo post pugnam ad Trasumennum auditam averterant iter": scil. ne in Hannibalem incidérent. 22, 9.: „in agrum Picenum avertit iter": scil. a Roma, quo primo videtur proficisci voluisse.

3. *duo milia quingenti hostium in acie, multi postea utrimque ex uulneribus periere*] mille quingenti hostium in acie cet. — „Mille quingenti hostium" scriptum esse dicitur in M (?) Voss. Lovell. 3. 4. 5. Berol.: in Pal. 3. etiam „mille quingenti hostium in acie *caesi*": in Pal. 2. „*at* hostium in acie". In PC autem invenimus: „ꝏ ꝏ δ. hostium in acie" cet. i. e. „duo milia quingenti": nec dubitavimus id in orationem Livianam recipere, et si apud Polyb. 3, 85. 5. repertum es-

que ex vulneribus periere. multiplex caedes utrimque facta traditur ab aliis: ego, praeterquam quod nihil haustum ex

set: οἱ μὲν γὰρ πάντες εἰς χιλίους καὶ πεντακοσίους ἔπεσον, ὧν ἦσαν οἱ πλείους Κελτοί· cum facillime fieri potuerit ut etiam apud Polybium εἰς χιλίους scriberetur pro εἰς δισχιλίους, quo librariorum mendo tot loci in Livianis co[illegible]ibus corrupti sunt. nam quamquam Poeni opportunitate loci magnopere adiuti fuerant, tamen vix credi potest, cum tot milia Romanorum caesa sint, non plus quam mille quingentos hostium cecidisse, praesertim cum idem Polyb. 3, 84. 7. fortitudinem Romanorum, qui neq; erumpere potuerant nec fugere voluerant, dignissimis laudibus efferat: ἔπεσον οὖν τῶν Ῥωμαίων —, οὔτ' εἴκειν τοῖς παροῦσιν οὔτε πράττειν οὐδὲν δυνάμενοι, τοῦτο δ' ἐκ τῶν ἐξισμῶν αὐτὸ περὶ πλείστου ποιούμενοι τὸ μὴ φεύγειν μηδὲ λείπειν τὰς τάξεις. — Quod autem Iac. Perizonius *utrimque* deletum vult, quia hoc loco non scriberetur nisi de Poenis, id vir doctissimus fortasse non dixisset, nisi paulo post eadem vox legeretur. nec tamen dubito contendere, etiam hoc priore loco non mala manu sed a Livio *utrimque* positum esse. non enim video, cur L., cum scripsisset, quot in acie hostes occisi essent, addere non

potuerit, multos praeter eos ex vulneribus postea perisse et non modo hostes sed etiam Romanos. nam cum tanta virtute circumventi Romani pugnarent, quanta Polybius dicit, multos et ipsorum et hostium et occidi et gravibus vulneribus ici necesse fuit.

2. *praeterquam quod nihil haustum ex uano uelim:* codd.] praeterquam quod nihil auctum ex vano velim (ex coni. L. Walchii). — P: „preiterquam". PC: „nihil austum ex uano". Livium dicere potuisse, nihil *auctum* ex vano se velle, nemo negaverit: at non minus fore confido, qui ea coniectura sententiam languidam frigidamque fieri intellexerint. *Aliquid ex vano haurire* significat ex eo haurire, quod aut nihil est aut non id est quod videri haberique velit. itaque si is, qui res scribit, ex vano haurit, rumores hominum imperitorum incertos sequitur, quibus quidquid gestum est, prout libet, modo augeri modo minui solet. Ab eo studio ne scribentium quidem rationes semper abstinere, verissime dici potuit. ita L. 4, 13. L. Minucium ad senatum referentem facit: „serius se paene quam tutum fuerit, ne cuius incerti vanique auctor esset, ea deferre".

vano velim — quo nimis inclinant ferme scribentium animi —, Fabium aequalem temporibus huiusce belli potissimum auctorem habui. Hannibal captivorum, qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum cum sepeliri iussisset, Flamini quoque corpus funeris causa magna cum cura inquisitum non invenit. Romae ad primum nuntium cladis eius cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus: matronae vagae per vias, quae repens clades adlata quaeve fortuna exercitus esset, obvios

— Q. Fabius Pictor 1, 44. scriptorum antiquissimus dicitur. 1, 55. idem Pisoni praeponitur. 22, 57. Delphos legatus mittitur ad oraculum. Non semper tamen L. hunc Fabium secutum esse, vel id docet, quod 1, 43. 2, 21. de tribubus relatum est, si cum eo collatum erit, quod de eadem re apud Dionys. 4, 15. legitur. — Gärtn.: „nihil haustum ex uario". Berol.: „nihil asertum ex uano". Hafn. margo: „nihil assertum ex uano". Lov. 3.: „nihil asserturum". Lovell. 4. 5. Gärtn. Berol. m. 2.: „quo minus inclinant". Lov. 3.: „quo minus inclinantur". Lov. 3.: „huius belli". — Paulo post P: „sinepraetio" cet.: „nachdem von den Kriegsgefangenen die, welche Latinischer Abkunft *wären*, ohne Lösegeld entlassen worden": ex Hannibalis sententia dictum. Pol. 3, 85. 3.: τοὺς δὲ συμμάχους ἀπέλυσε χωρὶς λύτρων ἅπαντας εἰς τὴν οἰκείαν, ἀκριβῶς ἐξάμενος τὸν αὐτὸν, ὃν καὶ πρόσθεν, λόγον, ὅτι πάρεστι πολεμήσων οὐκ Ἰταλιώταις ἀλλὰ Ῥωμαίοις ὑπὲρ τῆς Ἰταλιωτῶν ἐλευθερίας. — PCM Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 4. Gärtn.: „corpora *eorum* cum sepeliri iussisset". PC: „flamini quoque corpus". Lov. 3.: „magna tum cura". Hav.: „*re*quisitum". *Inquisitum non inuenit* grata quadam brevitate scriptum est: „Flamini quoque corpus funeris causa magna cum cura inquiri iussit, sed inventum non est".

9. *quae repens clades atlata quaeue fortuna exercitus esset:* PC: quamquam primo in P „quaeuepensclades" scriptum erat, cum librarii oculi ad sequens „quauefortuna" aberrassent. eadem tamen m. 1. „repens" restitutum est. cf. 22, 8. init. C: „obuios pcuntantur". — Praeterea Gärtn.: „eius cladis". Lovell. 4. 5.: „cum

percunctantur: et cum frequentis contionis modo turba in comitium et curiam versa magistratus vocaret, tandem haud multo ante solis occasum M. Pomponius praetor „pugna“ inquit „magna victi sumus“: et quamquam nihil certius ex eo auditum est, tamen alius ab alio inpleti rumoribus domos referunt, consulem cum magna parte copiarum caesum, superesse paucos aut fuga passim per Etruriam sparsos aut captos ab hoste. quot casus exercitus victi fuerant, tot in curas dispertiti animi eorum erant, quorum propinqui sub C. Flaminio consule meruerant, ignorantium, quae cuiusque

ingenti timore ac tumultu“. Lov. 4.: „factus est“. Pal. 1.: „quae recens clades allata“. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „quaeue fortuna *esset* exercitus“. Lov. 4.: „quae fortuna esset exercitus“.

1. *frequentis contionis modo:* P: i. e. quae populi turba tanta erat ut pro frequenti contione haberi posset. PCM: „turba*m in* comitium et curiam uers*a*“: nisi quod in C scriptum est „comitū“. PC: „magistratus uocaret“: scil. ut indicarent quid veri esset. Polyb. 3, 85. 7.: οἱ προεστῶτες τοῦ πολιτεύματος — λέγειν τοῖς πολλοῖς ἠναγκάζοντο τὰ γεγονότα συναιρούμενοι τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν· διόπερ ἅμα τῷ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὄχλοις ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ· κ. τ. λ. — Lovell. 4. 5.: „pugna inquit magna victi fuimus“. Berol. m. 1.: „praetor inquit pugna victi sumus“. m. 2.: „pugna magna victi sumus“. Berol. m. 1. Hav.: „nihil certi ex eo auditum est“. C. m. 1. P: „dom*os* referunt“. C m. 2.: „dom*i*“. Recan.: „dom*um*“. C: „consulem cum magna parte copiarum coesum“. P: „per aetruriam“.

9. *animi eorum:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav.] eorum animi. — PC: „quo*d* casus exercitus victi fuerant“. Lov. 3.: „fuerant exercitus victi“. P: „totin curasdispraetianimi“ cet. C m. 1.: „tot in curias dispreti animi“ cet. m. 2.: „in curia“. P: „subc.flaminiocoñs.meruerant“. C: „sub. c̄. flanio cons. meruerant“. In Berol. excidit „cons.“, in Voss. et in Lov. 1. „meruerant“. Gärtn.: „meruer*unt*“. P. m. 1.: „ignorantius*m*quae“ cet. m. 2. *s* inductum est. C: „ignorantiumque cuiusque“ cet. Lov. 4.: „cuiusque suorum fortuna erat“. Berol.: „cuiusque fortuna esset“.

suorum fortuna esset: nec quisquam satis certum habet, quid aut speret aut timeat. postero ac deinceps aliquot diebus ad portas maior prope mulierum quam virorum multitudo stetit aut suorum aliquem aut nuntios de iis opperiens, circumfundebanturque obviis sciscitantes neque avelli utique ab notis prius quam ordine omnia inquisissent poterant. inde varios vultus digredientium ab nuntiis cerneres, ut cuique laeta aut tristia nuntiabantur, gratulantisque aut consolantis redeuntibus domos circumfusos. feminarum praecipue et gaudia insignia erant et luctus: unam in ipsa porta sospiti filio repente oblatam in conplexu eius expirasse ferunt, al-

2. *postero ac deinceps aliquot diebus:* C. — P: „posteroac deincepsaliquiddiebus". Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. et Berol. m. 2.: „postero *die* ac deinceps" cet. Lovell. 4. 5.: „aliquibus diebus". Ox. D: „aliis diebus". — Lovell. 4. 5.: „ad porta*m*". Hav.: „maior ad portas prope". — P: „autsu orum aliquemautnuntiosdc*iiso* pperiens". C: „aut nuncios de his operiens". Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „nuntiu*m* de his". — Lovell. 4. 5.: „circumfundebantur obuiis". P: „utiqueabnoti*p*rius" cet. praetermisso *s*.

7. *ut cuique laeta aut tristia nuntiabantur:* PC] ut cuique aut laeta aut tristia nunciabantur. — Prius *aut* in nullo cod. inventum videtur esse. Voss.: „ut cuique laetitia aut tristia anunciabantur". Gärtn.: „ut cuique laeticia aut tristia nunciabantur". Lov. 1.: „laeticia aut tristicia". Lov. 3. etiam: „laeticia aut tristicia nunciaba*t*ur". Cf. 2, 1., quo loco simili mendo vel in Harl. 1. „laeticior" pro *laetior* scriptum est. — P: „gratula ntis*que*autconsoloanti*s*redeun tibusdomoscircumfusos". m. 2.: „consolantis". C: „gratulantesque aut consolantes" cet. M Gärtn.: „redeunti*s* domos". Hinc Lov. 4.: „redeuntes". Margo codicis M: „redeunti*bus*". Pal. 2.: „aut consulantes alias domos circumibant". Hafn.: „consolantes laete domos circumibant".

9. *feminarum praecipuae et gaudia insignia erant et luctus:* P. — C: „feminarum praecipue et gaudia et insignia erant et luctus". Lov. 1: „gaudia magna erant". Berol. m. 1.: „praecipue et gaudia erant insignia". m. 2.: „praecipue etiam gaudia" cet.

11. *in conplexu eius expirasse ferunt*] in conspectu eius

teram, cui mors fili falso nuntiata erat, maestam sedentem domi ad primum conspectum redeuntis fili gaudio nimio exanimatam. senatum praetores per dies aliquot ab orto usque ad occidentem solem in curia retinent consultantes, quo nam duce aut copiis quibus resisti victoribus Poenis posset.

VIII. Priusquam satis certa consilia essent, repens alia nuntiatur clades, quattuor milia equitum cum C. Centenio

exspirasse ferunt (C rell.). — In P scriptum primo erat levi mendo „inconspexueius“: quod frequentissima illa metathesi pro „conplexu“ positum esse persuasum habeo: „soll in seinen Armen den Geist aufgegeben haben“. Alter tamen huius codicis librarius cum litteram *t* supra *x* posuisset, ut ab reliquis „in conspectu eius“ scriberetur effecit. cf. 2, 40.: „Coriolanus — cum ferret matri obviae conplexum“ cet. — Lov. 5.: „un*a* in ipsa porta“. Pal. 2.: „unam in ipsam portam“. PCM: „sospiti*s* filio repente oblatam“. — P: „cui morsfil*i*falsonuntiataerat“. C: „cui mors fil*ii* falso nunciata erat“. P: „redeuntisfil*i*“. C: „filii“. In Harl. excidit „nimio“.

5. *quo nam duce aut copiis quibus:* PC] quonam duce aut quibus copiis. — *Copiis* in priore loco collocatum videtur, quo maior orationis vis in hoc nomine poneretur. In P tamen „haut“, in C „haud“ pro *aut* scriptum vidimus. — P: „perdiesaliquo *d*abort*o*usqueadoccidentemso lem“. CM Harl. Pall. Lovell. 3. 4. 5. Recan. Gärtn. Hav. Berol.: „ab *ortu* usque ad occidentem solem“. — PM Cant. Harl. Pal. 1. Lov. 1. Gärtn. haud scio an ipsius scriptoris voluntate: „in *curiam* retinent“. at cum tot locis illud *m* sine iusta causa adiectum et in C etiam „in *curia* retinent“ scriptum sit, vulgatam huius loci scripturam mutare non ausim.

7. *repens alia nuntiatur clades quattuor milia equitum cum C. Centonio pro p̄r. missa ad collegam ab Servilio cōs.:* PC: nisi quod in C „nunciatur“ scriptum est. „Centonio“ in M quoque et in Pall. Voss. Lov. 1. Hav. Berol. Ox. N repertum est: sed Livium „Centenio“ scribi voluisse Polybius persuadet, apud quem 3, 86. 3. is, qui a Servilio illis quattuor equitum milibus praepositus erat, Γάιος Κεντήνιος vocetur. et Corn. Nep. Hann. 4.: „C. Flaminium — occidit: neque multo post *C. Centenium*

pro praetore missa ad conlegam ab Servilio consule in Umbria, quo post pugnam ad Trasumennum auditam averterant

praetorem cum delecta manu saltus occupantem". nec Appianus nec Zonaras a Polybio in hoc nomine differunt. Livius ipse 25, 19.: „M. Centenius fuit cognomine Penula" cet. ad optt. codicum fidem. At num „*pro praetore*" recte se habeat, cum C. Centenium anno ante praetorem non fuisse constet, dubium videri potest. Polybius enim l. l., cum scripsisset, Cn. Servilium cons. nuntio allato Hannibalem in Etruriam ingressum esse castraque cum Flaminii castris contulisse, statim cum omnibus copiis se cum collega iungere statuisse, ita pergit: ἀδυνατῶν δὲ διὰ τὸ τῆς στρατιᾶς βάρος Γάιον Κεντήνιον κατὰ σπουδὴν δοὺς τετρακισχιλίους ἱππεῖς προεξαπέστειλε, βουλόμενος, εἰ δέοιντ' οἱ καιροὶ, πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας τούτους καταταχεῖν· cum igitur apud Polybium ita scriptum sit, eiusque auctoritatem Livius plurimi habuerit, non *cum C. Centenio propraetore* sed „cum C. Centenio *propere* missa" vel „*propere praemissa* ad collegam" ab Livio scriptum esse videri potest. nihilo minus tamen „*pro praetore*" rectissime habere persuasum habeo. notum enim est, non modo exterarum nationum duces apud Livium *praetores* (cf. ex. gr. 40, 21.), sed etiam Romanorum imperatorum legatos, si qui ab imperatoribus suis rebus gerendis praepositi essent, *propraetores* dici solere. sic 10, 25. scriptum est: „praepositoque castris L. Scipione pro praetore": i. e. pro consule, cui Romam ad consultandum de bello redeundum fuerat. sic 29, 6.: „et Q. Pleminio propraetori scriptum ut rei agendae adesset": i. e. ut Pleminius, quem legatum Scipionis fuisse 29, 8. legimus, pro consule Scipione Locros recipiendos curaret. sic L. Marcius, ille fortissimus reique publicae amantissimus eques, qui Romanorum res perditas in Hispania restituerat, cum litteras de rebus a se gestis ad senatum mitteret, scribere non dubitavit „*propraetor* senatui": quamquam rescribi „propraetori L. Marcio" non placuit. Atque ita illos, qui exercitibus praeerant, dici potuisse, Asconius ad Cic. Verr. act. II. lib. 1, 14. docet, cum ad verba „cohorti praetoriae" addiderit: „comitibus consularibus. veteres enim omnem magistratum, cui pareret exercitus, *praetorem* appellaverunt. unde et *praetorium* tabernaculum eius dicitur, et in castris *porta praetoria*, et hodie

iter, ab Hannibale circumventa. eius rei fama varie homines adfecit: pars occupatis maiore aegritudine animis levem ex comparatione priorum ducere recentem equitum iacturam, pars non id quod acciderat per se aestimare, sed ut in ad-

quoque *praefectus praetorio*". — Etsi in PC, et ut videtur in rell. codd., „*ab* seruilio" scriptum est, tamen altera manus in P *b* inductum voluit ut „*a* seruilio" fieret. Berol. cum duobus Pall.: „in umbriam". P: „adthrasy mennum". C: „ad trasimennū". Cant.: „circumuenti". Paulo ante Lov. 3.: „priusquam certa satis consilia essent". Berol. *satis* praetermisit. Deinde C: „fama uarie homines effecit". Lov. 3.: „eius rei famam uarie homines afferunt".

4. *ut in adfecto corpore quamuis leuis causa magis quam ualido grauior sentiretur:* P. In CM Cant. Voss. Lovell. 1. 3. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. scriptum est „quam ualitudo grauior": in Lov. 4. etiam „quam aegritudo grauior". Qui fieri potuerit ut Dukerus, vir tantae subtilitatis in rebus grammaticis, scriberet, si *grauior* abesset, perspicuitati orationis nihil defuturum esse, sed *magis gravior* fortasse pro uno comparativo accipi posse, maxime mirum videtur, cum vix quemquam fefellerit, *magis* non cum *gravior* iungendum esse sed cum *sentiretur* ad *levis causa* pertinere, et *gravior* respondere praecedenti *levis:* „so wie in einem kranken Körper ein wenn auch an sich unbedeutender Uebelstand mehr fühlbar würde als in einem gesunden ein schwererer". Ac ne *in* quidem ante *valido* desiderari poterit, quod praepositio, quae iam paulo ante posita erat, non modo facile suppleri potest, sed etiam, cum Livius genera dicendi variare ac mutare solitus sit, *valido* pro dativo haberi. Dubium tamen quodam modo faciat, an L. „*in* ualido" scribi voluerit, quod in Pal. 2. duabus scripturis iunctis ita scriptum est: „ut in affecto corpore quaeuis leuis causa magis quam ualitudo grauior *in ualido* sentiretur". — Lov. 4.: „quodcumque auersi inciderat". Lov. 1.: „quodcunque inciderit". Coniunctivo perfecti *inciderit* latine scribendum erat, quippe quo verbo id quod vere factum erat exprimendum esset, cum praecedens imperfectum *sentiretur* hypothetica dicendi ratione poneretur. — PCM: „quae nihil quo*d* adgrauare*n*t pati possent": nisi quod in C „nichil" est. Pal. 1.:

ecto corpore quamvis levis causa magis quam valido gra-
ior sentiretur, ita tum aegrae et adfectae civitati quodcum-
ue adversi inciderit, non rerum magnitudine sed viribus
xtenuatis, quae nihil quod adgravaret pati possent, aesti-
nandum esse. itaque ad remedium iam diu neque desidera-
um nec adhibitum, dictatorem dicendum, civitas confugit:
t quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur,
ec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut
untium aut litteras mitti, nec dictatorem populus creare
oterat, quod numquam ante eam diem factum erat, pro-
ictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum et magi-

„*quo* adgrauaret“: ut, cum in illis antiquioribus codd. haud raro *quod* pro *quo* positum inveniatur, dubium videri possit an L. „*quo adgrauarentur*“ scripserit. Harl.: „pati posset“. Lov. 3.: „pati poterant“. In Cantabr. novem verba ab „sed viribus“ ad „pati possent“ exciderunt. Harl. Lov. 3. Gärtn. Hav.: „extimandum“. Lov. 4. Berol.: „existimandum esse“. — Praeterea paulo ante Pal. 2.: „pars occupati maiori aegritudine animis“. Lov. 3. quoque „maiori“. Gärtn.: „maioris aegritudinis“. Lov. 3.: „leuem ex comparatione priorum efficit recentem equitum facturam“. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. „per se extimare“. Lov. 4. Berol.: „per se existimare“.

5. *neque desideratum nec adhibitum:* PCM Cant. Pall. duo Voss. Lovell. 1. 4.] neque desideratum neque adhibitum (Harl. Lov. 5. Berol.). Lov. 3.: „*nec* desideratum *nec* habitum“. Cf. 22, 6.: „neque scire nec perspicere“. Qui dictatores proximis annis dicti erant, non rei gerendae sed comitiorum habendorum causa dicti fuerant.

10. *prodictatorem populus creauit* recte scriptum ab Ascensiana inde edit. a. 1513. esse quae 22, 31. a Livio tradita sunt docent. In PCM et in rell. codd. scriptum est h. l. „*dictatorem*“. — Paulo ante Muretus: „*sed* quia et consul aberat“, at in primo loco *et* maiore vi poni solitum esse notissimum est. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Hav. Berol.: „et quia consul aberat“ omisso altero *et*, quod desse non potuit, cum ad sequens *nec* pertineret. Lovell. 4. 5.: „posse dici“. P: „autnuntiumhautlit teras“. P: „populocrearepot erat“. Fortasse librarius „populos“ scribi voluit. P m. 2.: „populus“. Lovell. 4. 5.: „quod nusquam ante“. Gärtn.:

strum equitum M. Minucium Rufum: hisque negotium ab senatu datum ut muros turresque urbis firmarent et praesidia disponerent quibus locis videretur, pontesque rescinderent fluminum: pro urbe ac penatibus dimicandum esse, quando Italiam tueri nequissent.

IX. Hannibal recto itinere per Umbriam usque ad Spoletium venit. inde, cum perpopulato agro urbem oppugnare

„ante eum diem". — Dein PC al.: „et mag. equitum m. minucium rufum". Voss. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Berol. Ox. N: „m. rufum minucium". Harl.: „m. furium minucium". Gärtn.: „m. iunium minucium al' rufum".

4. *pro urbe ac penatibus dimicandum esse*] ad penates pro urbe dimicandum esse (ex coni. I. Fr. Gronovii). — PM Cant.: „ac penatibus pro urbe dimicandum esse": nisi quod in P „*paen*atibus" invenimus. C: „ac penatib' pro urbe dimicandum fore quando" cet. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. cum duobus Pall.: „ac cum penatibus pro urbe dimicandum esse". Gärtn.: „ac tum penatibus pro urbe" cet. Cod. Sig. Pal. 2. Lov. 5. Hafn. Recan. Berol.: „cum poenis pro urbe dimicandum esse". — Si ea verborum constructione, quae antiquis codd. traditur, Livius vere usus est, vix quidquam coniectura Gronoviana melius rationique loci accommodatius inveniri poterit, ac saepe *ibus* pro *is* aut contra librariorum errore positum esse, et loci a Drakenborchio ad illam coniecturam probandam collati ostendunt, nec peritos antiquorum mss. praeterierit, nihilo minus non dubitamus, quin h. l. in verbis *ac penatibus pro urbe* non ita, ut Gronovius vult, sed, quo modo etiam multo plures loci corrupti sunt, metathesi illa vocum erratum sit: cf. T. Livi l. xxx. p. LXVII. obs. VIII. Hac demum coniectura priorem huius loci partem recte respondere sequenti *Italiam* etiam me tacente quisque intellexerit. — Paulo ante P: „*his*quenegotiumabsenatudatum". C: „*iis*que negotium" cet. In recentissimis quibusdam codd. scriptum esse dicitur „nequi*uis*sent". Ad „*quando*" = quando quidem („da sie nun einmal Italien zu behaupten nicht im Stande gewesen wären") cf. 10, 14.: „Samnites —, *quando* in apertum *semel* discrimen *evasura esset* res, et ipsi acie iusta maluerunt concurrere".

6. *Spoletium*: PCM] Spoletum (rell. codd.). Cf. 5, 34.: Mediolan*i*um. — PCM Cant. Voss. al.: „hannibal recto

adortus esset, cum magna caede suorum repulsus, coniectans ex unius coloniae haud nimis prospere temptatae viribus, quanta moles Romanae urbis esset, in agrum Picenum avertit iter non copia solum omnis generis frugum abundantem sed refertum praeda, quam effuse avidi atque egentes rapiebant. ibi per dies aliquot stativa habita refectusque miles hibernis itineribus ac palustri via proelioque magis ad eventum secundo quam levi aut facili adfectus. ubi satis quieti datum

itinere ff. Recentissimi codd.: „hannibal interim recto itinere". P m. 1.: „per | rumbriam". Dein Voss. Lovell. 1. 3. Gärtn. Hav. Berol.: „populato agro". Harl. Hav.: „adortus esset oppugnare". Lovell. 1. 3. 4. 5.: „adorsus esset oppugnare". Gärtn. etiam „adursus esset opp.". Voss.: „adorsus". — PC: „ha udminueprosperetemptate". C m. 2.: „haud minu' prospere" cet. i. e. „haud minus prospere", quod in M Harl. Lov. 3. repertum est. Recentiores librarii litotis figura non perspecta in Lov. 3. „*minime* prospere", id quod sententia postulare videbatur, scripserunt: in Hafn. et in Berol. „haud prospere". — Sequentia verba „*quanta moles romanae urbis esset*" significare possunt aut „quantae vires Romae ipsius futurae essent" aut „quanto sibi apparatu belli opus foret, si urbem Romanam ipsam aggredi vellet". In Lov. 1. excidit „*esset*". Harl.: „uertit iter". C: „habundantē". — C: „*quam effuse auidi atque egentes rapiebant*". P: „ quameffusaeauidiadqueegent earapiebant". Lov. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „quam effuse auideque egentes rapiebant". Pall. 1. 3.: „quam effusae auidaeque gentes" cet. Voss. Harl. Lov. 3. Hafn. Ox. N: „quam effuse auideque gentes" cet.

8. *leui aut facili:* PCM Cant.: „und von dem Kampfe angegriffen, der mehr seinem Ausgange nach günstig, als unbedeutend und leicht gewesen war". Cum enim *leue proelium* nihil aliud significare posset quam quod *non magni momenti* esset, nec id rei ipsi satis respondere videretur, Livius *aut facili* (i. e. „aut incruento"), ut id quod scripsisset quodam modo emendaret adiecit: id quod eos recentiores librarios fugisse videtur qui „leui *ac* facili" (Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.) scribi voluerint. — P: perdi esaliquod". P m. 1.: „prefectusque". P: „acpalustris uia". Hav.: „*ab* euentu secundo". Lov. 4.: „ad uotum

praeda ac populationibus magis quam otio aut requie gaudentibus, profectus Praetutianum Hadrianum agrum, Marsos inde Marrucinosque et Pelignos devastat circaque Arpos et Luceriam proximam Apuliae regionem. Cn. Servilius consul levibus proeliis cum Gallis actis et uno oppido ignobili expugnato postquam de conlegae exercitusque caede audivit,

secundo". Postremo P: „adfectus". C: „affectus". Lov. 3.: „ad *ef*fectus". Cant.: „aduentus". — Deinde ex omnium mss. auctoritate scribendum erat *„ubi satis quieti datum — gaudentibus"*, quamvis I. Fr. Gronovius „ubi *satis quietis* datum — gaudentibus" voluisset. *Satis* iungendum h. l. non cum voce *quies* est sed cum *datum*, quem ad modum *satis factum* dicebatur, cum *satis* plus exprimeret quam *satis temporis:* „nachdem für die Erholung der Truppen hinlänglich gesorgt war". *Gaudentibus* tamen nec cum *profectus* ita coniungam ut omissa praepositione *cum* scribi solebat, nec pro ablat. absoluto haberi velim sed pro dativo, qui ad *datum* referendus sit. — P m. 2.: „prae d aacpopulationibus". P m. 1.: „praedeaacpopulationi bus". C: „praede ac popul." Hinc factum videtur ut in Rec. scriberetur: „praed*a*que ac popul." — P: „prae*p*uti anum*hadrianum*agrum". C: „ preputianū *hadrianum* agrum". Idem „Praeputianum" in Harl. Lov. 1. Gärtn. Ox. D. ac sine dubio in ceteris melioribus codd. inventum est. Lov. 5.: „praeputianum". Voss. Lov. 4. Ox. N: „profectus post putianum". Hafn.: „profectus per picenum". Lov. 3.: „profectus post picenum". Berol.: „profectus primum p picinum". Cf. Plin. 3, 13. 110.: „ager Praetutianus". Polyb. 3, 88. 3.: διελθὼν δὲ καὶ καταῤῥείας τήν τε Πραιτεττικὴν καὶ τὴν Ἀδριανὴν ἔτι δὲ τὴν Μαρρουκίνην καὶ Φρεντανὴν χώραν ὥρμησε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν Ἰαπυγίαν. „Adrianum*que*", quod totum in Harl. excidit, non videtur scriptum nisi forte in Lov. 5. et m. 2. in Berol. In M (?) Cant. Voss. Lovell. 1. 3. 4. Hav. Ox. N et m. 1. in Berol.: „adrianum agrum". — Lov. 3.: „inde marsos". PCM Harl. Lovell. 1. 4.: „marruginosque". Lov. 3. Berol.: „maruginosque". Rec.: „martuntinosque". Hav.: „maruginos". P: „paelignos".

6. *de conlegae exercitusque caede* in nullo cod. scripto inventum videtur. PC et haud

iam moenibus patriae metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum, quo die magistratum iniit vocato senatu, ab diis orsus, cum edocuisset patres plus neglegentia caerimoniarum auspiciorumque quam temeritate atque inscitia peccatum a G. Flaminio consule esse, quaeque piacula irae deum essent ipsos deos consulendos esse, pervicit ut, quod non ferme decernitur nisi cum taetra prodigia nuntiata sunt, decemviri libros Sibyllinos adire iuberentur: qui inspectis fatalibus libris rettulerunt patribus, quod eius belli causa votum Marti

scio an rectius: „de *collega exercitusque caede*“: ut hoc scribendi genere non modo Flamini mors significaretur, sed omnia quae ab eo cons. gesta essent. M (?) Voss. Harl. Pall. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N: „de collega et exercitus caede“. — P m. 1.: „laenibusprolis“. m. 2.: „pruliis“. C: „et uno opido“. C: „patriae mutuens“.

2. *Q. Fabius Maximus dictator iterum:* codd.: cum Fabius Pighio teste quadriennio ante comitiorum habendorum causa dictator fuisset. Cf. 22, 8. sub fin. — Verba „ab diis orsus“ in Lov. 3. praetermissa sunt. — P: „plusnec legentiacaerimoniarum“. CM: „neglegentia cerimoniarum“. Dein PCM Cant. Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 4. Gärtn. Hafn. Hav. Berol.: „auspiciorum temeritate“ cet. Lovell. 3. 5.: „auspiciorum*que* temeritate“. Cod. Sig.: „auspiciorum*que quam* temeritate“ cet. Cf. 21, 52. fin. Lov. 5. Berol.: „atque in*sa*nia peccatum“. A Livio „temeritas atque inscitia“ iungi solita esse multi loci docent: ex. gr. 6, 30. 22, 25. — P: „a. g̃. flamio cōs“. C: „a c̃. flaminio cōs.“. Lov. 4.: „peccatum g. flaminio“ cet. — Lov. 4.: „quae*cum*que piacula irae“ cet. Berol. m. 1. Hav.: „quam quae piacula et irae deum“. Berol. m. 2. induxit *quam*. Gärtn.: „quem piacula et irae deum“. Berol.: „deos esse consulendos“. Lovell. 1. 3. Recan.: „deos consulend*um* esse“. P m. 1.: „quodnonferredecernitur“. m. 2.: „nonfer*me*“. Num m. 1. „non fere“ voluerit? P: „taetraprodigianuntiata“. C: „tetra“ cet. P: „librossybillinosadireiuuerentur“. C: „sibillinos“ cet.

10. *quod eius belli causa votum Marti foret:* codd.: nisi quod in Lov. 3. „marti fieret“ scriptum est. Cum nec 21, 62. nec 22, 1. eius

foret, id non rite factum de integro atque amplius faciundum esse, et Iovi ludos magnos et aedes Veneri Erucinae ac Menti vovendas esse et supplicationem lectisterniumque habendum et Veri sacrum vovendum, si bellatum prospere

voti mentio facta sit, Ph. Rubenius „votum *ante* foret" scribendum coniecit. — Gärtn.: „id non recte factum". P: „ad queampliusfaci*u*ndumesse". C rell.: „faci*e*ndum". P m. 1.: „uenerirobycinaeacmenti". m. 2. litteris *ob* inductis „erycinae". C: „ericinę". Cf. 22, 10.: „Veneri Er*u*cinae". Lovell. 4. 5.: „et marti" (pro „ac menti"). In Berol. excidit *esse:* in Voss. omnia ab „et iovi" ad „vovendas esse". Lov. 4.: „et supplicationem et lectisternium". C: „et *ioui* suplicationē lectisterniumque". cf. 22, 10. sub fin.

4. *et ueri sacrum uouendum:* C m. 1. PM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Hafn.] et ver sacrum vovendum (Berol.). — Quem ad modum *sacrum facere alicui deo* dicebatur, sic etiam *sacrum alicui vovere* dici potuit: nec ob ullam aliam causam antiqua huius loci scriptura mutata videtur, quam quod paulo post de *vere sacro*, quod ibi rectissime se habet, scriptum esset. itaque cum ea, quae vere afferuntur, nulli deo potius quam Veri ipsi voveri potuerint, et hoc loco etiam ceteri dei, quibus aliquid votum est, nominati sint, nihil iam dubitavi *Veri* recipere. — C m. 2. Lov. 4.: „et u*e*n*e*ri sacrum uouendum". Hav.: „et nereo sacrum habendum". — Paulo post scriptum in PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. est mendo, quod saepe in antt. codd. deprehenditur: „ex colleg*io* pontificum sententia" pro „colleg*ii*": „der Senat giebt dem Prätor Aemilius den Auftrag dafür zu sorgen, dass alles dies nach der Angabe des Oberpriester-Collegiums schleunigst ausgeführt werde". Cf. ex. gr. 30, 41. C: „cn. octau*io*". Bamb.: „cn. octau*i*", quod loci ratio postulat. Hafn. Hav. Berol.: „praetorem ex collegio pontificum sacra" cet. Gärtn. inepte: „ppFm ro. ex collego pontificum" cet. In Lov. 4. excidit „omnia". Hav.: „ea omnia". Harl. Gärtn.: „omni ea". Lov. 3.: „omnium ea". Pighius scribi voluit aut „M. Aemilium praetorem *cum collegis* ex pontificum sententia" aut „M. Aemilium praetorem *et collegas de* pontificum sententia" cet.: sine dubio, quod paulo post „consulente collegio praetorum" legeretur, et 22, 10. sub fin. T. Ota-

esset resque publica in eodem quo ante bellum fuisset statu permansisset. senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Aemilium praetorem, ex conlegii pontificum sententia omnia ea ut mature fiant, curare iubet.

X. His senatus consultis perfectis L. Cornelius Lentulus pontifex maximus consulente conlegio praetorum

cilius praetor Mentis sedem vovisse, et 33, 44. A. Cornelius Mammula praetor ver sacrum vovisse diceretur. at non semper omnia ea, quae aliquo loco dici potuissent, suo loco relata esse, modo vidimus ad verba „votum Marti“: nec dubito quin et Pighius et alii in errorem inducti sint, quod verba „*ex collegii pontificum sententia*“, quae ad *fiant* referenda sunt, non putarint pertinere nisi ad *curare* et ad *Aemilium*.

5. *his ōō. perfectis:* PC al. — Ox. N: „his *sic.* perfectis“: i. e. *senati* consultis: cf. 5, 51. Voss.: „senatus consultu“. Pal. 2. Hafn. Hav.: „senatus consulto“. In Harl. haec duo nomina exciderunt: in Lov. 5. „perfectis“. — PC al.: „*consulente collegio praetorum*“: i. e. cum collegium pontificum a praetorum collegio consuleretur, quid fieri iuberent. Quorum verborum sensum cum Lipsius non perspiceret, ipse „consulente collegium praetore“ scribi voluit, quasi proximo loco de uno praetore Aemilio ageretur, et verba „ut omnia ea ex collegii pontificum sententia fiant“ non ad totum praetorum collegium pertinerent. Sic etiam antiquiores librarios de huius loci scriptura dubitasse, id quod ab quibusdam eorum scriptum est indicat. In M enim inventum esse dicitur „consulente collegio praetoris“, in Ox. L. 1. „consulente collegio praetorem“, in Berol. „consulente collegio augurum“. — Hav.: „primum omnium“. In Harl. et in Lov. 5. praetermissum est „primum“. Berol.: „consulendum populum“. — PCM al.: „*de uere sacro*“: id quod rectissime dici potuit, quod non modo vernum tempus sed etiam, quae vere proferuntur, *ver* nominari solent: „über die Opferung dessen, was der Frühling bringt“. Cf. 34, 44.: „*ver sacrum* videri pecus, quod natum esset inter Kal. Martias et Idus Maias“ (cod. Bamb.). Festus (ed. Müll. p. 379) ex Pauli Diac. excc.: „ver sacrum vovendi mos fuit Italis. magnis enim periculis adducti vovebant, quaecumque proximo vere nata essent apud se, animalia im-

omnium primum populum consulendum de vere sacro censet: iniussu populi voueri non posse. rogatus in haec verba populus: „velitis iubeatisne haec sic fieri? si res publica

molaturos. sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam aetatem velabant atque ita extra fines suos exigebant". — Lov. 3. Hav.: „de ueris sacro". Lov. 4.: „de uero sacro". Paulo post Harl.: „uouere". Berol.: „iniussu populi ri moueri". Gärtn.: „iniussu populi movere".

3. *uelitis iubeatisne haec sic fieri:* PCM Voss. Harl. Exc. Pithoei (Lovell. 4. 5. Hav.) Ox. N. (Rec.)] velitis iubeatisne hoc sic fieri. — Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav.: „uelitis iubeatis*ue*". Duabus scripturis iunctis Recan.: „iubeatis*que ne*". Cf. 21, 17.: vellent iuberent. — Gärtn.: „haec *si* fieri". Berol. m. 2.: „sic haec fieri". m. 1.: „sic hoc fieri".

3. *si res publica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum sic ut uelim eam sic salua seruata erit hisce duellis datum donum duit populus Romanus Quiritium — quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est quaeque duella cum Gallis sunt quiue cis Alpis sunt — : quod uer adtulerit ex suillo ouillo caprino bouillo grege quaeque profana erunt Ioui*

fieri cet.] si res publica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sic ut uelim eam, salva servata erit hisce duellis, quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est, quaeque duella cum Gallis sunt qui cis Alpes sunt, datum donum duit populus Romanus Quiritium quod ver attulerit ex suillo ovillo cet. (ex I. Lipsii constructione). — Lipsianam verborum structuram, quam in minore edit, secutus eram, concinniorem videri posse quam liberiorem antiquis codd. traditam iungendi rationem libenter concesserim: at antiquae litterarumque elegantiae rudi aetati hoc minus politum genus quam maxime convenire vix quisquam negaverit. verum tamen ne in eo quidem quidquam durius, quam quod ferri possit, deprehensum erit, dum modo maius interpungendi signum ante „quod ver attulerit" ponatur, praesertim cum vel optimi scriptores pronomina relativa multis interdum interpositis verbis ab nominibus suis seiungere soliti sint. — PC (M Cant. Voss.): „*si res p̄. p̄r. quiritium*". Harl. Lov. 5. Ox. N: „si res publica populi romani quiritium*que*". Gärtn.: „si res pu-

opuli Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sic t velim eam, sic salva servata erit hisce duellis, datum

blica quiritiumque". Lov. 4.: „si res publica ac quiritium". Recan.: „populi romanorum quiritium". — „Sic *uelim* eam*que* saluam seruauerit" omnium fere codicum scriptura est, nisi quod in Cant. „seruarint", in exc. Pith. „seruauerim", in Voss. Lov. 5. „seruauerint", in Recan. „seruauit" scriptum est. quae scriptura cum probanda non videretur, quod adiectivum excidisse particula *que* indicaret, in Berol. „sic *ualidam* saluam*que* seruauerit", in Hafn. „*sicut ualidam* saluam*que* seruauerint" est scriptum. at librariorum errore illud *que* factum esse pro eo quod a Livio scriptum fuerat, id docet quod in C invenimus „sic uelim eā *si* saluam seruauerit": idque medium *si* pro *sic* scriptum esse persuasum habeo. Activum autem genus, si primo loco nominativus *res p.* recte se habet, huius loci esse non posse perspicuum est. „*Hisce duellis*" in P, minus antiqua forma in C „hisce *b*ellis" scriptum vidimus. Dein „*datum donum duit*" in PC reperimus, nec dubitamus quin idem in melioribus omnibus codd. scriptum sit: quam eiusdem litterae repetitionem non sine aliqua causa ab illis antiquis hominibus adhibitam esse, ut inde poetica quaedam vis orationi fieret, apparet. Multo vero melius hoc „*da*tum *do*num" esse quam quod Lipsius scribi voluit „*l*atum donum", vel me tacente quisque intellexerit, cum praesertim utraque ratione prope idem exprimatur: „so wird das Volk eine Gabe zum Geschenk darbringen". In *duit* enim aut futurum exactum aut coniunctivum perfecti inesse Festus dicit „*duis* = dederis": cf. L. 10, 19.: „Bellona, si hodie nobis victoriam *duis*, ast ego tibi templum voveo". Festus v. Parrici † quaestores: „lex Numae: "si qui hominem liberum dolo sciens morti *duit*, paricidas esto". Cic. Catil. 1, 9. 22.: „utinam tibi istam mentem di immortales *duint*". Quae cum ita sint, ad *duit* non esse apud Livium supplendum *est*, quod quidam interpretes non modo suppletum sed etiam ante *datum* positum voluerunt, manifestum est. — PC al.: „p̄r. *quiritium*". Pal. 2.: „duit praetor". Lov. 5. Hafn.: „datum donum eluit populus romanus". Lov. 3.: „datum donum eluit populum romanum". Hav. m. 1.: „donum datum eluit populi romani". m. 2.: „duit". — P: „quo*d* uellum | p̄r. cumcarthaginien

donum duit populus Romanus Quiritium: — quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est quaeque duella cum Gallis sunt quive cis Alpis sunt —: quod ver adtulerit ex suillo ovillo caprino bovillo grege quaeque profana erunt, Iovi fieri ex qua die senatus populusque iusserit: qui faciet, quando volet quaque lege volet, facito: quo modo faxit,

| siestquaequeuella | cumcallis suntquini | cisalpissunt". M m. 1.: „uellum" „uella". C: „qd'bellum p̄r. cum cartaginensi est quęque uel lacū gallis sunt qui uicis alpis s̄t". Hav.: „cum carthaginiensi*bus* est". Pro „*quiui*" scribendum esse putaverim „quine", quamquam non dubito fore, quibus aut *quiqui* aut *quique* (cf. 1, 32. sub fin.) magis placuerit. — P: „quodue | rattuleritexuiillo | ouillocapr inonouil | lograegequaeque | profanaeruntioui | fieri". C: „quod uer atulerit exui illo ouillo capno nouello grege quęq. profana" cet. Num Livius „*e* suillo" scribi voluerit? Exc. Pith.: „ouillo caprino nouillo grege". Harl. Lov. 4.: „ouillo capri non ouillo grege". Pal. 1. Voss. Lov. 1. Hafn.: „ouillo caprino ouillo grege". In Lov. 3. Hav. Berol. excidit prius *ouillo*, in aliis Drak. codd. alterum. Pal. 3.: „exue illo caprino oui grege". Recte Sigonium altero loco scripsisse *bovillo*, Plut. etiam ostendit, qui in Fab. Max. c. 4. ita: προελθὼν δ' ὁ δικτάτωρ εἰς τὸν ὄχλον ηὔξατο τοῖς θεοῖς ἐνιαυτοῦ μὲν αἰγῶν καὶ συῶν καὶ προβάτων καὶ βοῶν ἐκγονὴν, ὅσην Ἰταλίας ὄρη καὶ πεδία καὶ ποταμοὶ καὶ λειμῶνες εἰς ὥραν ἐσομένην θρέψουσι, καταθύσειν ἅπαντα. cf. 1, 44.: Suovetaurilia. 2, 39.: *Bovellas*. Festus ed. Müll. p. 229.: „profanum, quod non est sacrum". p. 253.: „profanum est quod fani religione non tenetur". — Lovell. 4. 5.: „ex quo die". In Cant. praetermissum est *die*. „*Fieri*" h. l. idem quod *sacrificari* exprimere notum est.

6. *quo modo faxit probe factum esto*: C: i. e. quo modo fecerit vel sacrificarit. — P (M Harl.): „quomodofaxi | probe" cet. Voss. Harl. Lov. 4.: „probe factum estote". Lov. 1.: „probe factum este". — P: „siitmoritur" cet. — *Profanum esto* cet. = religione veris sacri non tenebitur nec ei erit fraudi, cui mortuum erit. Ad *neque* = „neve" cf. 7, 31.: „peterent — *ut* dediticiis suis parcerent *neque* in eum agrum qui populi romani factus esset hostilia arma inferrent". Verba

probe factum esto: si id moritur quod fieri oportebit, profanum esto neque scelus esto: si quis rumpet occidetve insciens, ne fraus esto: si quis clepset, ne populo scelus esto neve cui cleptum erit: si atro die faxit insciens, probe

„neque scelus esto“ praetermissa sunt in Harl. Lovell. 1. 4. Hafn. In Cantabr. exciderunt verba ab „neque scelus esto“ ad „neve cui cleptum“ propter repetitum „scelus esto“. — Deinde codd.: „*si quis rumpet occidetve insciens*“ cet. Cf. Ulpian. in Pandect. 9, 2. 27. §. 5.: „si quis non occiderit —, sed usserit fregerit ruperit“ cet. §. 17.: „*rupisse* eum utique accipiemus, qui vulneraverit vel virgis vel loris vel pugnis ceciderit vel telo vel quo alio, ut sciderit ei corpus vel tumorem fecerit“ cet. — „*Ne fraus esto*“: cf. 3, 53.: ne cui *fraudi* esset concisse milites aut plebem cet. 7, 41.: ne fraudi secessio esset. al.

3. *si quis clepset:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. Rec. Berol.] si quis clepsit. — *Clepset* = clepsisset: cf. L. Ramsh. lat. Gramm. §. 62. e. p. 141. Temporum mutatio, quae in verbis „*si moritur, rumpet occidetve, faxit, clepset*, deprehenditur, antiquioris linguae propria est. nec pro *rupisset occidisset* accipi possunt *rumpet occidet*, sed futura sunt, quod illa antiquior et contracta forma coniunctivi plusquamperfecti in *set* non invenitur nisi in eis verbis quorum perfectum littera *s* formatur. nam *m* in *rumpet* non prohiberet quominus ita statueremus, quod antiquiore aetate etiam in perfectis illa littera ita usi esse videntur: cf. 22, 60. Put.: „*erumperunt*“. — C: „si quis cleps. et ne populo“ cet. Interpretationis causa Gärtn.: „si quis *depresserit*“. Hav.: „si quis *furetur*“. sed cf. Cic. de leg. 2, 9. 22.: „sacrum sacrove commendatum qui cleperit (clepsit?) rapsitque, parricida esto“. — Deinde PM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4.: „neue cui *coeptum* erit“. C: „neue cui ceptū erit“. Gärtn.: „neue cui demptum erit“. In Hav. excidit *erit*, paulloque ante verba „si quis rumpet — fraus esto“.

4. *si atro die faxit:* PCM rell. Cf. A. Gell. 5, 17.: „Verrius Flaccus in quarto de verborum significatu dies, qui sunt postridie calendas nonas idus, quos vulgus imperite *nefastos* dicit, propter hanc causam dictos habitosque *atros* esse scribit“. Lipsius ex suo cod. „si quis *altero* die faxit“, id quod

factum esto: si nocte sive luce, si servus sive liber faxit, probe factum esto: si ante id ea senatus populusque iusserit fieri ac faxitur, eo populus solutus liber esto." eiusdem rei causa ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus mi-

Drakenborchius in Lov. 1. repperit, scribi voluit, de cuius vocis significatione cf. Festus (ed. Müll. p. 7.): „*alter* et pro *non bono* ponitur: ut in auguriis altera cum appellatur avis, quae utique prospera non est, sic *alter* non numquam pro *adverso* dicitur et *malo*". — P: „prope factum esto". Idem C: „ppe factum esto". In Berol. verba ab „si atro" ad „factum esto" exciderunt. — PCM al.: „si nocte siue luce": „oder wenn bei Tage". Cant.: „si *in* nocte siue luce": ut librarius videatur scribi voluisse „*siue* nocte". Harl.: „si noctu siue luce". PCM Lovell. 4. 5. Hav. Berol. Ox. N.: „*si seruus siue liber faxit*", Harl. Gärtn.: „si seruus siue libertus". Ab „si nocte" ad „factum esto" praetermissa sunt in Voss. Lov. 1.

2. *si ante id ea senatus populusque fieri ac faxitur:* PC] si anteidea senatus — ac faxit. — Ex suo cod. Lipsius „antidea" scribendum esse censuit, sic Plaut. Cas. prol. v. 87.: „quod fecistis *antidhac*". et illud *d* in antiquiore lingua ita interponi solitum esse notum est, at h. l. pronomen *id* inter *ante ea* positum esse puto, quod etiam sequens *eo* indicat: „wenn Senat und Volk es sollten früher zu opfern bestimmt haben als es geopfert sein wird". Harleiani cod. librarius duo pronomina *id* et *ea* h. l. iuncta esse sibi persuasit, cum scripserit „si autem id ea". Berol.: „senatus populusque *ro*". Lov. 1. Gärtn.: „iussit". Gärtn.: „ac faxerit". M: „ac facitur". Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Hav. Berol. cum PC verissime: „ac *faxitur*" = factum erit. Cf. de hac antiquiore forma futuri exacti passivi C. Zumptii lat. Gramm. cap. 43. 3. sub fin. (ed. nonae). — Berol.: „solutus liberque esto". In Lov. 5. excidit *esto*.

4. *aeris trecentis triginta tribus milibus trecentis triginta tribus triente:* ex Budaei ac Scaligeri conii. — P: „eris|ccxxxiiimilibustri|ente". Idem in CM Cant. Harl. Lovell. 3. 5. Recan. repertum est, nisi quod in C

7

„eris" et „triente" scriptum est, et in rell. codd. „aeris". Berol. m. 1.: „aeris ccxxxi millibus triente". Berol. m. 2. Lov. 4. Gärtn. Ox. N.: „ae-

libus trecentis triginta tribus triente, praeter ea bubus Iovi trecentis, multis aliis divis bubus albis atque ceteris hostiis. votis rite nuncupatis supplicatio edicta, supplicatumque ire cum

ris ccccxxxiii millibus triente". Hafn.: „aeris ccxxx millibus triente". Ox. D.: „aeris cccxxx millibus ccc." Ox. L. 1.: „aeris ccxxxiii millibus ccxxxiii triente". Cf. Plut. Fab. Max. c. 4. de eadem re: ἦλας δὲ μουσικὰς καὶ ϑυμελικὰς ἄξιον ἀπὸ σφενδονῶν τριακοσίων τριάκοντα τριῶν καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν ἔστι τριτημορίου κροσόντος· τοῦτο τὸ περάλαιόν ἐστιν ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς καὶ δύο ὀβολοί. — Deinde P: „praetereabu bus|ouieccmultisaliisdi|uiisbu basalbisadque|ceterishostiis". C m. 1.: „praeteres bubus oui ccc multis aliis deuiuis bubus" cet. m. 2.: „bubus ouib; q; ccc". Lovell. 4. 5. Hafn. Berol.: „bobus". M Voss. Harl. Lov. 4.: „oui" (pro *Iouí*). hinc Lov. 5. Gärtn. Berol.: „ouibus". M: „multis aliis diuiis". Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N: „multis aliis diuitiis". Ad *Iovi* supplendum esse „fieri iusserunt" vel simile quid manifestum est. — Paulo ante cod. Sig.: „*et* eiusdem rei causa".

3. *supplicatio edicta:* PCM al. — Voss. Lov. 1. Berol.: „supplicatio edita". — Quae sequuntur „supplicatumque *iere* cum coniugibus ac liberis" a I. Fr. Gronovio recte restituta sunt, nisi quod meliorum codd. auctoritate *ire* scribendum videtur. cf. 21, 7.: „animus erat". P(M): „suppli | catumquiregum | con iugibus" cet., cum mendo, quo nihil frequentius est, *g* scriptum pro *c* esset. C (Harl.): „supplicatūq. regū coniugibus". Cant.: „supplicatum qui regaum coniugibus". Lov. 4.: „supplicatum qui coniugibus regum". Lov. 1. Ox. D. L. 1.: „supplicatumque coniugibus regum". Lov. 3.: „supplicatumque a coniugibus regum". Gärtn. Hav. Berol.: „supplicatumque cum coniugibus". Lov. 5.: „supplicatum iitque cum coniugibus". Ox. N.: „supplicatumque coniugibus". — Quod autem I. Fr. Gron. in sequentibus „publicae" scil. *fortunae* scribi voluit, id probandum non est, cum id quod in omnibus codd. inventum est „publica — cura" optime ferendum sit. E. Fabri apte contulit 2. 41.: „sed et publica patribus sollicitudo inerat". — Videtur Livius priore loco dicere voluisse, omnes eos agrestes Romam venisse supplicatum-

coniugibus ac liberis non urbana multitudo tantum sed agrestium etiam, quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebat cura, tum lectisternium per triduum habitum decemviris sacrorum curantibus: sex pulvinaria in conspectu fuerunt, Iovi ac Iunoni unum, alterum Neptuno ac Minervae, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum Vulcano ac Vestae, sextum Mercurio et Cereri. tum aedes votae: Veneri Erucinae aedem Q. Fabius Maxi-

que isse, qui, quamvis maxime domesticarum fortunarum cura angerentur, quae verendum erat ne ab hoste victore ferrentur raperenturque, tamen non desierant rei publicae vicem solliciti esse. Berol.: „publica quoque cura contingebat. curatum lectisternium" cet. Ox. N.: „publica quoque contingebant. curatum lectisternium" cet. In Lov. 3. excidit *quoque*. C: „sed egrestium etiam".

4. *in conspectu fuerunt:* PCM Lovell. 3. 4. 5. Hav. Gärtn. Berol.] in conspectu fuere. — Paulo ante PC, cum antiquioris cuiusdam librarii oculi ad id quod modo scriptum erat aberrassent: „*per* decemuiris sacrorum curantibus". — Tum P(M): „curā | tibus ex puluinaria": quod leve mendum, cum rell. omnes scriberent „*et* puluinaria", codicis C librarium non fefellit, qui „*sex* puluinaria" restituerit. — PCM: „Ioui *ac* Iunoni": nisi quod in C „Iononi" invenimus. PCM Lov. 1. Gärtn. Hav. Berol.: „marti *ac* ueneri". His duobus locis in ceteris codd. *et* positum videtur: id quod postremo loco „mercurio *et* cereri" etiam in PC Voss. Berol. Ox. N. inventum est. — Praetereundum h. l. non est, quam sollerti prudentique consilio ab illis antiquis hominibus di cum deabus suis iuncti videantur.

8. *Veneri Erucinae:* P] Veneri Erycinae. Cf. 22, 9. C: „ericine". — Lov. 4. Hafn.: „tum aedes uota ueneri" cet. P(Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav.: „aedem | *que* fabius maximus" cet. C: „aedem. q̄. fabius maximus" cet. — PCM Exc. Pithoei Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Hav. Ox. N.: „*ex* fatalibus libris *edictum* erat". Minus fortiter edit. Froben. a. 1535: „*editum* erat". — Lov. 4.: „*cui* maximum imperium". Lovell. 3. 4. Recen. Hav. Ox. L. 1.: „*marti* aedem" cet. — *T. Otacilius praetor* h. l. a Livio scriptum esse P docet, in quo m. 1. positum vidimus „aedem | *to*acilius praetor" cet. Litteris *toi* m. 2.

mus dictator vovit, quia ita ex fatalibus libris edictum erat, ut is voveret cuius maximum imperium in civitate esset. Menti aedem T. Otacilius praetor vovit.

XI. Ita rebus divinis peractis tum de bello reque de publica dictator rettulit, quibus quotve legionibus victori hosti obviam eundum esse patres censerent. decretum ut ab Cn. Servilio consule exercitum acciperet: scriberet praeter ea ex civibus sociisque quantum equitum ac peditum videretur: cetera omnia ageret faceretque ut e re publica duceret. Fabius duas legiones se adiecturum ad Servilia-

inductis factum est ut in C scriberetur „edem acilius ptor", in M Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn. „aedem acilius praetor", in Hafn. Hav. Berol. „aedem attilius praetor", in Rec. etiam „aedem alter praetor".

4. *tum de bello reque de publica dictator rettulit:* P(M Pal. 1. al.). — Harl. Lovell. 4. 5. Pall. 2. 3. Hafn. Recan. Ox. L. 1.: „deque re publica". C (Gärtn.): „tum de bello req. publica dictator retulit". Cf. 26, 1.: consules — *de* re publica, *de* administratione belli, *de* provinciis exercitibusque patres consuluerunt. 24, 11.: de re publica belloque gerendo — consules ad senatum rettulerunt. 30, 1.: consules — cum de re publica belloque et provinciis ad senatum rettulissent, censuerunt patres" cet. — P: „quibusquoduellegionibus" cet. Berol. m. 2.: „quibus quot*que* legionibus". PC (Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav.): „obuiam eundum *esset*". — Dein P m. 1.: „scriberetscriberet": alteraque manu prius verbum inductum est. Lov. 4.: „scriberet*que* praeterea". M: „ex ciuibus sociis". P m. 1.: „quantume | quitum". m. 2. *c* induxit. Berol.: „quantum equitum peditumque". Postremo Lov. 4. interpretationis causa: „ageret faceretque ut rei publicae *conduceret*". Idem Lov. 5. omisso *ut*.

10. *duas legiones se adiecturum:* PC Voss. Harl. Lov. 4. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.] duas se legiones adiecturum. — P: „duaslegionesse*ab*iecturumad" cet. — C Hafn. Berol.: „ad seruilianum exercitum d*u*xit". — P: „*iis* permageiequi | tumscribtis": (cf. 1, 59.: Par. Med.: „scribtoribus". 41, 21.: Laurish.: „labsaesunt". al.) M: „*iis* per mag. equitum scriptis". C: „*his* p mag. equitum scriptis". Idem *his* in rell. omnes codd. migrasse videtur.

num exercitum dixit: iis per magistrum equitum scriptis Tibur diem ad conveniendum edixit: edictoque proposito ut, quibus oppida castellaque immunita essent, uti commigrarent in loca tuta: ex agris quoque dimigrarent omnis re-

3. *ut, quibus oppida castellaque immunita essent, uti commigrarent in loca tuta:* PCM Pal. 2. manuque altera Ox. D. — Observatum est ab hominibus doctis, nihil saepius apud Livium inveniri, quam ut ita, cum orationi parenthesis loco quaedam interposita essent, coniunctio *ut* iterum poneretur. ex. gr. 8, 6.: „agitatum etiam in consilio est *ut*, si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc *uti* disciplina militaris ad priscos redigeretur mores". — Propter verborum *commigrarent* et *dimigrarent* similitudinem factum est ut h. l. quaedam ab quibusdam librariis praetermitterentur. sic Pal. 1. Voss. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Ox. L. 1.: „uti commigrarent omnes regionis eius". Ox. D. m. 1.: „uti commigrarent in loca tuta omnes regionis eius". Hafn. Berol.: „uti in loca tuta commigrarent omnes regionis eius": idemque Hav. quamquam omissa coniunctione *uti*.

4. *ex agris quoque dimigrarent omnis regionis eius, qua iturus Hannibal esset*] ex agris quoque demigrarent omnes regionis eius, qua cet. — Cum in P inventum esset „exagrisdinigraretomnesregioneseiusqua" cet., a posterioribus recte scriptum est *regionis*, „*omnes*" mutatum non est. At iure quaerendum est, licet dictator edixerit „*omnes* dimigrarent ex ea regione qua Hannibal iturus esset", cur Livius in hac potissimum voce *omnes* maiorem quandam vim poni voluerit, cum vix dubium esse posset quin, si ubique in loca tuta dimigraretur, quisquam resistere voluisset, nisi qui hostes obstinato ad mortem animo expectare vellet, ut illi senes triumphales, qui, cum civibus suis oneri esse nollent, captae ab Gallis patriae non superesse statuerant exitio. multo magis tamen ex re fore videri debuit, ne ulla regio hostibus nec ad praedam faciendam nec ad commeatum explendum integra relinqueretur: qua re non dubitavimus *omnis regionis eius* scribere, cum in Put. non uno loco, id quod recentiores voluerunt, sed duobus librarii errore *es* pro *is* positum esse videretur. etenim multis praeterea locis id ipsum *omnes* pro *omnis* in Put. scriptum videri,

gionis eius, qua iturus Hannibal esset, tectis prius incensis ac frugibus corruptis ne cuius rei copia esset. ipse via Flaminia profectus obviam consuli exercituque cum ad Tiberim circa Ocriculum prospexisset agmen consulemque cum equitibus ad se progredientem, viatorem misit qui consuli 5

vix opus est dicere: ex. gr. 22, 61.: „omnesora“ pro „omnis ora“. Et „*dimigrarent*“ cum eodem P scribendum videbatur, quamvis reliquis librariis *demigrarent* placuisset, ne dictator videretur agrestibus hominibus edicere voluisse, ut patriis sedibus relictis novas sedes quaererent: sed ut Livius verbo *dimigrandi* exprimere videretur, placuisse in tuta loca ab iis abiri, quamcumque in urbem cuique conveniret, ne nimia frequentia advenientium singuli loci premerentur.

3. *obviam consuli exercituque:* P] obviam consuli exercituque (rell. codd.). Hoc quartae declin. dativo in *u* et Livium nonnumquam usum esse notum est: cf. 4, 12.: quod *usu* menstruo superesset. — P: „cumattiberim circa ocriculum prospexisset“ cet. Lovell. 4. 5.: „quumque ad tiberim circa ocricolum“ cet. Harl.: „circa ooriculum“. Hav. Berol.: „circa otriculum“. Hafn.: „circa obticulum“. Lov. 3.: „circa etriculum“. Gärtn.: „circa circulum“. P: „agmenconsu lemquicumequitibus“ cet. — Paulo ante Hafn. Hav. Berol.: „ipse dictator uia flaminia“. Berol. m. 1. Hafn.: „agmen prospexit“. Berol. m. 2.: „prospexisset“.

5. *ad se progredientem:* Ox. D.] ad se prodeuntem. — Quod in P sexcentis locis erratum deprehenditur, ut aut singulae litterae aut integrae syllabae vocesque incuria quadam librarii praetermitterentur, id h. l. videri potest, quo litteris *gre* omissis „*prodientem*“ scriptum est. nam quod I. Fr. Gronovius in optimo codice et in multis aliis „prod*eu*ntem“ se invenisse dicit, si ille optimus liber Puteanus erat, quem ita ut debebat nominare solebat, in eo doctissimus vir vehementer erravit. utut res se habet, factum tamen est ut ex Put. *prodientem* in CM Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. transiret: quae forma cum probari non posse videretur, in Pall. 2. 3. alteraque manu in Berol. „prod*eu*ntem“ scriptum est, quod in meam quoque minorem edit. recipere non dubitaram. nec tamen difficile esse potest intelligere, *prodeuntem* a Livio

nuntiaret ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. qui cum dicto paruisset congressusque eorum ingentem speciem di-

h. l. scribi non potuisse. si quis enim ad aliquem prodit, eum vix potest fefellisse, ad quem prodeundum esset. Cn. Servilium autem ne audire quidem potuisse dictatorem Romae dictum esse, ipse Livius 22, 8. dixerat, quod per occupatam armis Punicis Italiam non facile visum esset aut nuntium aut litteras ad consulem mitti, ut Servilius Romam profecturus non fuisset, nisi quod caede collegae exercitusque audita, cum iam moenibus patriae metueret, in extremo discrimine ab Roma abesse noluerat (22, 9.). quae cum ita sint, facere non possumus quin Oxoniensis D librarium verissime perspexisse censeamus, non *prodeuntem* sed *progredientem* (22, 15.), quo antiquiores codd. omnes ducunt, h. l. a Livio scriptum esse, sive ille id coniectura sua invenerat, sive ita in antiquo aliquo cod. legerat, quo eum usum esse vel locus praecedens „uti commigrarent" persuaserit. — Quod sequitur „viatorem misit" inventum non est nisi in recentissimis quibusdam codd. In PCM Cant. Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 4. 5. Oxx. D. N. scriptum erat „uiatore *m*isso", quod per se quidem repudiandum non est, cum Livius haud raro ablativos absolutos ita cum coniunctionibus *cum* et *postquam* iungere soleat. ne tamen illam antiquiorem scripturam reciperemus, id fecit, quod in apodosi „litterae adlatae sunt" non tantam vim a Livio positam esse videmus, quanta ex illa scriptura opus fuisse videretur: quare Drakenborchio facile concesserimus, errorem illum in P et in rell. codd. inde ortum esse, quod primo ultima littera vocis „uiatorem" propter eandem litteram sequentem praetermissa erat: quo facto facile fieri potuisse ut *misso* pro „misit" scribendum videretur. — In seqq. scriptum est in Gärtn. et in Oxx. D. N.: „qui cum *e*dicto paruisset". Quod sequitur „*prope*" excidit in Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lov. 1. Gärtn. Hav. Oxx. D. N. — P: „aputciuessociosque". P m. 1.: „fecissetli*b*eraeaburbe" cet. m. 2.: „*litterae*". PC: „ab *h*ostia". Paulo post iidem „ostiam" „ostiae". Deinde scripsimus cum recentioribus „circa portum *Co*sanum". In PCM Voss. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. inventum est „*con*sanum": in Lov. 1. „cursanum": in Hafn. „consapnum": in Berol. „compsanum". nec amplius dubitaverimus quin etiam 30, 39.

ctaturae apud cives sociosque vetustate iam prope oblitos eius imperii fecisset, litterae ab urbe adlatae sunt, naves onerarias commeatum ab Ostia in Hispaniam ad exercitum portantes a classe Punica circa portum Cosanum captas esse. itaque extemplo consul Ostiam proficisci iussus navibusque, quae ad urbem Romanam aut Ostiae essent, completis milite ac navalibus sociis persequi hostium classem ac litora Italiae tutari. magna vis hominum conscripta Romae erat: libertini etiam, quibus liberi essent et aetas mili-

invitis C Bamb. scribendum sit „inter portus Cosanum Loretanumque". — In Lov. 1. 3. excidit „ad exercitum", in Lov. 4. „portum".

5. *nauibusque quae — essent completis:* Harl. In P (C ceterisque melioribus codd.) altero *q* praetermisso scriptum est: „nauibuseq. ad urbē| romanamautostiaeessent" cet. cf. 21, 50.: classem armatam ornatamque: al. In Voss. Lovell. 1. 4. utrumque *q* omissum est. C m. 1.: „nauibusque ad urbem romanam" cet. m. 2.: „nauibusque *ut* ad urbem" cet. Voss. Lov. 1. Gärtn. Berol.: „ad urbem *romam*". cf. 6, 6. al. — „*Ad* urbem" et „Ostiae" non tam variandae orationis causa scriptum esse quam quod „Romae" dici non potuerit, facile intelligitur: „bei Rom oder zu Ostia". Videri igitur potest in his verbis inesse: „quae naves ad Romam tuendam Ostiae essent, si qua Carthaginiensium classis ex Africa traiceret". — PC: „militesacnaualibussociis": quod *s* inter duas vocales ab antiquis librariis poni solebat. — Lov. 4.: „prosequi hostium classem". P: „ac litora". sic in P „litus" semper uno *t*, „litterae" duobus scriptum est. C: „ac littora".

9. *quibus liberi essent:* codd.: nim. qui tamquam obsides virtutis parentum haberentur. — Deinde cum prima littera vocis *aetas* bis posita esset, factum videtur ut in PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Hav. Berol. inveniretur „essent *ita* aetas militaris". *Et* rectissime se habet, quod L. eos libertinos significare vult, quibus et liberi essent, et qui *non maiores* essent quam qui militiae onus sustinere possent. Harl.: „in uerba uitauerat". Hafn. Lov. 3.: „iurauerat". — In C praetermissum est „*erant*". PC: „in nauis inpositi". In Voss. Harl. Lovell. 1. 4. 5. inventum est „impositis": ut librarii videri possint „impositi *sunt*" scribi voluisse. In Harl. Lovell. 1. 4. 5.

taris, in verba iuraverant: ex hoc urbano exercitu qui minores quinque et triginta annis erant in navis inpositi, alii ut urbi praesiderent relicti.

XII. Dictator exercitu consulis accepto a Fulvio Flacco legato per agrum Sabinum Tibur, quo die ad convenien-

Gärtn. Ox. N. etiam „in nauibus" scriptum est: in Hafn. Berol. „nauibus impositi". Cf. ex. gr. 30. 2.: „praetor — novos milites ex Italia advectos *in naves inposuit*." — Dein P: „aliiturbipresi derentrelicti". *Alii* = ceteri. C: „ut urbi *re*siderent". Hav.: „ut urbi prospicerent". Cf. 23, 32.: „proconsul ad eum exercitum, qui — Nolae *praesideret*, missus".

5. *quo die ad conueniendum edixerat nouis militibus:* PCM omnesque et Pall. et Drakenb. codd.] quo diem ad conveniendum edixerat cet. (unus cod. Berol.). — In minore edit. Berolinensis librarii coniecturam secutus eram, quod *quo* ad Tibur referendum esse videbatur: „*wohin* er die neu ausgehobenen Truppen beschieden hatte". at eius generis interpretationi non id modo obstat, quod h. l. in optimis codd. inventum est, sed etiam alii loci. 35, 3. enim in Bamberg. cod. non „quam edixerat" scriptum est sed „Minucius consul Arretium die, *quo* edixerat ad conueniendum militibus, uenit": „kam an dem Tage nach Arretium, an welchem er den Soldaten sich dort einzufinden befohlen hatte". Itaque „*quo die ad conveniendum edixerat militibus*" idem dicere videtur quod „*quo die ut convenirent milites* edictum proposuerat". Non minus recte tamen *diem* se in his dicendi generibus habere alii loci docent, ut 22, 11. et 31, 11.: „decreverunt ut C. Aurelius consul exercitum, cui in Etruriam ad conveniendum *diem edixerat*, Arimini *eadem die* adesse iuberet": quamquam vel hic locus indicat, ut in reliquis militaribus edictis, sic hoc potissimum, quo milites convenire iuberentur, antiquos quantam maximam rationem habuisse temporis: eaque cura inprimis tum opus videri potuisse, cum post tot clades disciplina militaris sub dictatoris imperio ad priscos mores redigenda esset, non est difficile intellectu. — Paulo ante C: „ditator". P: „exercitus cōs. accepto". Berol.: „consulis exercitu". Lov. 4.: „exercitu consulari". Praepositio *a*, quae proximo loco in PC posita est, praetermissa esse dicitur in M Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hav.

dum edixerat novis militibus, venit. inde Praeneste ac transversis limitibus in viam Latinam est egressus, unde itineribus summa cum cura exploratis ad hostem ducit nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunae se commissurus. quo primum die haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra, nulla mora facta quin Poenus educeret in aciem copiamque pugnandi faceret: sed ubi quieta omnia apud hostes nec castra ullo tumultu mota videt, increpans quidem, victos tandem quos Martios animos Romanis, debel-

1. *transuersis limitibus:* PCM: „auf Querwegen". Sic 31, 39.: „transversis limitibus". 41, 14.: „per transversos limites superatis montibus in campos digressi": quamquam hoc tertio loco in Laurish. cod. notissima illa metathesi „*milit*es" scriptum est. Eodem modo supra in Cant. Gärtn. scriptum est „transuersis *mili*tibus". inde Pal. 1. Lovell. 1. 4. Harl. Hav. et m. 1. Voss.: „ac uersis militibus". Pal. 2. Lov. 5.: „aduersis militibus". Lov. 3.: „accursis militibus". Errore perspecto Berol.: „diuersis limitibus". Hafn.: „diuisis limitibus". Pal. 3.: „auersis itineribus". Voss. m. 2.: „auersis uiis". Laur. Valla: „transuersis tramitibus": ut 2, 39. — P m. 2. C: „*unde* itineribus summa cum cura exploratis". P m. 1: „*u*inde itineribus" cet. hinc Lovell. 4. 5.: „*i*nde itineribus" cet. P: „*ab*hostemducit". Peius C: „ab hoste ducit". P: „fortunaesecommissurus". C (Rec.): „cōmissurū". Lov. 4.: „se fortunae commissurus".
5. *in conspectu hostium:* P] in conspectu (CM rell.). — PC: „aut procul *arpis*". Polyb. 3, 88, 9.: αὐτὸς δὲ (Φάβιος) μετὰ τοῦ συνάρχοντος παραλαβὼν τὰς δυνάμεις ἀντεστρατοπέδευσε τοῖς Καρχηδονίοις περὶ τὰς Αἴκας καλουμένας ἀπέχων τῶν πολεμίων περὶ πεντήκοντα σταδίους· eiusque scriptoris auctoritatem secutus I. Fr. Gron. h. l. non „*Arpis*" sed *Aecis* scribendum esse coniecit. cf. 23, 1. At *Arpi* non modo proxime ab Aecis aberant, sed etiam Livius ipse 22, 9. Hannibalem cum exercitu suo circa Arpos Luceriamque versatum esse dixerat. — P: „quinpenused uceretinaciem". Ox. L. 1.: „educeret aciem".
9. *uictos tandem quos Martios animos Romanis debellatumque et concessumque propalam de uirtute ac gloria esse*] victos tandem Martios animos Roma-

latumque et concessumque propalam de virtute ac gloria

nis, debellatumque et concessum propalam de virtute ac gloria esse. — Hunc locum, qui ita, ut antiquissimis traderetur codicibus, ferri non posse videretur, cum et antiquiores et recentes librarii emendare temptarint, primo id, quod in libris mss. inventum est, referri necesse videtur. Priore igitur eius parte PM Gärtn. Rec. Berol.: „increpans quidem uictos tandem quos martios animos romanis". nec aliter m. 1. in C videtur scriptum fuisse, quamquam m. 2. vocibus „romanis de" expunctis supra scripsit „habe credebat", i. e. „uictos tandem quos marcios animos habere credebat": ut opinari potuerimus scriptum fuisse „quos martios haberent animos". nec Cantabr. Hav. a Put. differre dicuntur, nisi quod in Hav. „tandem uictos" insit, in Cant. „romanos". Voss. Harl. Lovell. 3. 4. 5.: „increpans quidem tandem quos martios animos romanis": praeterquam quod in Lov. 3. „animos" exciderat, et in Lovell. 4. 5. „increpitans" scriptum est. Lov. 1.: „increpatis quidem tandem quos uidet martios animos romanis". Altero loco in P scriptum est: „debellatumqueetconcessumq. propalandaeuirtuteacgloriaess ent". Idem prope in C m. 1. invenimus: „debellatūque & concessumque propalandę uirtute ac gloria essent". sed m. 2. syllaba *de* inducta „bellatūque & concessum quae propalandę uirtut*i* ac gloria essent" scripsit. Harl.: „debellatum et concessum quae propalande uirtute ac gloria essent". M(?) Voss. Lov. 1.: „debellatum et concessum quae propalam de uirtute ac gloria essent". Gärtn.: „deb. et conc. qui propalanda uirtute ac gloria essent". Lov. 4.: „deb. et conc. quod propalanda uirtute ac gloria esset". Berol. m. 1.: „deb. et conc. qui propalam de uirtute ac gloria esset". m. 2. „*quod*" pro *qui* posuit. Denique Lov. 5.: „deb. et conc. quum propalam de uirtute ac gloria esset". Laur. Valla coniecit ita scribendum esse: „uictos tandem Martios animos Romanorum, quia debellatum atque concessum ei propalam de uirtute ac gloria esset". Quae coniectura cum audacior quam verior videretur, Salmasius ita scribi voluit: „uictos tandem *suos* Martios animos Romanis, debellatumque et concessum propalam de uirtute ac gloria esse". cuius coniecturae prior pars, cum „suos" facile relativo „quos" mutari potuisset, et Perizonio probanda videbatur, et a me in min.

edit. recepta est: „gebrochen sei endlich den Römern ihr Martialischer Muth“: i. e. quos animos a Marte ipso ad sese propagatos esse Romani credidissent. I. Fr. Gronovius, cui ne id quidem placeret, scribendum coniecit: „uictos tandem *quoque* Martios anim*is* Roman*os*, debellatumque et concessum propalam“ cet.: „auch die an Muth dem Mars ähnlichen Römer seien besiegt“: etsi ceteris omissis ex ea interpretatione non „quoque“ sed „etiam“ scribendum videretur. Cum I. Bekkerus aliique Vallam secuti *quos* induxissent, F. W. Otto se scribi velle dixit: „victos tandem *quamvis* Martios animos Romanis debellatumque et concessum *quasi* propalam de virtute ac gloria esse“: sed ea coniectura orationem languidam fieri iam alii intellexerunt. Nec minus displicet, quod mihi multo ante in mentem venerat scribendum: „victos tan*dem quondam* mar*tios* animos Romanis“ cet.: (Cic. pro S. Rosc. Amer. 53, 154.: „populum Romanum, qui *quondam* in hostis lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare“:): verissimam enim esse antiquorum librorum scripturam „*uictos tandem quos Martios animos Romanis*“ E. Kästnerus mihi persuasit, quamvis haec verba non irridentis Hannibalis esse putem, quod ille haud scio an propter „increpans“ voluit, sed ita dicta, ut Hannibal non tam minuere videretur voluisse veram Romanorum gloriam quam augere. quo maior enim victi populi virtus famaque fuerat, eo maiorem eius fieri gloriam oportuit, qui tam fortes viros sibi subicere potuisset. et verbum *increpans*, quod praecedit, non ad unum nomen *Martios* pertinebat, sed ad omnia haec, quibus Livius Hannibalem victos a se totiens Romanos exagitare suamque ipsius gloriam iactare voluit: „gesunken sei endlich den Römern ihr einst wie kampflustiger Sinn“. cf. 9, 6.: „tacere *indolem illam Romanam* ablatosque cum armis animos“. Quod tamen idem vir doctissimus in seqq. scribi vult „debellatumque, concessum *quum* (quod) de virtute ac gloria *esset*“: in eo vehementer a vera Liviana manu aberrasse videtur, quamvis recte perspexerit, quid sensus loci postularet. nam in Livianis verbis aliquod genus eius figurae inest, quam ὕστερον πρότερον vocant, nec aliud quidquam ea exprimere possunt quam hoc: „cum iam propalam de virtute ac gloria Romani Poenis cessissent, debellatum esse“. nec sine causa Livius ita scripsit. cum enim bella ita finiri

esse, in castra rediit, ceterum tacita cura animum incensus, quod cum duce haudquaquam Flaminio Sempronioque si-

possint, ut neuter hostis neutri de virtute cesserit, non parva Hannibalis verborum vis fit, si vere haec de se gloriari potuerit, non debellatum modo esse sed propalam de virtute ac gloria concessum. quae cum ita sint, rectissime in antt. codd. „*et concessumque*“ scriptum esse video, quamvis particulam *et* in minore edit. omiserim. id *que* enim idem fere quod *quoque* dicit nec coniunctione *etiam* h. l. mutari potuit, quod ex huius alterius particulae vi Hannibal dicere videretur, se plus nactum esse quam quod suae suorumque virtuti deberetur. his duabus igitur particulis „*et — que*“ iunctis quantam maximam vim in *concessum*, id quod rei ratio postulat, poni neminem iam fugerit. quod autem postremo loco in antt. codd. non *esse* sed *essent* scriptum est, id eo minus mirum videbitur, quo saepius ita ab librariis erratum videmus, praesertim h. l. quo *in* sequeretur, unde tot locis integra verba corrupta sint. — Paulo ante P: „aput hostes nec castrauulotumultu“ cet. m. 2.: „ullo tumultu“.

1. *ceterum tacita cura animum incensus:* recc. quidam codd.] ceterum tacita cura animum incessit (Lov. 5. et Muretus). — Mureti coniectura non improbanda videretur, quod saepe a Livio ita scriptum est (cf. 8, 29. 2, 18. al.), nisi ex ea haec verba magis a prioribus seiungerentur quam particula praecedens *quidem* patitur, et nisi gravior illa vis, quae in verbo *incensus* inest, Hannibalis rationi accommodatissima esset, quem fugere non potuit, quanto in periculo sibi in aliena ignotaque terra versandum foret, si cum prudentioribus cautioribusque ducibus bellandum esset. Nec graecas eius generis constructiones Livium fugere notum videtur, et in PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. Hav. „incens*um*“ inventum est, in rell. „incens*us*“. Ox. N.: „animum incensum habuit“. — Deinde scriptum est in P m. 1.: „haudquamquā | flami nissempron*io*quesimile“ cet.: ut, cum *s* ex eadem sequenti littera profectum esse posset, vix dubitarem quin *flamini* a Livio scriptum esset (cf. 1, 47.: fratris similior quam patris:), nisi iam m. 1. *flaminio* restituisset nec *sempronioque* sequeretur, quamvis ne id quidem rem extra omnem dubitationem ponat, cum modo 22, 9. viderimus non raro ita *io* pro *ii* in nominum fine positum esse.

mili futura sibi res esset, ac tum demum edocti malis Romani parem Hannibali ducem quaesissent. et prudentiam quidem non vim dictatoris extemplo timuit: constantiam haud dum expertus agitare ac temptare animum movendo crebro castra populandoque in oculis eius agros sociorum coepit: et modo citato agmine ex conspectu abibat, modo

In C quoque „simile“ fuit, sed m. 1. littera *i* restitutum est. — P: „sctumdemum*et* doctimalis“. C: sc tam demū & docti ceterū malis romani“ cet. dein „ceteris malis“.

2. *et prudentiam quidem non uim dictatoris extemplo timuit:* codd.] et prudentiam quidem novi doctoris extemplo timuit (ex coni. I. Fr. Gronovii.) — Videtur Gronovius antiquam scripturam mutatam voluisse, quod nomina *prudentiam* et *constantiam* sibi responderent et Livius 22, 61. quoque voce *doctoris* usus esset. at antiquis codd. testibus Livius *prudentiam* et *vim* sibi ita respondere volait, ut sequenti loco ab „*constantiam*“ inde id, quod inprimis in illa vi infuisset, pluribus explicaretur. *dictatoris* enim *vis* h. l. omnia ea complectebatur, quae et imperio dictatorio continerentur et quae singularis virtus Fabii esset, quem unum, ut omni ea vi uteretur, dictatorem dicendum esse putarant. nec sine causa ita a Livio scriptum est. nam cum modo dixisset, cives sociosque ingentem dictaturae speciem admiratos esse, Hannibalem indicare voluit eius speciei vim non magni fore putasse, nisi is, qui ea fungeretur, prudentiam cum viribus muneris sui iungeret. — C m. 1. P: „exemplo timuit“. C m. 2.: „ex*t*emplo“. — P: „constantiamautdumexpertusagitareactemptareanimum“ cet. C: „constantiā aūt dum expertus“ cet. Cant.: „expertus *ro*gitare ac temptare“ cet. Hafn. Hav. Berol.: „constantiam*que eius* haud dum expertus“. — *Haud dum expertus:* „da er seine Beherrlichkeit *noch gar nicht* kennen gelernt hatte“. cf. F. Handii Tusc. 3, 40. de huius particulae usu Liviano.

6. *ex conspectu;* PCM Berol.] e conspectu (rell. codd.). — Gärtn.: „eo conspectu“. — Lovell. 1. 5. Gärtn. Rec. Hav. Berol.: „et modo *cito* agmine“. Cant.: „et modo *tacito* agmine“: ut 21, 48.: quod huius loci non videtur esse. cf. ex. gr. 35, 30.: postquam citatum agmen — duci raptim vidit. 22, 6.: quam citatissimo poterant agmine sese abripuerunt. — Lovell. 4. 5.: „in alio flexu“. — PCM

repente in aliquo flexu viae, si excipere digressum in aequom posset, occultus obsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat modico ab hoste intervallo ut neque omitteret eum neque congrederetur: castris, nisi quantum usus necessari cogeret, tenebatur miles: pabulum et ligna nec pauci petebant nec passim: equitum levisque armaturae sta-

Voss. Lovell. 1. 3. 4. 5. Rec. Hav. Berol. Ox. N.: „*digressum*“: i. e. si *locis altis relictis* in aequum *descenderet*: cf. 21, 59.: digressus Apennino. I. Fr. Gron.: „*degressum*“. — Codd.: „*si* excipere — *posset*“: i. e. id spectans ut eum excipere posset. sic saepe a Livio *si* positum videmus: ex. gr. 30, 12.: ibi Syphax — obequitat hostium turmis, *si* pudore *si* periculo suo fugam sistere *posset*. 22, 13.: si *forte* — possit. — P: „in ae*quom*“. C: „aequum“.

2. *occultus obsistebat:* PC Pall. duo] occultus subsistebat. — *Obsistebat* omnium codd. scriptura videtur esse: at in Harl. et in Pal. 3. Lovell. 4. 5. Recan. Gärtn. Ox. N. non „occult*us*“ sed adverbium „occult*e*“ positum est, quamquam in adiectivo ad Poenum ipsum referendo multo maiorem vim inesse videri oportuit. nec difficile est perspicere, *obsistere* (i. e. „ad pugnam, si qua eius copia fieri posset, ineundam paratum subsistere“) multo plus dicere locique rationi multo aptius esse quam *subsistere*.

4. *nisi quantum usus necessari cogeret:* P m. 1.] nisi quantum usus necessario cogeret (P m. 2. atque inde rell. codd.). „Ausser in wie weit der Gebrauch des durchaus Nothwendigsten zwänge“: scil. milites aliquos ex castris emittere. Quae illae res necessariae fuerint, sequentia docent. — Paulo ante Hav.: „per alta loca agmen ducebat“. Berol.: „per loca alta ducebat agmen“. P m. 1.: „utnequeomittereteu*i*mneque“ cet. m. 2. *i* inductum est. Berol.: „nec omitteret eum“. Gärtn.: „neque emitteret eum“. In Hav. excidit *eum*. Deinde Berol. m. 1.: „pabulum et ligna nec pauci“ cet. m. 2.: „et ligna pauci nec passim petebant“. Ox. L. 1.: „et ligna pauci petebant nec passim“. Gärtn.: „et ligna et pauci petebant nec passim“. Lov. 1.: „pabulum et ligna nec passim petebant“.

6. *equitum leuisque armaturae statio:* C al. — P Voss. Harl. Lov. 1.: „equitum leuisque armatur*a* statio“. Berol. m. 2.: „equitumque leuis armaturae statio“. Lov. 5.: „equitum leuis armaturaeque

UNIVERSITY OF

tio, composita instructaque in subitos tumultus, et suo militi tuta omnia et infesta effusis hostium populatoribus praebebat: neque universo periculo summa rerum committebatur, et parva momenta levium certaminum ex tuto coeptorum finitimoque receptu adsuefaciebant territum pristinis cladibus militem minus iam tandem aut virtutis aut fortunae paenitere suae. sed non Hannibalem magis infestum tam

statio". Lov. 4.: „equitum levis armatura res statio". — Dein scriptum est in PCM Voss. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „instructaque in subitos *est t*umultus": quod Dukerus ita tueri voluit, ut verba „composita instructaque in subitos est tumultus" parenthesis loco reliquae orationi interposita videri posse diceret. sed persuasum habemus librariorum mendo verbum substantivum „*est*" deberi, quo mendo h. l., quo litterae *st* se exceperunt, facillime errari potuit. Pal. 1.: „et composita instructaque in subitos esse tumultus". — PCM Harl. Hafn.: „et suo milit*e*". *Omnia* non modo ad *tuta* sed etiam ad *infesta* pertinere perspicuum est.

5. *finitimoque receptu*] finitimo receptu (ex I. Lipsii coniectura). — P: „finitimo rumrecep|tumquaeadsuaefa|ci ebant". C m. 1.: „finitimorum receptūque adsuefaciebant". m. 2. et *orum* et *que* inducta voluit. Hinc factum videtur ut *finitimorum* in rell. omnes codd. migraret: nec tamen dubito quin ita pro „finitimo*que*" scriptum sit, quo mendo in fine quoque huius capitis „premendo*rum*" pro „premendo*que*" in eisdem antt. libris positum videamus. id enim ita esse etiam ipsum illud *que*, quod quamquam non iusto loco tamen cum proximo nomine *receptu* iungendum esse crediderant, persuaserit. Pal. 2.: „ex tuto locorum finitimorum receptu". — In PC Cant. „pristinis *in his* cladibus" cum inventum esset, nec id librariorum errori deberi posse videretur, I. Fr. Gronovius „pristinis *trinis* cladibus" scribi voluit, quae coniectura vel propter id non sit probanda, quod distributivum „*trini*" ita iungi non solet nisi cum pluralibus tantum. *in his* positum videtur tamquam altera duarum proximarum syllabarum *inis* scriptura. et Drakenborchius non modo in recentioribus libris sed etiam in M „*pristinis cladibus*" repertum esse affirmat. Harl. Pal. 1. Gärtn. Ox. N.: „territum pristinis *in* cladibus *his* militem".



sanis consiliis habebat quam magistrum equitum, qui nihil aliud quam quod impar erat imperio mente ad rem publicam praecipitandam habebat, ferox rapidusque in consiliis ac lingua immodicus primo inter paucos dein propalam in vulgus pro cunctatore segnem pro cauto timidum — adiit

2. *quam quod impar erat imperio* recte a Iac. Gronovio restitutum videtur. PCH Harl. Lov. 4. Rec. Berol.: „quam quod *imperabat* imperio“: quod sine dubio pro „imperarat“ scriptum erat eodem modo, quo et aliis locis *b* cum *r* permutatum est (cf. 8, 36.: addebat alacritatem:), et „imperarat“ frequentissima illa metathesi pro „*imparerat*“. id ita factum esse etiam Voss. ostendit, in quo „quam quod *impar*abat“ inventum esse dicitur. Lov. 3.: „quam quod non imperabat imperio“. Gärtn.: „quam quod imperabat morae“. Hav.: „quam quod *non* imperabat morae“. Pall. 1. 2.: „qui nihilo aliud quam imperabat imperio more“. Pal. 3.: „imperii more“. Idem „more“ in P scriptum est. Lov. 5.: „quam quod *non impar erat* imperio“. — Paulo ante Lov. 1.: „*et* non hannibalem“. Berol.: „sed neque hannibalem“. Lovell. 4. 5.: „tam sanis consiliis suis habebat“. Berol.: „tam sanis consiliis habebat dictator“. Hafn.: „tam sani consilii habebat dictator“. — PC: „quam mag̃g. equitum“. P: „praecipiti | dum“. — G: „rapidusque consi†ac lingua immodicus“ medio litteris erasis. Pal. 2.: „rapidusque consiliis“: sed „*in consiliis*“ verum Livianum usum esse P videtur docere, in quo invenimus „rapidusque*m* consiliis“, quod *m* persaepe pro *in* positum est.

5. *pro cunctatore segnem pro cauto timidum* cet. in nullo mscripto inventum videtur. PC Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Hav.: „pro cunctatore segnem *et* cauto timidum“: nisi quod in PC „cuntatore“ vidimus. M(?) Lov. 3. Rec. Berol.: „*et pro* cauto timidum“. — Paulo ante Harl.: „demum palam in vulgus“. Gärtn. Hav.: „deinde propalam“. Pal. 2.: „deinde palam“. Paulo post C m. 1. P: „compellebant“. C m. 2.: „conpellebat“. — Quae sequuntur „*pre mendoque superiorem*“, I. Fr. Gronovius verissima emendatione scripsit. P: „praemendorumsuperiorumquepessimaars“ cet. C: „prem̃dorū superiorumque pessima ars“. m. 2.: „superiorum quae“. idque „premendorum superiorum quae pessima ars“ in

UNIVERSITY OF M...

gens vicina virtutibus vitia — compellabat, premendoque superiorem, quae pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit, sese extollebat.

XIII. Hannibal ex Hirpinis in Samnium transit, Beneventanum depopulatur agrum, Telesiam urbem capit, inritat etiam de industria ducem, si forte accensum tot indignitatibus cladibus sociorum detrahere ad aecum certamen possit. inter multitudinem sociorum Italici generis, qui ad Trasu-

rell. codd. scriptum videtur. cf. supra „finitimo*que* recepto". 22, 59.: nec premendo alium me extulisse velim. — C: „sese extoll*it*".

4. *Hannibal ex Hirpinis in Samnium transit:* PCM Cant. In Pall. et Drak. codd. et in Sigoniano libro scriptum est „ex arpinis", sine dubio quod in praeced. cap. Hannibal haud procul ab Arpis castra habuisse diceretur. at eodem loco Poenus crebro castra movisse traditur, urbiumque sequentium situs indicat, eum ab Arpis in Hirpinos profectum esse. — PCM al.: „telesiam urbem". Hav. Berol.: „thelesiam urbem". Ox. D.: „telesinam urbem". Gärtn.: „celesiam urbem". Lov. 5.: „tasiam urbem". — P: „inritatetiam deinduatriamducem". — Ad „*si forte — possit*" cf. 22, 12.: si excipere — posset.

6. *tot indignitatibus cladibus sociorum:* PCM Lovell. 3. 4. Ox. N] tot indignitatibus cladibusque sociorum. — Lov. 4.: „tot indignitatibus *et* cladibus sociorum". Pal. 2.: „tot indignis cladibus sociorum". PC al.: „*detrahere ad aeqū certamen*": i. e. ab altis locis detrahere in aequum ad certamen ineundum.

8. *ad thrasumenum:* P. C: „ad thrasumennū". — P: „multisiamtuminlectisdonis". C: „multis iam tum inlecti donis". Pal. 1. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hav. Berol. Ox. N.: „multis iam illecti donis". Gärtn.: „multis iam electi donis". Pal. 3.: „multisque illecti donis". — P: „adconciliandospopulo|rumanimos" praetermissa littera *i*. P m. 2. atque inde CM Pall. Voss. Harl. Hav. Berol. Ox. N.: „popul*orum*". — Paulo post Berol.: „admouisset exercitum". PCM rell.: „*copuae potiendae* copiam fore". cf. 21, 45. sub fin.: ad potienda sperata. — PCM: „cum res maior quam auctores esset": i. e. cum res maior esset quam ut iuvenum promissis fidem habere posset, Campanos se praesenti dedituros esse. Ratione loci non perspecta aut cum opinarentur proximo no-



mennum capti ab Hannibale, dimissique fuerant, tum Campani equites erant, multis iam tum inlecti donis promissisque Hannibalis ad conciliandos popularium animos: hi nuntiantes, si in Campaniam exercitum admouisset, Capuae potiendae copiam fore, cum res maior quam auctores esset, dubium Hannibalem alternisque fidentem ac diffidentem tamen ut Campanos ex Samnio peteret moverunt: monitos, ut etiam atque etiam promissa rebus adfirmarent, iussosque cum pluribus et aliquibus principum redire ad se dimisit. ipse imperat duci ut se in agrum Casinatem ducat, edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum. sed Punicum

mini verba aptari solere, Lovell. 1. 3. Gärtn. Ox. D.: „cum res maior quam auctores *essent*". — P m. 1.: „alternisquefidenteaediffident ẽ|tamenutcampan*is*exsamniop eteretmouerunt". P m. 2. C m. 2.: „alternisque fidentem ac diffidentẽ". C m. 1.: „alternisque fidentem ac fidentem tamen ut campan*ia* ex samnio peteret" cet. C m. 2.: „ut campaniã". Berol.: „alternis fidentem ac" cet. — *Alternisque* cet. h. l. nihil aliud exprimere potest quam „cum *modo* fideret *modo* diffideret". cf. 2, 2.: agere varie rogando *alternis* suadendoque coepit.

7. *monitos ut etiam atque etiam promissa rebus adfirmarent:* PCM Cant.: quamquam primo in P „etiam*etq.* etiam" fuerat. Rell. codd.: „promissa rebus *con*firmarent". Praeterea Hav.: „monitosque". Berol.: „monitos etiam atque etiam" cet. — Pal. 2.: „uersosque cum pluribus et aliquibus". Pal. 3.: „inuosque cum pluribus aut aliquibus". Berol.: „cum pluribus atque aliquibus principibus". Lov. 3.: „redire ab se dimisit". Voss. Lovell. 1. 5.: „a se dimisit".

10. *in agrum casinatem:* PCM rell. Plut. Fab. Max. c. 5.: ἡγεῖσθαι πρὸς τὸ Κασινάτον. — P: „eductuseperitisregionum". dein eadem m.: „edoctus". — Hav.: „exitum roman*is* — interclusurum". Lov. 3.: „exercitum romanum — interclusurum". C m. 1.: „interclusurum". m. 2. *u* supra *a* posuit.

12. *sed punicum abhorrens ab latino nomine Casilinum pro Casino dux ut acciperet fecit*] sed Punicum abhorrens os Latinorum nominum pro Casino Casilinum dux ut acciperet fecit (ex I. Fr. Gronovii coni.). — PC

UNIVERSITY OF M

abhorrens ab Latino nomine Casilinum pro Casino dux ut acciperet fecit, aversusque ab suo itinere per Allifanum Ca-

Cant. (M): „sed punicum abhorrens ab latinorum no*minum* pro casino dux ut acciperet fecit". Priora sex verba itidem in Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 1. 5. Ox. D.: „sed punicam abhorrens ab latinorum nominum". Lov. 4.: „sed punicum aberrans ab latinorum nominum". Gärtn. Ox. L. 1.: „sed punicum abhorrens latinorum nominum": nisi quod in Gärtn. „punicus" est. Hafn. Ox. N.: „sed punicum abhorrens ab latinorum nomin*e*". Pal. 2.: „sed punicum abhorrens ab latinorum nomen". Hav. Lov. 3.: „sed punicum abhorrens *a prolatione* latinorum nominum". Recentior quidam Medicens: „sed punicum abhorrens ab latinorum nominum *prolatione pro* casino *casilinum* dux ut acciperet fecit": quamquam eo, quo hic l. postulat, sensu nomen *prolatio* („Aussprache") vix probandum est. Deinde, cum in antiquioribus mss. „casilinum" excidisset, scriptum in tribus Pall. Voss. Lovell. 1. 4. 5. est: „pro casino casilinum", cum in Harl. nihil esset nisi „pro casino", in Gärtn. „pro casilinum". Postremo Voss. Harl. Lovell. 1. 5. Ox. L. 1. et D.: „dux accipere fecit". Gärtn.: „dux acciperet fecit". in rell. idem quod in PC scriptum est. — I. Fr. Gron., ab antiquissimis codd. quam proxime abeundum esse ratus, *casilinum* post *casino* posuit, quod ibi propter simile nominum initium facile praetermitti potuisset, et praepositionem *ab* nomine *os* mutavit: quae coniectura, si Gron. *latinorum nominum* non ex *abhorrens* pendere voluisset, sed si *abhorrens* absolute positum dixisset, ut supplendum esset „ab latino ore", non esset improbanda: „aber die abweichende Punische Aussprache latinischer Namen". M. Hauptius (Rhein. Mus. 1843. I. 3.) scribendum coniecit: „sed punicum abhorrens ab latinorum nominum pronuntiatione oris vitium Casilinum pro Casino dux ut" cet. similique modo alii. Faciliore ratione mihi videor id quod antiquioribus codd. traditum est emendasse. primo enim vix dubium videtur quin, non quod recentiores librarii voluerunt — nam ex integro fonte eos h. l. hausisse vel id, quod ab eisdem scriptum est „accipere" refellit — „pro casino casilinum", sed „*casilinum pro casino*" scribendum sit, cum „casil*inum*" ita in „no*minum*" latere videatur ut eius posterior pars nihil aliud

latinumque et Calenum agrum in campum Stellatem descendit. ubi cum montibus fluminibusque clausam regionem circumspexisset, vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum esset. cum is Casilini eo die mansurum eum dixisset, tum

sit quam quod ex „casilinum“ reliquum fuerat. persaepe autem hoc mendo integerrimos locos ab antiquis librariis corruptos esse, vix quisquam artis criticae peritus negaverit. si ita *nominum* factum erat, necesse videri potuit etiam „latin*orum*“ scribendum esse, nisi forte postrema syllaba eius nominis ex sequente *nom* profecta est: „aber der von dem latinischen Namen abweichende Punische“. sic alterum ex altero mendum oriri solere modo 22, 12. „premend*orum* superi*orum*“ vidimus. Cf. Plut. Fab. Max. c. 5.: οἱ δὲ (ὁδηγοί) τῆς φωνῆς διὰ βαρβαρισμὸν οὐκ ἐξακούσαντες ἀκριβῶς ἐμβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν φέροντες εἰς τὰ καταλήγοντα τῆς Καμπανίας εἰς πόλιν Κασιλίνον κ. τ. λ. Simili nostrae coniectura librarios codd. Pal. 2. Hafn. Ox. N. huic loco mederi voluisse apparet, quamvis illud „latinorum“ nobis minus probandum videatur. Si quis vero „latinorum nominum“ mutari nolit, non ad modum repugnarim quin scribatur *„sed punicum abhorrens ab latinorum nom*inum ore

casil*inum pro casino dux ut acciperet fecit*“. — Deinde P: „aduersusq.adsueitl ne|reperalifanum“. C: „aduersusque *a* suo itinere *p* alifanum“. In M et in Cant. excidisse dicitur „suo“. In Lov. 3. quoque et in Gärtn. Hav. Berol. Ox. D. repertum est „*a*lifanum“: in Ox. L. 1. „alistanum“. Cf. 26, 7. PC: „a*lli*fanumque et casinatem agrum“. — Ox. N: „et galenum agrum“. Hafn.: „et calerium agrum“. Hav.: „in campum stellantem“. Harl.: „in campum stellatum“. — Paulo post Gärtn.: „fluminibus montibusque“. Hafn. Berol.: „notum ducem“ pro „uocatum“.

4. tum demum cognitus est error: P al. — C Harl.: „tum *deinde* cognitus“ cet. cf. 2, 8.: „— *tum deinde* comitia collegae subrogando habuit“. — Paulo ante P m. 1.: „cumiiscasilinieodemmansurum“. m. 2.: „caszlini“. Hinc CM: „cum is casulini eodem mansurum“. C m. 2. Ox. N.: „eodem die mansurum“. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Berol.: „casilini eodem mansurum“. Gärtn.: „casilinum eodem mansurum“. Hav.: „casilini mansurum“.

UNIVERSITY OF Mich

emum cognitus est error et Casinum longe inde alia re-
ione esse, virgisque caeso duce et ad reliquorum terrorem
i crucem sublato castris communitis Maharbalem cum
quitibus in agrum Falernum praedatum dimisit. usque ad
quas Sinuessanas populatio ea pervenit: ingentem cladem,
igam tamen terroremque latius Numidae fecerunt: nec ta-
ien is terror, cum omnia bello flagrarent, fide socios di-
iovit, videlicit quia iusto et moderato regebantur imperio
ec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, meliori-
us parere.

XIV. Ut vero, postquam ad Vulturnum flumen castra
mt posita, exurebatur amoenissimus Italiae ager villaeque

— Harl.: „castris coniunctis". C: „castris cōmunitis maherbalē". P: „maherbalem". cf. 21, 12.: Maharbale Himilconis filio. — Lov. 4.: praedatum misit.

4. *ad aquas sinuessanas:* PC al. Lov. 3.: „ad aquas uesanas". — Dein P: „fugamta men terrorem quae latius". Gärtn.: „fugam tum terroremque". Lov. 3.: „fugam tamen tum terroremque". Harl.: „fugam inde terroremque". — Paulo post PCM: „nec tamen *is* terror". Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Hav. Ox. L. 1.: „nec tamen terror". In Ox. D. excidit „tamen". — P: „bello flagarent". In Cantabr. praetermissum est „fide". PC: „nec *ad*nuebant". Rell. codd.: „*nec abnuebant quod unum uinculum fidei est melioribus parere*". Dubium esse potest, quo media verba „quod unum — est" pertineant. ne ad verba „iusto et moderato imperio", quo sensus videatur ducere, referantur, structurae ratio prohibet. nec ad „non abnuebant parere" spectare possunt, quod, quamvis eum fidissimum haberi oporteat, qui parere non recusat, tamen id dicere non attinet, quod aliter esse non potest. necesse igitur est, haec verba pertinere ad „melioribus", ut id Livius exprimere videatur, nulla re fidem sociis gratiorem carioremque fieri posse, quam si eos, quibus subiecti sint, meliores maiorisque dignitatis semet ipsis esse viderint. — Ad „nec abnuebant *parere*" cf. 29, 15.: „quae (coloniae) — consulibus abnuissent milites dare".

11. *postquam ad Vulturnum flumen castra sunt posita*] cum ad Vulturnum cet. (ex coni. I. Fr. Gron.). — PCM: „ut uero *quam* ad uultur-

passim incendiis fumabant per iuga Massici montis Fabio ducente; tum prope de integro seditio accensa. quieti fue-

num flumen castra sunt posita". Rell. codd.: „ut uero ad uulturnum" cet. omissa voce quam. Recentissimi pauci codd.: „ut uero ad uulturnum". — „exurebatur*que*": sed illud *que* nec in PCM nec in Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. repertum est. Pal. 2. etiam „ad uulturnum fluuium". — *Postquam* ita a Livio praecedente simili coniunctione in altera locorum parte poni solere loci ad 4, 13. „quae postquam sunt audita" a me collati ostendunt: quibus addas 7, 37.: „ibi *ut* militem in vallo vidit, missique ab omni parte exploratum *postquam* — rettulerunt" cet. — P: „exur|beratur". C: „exuberatur amenissimus" cet. P: „massaci montis". PC: „fauio ducente". — Quae sequuntur verba „*tum prope de integro seditio accensa*" ex Lipsii coniectura scripta sunt. In P (C) enim inventum est „tumpropedeintegro seditioac*deseditione*|*ac*censi quidamfuerant|enim perpauco sdies|": nisi quod in C „sedicio" ac „sedicione" scriptum est: idemque videtur in antiquioribus codd. omnibus repertum esse. Hafn. Hav.: „seditio hac seditione accensi". Berol.: „tum prope de integro seditio orta est. hac seditione accensi quidam fuerant ante per paucos dies". I. Fr. Gronovius: „tum prope de integro seditio ab duce altero est accensa". Vix dubium videtur quin media verba „*de seditione*" ex margine alicuius codicis in integram orationem translata sint, quo mendorum genere tot primae decadis locos vel in optimo Mediceo corruptos videmus, nec id codicum Voss. et Lov. 5. librarios fefellit, quippe qui verba „ac de sedicione" omiserint. — *Prope* pertinere non posse nisi ad „seditio" neminem fugerit: „da kam es von neuem unter den Soldaten beinah zu einem Aufstande". at quamquam notum est, nonnumquam inter verba artissime coniungenda quaedam ab Livio interposita videri, quae ex aliqua parte ea, in quibus vera orationis vis inerat, supplerent, tamen non multos superioris similes locos inventum iri dixerim: cf. 3, 55.: hac lege. 6, 6.: belli tempora. 29, 23.: Numidae. 29, 26.: bellum.

2. *quieti fuerant enim per paucos dies:* ex coni. Lipsii] quieverant enim per paucos dies (ex coni. I. Fr. Gron.). — Lipsianam coniecturam recepimus, quod ea se magis quam Gronoviana

UNIVERSITY OF

rant enim per paucos dies, quia, cum celerius solito ductum agmen esset, festinari ad prohibendam populationibus Campaniam crediderant: ut vero in extrema iuga Massici mon-

ad id, quod antiquis codd. traditum est, applicaret. nam in omnibus prope codd. inventum est „accensi quidam fuerant enim per paucos dies“: nisi quod praeter Berolinensem, cuius paulo ante mentio facta erat, in Hafn. Hav. scriptum erat „fuerant et ante per paucos dies“, in Pal. 2. „fuerant. etenim per paucos dies“. nec Gronovius propter aliam causam „quieverant“ scribi voluerit, quam ut ne in tertio loco coniunctio *enim* poneretur. nihilo minus tamen ita in optimis codd. interdum scriptum inveniri notum erit, inprimis particula „quoque“ antecedente: ut 30, 1.: „ei quoque *enim* proconsuli imperium in annum prorogabatur“. In uno tamen Pal. 1. inventum esse dicitur „accensi *quidam enim* fuerant per paucos dies“. Ad *quieti* cf. 8, 32.: ne tribunal quidem satis quietum erat. — Deinde scripsimus cum PCM „cum celerius solito ductum agmen *esset*“ pro eo, quod in recentioribus codd. inventum est „ductum agmen *fuisset*“. — PCM: „ad prohiben*dam* populationibus campaniam“. Pal. 1. Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „ad prohiben*dum*“ cet.

3. *ut vero in extrema iuga Massici montis ventum est:* P m. 2. CM rell.] ut vero — ventum, et hostes cet. (ex l. Fr. Gronovii coni.). — Sic ut h. l. tempora verborum a Livio variari solere permultis locis videre licet. non sine causa tamen a diligentissimo scriptore ita scriptum esse similes loci docent, velut 7, 40.: „ubi primum in conspectum *ventum est*, arma signaque *agnovere*, extemplo omnibus memoria patriae iras permulsit“. Quem ad modum hoc altero loco vix cuiquam persuaderi poterit, potuisse etiam „agnoscebant“ scribi, sic neminem fugerit, priore loco Livium imperfectis usurum non fuisse nisi ut exprimeret, non statim, cum in Massicum montem venissent, Minucium ita in dictatorem invectum esse sed aliquantum temporis exspectasse, num ille consilium suum rei agendae mutaturus esset. — Cum in P m. 1. scriptum esset „inextremam iuga*assici*|montis“, factum videtur ut codicis Gärtn. librarius sibi persuaderet veriorem scripturam fuisse hanc: „in extrema massici montis iuga“. — P: „sinuessetecta“. C: „nec ualle erat mentio“.

tis ventum est, hostes sub oculis erant Falerni agri colonorumque Sinuessae tecta urentes nec ulla erat mentio pugnae, „spectatumne huc“ inquit Minucius „ad rem fruendam oculis — sociorum caedes et incendia venimus? nec si nullius alterius nos ne civium quidem horum pudet, quos Sinuessam colonos patres nostri miserunt ut ab Samnite ho-

3. *spectatumne huc inquit Minucius ad rem fruendam oculis — venimus*: Voss. m. 2.] spectatumne huc, inquit Minucius, ut rem cet. (ex. coni. I. Fr. Gron.). — Crenovius „*ut rem*“ videtur scribi voluisse, quod accusativus esset rei ad *spectatum* relatus. Sed at Livius verba „ad rem fruendam oculis“ potius cum *venimus* coniuncta voluit, cum „spectatumne huc“ etiam aut absolute dici posset aut referri ad „caedes et incendia“: „sind wir zu einem Schauspiel, worauf sich unsere Augen weiden sollen, hieher gekommen um Mord und Brand unter den Bundesgenossen mitanzusehen“? Ut 22, 12. inter verba „in subitos *tumultus*“ librariorum errore verbum *est* interpositum videmus, sic h. l. in PC Cant. Harl. Hav. manuque antiquiore in M Voss. Berol. simili mendo scriptum est: „spectatum *est hoc* inquit minucius ad rem“ cet. Quod cum integrum esse non posse videretur, m. 2. in Berol. scriptum „spectatum hoc“: m. 2. in M et in Lov. 4. „spectatum huc“: in Lov. 1. „spectatumne hoc“: m. 2. in Voss. „spectatumne huc“. Pessime Gärtn.: „spectatum hinc“. Lov. 3.: „spectaculum est hoc“. — C: „inquid minucius“. Harl.: „inquit nunius“.

5. *si nullius alterius*: Crn. 2. P al. Sintl. sensu i. „*si nihil aliud*“ scribere solet (ex. gr. 38, 35.). Cf. 21, 13.: vestra autem causa me *nec ullius alterius* loqui — vel ea fides sit. C m. 1.: „si nullus alterius“. Lov. 3. Hav.: „si *ullius* alterius“. — C m. 1.: „ne civum quidem horum“. m. 2.: „civium“. Harl. Lovell. 1. 3. Gärtn. Hav. Berol. Ox. D.: „*nec* civium *quidem* horum“. — C m. 2. M Cant. Hafn. Berol. Oxx. L. 1. et N.: „quos *sinuessam* colonos patres nostri miserunt“: (de colonia Sinuessa cf. 10, 21.). C m. 1. P: „quosinues|sacolones“ cet. Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn.: „quos in sinuessa colonos“. Rell. coll.: „in sinuessam“. — Harl.: „ut *absente* hoste“. In M: excidisse dicitur *hoste*. Lov. 3.: „tuta ora esset“.

ste tuta haec ora esset, quam nunc non vicinus Samnitis urit sed Poenus advena, ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione et socordia iam huc progressus? tantum pro degeneramus a patribus nostris ut, praeter quam

1. *quam nunc non vicinus samnitis urit:* PC] quam nunc non vicinus Samnis urit. — Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „quam non vicinus samnis urit". — Hav.: „cunctatione et socordia". Gärtn.: „ac „socordia". — PC: „iam hoc progressus": ut paulo ante „spectatum *hoc*" pro *huc* scriptum erat. M (?) m. 1. Voss. Harl. Lov. 1.: „iam hoc progressi". Lov. 4.: „iam hic progressi". Gärtn.: „iam hinc progressi". Hav.: „iam haec progressi".
3. *tantum pro degeneramus a patribus nostris:* M m. 1. PC Ox. N.: „so sehr weichen wir leider von unseren Vätern ab". In M m. 2. et in rell. codd. scriptum esse dicitur „pro *dolor*": sine dubio quod interiectio *pro* per se ipsa sufficere non videretur. et 3, 67. scriptum est „*pro deum fidem*", quo uti solebant. sed aliis locis etiam simplices voces interiectionum a Livio positas videmus, ut 5, 54.: „quae — malum — ratio est expertis alia experiri". Cf. Ovid. Met. 13, 758.: „*Pro* quanta potentia regni | est, Venus alma, tui". Eiusd. Her. 3, 98.: „at mea *pro* nullo pondere verba cadunt". al. — Hafn. Berol.: „degeneravimus". Dein non modo in PCM sed etiam in Pall. Harl. Lovell. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol. inventum est „à *patribus* nostris": in rell. codd. „a parentibus nostris".
4. *praeter quam oram illi suam punicas vagari classes dedecus esse imperii sui duxerint*] praeter quam oram illi punicas vagari classes cet. (ed. Frob. a. 1535:). — P (Lovell. 1. 4. Rec. Gärtn.): „*prae*|*ter*quam*pe*ro ramilli|*suam*punicasuacari|classes" cet. Idem in Voss. inventum est praeter „suas" pro *suam*. C: „p̄terquā p orā illis sciam punicas uacari classes". M (?) Hafn. Berol. loci ratione non perspecta: „praeterquam *quod* per oram illi suam punicas" cet. Hav.: „praeterquam quod oram illi suam". — Vix dubitem quin in melioribus codd. h. l. duae scripturae iunctae sint, ut aut „praeter quam oram illi suam" scribendum esset aut „quam per oram illi suam": et quamquam priores editt. secuti „*praeter quam oram illi*" in nostram edit. recepimus, tamen non defore personasum habemus, qui scripturam al-

oram illi suam Punicas vagari classes dedecus esse imperii sui duxerint, eam nunc plenam hostium Numidarumque ac Maurorum iam factam videamus? qui modo Saguntum oppugnari indignando non homines tantum sed foedera et deos ciebamus, scandentem moenia Romanae coloniae et Hanniba-

teram „*quam per oram* illi suam" cet. veriorem esse censuerint. interpretationis enim causa nonnumquam *praeter* pro *per* positum esse notum est: nec minus convenire videbitur *per* verbo *vagari* quam *praeter*. Utut id se habet, tamen cum bonis omnibus codd. restituendum videbatur *suam*: „dass, während jene es für eine Beschimpfung ihrer Herrschaft hielten, wenn Punische Flotten an ihrer Küste hin kreuzten, wir jetzt gelassen mit ansehen können, dass sie von Feinden überschwemmt und ein Besitzthum der Numider und Mauren geworden ist". Cf. Polyb. 3, 22. 11—13. — Berol.: „dedecus esse imperii duxerint". Lov. 1.: „dedecus sui duxerint".

2. *eam nunc plenam hostium Numidarumque ac Maurorum iam factam videamus:* PCM Pal. 2.] eam nos nunc plenam hostium — videamus. — Pronomine „*nos*", quod in Voss. quoque et in Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hav. Berol. Ox. N. praetermissum videmus, opus non videatur, cum h. l. Livius antecedenti pronomini *illi* respondere voluerit particulam *nunc*. — P: „numidarumquae". Voss.: „plenam hostium numidarum ac maurorum" cet. Rell. Drak. codd.: „plenam numidarum hostium ac maurorum".

5. *et Hannibalem laeti spectamus:* PCM Lov. 4.] Hannibalem lenti spectamus. — „*Lenti*" (= tardi: „kaltblütig") h. l. scribi potuisse non negamus: at non modo non pejus sed etiam multo fortius esse „*laeti*", quod optimis codd. traditum est, affirmamus, cum praesertim hoc adiectivo non minus Livius quam alii boni scriptores uti soliti sint: cf. 29, 1.: „laeto conditionem accipienti — tradit" cet. 9, 23. al. Nec particula *et* inducenda erat, quippe quae quantam maximam vim in sequenti nomine *Hannibalem* poneret: „sehen es getrosten Muthes mit an, wie der Feind — und zwar ein Feind wie Hannibal — die Mauern einer Römischen Colonie übersteigt". — P m. 1.: „moeniaromanorum|coloniace thanniba|lemlaetiasspectamus". at eadem m. 1. „romanae" scripsisse videtur. Lov. 5.: „etiam hannibalem". In rell.

UNIVERSITY OF

lem laeti spectamus. fumus ex incendiis villarum agrorumque in oculos atque ora venit, strepunt aures clamoribus plorantium sociorum saepius nos quam deorum invocantium opem —: nos hic pecorum modo per aestivos saltus deviasque callis exercitum ducimus conditi nubibus silvisque. si hoc modo peragrando cacumina saltusque M. Furius re-

codd. videtur *et* omissum esse. Harl. quoque et Lovell. 1. 3. 4. 5.: „*laeti* spectamus". Voss. Hav. (?) Berol.: „lecti spectamus". Rell.: „lenti". — Paulo ante codd. omnes: „*indignando*": „aus Unwillen darüber dass". — P: „foederaaetdeosscie|bam uscandentem". Eodem mendo in C Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. „*sc*iebamus" scriptum est. cf. 22, 1.: „conciverat". Contrario mendo „*c*andentem romanae moenia coloniae" m. 2. in M scribi voluit, cum m. 1. scripsisset „cadentem". In rell. omnibus Drak. codd. inventum esse dicitur: „*tend*entem ad moenia romanae coloniae". sed cf. ex. gr. 3, 67.: „Esquilias quidem ab hoste prope captas — et *scandentem* in aggerem Vulcum hostem nemo submovit". — Paulo post P: „*ex incendiis uillarum agro rumq.*": „vom Brande der Landhäuser und Dörfer". C: „ex incediis". — Hafn. Hav. Berol.: „*im*plorantium sociorum". Lov. 4.: „saepius nostrum quam deorum inuocantium opem".

4. *deuiasque callis:* PCM Cant. Pal. 1. Voss. Harl. Lov. 5. Rec. Oxx. Sic 31, 42. in melioribus codd.: „per calles ignotas". In Pall. 2. 3. tamen et in Lov. 4. Hafn. Hav. Berol. inventum est „deuiosque callis". Rell. codd.: „deuiosque colles". — PM Cant. Voss. Harl. Berol.: „*pecorum modo*": i. e. ut pecora. C: „peccorum modo". Rell. codd.: „pecorum more". Haec verba non ad id subiectum, quod in *ducimus* inest, pertinere posse, sed nomini „exercitum" respondere manifestum est. — P m. 1.: „modo*praes*tiuossal|tus". dein „peraestiuos".

6. *M. Furius* recte videtur scriptum esse, cum m. 1. in P sit: „sihocmodoperagrand*ac* acuminas*a*ltus|que*m*furiusrec ipere". m. 2. *i* inductum est. Rell. omnes: „saltusque furius". — Lovell. 4. 5.: „recipere a gallis uoluisset urbem". P: „nobisdictatorunic usinrebusadfect*i*quaesitus". In uno Lov. 4. scriptum est „in rebus *adflictis*". Rell. et Pall. et Drak.: „in rebus *adfectis*": quo dicendi genere L. uti solitus est: ex. gr. 6, 3.: „legati opem rebus adfe-

cipere a Gallis urbem voluisset, quo hic novus Camillus — nobis dictator unicus in rebus adfectis quaesitus — Italiam ab Hannibale recuperare parat, Gallorum Roma esset: quam vereor ne sic cunctantibus nobis Hannibali ac Poenis totiens servaverint maiores nostri. sed vir ac vere Romanus, quo die dictatorem eum ex auctoritate patrum iussuque populi dictum Veios adlatum est, cum esset satis altum Ianiculum, ubi sedens prospectaret hostem, descendit in aecum

ctis orantes". — Paulo post PC: „ne sit cunctantibus nobis". P: „totiensseruauerint". C: „tociens".

6. *dictatorem eum ex auctoritate patrum iussuque populi dictum:* PC al. In Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Oxx. D. et L. 1. excidit „*dictum*". De Camillo dictatore cf. 5, 46. — Quae sequuntur „Veios adlatum est", recte a L. Valla restituta videntur. nam quamquam in Hav. manuque altera in M scriptum est „ueios allatus est *nuncius*", in Hafn. „nuncius allatus est", in Berol. „nuncius allatus esset", in Lov. 3. „*rumor* allatus": tamen meliores codd. nec *nuncius* nec *rumor* a Livio scriptum esse persuadent. atque ita saepe apud Livium *adfertur*, *adlatum est*, legi multis similibus locis collatis Drakenborchius ostendit. Verum tamen ne in uno quidem bono cod. id quod supra scribi iussimus repertum est: sed P m. 1.: „uelꝛosallatusest": quod *u* m. 2. induxit. Inde M. m. 1. C: „uelos allatus est". Oxx.: „ueios allatus est". Lov. 5.: „ueios allatum". Pall. 1. 3.: „uelox allatus cum esset". Pal. 2.: „ueios allatum esset senatus consultum statim ianiculum" cet. Omnia haec menda ex eo facta videntur, quod primo scriptum fuerat „allatū*st*". — Deinde L. Valla verissime scripsit: „cum esset satis *altum* Ianiculum". M m. 1. PC Voss. Pall. 1. 3. Lov. 5.: „al*i*um" (pro *altum*). Gärtn.: „satis ad ianiculum". Lov. 3.: „quum esset satis alium ianiculum adire". — P: „descenditin aecum". C: „in aeqū". — P: „mediainurbe*q*.nuncbusta" cet. C: „in urbe que nunc busta" cet. M Harl. Lovell. 1. 5. Gärtn. Berol.: „quae nunc busta". Lovell. 4. 5.: „quae nunc gallica busta sunt". Hav.: „quae nunc busta gallorum sunt". Cf. 5, 48.: bustorum — Gallicorum nomine insignem locum fecere. — Lov. 3.: „et postera die". Ox. N.: „circa cabios".

UNIVERSITY OF MI

atque illo ipso die media in urbe, qua nunc busta Gallica sunt, et postero die citra Gabios cecidit Gallorum legiones. quid post multos annos, cum ad Furculas Caudinas ab Samnite hoste sub iugum missi sumus, utrum tandem L. Papirius Cursor iuga Samni perlustrando an Luceriam premendo obsidendoque et lacessendo victorem hostem depulsum ab Romanis cervicibus iugum superbo Samniti imposuit? modo C. Lutatio quae alia res quam celeritas victo-

3. *cum ad furculas caudinas ab samnite hoste sub iugum missi sumus*: C: „*nachdem* uns der Samnitische Feind unter dem Jochgalgen *hatte fortgehen lassen*, hat da Papirius etwa auch" u. s. w. P: „absabnitehos | tessubiu gum". Rec.: „sub iugo missi". — PCM rell.: „*utrum tandem*": quae particulae iungi non solebant, nisi cum graviter aut cum aliqua indignatione interrogandum esset. In Ox. L. 1. excidit „*utrum*", in Ox. D. „*an*". cf. Cic. or. Cat. 1, 1. Einsd. de divin. 2, 55. 114.: „*utrum tandem*, per deos atque homines, magis veri simile est, vesanum remigem an aliquem nostrum — consilia deorum immortalium perspicere potuisse". — PC: „iuga samni perlustrando". P: „anluceriampraemendo" cet. — Voss. m. 1. Harl. Lovell. 3. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „premendes obsidendo". Voss. m. 2. Lov. 1.: „premens obsidendo". Ox. D: „et lacerando".

8. *modo C. Lutatio*: M m. 2. PC. In rell. codd. et m. 1. in M „modo consule lutatio" vel „luctatio" inventum esse dicitur. Quamquam C. Lutatius iam viginti quinque annis ante Carthaginiensium classem ad Aegates insulas devicerat, tamen multo propius illa victoria abesse Minucio videri debuit quam quarum rerum paulo ante ab eo mentio facta erat, ut L. voce „*modo*" „vor Kurzem erst" non male uti posset. — Gärtn.: „quod postero die quam hostem uiderit". Berol.: „quod postero quam hostem uidit". Lovell. 4. 5. Hav.: „qui postero die quam hostem uidit". — PCM Cant. Voss.: „impeditam *suomet ipsam* instrumento atque adparatu": nisi quod in P „adque": „durch die Masse von Schiffsgeräthen und Waffen, womit sie ausgerüstet und versehen war, behindert". Cf. tamen 30, 10.: „qui restitissent *agili et nautico instrumento aptae et armatae classi* naves tormenta machinasque portantes". Pal. 2.: „suomet ipsa". Lov. 4.:

riam dedit, quod postero die quam hostem vidit, classem gravem commeatibus inpeditam suomet ipsam instrumento atque apparatu oppressit? stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse: armari copias oportet et deducendas

„suomet ipso". Pall. 1. 3. Harl. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „suo et ipsam". — Paulo post Rec.: „debellare credere posse". Lovell. 4. 5.: „debellari hostem credere". Pal. 2.: „debellare hostem credere".

4. *armari copias oportet et deducendas in aecum et uir cum uiro congrediaris:* (P)] armari copias oportet, deducendas in aequum, ut vir cum viro congrediaris. — P: „armaric*a*pias" — „inecum". — „*Et* deducendas" in omnibus prope Drak. codd. repertum est, in quo coniunctio *et* quamvis ex proxime antecedentibus litteris mendoque librariorum facile nasci potuerit, tamen non dubito quin h. l. verissima Liviana scriptura sit. non tamen ita „*armari copias oportet*" et „*deducendas*" scripta sunt ut in *deducendas* nihil inesset nisi „*deduci oportet*", tamquam si L. et hoc loco ut solebat orationem mutando variare voluisset, sed ut his verbis diceret: „armari copias oportet, non ut milites in castris armati teneantur ne improviso hostis castra aggredi possit, sed ut ad pugnam in-

eundam deducantur in aequum et ut vir cum viro congrediatur. Verum tamen cum L. non ita ut modo scripsimus „*et ut* congrediaris" sed optimis codd. testibus „*et* congrediaris" scripserit, hanc alteram quoque loci partem ad *oportet* relatam voluit, ut duae constructiones, quae ex *oportet* pendere poterant, et infinitivus et coniunctivus, h. l. connexae viderentur: „bewaffnet müssen die Truppen werden und zwar um in die Ebene hinabgeführt zu werden, und Krieger muss dem Krieger gegenübertreten". — In M quoque et in Voss. Gärtn. Hav. scriptum est „*et* uir cum uiro *congrediaris*": sed Berolinensis cod. librarium vis, quae a Livio in secunda illa persona singularis posita erat, prorsus fefellit, cum „ut uir cum uiro congredi*atur*" scriberet. In rell. codd. videtur „*ut* uir cum uiro congrediaris" inventum esse. — C m. 1.: „armari copias oporteret et deducendas in aeq. et uir cum uiro congrediaris". m. 2.: „oportet". — Paulo post M Lov. 5.: „audendo atque augendo". P: „adque agendo". Cf. 26, 7.: „prom-

UNIVERSITY OF

in aecum et vir cum viro congrediaris: audendo atque agendo res Romana crevit non iis segnibus consiliis, quae timidi cauta vocant". haec velut contionanti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo et ad aures quoque militum dicta ferocia evolvebantur, ac, si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant Minucium Fabio duci praelaturos.

XV. Fabius pariter inter suos haud minus quam in hostis intentus, prius ab aliis invictum animum praestat. quam-

ptum ad omnia agenda audendaque". — Cod. Lipsii et Voss. margo: „non his *segnibus* consiliis". PC (M Lov. 4.): „non iis sensibus consiliis". Lov. 5.: „sensibus consilii". Cant.: „sensibus aliis". P: „q.timidicau tanocant".

5. *euolsebantur:* M m. 2. PC Pal. 2.] volvebantur. — Nullum scriptorem magis quam Livium verba cum particula *ex* iungere solitum esse notum videtur: eamque huius potissimum loci rationi aptissimam esse nemo negaverit. M m. 1. Voss. Harl. Lov. 3. Gärtn.: „dicta ferocia*e* uolnebantur". Hafn. Rec. Berol. Ox. N.: „dicta feroci*ter* uolnebantur". Paulo ante P(CM Lov. 3.): „haecuelutcontinu anti|minuciocircumfundebatur tribunorum" cet.: nisi quod in C scriptum est „circumfundebant". Lov. 1.: „continuati". Lov. 5.: „concionati". P: „etadures|quoquemilitum". — PCM Cant. Lovell. 3. 4. Rec.: „ac si militaris suffragium res esset". Lov. 5. Hav. Berol.: „ac si militaris suffragium esset res". Harl. Lov. 1. Gärtn.: „ac si militaris suffragii esset res". Hafn.: „ac si militare suffragium res esset".

7. *Minucium Fabio duci praelaturos:* PCM rell.] Minucium Fabio ducem praelaturos (ex I. Fr. Gronovii coni.). — „So würden sie unzweifelhaft den Minucius ihrem Feldherrn Fabius vorziehen". — P: „hauddubiaeferebant".

8. *Fabius pariter inter suos haud minus quam in hostis intentus prius ab aliis invictum animum praestat:* PC (omnesque prope et Pall. et Drak. codd. nisi quod Harl. „prius ab iis")] Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus, prius ab illis invictum animum praestat. — „Pariter *in* suos" primo in Mediolanensi edit. a. 1505., „prius ab *illis*" in edit. Paris. a. 1573. scriptum esse dicitur. Phil. Rubenius: „prius a fabulis invictum animum prae-

quam probe scit non in castris modo suis sed iam etiam Romae infamem suam cunctationem esse, obstinatus tamen tenore eodem consiliorum aestatis reliquom extraxit, ut Han-

stat". I. Fr. Gron.: „Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus, *ab utrisque* invictum animum praestat". Multo peius Iac. Gron.: „Fabius acriter in suos". — „Prius ab *illis* invictum animum praestat" verum integrumque esse non potest, quod haec verba etiam dicerent „*deinde* etiam ab hostibus invictum animum praestat": aut si *prius* idem quod *potius* significat, suppleri poterit „prius ab illis invictum animum praestat *quam ab hostibus*": quarum interpretationum neutram rei ipsi respondere I. Fr. Gronovium non fefellit. *Alii*, quae codd. scriptura est, opponuntur h. l. *militibus Romanis civibusque*, ut illa verba exprimant, Fabium ita se gessisse, ut belli gerendi rationem, quam unam e re publica fore intellexisset, Hannibalis consiliis agendique rationibus mutari nullo pacto pateretur: et *prius* nihil aliud dicit quam id, si sua agendi ratione non utrumque consequi posset, ut et patriam ab hostibus prospere defenderet et civibus sua consilia probaret, Fabium id prius potiusve habuisse ut videret, ne ullis hostium artibus ita eludi posset, ut sua culpa ad priores clades nova aliqua adiceretur. Dein, si „pariter *in* suos" scribitur, verba *haud minus* si non omnino supervacua sunt, tamen orationem frigidissimam reddunt, at quamquam etiam ad verba „*pariter inter suos*" sequens *intentus* referri oportet, tamen Livius cum ita scriberet, longe aliud quam quod interpretes sibi persuaserunt exprimere voluit. Fabius enim intentus quidem erat in hostes, ne quid quod ab eis ageretur, fallere sese posset, sed intentus erat *inter suos*, inter quos versabatur, pari cum cura ad omnia ea, quae adverso animo aut ab Minucio aut ab tribunis militibusque contra ea, quae prudenti consilio instituisset, agerentur et pararentur: „Fabius, der jede Regung unter den Seinen eben so einer aufmerksamen Beachtung würdigte, als er seinen Blick auf das Verfahren des Feindes gerichtet behielt, suchte zuerst gegen diesen eine unerschütterliche Festigkeit zu behaupten".

3. *tenore eodem consiliorum*: PCM Cant.] eodem consiliorum tenore. — Ne in recentioribus quidem codd. ea ver-

UNIVERSITY OF

nibal destitutus ab spe summa ope petiti certaminis iam hibernis locum circumspectaret, quia ea regio praesentis erat copiae non perpetuae, arbusta vineaeque et consita omnia magis amoenis quam necessariis fructibus. haec per explo-

borum constructio, quae ad hoc tempus editt. placuit, inventa est: sed in Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. scriptum est „*eodem tenore consiliorum*". — Paulo ante Ox. N.: „quamquam probe sciat". Voss. Harl. Lov. 1. Hav.: „quam qui probe scit". Pal. 1.: „quamquam qui probe scit". — Hav.: „sed *etiam* romae". Berol.: „infamem cunctationem suam esse". P: „infam*aem*". — Dein P: „aest*imant*isreliquō | extraxit". Cant. Voss.: „aestimantis reliquo". C: „aestimantis reliquum". Berol.: „aestatis reliquam". Hav.: „aestatis reliqua". Lov. 3.: „existimandi reliqua extrahit". Cf. ex. gr. 27, 20.: reliquum aestatis — absumpsit.

1. *ab spe summa ope petiti certaminis*] ab spe summopere petiti certaminis (ex coni. I. Fr. Gron.). — M m. 1. PC Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn.: „ab spe summa oppetiti certaminis" cet. Pall.: „ab re summa oppetiti certaminis iam hibernis locum spectaret". Rell. codd.: „ab spe summa appetiti certaminis". Dein Berol.: „locum *in*spectaret". Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Ox. N.: „locum spectaret". — Antiquae scripturae nihil deesse videbatur nisi unum *e*. cf. 26, 15.: ad impediendam rem actam, quae summa ope adproperata erat. 3, 35.: honorem summa ope a se inpugnatum — suppliciter petentes. 1, 56.: rem summa ope taceri iubent. 45, 13.: gratulati deinde victoriam sunt, quam summa (ex coni. Sig.) ope — adiuturum regem fuisse. al. — Deinde P: „arbustaeuineaeq.etconsil iaomniamagis" cet. C: „arbustę uinaeeque et consita omnia magis amoenis quam necessariis cet. In M quoque et in Cant. repertum „consilia" est pro „consita". Pal. 1. Voss. Ox. N.: „et consiliata omnia". Pal. 3. Lov. 3. Rec. Ox. D.: „et conciliata omnia". Lov. 5.: „et consimilia". Ox. L. 1.: „et conferta". Gärtn.: „et uatilata magis omnia" cet. — Qui Lipsio Drakenborchioque probari potuerit, quod in Lipsii cod. scriptum fuisse dicitur „et consita omnia amoenis quam necessariis fructibus", intelligere non possum.

4. *haec per exploratores relata Fabio:* PCM. — Recentiores codd.: „haec per

ratores relata Fabio. cum satis sciret per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum, Calliculam montem et Casilinum occupat modicis praesidiis, quae urbs Vulturno flumine dirempta Falernum a Campano agro dividit: ipse iugis isdem exercitum reducit misso exploratum

exploratores relata fama fabio". Lov. 4. Berol.: „hac per exploratores relata fama fabio". I. Fr. Gron. fortasse animi causa scribendum coniecit modo: „hoc per exploratores relato Fabius quum sciret" cet. modo: „haec per exploratores res relata Fabio" cet. — Paulo post PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Ox. D.: „gallicanum montem". Recan.: „calicanum montem". Margo Voss.: „gallicum montem". Ox. L. 1.: „balichanum montem". Ed. Frob. a. 1535.: „Calliculam montem": ut seq. cap. in PC scriptum est „iugum calliculae". — P m. 1.: „etcasil*a*num". m. 2. *i* supra *a* posuit, ut „casil*i*num" fieret, sed cum *o* inductum non esset, C scripsit „et casil*io*num".

4. *Falernum a Campano agro diuidit:* recc. codd.] Falernum ac Campanum agros dividit (ex I. Fr. Gron. coni.). — In P invenimus: „direm p| *taa*falernumacampa | *numa* grodiuidit.ip|se" cet.: in quo nihil erratum videtur nisi quod *aa* pro *a* scriptum est, quod mendum in P saepe deprehenditur, et „falern*um*" pro „falerno", ut paulo post vel in PC „hostili*um*" pro „Hostilio". P m. 2.: „diuidi*tur*". Hinc M m. 1.: „a falerno a campanum agro diuiditur". M m. 2. C m. 2.: „ac campano". C m. 1.: „diremptā a falerno a cāpano agro diuiditur". Cant.: „diuiditur". Berol.: „falernum a campano diuidit agro".

5. *ipse iugis isdem exercitum reducit:* PC. — P: „misso exploratumcumquadringentise quitibussociorumlhostili*um*m ancinio|q.exturba" cet. C: „misso exploratore cum cccc equitibus sociorum l. hostiliū manciniū quē ex turba" cet. M Harl.: „mancini*o*". Hafn. Berol.: „cum ccc*tis* equitibus". — Lov. 3.: „iuuenum audientiumque". P: „ferocitercontionantemmagistr*atum*|equitum". — PCM: „ut extuto*specularetur* hostem": nisi quod in C „*toto*" est. Voss. Lov. 1. Hafn. Berol.: „ut ex tuto exploraretur hostem". Harl. Lov. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Ox. N.: „exploraret". — Quod sequitur „*uidit*" praetermissum est in PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn. Hafn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. et N.: nec eo opus

cum quadringentis equitibus sociorum L. Hostilio Mancino. qui ex turba iuvenum audientium saepe ferociter contionantem magistrum equitum progressus primo exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem, ubi vagos passim per vicos Numidas vidit, per occasionem etiam paucos occidit, extemplo occupatus certamine est animus excideruntque praecepta dictatoris, qui, quantum tuto posset, progressum prius recipere sese iusserat quam in conspectum hostium veniret. Numidae alii atque alii occursantes refugientesque ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertrahere: inde Carthalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis invectus cum prius quam ad con-

esse I. Fr. Gronovius censet, quod is sensus h. l. exprimeretur: „ubi paucos Numidas, vagos passim per vicos, per occasionem etiam occidit". at non ita L. verba se excipere voluit, ut vix dubium videatur quin „per occasionem etiam paucos occidit" scribi non potuerit nisi alterum quoddam verbum eius generis, quod in Lovell. 3. 5. scriptum esse dicitur, ad eosdem illos vagos Numidas referendum praecederet. Et post „numidas" facile *uidit* excidere potuisse apparet: nec locum eius verbi propter sequens „occidit" mutatum velim, nisi forte „*ubi uidit* vagos" cet. scribendum est, cum particulae *ubi* loco in P „hostemur|bisuagos", in C „hostē; urb'uagos", manuque altera *e* inter *b'* et *uagos* invenerimus. — C: „extimplo".

7. *quantum tuto posset:* Voss. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Hav. Oxx. — Pal. 1.: „qui quantum tute posset". P: „quiquem|*tuto*posset". C: „qui quē tuto posset". Pal. 3.: „qui quantum tuto progressu prius recipere se iusserat". Codd. Brancal. Latinii: „qui quantum posset progressu" cet. Idem „progressu" repertum est in Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Berol. — C Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Gärtn. Berol.: „quam in conspectu hostium ueniret".

9. *alii atque alii occursantes refugientesque:* C. — P: „aliiadquealiioccursantesrefugientesqui|adcastra" cet. Lov. 5.: „obuersantes fugientesque". — Verba „prope ad castra pertrahere ipsum" inuenda esse manifestum est. — PM Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav.: „pertrahere". C: „ptraere". Rell. codd.: „pertraxere".

iectum teli veniret avertisset hostis, quinque ferme milia continenti cursu secutus est fugientis. Mancinus, postquam nec hostem desistere sequi nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos in proelium rediit omni parte virium inpar: itaque ipse et delecti equitum circumventi occiduntur: ceteri effuso rursus cursu Cales primum inde prope inviis callibus ad dictatorem perfugerunt. Eo forte die Minucius se coniunxerat Fabio missus ad firmandum praesidio saltum, qui super Tarracinam in artas coactus fauces imminet mari, ne ab Sinuessa Poenus Appiae limite pervenire in agrum

1. *auertisset hostis:* PCM] avertisset hostem (recc. codd.). — Cant.: „auertisset hostes". Pal. 2.: „aduertisset hostis". — Paulo ante in Berol. „inuectus" praetermissum est. — PC: „prius quam ad coniectum teli ueniret". M m. 1.: „priusquam inuectum teli ueniret". M m. 2. Pal. 2.: „priusquam ad iactum teli ueniret". Lovell. 4. 5. Ox. L. 1.: „aduenirent". In Cantabr. excidit *teli*. — PCM: „*quinque ferme milia*". Rell. codd.: „quinque millia ferme". PC: „secutos est fugient*is*": nisi quod C „secut*us*" habet.
2. *Mancinus:* PC al. — Harl.: „manci*nius*": ut paulo ante etiam PC. — Oxx. D. N.: „nec spem uidit fugiendi esse". — Paulo post I. Fr. Gron. scribi maluit: „itaque *et* ipse *et* delecti equitum". Lov. 3.: „et delecti equites". — C: „effuso rursus cursu calles primum" cet. P: „rursuscursum*que* calles". PC al.: „inde prope inuiis callibus ad dictatorem perfugerunt". Voss. Gärtn. Berol.: „profugerunt". Ox. D.: „confugerunt".
10. *Poenus Appiae limite pervenire in agrum romanum posset:* P m. 1. CM Cant.: (nisi quod C „limitte")] Appiae limite Poenus pervenire cet. — PCM: „*ad firmandum praesidio saltum*". Cant.: „ad firmandum praesidi*um* saltum". Voss. Lov. 1.: „ad firmandum praesidium salt*us*". Lovell. 4. 5.: „ad firmandum praesid*iis* saltum". Gärtn.: „ad firmandum saltum praesidium". — PCM: „super tarracinam". Lov. 4.: „super taracinam". Ox. D.: „super teracinam". Harl. Hav. Ox. L. 1.: „super terracinam". Lov. 5.: „supra tarracinam". Berol.: „sub tarracinam". — „*Ab Sinuessa*" I. Fr. Gronovii coniectura scriptum est. C: „ne *ad minuessa* poenus" cet. P m. 1.: „inminetmarinæ|adminuis

UNIVERSITY OF M

Romanum posset. coniunctis exercitibus dictator ac magister equitum castra in viam deferunt, qua Hannibal ducturus erat. duo inde milia hostes aberant.

XVI. Postero die Poeni quod viae inter bina castra erat agmine conplevere. cum Romani sub ipso constitissent vallo haud dubie aequiore loco, successit tamen Poenus cum expeditis equitibus, atque ad lacessendum hostem carptim

seapoenus|appiaelimiteperue|nire“ cet. m. 2. medium *a* inductum et „peruenire*t*“ scriptum est. Idem „ne adminuisse poenus“ in M Cant. repertum est. Hav. Ox. L. 1.: „ne in munito appiae limite poenus“ cet. Lov. 3.: „ne immunito arpino limite poenus peruenire“. Lov. 1.: „ne immutato appiae limite peruenire“. Ox. D.: „ne admunito“: eiusdemque margo: „ne in mia uico“.

1. *coniunctis exercitibus:* C. — P: „coniunctisexercit*us*dictator|acmagg.equitum“ cet. Pal. 2.: „castra in uia deferunt“. Cant.: „castra in uiam defecerunt“. In Lov. 3. excidit *castra*. — C: „castra in uiam deferunt quam quā hannibal ducturus erat“. m. 2. prius *quam* inductum est. P: „deferunt quam hannibal“. — P: „duoindemiliaho steshaberant“. C: „duo deinde milia“ cet.

4. *postero die:* P. C: „postremo die“. — P m. 1.: „quod uiaeinterbinacastrantac mineconpleuere“. Hinc Lov. 3.: „quot uiae inter bina castra erant“. Hafn. Gärtn.: „quot uiae“. P m. 2. C: „quod uiae inter bina castra erat“. In Hav. excidit „erat“: in Berol. „agmine“. Lov. 1.: „cum agmine compleuere“.

7. *atque ad lacessendum hostem carptim Poeni et procursando recipiendoque sese pugnauere*] atque ad lacessendum hostem capti impetus et procursando cet. (ex coni. I. Fr. Gronovii). — „*Poeni*“ fortasse minus probandum videbatur, quod modo „*Poenus*“ scriptum esset: quamquam eius modi artis criticae praecepta raro alicuius momenti esse vix quisquam negaverit. Quid autem adverbio „*carptim*“ significare voluerit, sua scribendi ratione L. proxime sequentibus verbis „*procursando recipiendoque sese*“ ipse interpretatus est: cf. 3, 61.: „Sabini — lacessere atque instare rogitantes, quid — procursantes pauci recurrentesque tererent tempus et in multa proelia parvaque carperent summam unius belli“. *Expediti equites* videntur h. l. *Numidae* fuisse: ne quis tamen dubitaret quin

Poeni et procursando recipiendoque sese pugnavere, restitit suo loco Romana acies: lenta pugna et ex dictatoris magis

expediti non *pedites* modo sed etiam *equites* dici potuissent, viri docti 22, 55. laudarunt, quo loco scriptum est: „*equites expeditos* et Appia et Latina via mittendos esse". — Paulo ante P: „cumromanissubipsoconstitis sent uallo aut dubiæ equiore lo co". C: „aut dubie". m. 2.: „haut". — Deinde P syllaba *at* ante *que* omissa, quod h. l. quo *ad* sequeretur, praesertim cum in P „a*d*que" scribi soleret, facillime fieri potuit: „cum expeditisequitibus*q.*|*ad*lacessendum" cet. CM: „cum expeditis equitibus. *que* ad lacessendum". C m. 2.: „qu*i* ad": quod propter „Poeni" ferri non potest. Pal. 2.: „cum „expeditis equitib*us us*que ad lacessendum". Cod. Sig.: „cum expeditis equitibus ad lacessendum". Pal. 3.: „cum expeditis *mil*itibus *atque* ad lacessendum". Recan. Gärtn.: „cum expeditis militibus". Recte unus Pal. 1.: „*cum expeditis equitibus atque ad lacessendum*" cet. — P: „captimpoenietprocurando recipiendoque" cet. C: „camptim poeni et procurando". Praetermisso nomine „*Poeni*" Pal. 1.: „captim et procurando". Lov. 1.: „captim et procur*s*ando". Voss.: „captim ex procurando". Berol. m. 1.: „carptim ex procursando recipiendo". Hafn.: „raptim et procurando recipiendoque". Ox L. 1.: „raptim procurando". Lovell. 4. 5. Hav.: „raptim et procurrendo recipiendoque". Pal. 3.: „captim et procurrendo". Berol. m. 2. Ox. N.: „carptim procurrendo". Lov. 3. Gärtn.: „carptim et procurrendo". Propius verae scripturae Pal. 2.: „carptim poeni et procurrendo" cet. Verissime M (?): „carptim poeni et procursando recipiendoque" cet. — Lov. 3.: pugnare.

1. *restitit suo loco romana acies:* PCM rell.: i. e. Romani impetum hostium ita propulsarunt ut se loco non moverent. — Tum m. 1. in P scriptum erat: „lentapugna etexdictatorismagis quamhann ibalis*fuit*uoluntate*fuit*": quo errore perspecto alterum *fuit* inductum est. hinc factum videtur ut in rell. omnes codd. reciperetur „*fuit uoluntate*": quamvis dubium sit, num L. „quam hannibalis *uoluntate fuit*" scribi voluerit. nonnumquam enim ex duabus scripturis in P receptis veriorem manu altera expunctam esse videre licet ex. gr. 26, 33.: „*quaeque* una secum dedidere". — C: „lenta pugne ex dictatoris"

UNIVERSITY OF



quam Hannibalis fuit voluntate: ducenti ab Romanis, octingenti hostium cecidere. Inclusus inde videri Hannibal via ad Casilinum obsessa, cum Capua et Samnium et tantum ab tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret, Poenus inter Formiana saxa ac Literni arenas stagna- 5

cet. — PC: „ducenti *ab romanis* octingenti *hostium* cecidere". Haec sex verba in Voss. Lovell. 1. 3. 5. Hafn. Hav. Ox. L. 1. praetermissa sunt. Recan.: „*sep*tingenti hostium". Gärtn. Berol. Ox. N.: „dcc^ti hostium".

2. *inclusus inde uideri Hannibal:* PCM al. — Pal. 1. Voss. Harl. Lov. 1. Hav. Berol.: „inde inclusus uideri hannibal". Lov. 3. Gärtn.: „inde inclusus hannibal uideri". — Tum P: „*uiaadca silinumobsessa*". CM Cant. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 4. 5. Oxx. levi mendo: „*ut a*d casilinum obsessa". Voss.: „*ut* casilinum obsessa". Margo cod. Voss.: „*ad* casilinum obsessa". Lov. 3.: „et ad casilinum obsessa". Hav. Berol.: „ut ad casilinum obsessus". Gärtn.: „ut ad casilinum obsessi". Ox. N. m. 2.: „ut ad casilinum obsessa *uia*". Pal. 2.: „ut ad casilinum ob*septum iter uidit*". — Dein P: „cumcapuamaet samnium" cet.: quod vix dubitem quin significet „*cum capua et samnium*": quod in P haud raro *aet* pro *et* scriptum legitur, et vel *m* vel *s* inter duas vocales interponi solebat. nihilo minus tamen fieri potest ut librarius codicis C melius vim antiquae scripturae perceperit, cum scriberet „cum *cāpania* et samnū & tantum" cet. m. 2.: „et samniū ut tantum". — Berol.: „et samnium ab tergo et tantum diuitum sociorum". — P(C): „conmeatus subueheret". C m. 2.: „commeatus subueheret". Voss.: „subuehere*nt*".

5. *Poenus inter Formiana saxa*] Poenus contra inter Formiana saxa. — „*Inter Formiana saxa ac Literni arenas*" recte restitutum a Sabellico videtur. In P m. 1. scriptum erat: „poenis*t*usint erfortuna | minassaxa acliterne | harenasstagnaq. etperhorrid*as* situ | *as*hibernaturusesset". m. 2.: „poenis*tunc*interfortunae minas" cet. eademque m. 2. *as* post *situ* inductum est. Hinc CM: „poenis tunc inter fortunae minas saxa ac liternae (C „liternas") harenas": et C: „stagnaq;& ꝑ horrida" cet. Quod in M, idem in Lov. 3. Gärtn. Oxx. N. et L. 1. scriptum esse dicitur, nisi quod „poen*us*" pro „poen*is*" positum est. Lov. 1.: „poenus tunc intra

que perhorrida situ hibernaturus esset. nec Hannibalem fefellit suis se artibus peti: itaque cum per Casilinum evadere non posset petendique montes et iugum Calliculae su-

fortunae minas" cet. Lov. 4.: „poenus tunc contra fortunae minas" — „a liternae arenas". Berol. m. 1. Cant.: „poenus contra intra fortunae minas": idemque Hafn. et Hav., nisi quod in Hafn. „*saxa*" excidit, et in Hav. „lit*u*rnae" scriptum est: cuius loco in Cant. et in Berol. „linter*ni*" est, et in cod. Sigon. „*literni*". Dein Berol.: „stagnaque per loca horrida situ". Lov. 3.: „hibernaturus erat". — Haec menda omnia orta esse, quod scripturae Put. vis non recte perspecta est, facile intelligi potest. iunctae enim in P ita erant duae scripturae „poen*is*" et „poen*us*", ut „*ꝫ*" (i. e. *vel*) interponeretur. unius cod. Harl. librarium iusta scriptura priore quidem loco non fefellit, cum scripserit „poenus inter fortunae minas saxa ac linternae arenas". adversativas autem coniunctiones eius generis, cuius h. l. „*contra*" est, ab antiquis scriptoribus praetermitti solitas esse, notissimum videtur.

1. *nec Hannibalem fefellit suis se artibus peti:* P. — C: „ne hannibalem fefellit suis artibus peti".
3. *petendique montes et iugum Calliculae superandum esset:* PCM Cant. — Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. L. 1.: „peten*dum*que montes". Pal. 3.: „petendoque monte". Harl. Berol.: „iugum gallicul*ae*". Gärtn.: „iugum caligul*ae*". Lov. 3.: „iugum gallicul*um*". Voss. Lov. 1.: „iugum gallic*um*". Hav.: „iugum catticulis". Cf. 22, 15.: Calliculam montem. — Paulo ante C: „per cassilinū". — Quae sequuntur „*ludibrium* oculorum specie *terribile* ad frustrandum hostem commentus" a Livio ita scripta videntur ut *terribile* ad *ludibrium* pertineret. sic 22, 46.: „*habitus* gentium harum tum magnitudine corporum tum *specie terribilis* erat". At priore loco non modo in Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Berol. sed etiam in PCM inventum est „speci*em* terribil*em*": ut conici posset Livium scripsisse „ludibri*o* oculorum speci*em* terribil*em*" cet. In Gärtn. excidit „ludibrium oculorum specie". — Paulo post P m. 1.: „fallac*is*consi liistalisapparatusfuit". P m. 2. et rell. codd.: „fallac*is* consil*ii*": nisi quod in C „fall*i*cis" invenimus. Dubium tamen videri potest an L. „fallac*ibus* consil*iis* talis apparatus fuit" scribi voluerit.

UNIVERSITY OF

perandum esset, *n*ecubi Romanus inclusum vallibus agmen adgrederetur, ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commentus principio noctis furtim succedere ad montes statuit. fallacis consilii talis apparatus fuit: faces undique ex agris conlectae fascesque virgarum atque aridi sarmenti praeliganturque cornibus boum, quos domitos indomitosque multos inter ceteram agrestem praedam agebat: ad duo milia ferme boum effecta, Hasdrubalique negotium

cf. 21, 60.: cum aliquot princip*ibus*.

5. *fascesque virgarum atque aridi sarmenti:* C: „Bündel von Ruthen und trockenem Reisig"] fascesque virgarum atque arida sarmenta (recc. codd.). — P(M): „ad quearidisar|mentis". C m. 1.: „facesque". m. 2.: „fascesque".

6. *praeliganturque cornibus boum:* PCM] praeligantur cornibus boum (recc. codd.). — Facere non potuimus quin h. l. antiquiorum eqdd. scripturam reciperemus; nec propter aliam quandam causam particula *que* omissa a librariis recc. videtur, quam quod participium *collectae* aptius cum *praeliganturque* iungi posset, at ut sexcenties sic h. l. *collectas* scriptum est pro „collectae *sunt*". tum demum videre nobis videmur, quid quaeque secutum sit, id quod in his rebus describendis artis ipsius ratio postulare videatur. et praeterita ita cum praesentibus iungi solita esse notum est: cf. 21, 28.: pertrahitur. — Pal. 1.: „ postliganturque". Voss.: „praeligantque". Pal. 2.: „perligauit". Hav.: „colligantur". — P: „adduomillia". C: „milia".

8. *Hasdrubalique negotium datum:* PC al. — Cant.: „hannibalique". Polyb. 3, 93. 4.: ἀναπαλσάμενος δὲ τὸν ἐπὶ τῶν λειτουργιῶν τεταγμένον Ἀσδρούβαν παρήγγειλε λαμπάδας δεσμεύειν ἐκ τῆς ἕρμης καὶ παντοδαπῆς ὕλης κατὰ τάχος ὡς πλείστας κ. τ. λ. — P m. 1.: „ut primis tenebrisnoctemidar mentumaccensis cornibus admontisageremaxime" cet. dein eadem manu „noctes". C: „tenebris nocte ad sarmta accensis cornibus ad montis uertiem maxime". — P (M m. 1.): „supersaltusabhostesinse|sos". Hinc M m. 2. et Pal. 2. haud scio an non male: „super saltus ab *hostibus* insessos". C: „super saltus ad hostes in †† primis tenebris silentio" cet. mediis expunctis. Harl. Gärtn. Ox. D.: „super *saltus* ab hoste insesso". Pall. Hafn. Rec.

datum ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad montis ageret, maxime, si posset, super saltus ab hoste insessos.

XVII. Primis tenebris silentio mota castra, boves aliquanto ante signa acti. ubi ad radices montium viasque angustas ventum est, signum extemplo datur ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montis. et metus ipse relucentis flammae ex capite calorque iam ad vivom diu ad imaque cornuum adveniens velut stimulatos furore agebat boves. quo repente discursu haud secus quam silvis mon-

cod. Sigon.: „super saltu ab hoste insesso".

4. *primis tenebris silentio mota castra:* codd. Cf. Polyb. 3, 93. 7.: ἅμα δὲ τῷ κλῖναι τὸ τρίτον μέρος τῆς νυκτὸς εὐθέως ἐξῆγε τοὺς λειτουργοὺς καὶ προσδεῖν ἐκέλευσε πρὸς τὰ κέρατα τοῖς βουσὶ τὰς λαμπάδας. — P m. 1.: „aliquasnto". dein *s* inductum est. P m. 1.: „ubiaradices". m. 2.: „*at*radices". — Lov. 4.: „uentum" praetermisso *est*. Harl. Lov. 3.: „signum extemplo datum". P(M): „armenta*autid* | inaduersos conci tenturmont*is*". Num „aut *id*" indicet, etiam „armen*tum*" scribi posse? C: „armenta in aduersos concitentur mont*is*".

8. *calorque iam ad uiuom diu at imaque cornuum aduenienS:* P] calorque iam ad vivum ad imaque cet. — C: „iam ad uiuū diu adique cornua ueniens", dein eadem manus adiecit *ma*, ut „adimaque" fieret. M Cant. Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 4. al.: „*iam* ad uiuum *diu* ad imaque": „und das Feuer, das ihnen schon lange bis auf das Fleisch und bis an die Wurzeln der Hörner gedrungen". *Vivum* h. l. omnia ea significare videtur, quae cornibus proxima fuerint. — Paulo ante duabus scripturis iunctis C: „relucentis flammae *ex* capite *a* capite calorque" cet. P m. 1.: „excampieacapi | te calorque", dein „excampite". — „*Iam*" excidit in Hafn. Berol.

10. *quo repente discursu:* codd.: i. e. qui cum furore stimulati repente discurrissent cet. — PC: „haut secus". Duabus scripturis iunctis P: „*circ*uma*u*irgultaardere": i. e. vel *circum* vel *circa*. hinc Pall. 1. 3.: „omnia *circa* uirgulta ardere". C rell.: „omnia *circum* uirgulta ardere". Ant. Perizonius „ardere *visa*" scribi voluit, quo altero verbo opus non est: „da standen alle Gebüsche, wie wenn Wälder und Gebirge ange-

UNIVERSITY OF

tibusque accensis omnia circum virgulta ardere, capitumque inrita quassatio excitans flammam hominum passim discurrentium speciem praebebat. qui ad transitum saltus insidendum locati erant, ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes conspexere, circumventos se esse rati praesidio exces-

zündet wären, in Feuer". „Capitumque *irrita* quassatio" elegantissime I. Fr. Gronovii coniectura scriptum est. Iac. Gron.: „capitumque *cita* quassatio". P: „captumque| *rita* quassatio excitans" cet. dein *i* supra *ta* scriptum est et *r* supra *s*. C Pall. 1. 3.: „captü querit aque ratio excitans" cet. nisi quod in Pall. „aq*ue*". M m. 2.: „captumque sitaque ratio". Cant.: „captum quaesitaque ratio". Lov. 1.: „captum quaeritant quae ratio". Lov. 4.: „coeptum quaesitaque ratio". Lov. 3.: „ceptaque itaque uexatio". Pal. 2.: „ardere coeperunt. excitataque flamma". — Harl.: „excitans flammas". Dein codd.: „hominum passim discurrentium speciem praebebat": praeterquam quod in Harl. „passim" omissum est. Ad *hominum* supplendum esse „*flammas spirantium*" vel simile quid et totius loci ratio et sequentia docent: „und indem sie in wilder Verzweiflung ihre Häupter nach allen Seiten hin schleuderten, wodurch sie das Feuer, statt es abzuschütteln, nur noch mehr anfachten, da stellte sich ein Bild dar, wie wenn feurige Männer überall hin auseinander sprengten".

3. *ad transitum saltus insidendum:* P m. 1. Ox. L. 1. Dein P „insidend*os*": quo factum est ut in C m. 1. et in M Cant. Voss. Harl. Lov. 1. Gärtn. scriberetur „ad transit*um* saltus insidend*os*". C m. 2.: „insidendo". Lov. 3.: „ad transitum saltusque insidendos". Lov. 5. Hav. Berol. m. 2.: „ad transitus saltus insidendos". Berol. m. 1.: „insidendum". Hafn.: „ad transitum saltus insidentes". Lov. 4.: „in summis montium".

5. *conspexere:* C] conspexeruat. — In P scriptum vidimus „conspexere*t* circumve ntos" cet.: quo dubium fit num Livius „conspexere *et* circumventos se esse rati" scribi voluerit. — Lov. 5.: „se rati esse". In Ox. N. excidit „esse". — Quae sequuntur „qua *minime* densae micabant flammae" rectissime a I. Fr. Gronovio restituta sunt. Manu 1. tamen cum in P scriptum esset „quam nimdensemi| cabantflammae", neque quidquam deesset nisi litterae *i* et *e*, manu altera in

sere: qua minime densae micabant flammae, velut tutissimum iter petentes summa montium iuga, tamen in quosdam boves palatos a suis gregibus inciderunt: et primo cum procul cernerent, veluti flammas spirantium miraculo adtoniti constiterunt, deinde, ut humana apparuit fraus, tum vero insidias rati esse, cum maiore metu concitant se in fugam,

P supra litteras *md* expunctas positum est *ng*, eoque factum ut in C et in rell. codd. scriberetur: „qua ingens emicabat flamma". *Minime* tamen h. l. non „keinesweges" ut aliis locis sed „wo sich die Flammen *am wenigsten* dicht zeigten" significat: nam in summis etiam montibus quosdam boves conspectos esse modo dictum erat. Apte Gron. Caes. b. gall. 2, 33. laudat: „qua *minime arduus* (am wenigsten steil) ad nostras munitiones ascensus videbatur". L. 22, 58.: unus ex iis, *minime Romani* ingenii homo: „ein Mensch von keinesweges römischem Charakter". 1, 25. 22, 57. — In Voss. et Lov. 1. excidit „uelut", in Lov. 4. „iuga". P: „petentessummaammon|ti umiuga". — PCM Cant. Voss. Harl. Pal. 1. Lov. 1. Hafn. Berol.: „*tamen* in quosdam boues — inciderunt": i. e. at *quamvis* summos montes peterent, *tamen* inciderunt. Rell. codd.: „*tandem* in quosdam boues — inciderunt". Pal. 3. etiam: „*tandem* in quosdam boues *palantes* — inciderunt". verum praeterito „*palatos*", quae rell. omnium codd. scriptura est, opus erat ut exprimeretur „quos furor a cetero grege *segregaverat* et in summa montium egerat".

3. *a suis gregibus:* PC] ab suis gregibus. — P: „graegibus".

6. *cum maiore metu concitant se in fugam:* C m. 2.] dum maiore metu cet. (ex coni. I. Fr. Gronovii). — Coniunctione *dum* Livius h. l. uti non potuit, quod non de duabus rebus, quae essent eodem tempore factae, referendum erat: „als sie von grösserer Furcht beflügelt von ihrem früheren Standorte wegeilten, stiessen sie auch auf die Feinde". In C m. 1. et in PM scriptum erat: „cum maiore *multo* concitant se in fugam": qua re prius idem Gronovius vel „cum maiore *motu*" vel „cum maiore *tumultu*" scribi voluerat. Nec in ceteris omnibus codd. „*maiore metu*" inventum est, sed in Pall. „cum multo maximoque strepitu", in Lov. 5. „tumultu maximoque strepitu": ut Lipsius, qui in suo codice simile quid videret,

UNIVERSITY OF

levi quoque armaturae hostium incurrere. ceterum nox aequato timore neutros pugnam incipientis ad lucem tenuit: inter ea toto agmine Hannibal transducto per saltum et quibusdam in ipso saltu hostium oppressis in agro Allifano posuit castra.

XVIII. Hunc tumultum sensit Fabius: ceterum et insidias esse ratus et ab nocturno utique abhorrens certamine suos munimentis tenuit. luce prima sub iugo montis proelium fuit, quo interclusam ab suis levem armaturam facile — et enim numero aliquantum praestabant — Romani su-

scribendum esse conicceret „cum tumultu maximoque strepitu concitant se“ cet. In Lov. 4. scriptum esse dicitur „tum pro maximoque strepitu“. An vero a Livio scriptum fuerit „cum *multo maiore metu* concitant se in fugam“, magnopere dubito. nam iam primo Livius hos milites, qui praesidiis excesserant, nulla re nisi metu in fugam concitatos esse dixerat, et particulae *deinde* et *tum vero* eaque quae cum iis iunctа sunt, aperte indicant, scriptorem quantam maximam animorum consternationem fuisse exprimere voluisse: „denn aber als sie sahen, dass menschliche List im Spiele wäre, und nun vollends als sie glaubten, dass es mit dieser List auf sie abgehen sei“ u. s. w. — Paulo ante in Berol. scriptum est „constiterunt adtoniti“, in Lov. 3. „adtoniti extiterunt“. In Lov. 4. etiam „demum“ pro *deinde* positum est.

2. *neutros pugnam incipientis ad lucem tenuit:* PC. Breviore id dicendi genere scriptum esse neminem fugerit: „cum nox aequato timore utrosque teneret, nec Romani, qui praesidio excesserant, nec Hannibalis levis armatura ante lucem ortam incipere pugnam ausi sunt“. — Paulo post non modo in recentioribus codd. sed etiam in PCM levi mendo scriptum est „in agro alb*a*no“. Gärtn.: „in agro olipano“. Margo Ox. N.: „in agro alifano“: ut 22, 13. in PC scriptum est.

8. *suos munimentis tenuit:* PCM. — Voss. Lovell. 1. 4. 5. Hafn. Recan. Hav. margoque Ox. N.: „suos munimento tenuit“. Berol.: „in munimento“. Harl.: „in tuto munimento“. Lov. 3. Gärtn.: „intra munimenta“. Oxx. D. N. etiam: „intra monumenta“. — Paulo ante Lov. 4.: „ceterum insidias esse ratus“. Berol. m. 1.: „ratus ab nocturno“ cet.

perassent, nisi Hispanorum cohors ad id ipsum remissa ab Hannibale pervenisset. ea adsuetior montibus et ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac leviorque cum velocitate corporum tum armorum habitu campestrem hostem — gravem armis statariumque — pugnae genere facile elusit. ita haudquaquam pari certamine digressi, Hispani fere omnes incolumes, Romani aliquot suis amissis in castra contenderunt. Fabius quoque movit castra transgressusque saltum super Allifas loco alto ac munito consedit. tum per

2. *peruenisset* („zur rechten Zeit erschienen wäre"): PC omnesque prope rell. codd.] supervenisset (ex I. Fr. Gron. coniectura). — In „*supervenire*" inesset, *forte quadam* illam cohortem ad pugnam venisse, quod verbis proxime antecedentibus repugnaret. In „*pervenire*" inest, non modo in eum locum, quo quis tendit, venire, sed etiam eo quo necesse est tempore. M m. 1.: „uenissent". m. 2.: „uenisset". — PCM al.: „ad *id ipsum* remissa": „zu eben diesem Zwecke". Frequentissimo mendo Harl. Lov. 4.: „ad ipsum remissa". Lov. 1.: „ad id remissa". In Gärtn. haec quattuor verba praetermissa sunt. — Paulo ante PCM al.: „et enim numero aliquant*um* praestabant". Ox. D.: „aliquant*o* praestabant". Lov. 3.: „aliquantulum praestabant". Lovell. 4. 5.: „romani aliquantum praestabant".

3. *ac leuiorque* („und auch behender"): PC] ac levior. Cf. 22, 12.: „debellatumque *et* concessum*que*". In M scriptum esse fertur: „ac leuior qu*am* cum uelocitate" cet. — Praeterea margo Ox. N: „*et* assuetior". Gärtn.: „inter saxa *et* rupes". Voss. Harl. Lov. 5. Hav. Berol. Ox. N.: „*tum* uelocitate corporum *tum*" cet.: qui librariorum error in recentioribus codd. inveniri solet. Gärtn.: „pergrauem armis". P: „statariumquae|pugnaegenerefacil eelusit". C: „statarūque pugnae genere facile elux. ita" cet. i. e. „elu*xit*". C m. 2.: „eduxit". Lov. 1.: „pugnae genere el*i*sit". — Deinde Berol.: „hispani omnes fere". P: „aliquodsuisamissis". Berol.: „in castra contendunt".

9. *super Allifas*: PC et ut videtur rell. codd. — Berol.: „castra mouit". P: „mouitca stra *et*ransgressusquesaltum". Harl.: „transgressusque saltu". Lov. 3. Oxx. D. N.: „transgressusque saltus". C: „loco alto ac munitū consedit". — Dein C m. 1.: „tum p samnū". m. 2.: „samniū".

UNIVERSITY OF

Samnium Romam se petere simulans Hannibal usque in Pelignos populabundus rediit: Fabius medios inter hostium agmen urbemque Romam iugis ducebat nec absistens nec congrediens. ex Pelignis Poenus flexit iter retroque Apuliam repetens Gereonium pervenit, urbem metu, quia conlapsa ruinis pars moenium erat, ab suis desertam. dictator in Larinate agro castra communiit. inde sacrorum causa Romam revocatus non imperio modo sed consilio etiam ac prope precibus agens cum magistro equitum, ut plus consilio quam fortunae confidat et se potius ducem quam Sempronium Flaminiumque imitetur: ne nihil actum censeret extracta

P: „usquein|ipaelignos". C: „in paelignos populanbundus". Paulo post tamen PC: „ex pelignis".

2. *medios:* PM Voss. Harl.] medius (C Lovell. 1. 3. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.). Rell. codd.: „mediis — iugis ducebat". — Voss. m. 2. C: „nec *ab*sistens". PM Voss.: „nec *ad*sistens". Harl. Lov. 3. Hafn. Gärtn. Berol.: „nec assistens". Iac. Gronovius: „nec abstinens". Cf. 27, 42.: numquam Nero vestigiis hostis *abstiterat*.

5. *Gereonium*] Geronium (tab. Peutinger.). — Polyb. 3, 100. 3.: τὸ Γηρούνιον, ὃ τῆς Λουκερίας ἀπέχει διακόσια στάδια. PCM Cant.: „gleronum". Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 3. 5. Hafn. Gärtn. Berol. Ox. D.: „glerenum". Pal. 3.: „gleserum". Pal. 2.: „geronum". Cod. Sigon.: „gerionum". Cf. Put. 22, 39.: „pro gerini — moenibus". 22, 23.: „pro gerioni moenibus". 22, 24.: „a gereonio". 22, 32.: „ad gereonium". — PCM: „urbem". Voss. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. D. N.: „*ad* urbem". — In Voss. Lovell. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. excidit „ruinis". cf. 22, 23. sub fin. — Paulo post Ox. N.: „castra communiuit".

7. *inde sacrorum causa Romam reuocatus:* codd. Polyb. 3, 94. 9.: ἀναγκασθεὶς ἐπί τινας ἀπελθεῖν θυσίας εἰς τὴν Ῥώμην. Plut. Fab. c. 8.: τῶν ἱερέων καλούντων αὐτὸν εἰς Ῥώμην ἐπί τινας θυσίας. — P: „sepro pepraecibusegenscummagistro equitum". — Lov. 3.: „et se ducem quam" cet. Cant.: „et se potius quam sempronium" cet. PCM Voss. Pall. 1. 2. Lovell. 1. 3. Hav. Berol. Oxx.: „*extracta* prope aestate". cf. 22, 15.: aestatis reliquom extraxit. Rell. codd.: „*exacta*".

prope aestate per ludificationem hostis: medicos quoque plus interdum quiete quam movendo atque agendo proficere: haud parvam rem esse ab totiens victore hoste vinci de-

1. *medicos quoque plus interdum quiete — proficere:* ex verissima L. Vallae coniectura scriptum est. PC: „medico quoque plus interdum quippe quam mouendo atque agendo proficere“: nisi quod in P „adque“. M: „medico quoque plus interdum quiete (?) — proficere“. Hav.: „inedia quoque plus interdum quippe quam — proficere“. Hafn. Berol.: „inedia quoque mora plus interdum quippe“ cet. Rell. codd.: „media quoque plus interdum quippe quam — proficere“.

3. *haud paruam rem esse ab totiens uictore hoste uinci desisse ab continuis cladibus ac respirasse*] haud parvam rem esse ab toties victore hoste vinci desisse et ab continuis cladibus respirasse (recc. codd.). — PC: „aut (C m. 2. „haut“) paruam rem esse ab totiens uictore (P „uictorem“) hoste uinci desisse ab continuis cladibus ac resperasse“ (C m. 2. „respirasse“). Cant.: „uinci dedisse“. Harl. Gärtn.: „desisse ab continuis“ cet. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Berol.: „ab continuis cladibus *ac* respirasse“. — Qui fieri potuerit, ut vera vis antiquae scripturae tot homines doctos adhuc prorsus falleret, satis mirari non possum. nam „*ab*“ h. l. idem fere quod *post* significare, non erat difficile perspicere (cf. Ferd. Handi Turs. t. p. 45.): eaque voce hoc potissimum loco opus videri oportuit, ut id quod in „continuis“ inesset, etiam praepositione *ab* exprimeretur. nec fugere potuit Liviani Ciceronianique scribendi generis peritos, in locis gravioribus verba ad idem spectantia cumulari orationemque sic ut h. l. videmus finiri solere: „nicht sei es eine Kleinigkeit, dass man von einem so oft siegreichen Feinde unmittelbar nach jenen ohne Unterbrechung auf einander folgenden Niederlagen sich nicht mehr habe schlagen lassen, und dass man wieder neuen Muth geschöpft habe“. „*Desisse*“ h. l. non pro „desitum esse“ (ut *coepisse* pro *coeptum esse* scriptum invenitur) positum esse, sed Livium ad *desisse* suppleri voluisse „*Romanos*“, quod sequitur „respirasse“ indicat. — P: „haec *nequiquam* praemonito magistro equitum romam est profectus“. Haec verba artissime cum praecedentibus ab „*romam revocatus*“ inde co-

UNIVERSITY OF

sisse ab continuis cladibus ac respirasse —: haec nequiquam praemonito magistro equitum Romam est profectus.

XIX. Principio aestatis, qua haec gerebantur, in Hispania quoque terra marique coeptum bellum est. Hasdrubal ad eum navium numerum, quem a fratre instructum paratumque acceperat, decem adiecit: quadraginta navium classem Himilconi tradit, atque ita Carthagine profectus navibus prope terram exercitum in litore ducebat paratus con-

haerere, C. Heusingerus recte intellexit. — C: „nequicquam". In Hafn. praetermissum est „romam".

3. *principio aestatis qua haec gerebantur:* PCM al. — Voss. Harl. Pall. Lov. 1. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N.: „*principio* aestatis *quo* haec gerebantur". Lov. 4. Ox. L. 1.: „quum haec gerebantur". Hav.: „qua haec in italia gerebantur". Berol.: „qua haec gerebantur in italia". — C: „in hispania*m*". Harl.: „coeptum est bellum". In Pal. 3. excidit „bellum". Hinc fortasse factum est ut in cod. Sigon. et in Recan. scriberetur: „pugnari coeptum".

5. *quem a fratre instructum paratumque acceperat:* C. P: „acciperat". Legimus 21, 22. Hasdrubalem ab Hannibale aptas instructasque accepisse triginta et duas quinqueremes et triremes quinque, quibus cum decem adiectae essent, quadraginta septem naves fieri oportuit. quod si supra quadraginta navium classem Himilconi traditam esse videmus, non omni, quam habuit, classe Carthagine Hasdrubalem profectum esse sequitur, sed quibus in praesentia usus non esse videretur, instructas ad Carthaginem ad futuros usus relictas esse. Minus diligenter videtur Polybius 3, 95. 2. scripsisse: Ἀσδρούβας ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς Ἰβηρίας στρατηγὸς κατηρτικὼς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τὰς ὑπὸ τὰδελφοῦ καταλειφθείσας τριάκοντα ναῦς καὶ δέκα προσεκληρωκὼς ἄλλας. ἀρχομένης τῆς ἐαρείας ἀνήχθη τεσσαράκοντα ναυσὶ καταφράκτοις ἐκ Καινῆς πόλεως, προχειρισάμενος Ἀμίλκαν τοῦ στόλου ναύαρχον.

6. *xl navium classem Himilconi tradit:* P(CM Lovell. 3. 4. Gärtn. Berol. Oxx. D. N.)] quadraginta — tradidit. — Ox. L. 1.: „Amilconi dedit". Lov. 3.: „Hamulconi".

8. *exercitum in litore ducebat:* P: „und indem er so von Carthago aus in der Nähe des Landes mit der Flotte hinfuhr, liess er das Landheer an der Küste fol-

fligere, quacumque parte copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipio postquam movisse ex hibernis hostem audivit, primo

gen". Pluribus Polyb. 3, 95. 3.: ἅμα δὲ καὶ τὴν πεζὴν ἐκ τῆς παραχειμασίας ἠρεμαίως δύναμιν ἀνίζευξεν· καὶ ταῖς μὲν ναυσὶ παρὰ τὴν χέρσον ἐκομίζετο τὸν πλοῦν, τοῖς δὲ πεζοῖς τὴν πορείαν παρὰ τὸν αἰγιαλόν. — P: „propeterra|exercitum" cet. Num „terrae" Livius scripserit? — C: „in littore". Berol.: „paratusque confligere". C: „qua cum parte". cf. 7, 33.: quacum*que* incessero.

1. *Cn. Scipio postquam — audiuit* cet.: PCll Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Rec. Gärtn. Hav. Berol.] Cneio Scipioni, postquam — audivit, primo idem consilii fuit. — Iam Lovelianorum codd. 4. 5. librarii, qui „tum scipioni" scripserunt, sibi persuasisse videntur, nomen illud in prima parte loci positum pertinere non posse nisi ad verba „idem consilii fuit", eorumque coniecturam omnes adhuc editores secuti sunt, sed et ad haec verba facilius „*ei*" suppleri posse, quamquam h. l. pro latinae linguae rationibus nullo eius generis pronomine opus est (cf. 21, 63.: „hic in provincia consulatum inire consilium erat": 22, 6.: „facie quoque noscitans"), et nominativum etiam propter sequentia potiorem esse habendum non difficile videtur perspicere. — C: „cns scipio postquam mouisset ex hibernis" cet. Idem „mouisset" in P invenimus. In Lov. 4. praetermissum est „primo". — Ad *idem consilii* cf. 10, 34.: tamquam idem — certaminis foret. 35, 42.: idem damni fore ac si cet. — Cod. Sigon.: „occurrere ausus". — Gärtn. Recan.: „delecto milite *ac in* naues imposito": quasi *in naues* scribendum esset. sed cum in rell. omnibus codd. scriptum sit „delecto milite *ad naues* imposito", Livius verba *ad naves* non ad *imposito* sed ad *delecto* relata voluit. simili modo Polyb. 3, 95. 5.: καὶ λαβὼν ἐκ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἄνδρας πρὸς τὴν ἐπιβατικὴν χρείαν. Ac ne quis dubitaret, absolute sic scribi potuisse *imponere* „einschiffen", Cic. de div. 2, 40. I. Fr. Gron. laudavit: „cum M. Crassus exercitum Brundisii imponeret" cet. — P: „*in*posito". C: „*im*posito". — Quod denique in omnibus codd. inventum est „ire obuiam hosti *pergit*", non ita scriptum est ut *ire pergit* idem quod „ire *statuit*" exprimeret, sed ut *pergit* ad ea, quae in priore huius loci parte dicta sunt,

UNIVERSITY OF

idem consilii fuit: deinde minus terra propter ingentem famam novorum auxiliorum concurrere ausus delecto milite ad naves inposito quinque et triginta navium classe ire obviam hosti pergit: altero ab Tarracone die stationem decem milia passuum distantem ab ostio Hiberi amnis perve- 5 nit. inde duae Massiliensium speculatoriae praemissae ret-

referretur. cum enim ibi diceretur Scipio primo idem quod hostes consilium cepisse ex hibernis movendi militesque contra hostem ducendi, non ita consilium suum videri potest mutasse ut milites ex hibernis non duceret, sed ut ex omni exercitu ex hibernis educto eos eligeret qui navali militiae apti viderentur, ut cum his in naves impositis hosti obviam iret. *pergit* igitur ad id pertinet, quo iam inde modo Scipio consilium hostes adgrediendi persecutus sit: „als Scipio vernommen hatte der Feind sei aus den Winterquartieren aufgebrochen, fasste er zuerst denselben Plan ihm zu Lande und zu Wasser entgegenzurücken: nachher aber, als er von der bedeutenden Hülfe hörte, die neuerdings zu demselben gestossen sei, wagte er es nicht sich auf einen Kampf zu Lande einzulassen, sondern verfolgte seinen Zweck nur so dass er ihm mit der Flotte entgegenging".

4. *altero ab Tarracone die stationem — peruenit:* PCM Voss. Lovell. 3. 5. Gärtn.] altero ab Tarracone die ad stationem — pervenit. „Am zweiten Tage nach seiner Abfahrt von Tarraco machte er bei einer von der Mündung des Ebro 10,000 Schritt entfernten Ankerstelle Halt". Nonnumquam poetarum more etiam Livium accusativo omissa praepositione *ad* usum esse antiquiores codd. persuadent: ex. gr. 30, 25.: „multitudo a castris *litus* effusa". Ovidi Metam. 3, 462.: „verba refers *aures non pervenientia nostras*". Recentiores: „v. r. nostras non pervenientia *ad* aures". — PC: „ab tharracone". C: „stacionē decem milia passuum distantem". P: „millia". P: „abhostiohiberi". C: „ab ostio hiberi".

6. *inde duae Massiliensium speculatoriae praemissae retulere:* P] inde — retulerunt. — CM: „retul*ere*". — C: „speculatore praemissae". Voss. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „missae retulerunt". — C: „classem punicam stare in hostio fluminis". P (M m. 1. Cant.): „classemiupu|blicam stare" cet. M. 2. in M induxit *in*. P: „in hostio".

tulere classem Punicam stare in ostio fluminis castraque in ripa posita: itaque ut inprovidos incautosque universo simul

2. *uniuerso simul effuso terrore* („wenn er auf einmal den ganzen Schrecken des Krieges über sie kommen liesse") m. 1. in C ut in PM aliisque melioribus codd. rectissime scriptum est, quod dicendum erat, Scipionem omni, quem effundere potuisset, terrore hostes opprimere voluisse. sed cum *universus terror* in illa re esse non potuisse videretur, nisi qui non minus *a terra* quam *a mari* iniceretur, nec ullis terrestribus copiis Scipio tunc usus esset, fuerunt qui non *universo* a Livio scriptum esse putarent sed *universos:* idque cum m. 2. in C positum esset, in Voss. Lov. 3. Gärtn. Berol. et in Latinii codd. receptum est, in Lov. 1. etiam „uniuersosque". at Livius cum „*uniuerso terrore*" scriberet, eum terrorem significare voluit, quem fieri necesse esset, si et classis hostium subito appareret, et non modo classis sed classis armata instructaque, quae omni et nautico instrumento et militari apta ad pugnam praesentem ineundam accederet. Verum Ludov. Walchius non tam in voce *uniuerso* offendit quam in verbo *effuso*, eiusque loco ut *offuso* scriberetur Latinitatem exigere dixit: („nachdem auf einmal der ganze Schrecken des Krieges über sie ausgegossen wäre"). nec est negandum, hoc modo Livium haud raro verbo *offundendi* usum esse. sic enim 28, 29. scriptum est „simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus": 10, 5. „inconpositis adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit": 39, 15. „ne nimium terroris offundam vobis": similiterque aliis locis, quibus prope omnibus in uno alteroque cod. non „offundere" sed „effundere" inventum est. nihilo minus Walchium veram superioris loci vim fefellisse persuasum habemus. *offundere* enim scriptum non est, nisi si cui accidit, ut eius oculis quasi calligo quaedam obduceretur, sive ea in rebus ipsis posita esset sive ludibrio aliquo adduceretur. sic legimus tenebras, noctem, religionem quandam oculis et rebus offusam esse, et sic etiam pavorem terroremque tamquam obcaecatis, si nihil magis exprimendum erat, quam quo modo ii, quibus terror eius generis iniectus esset, affecti fuissent. superiore vero loco L. non tam id significare voluit, quanto pavore hostibus trepidandum fuerit, quam quantum terrorem *Scipio ef-*

UNIVERSITY OF

ffuso terrore opprimeret, sublatis anchoris ad hostem vait. multas et locis altis positas turris Hispania habet, quius et speculis et propugnaculis adversus latrones utuntur. ıde primo conspectis hostium navibus datum signum Has-

fundere et efficere potuerit, ut maior orationis vis in eo ponenda fuerit, a quo tanta res excitata esset, quem ad modum 10, 28. scriptum videmus: „quantumcumque virium habuit, certamine primo effudit". — PC: „sublatis anchoris ad hostem uadit". Cf. 21, 49.: „sublatis armamentis veniebant". In M excidisse dicitur *ut* post „itaque". — Paulo post PC: „multas — turr*is* hispania habet". C: „quibus et speculis et propugnacul*a* — utuntur".

1. *inde primo conspectis hostium nauibus* nec in P nec in C scriptum est. P: „inde primo*s* conspectis" cet. C: „inde prim*is* conspectis hostium nauibus". Sed ut multis locis hanc litteram *s* sine idonea causa nominibus in P adiectam videmus, sic hoc quoque loco „primos" non pro „primis" sed pro „primo" scriptum esse putarim. Lovell. 4. 5.: „inde primum conspectis". — Berol.: „*ad* mare et naues" praetermisso altero *ad*. — Lov. 3.: „aut remorum pulsu". C m. 1.: „aut aperentibus classem ꝓmunturiis". dein „aut aparentibus". denique „operientibus". P: „promunturiis". — „*Nondum aut — aut*" minus fortiter scriptum est pro „nondum *nec — nec*": „da noch nicht weder ein Ruderschlag — gehört worden noch die Vorgebirge die Flotte sichtbar werden liessen". — P: „cumrepenteeq uisaliussuperalium" cet. In duobus Pall. excidit „eques". P: „in litore". C: „in littore". P: „intentor*is* suis". C: „in tentoriis suis". In Pall. duobus et in Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. scriptum est „quietos uagosque in litore in tentoriis suis — exspectantes". In duobus illis Pall. etiam „nihil numquam hostem aut proelium eo die exspectantes". Pal. 2.: „hostium". Hafn.: „nihilominus quam proelium aut dicam hostium". Lov. 3.: „eodem die". PC: „expectantis". P(C m. 1. Harl.): „conscenderenauespropeatque arma cap ere". C m. 2.: „propere". Gärtn.: „transcendere naues prope" cet. — PC Pall. 1. 3. al.: „classem romanam iam haud (C „hiut") procul portu esse". Lov. 4.: „haud procul iam in portu esse". Lov. 5.: „iam aut procul iam

drubali est, tumultusque prius in terra et castris quam ad mare et ad naves est ortus non dum aut pulsu remorum strepituque alio nautico exaudito aut aperientibus classem promunturiis, cum repente eques alius super alium ab Hasdrubale missus vagos in litore quietosque in tentoriis suis nihil minus quam hostem aut proelium eo die expectantis conscendere naves propere atque arma capere iubet: classem Romanam iam haud procul portu esse. haec equites dimissi passim imperabant. mox Hasdrubal ipse cum omni exercitu aderat, varioque omnia tumultu strepunt ruentibus in naves simul remigibus militibusque fugientium magis e terra quam in pugnam euntium modo. vix dum omnes conscenderant, cum alii resolutis oris in anchoras eveherentur,

portus esse". In nullo cod. scriptum est „*a* portu".

9. *mox Hasdrubal ipse cum omni exercitu aderat:* PC: nisi quod in C „com omni". Voss. Lov. 1.: „hasdrubal *tempore* cum omni exercitu": fortasse quod librarii id pro „*in* tempore" accipi voluerunt. Berol.: „cum omni equitatu". — P(M): „simul| *in*remigibus". Lov. 1.: „in regibus militibusque". Lov. 3.: „in remigibus militibus". Gärtn.: „cum remigibus militibus". — M m. 2. C al.: „fugientium magis *e terra* quam" cet. Idem „e terra" in Gärtn. Hav. Berol. repertum est. Harl.: „fugientium magis *terra* quam", cet. P tamen: „fugientiummagiseter ra*rum*quam|in pugn*a* euntium modo". Sic quoque m. 1. in M „et errarum", et in C „in pugna" scriptum est. Peius etiam Lov. 3.: „magis quietorum". Voss. Lov. 4.: „magis qui e terra". Lov. 1.: „magis qui extra" (pro „ex t'ra" i. e. „ex terra"). Lov. 5.: „magis quidem". Puteanum secutus Salvinius scribendum coniecit: „fugientium magis et errantium quam" cet.: quod vix cuiquam integrum videatur.

13. *cum alii resolutis oris in hanchoras eucherentur:* P] cum alii resolutis oris in ancoras evehuntur (ex coni. I. Fr. Gron.). — „Resolutis oris" („nachdem man die Taue, womit die Hintertheile der Schiffe am Strande befestigt waren, gelöst hatte") inventum non est nisi in PM. In C enim septem verbis omissis nihil scriptum vidimus nisi hoc: „uixdum omnis conscenderāt *alii* ne quid teneat anchoralia incidunt": (in P quoque „uixdumomnis conscenderant" vidimus:). In

alii, ne quid teneat, anchoralia incidunt, raptimque omnia praepropere agendo militum apparatu nautica ministeria in-

Cant. vox „oris“ praetermissa est. In Harl. „resolutis locis“, et in rell. omnibus „resolutis loris“ scriptum est. Quae tum sequuntur „in anchoras“ excepto P in nullo meliore cod. reperta videntur. M: „in ancora*mse* ueherentur“: i. e. vel „ancora*m*“ vel „ancora*s*“. Cant. Harl. Pall. Berol. ac sine dubio plerique recentiores: „in ancoram“: quamquam Drakenborchius in aliis recentibus mss. „in ancoras“, in aliis „in ancoram“, in aliis etiam „in ancora“ repperisse vult. „*Ueherentur*“ tamen non modo in PM Cant. Pall. sed etiam in omnibus prope recentibus codd. inventum est. Voss. m. 2.: „ut ancoram euellerent“. Harl.: „reuehuntur“. Cod. Sig.: „resolutis loris anchoram uellunt“. Horum duorum codd. librarii et recentiores editt. omnes aut ante Gronovium „cum alii resolvunt oras aut anchoram uellunt“ aut ab I. Fr. Gron. inde „cum alii resolutis oris in ancoras euehuntur“ scribendum esse censuerunt, quod indicativus praes. et coniunctione *cum*, quam in apodosi eius generis indicativus aut perfecti aut praesentis sequi soleret, et sequenti verbo *incidunt* postularetur. Livium autem non hoc sensu *cum* posuisse antiquiorum codd. scriptura docet. videtur enim verba „vixdum omnes conscenderant“ cum sequentibus verbis „et iam Romanus non adpropinquabat modo“ cet. artius coniungi voluisse, ut quae media leguntur quasi parenthesis loco posita viderentur: „kaum hatten Alle die Schiffe bestiegen, da kappen, während Einige gerade zu gegen die Anker anfuhren, (d. i. ohne die Anker zu lichten auslaufen wollten), Andere, damit sie nichts aufhalte, die Ankertaue“. neque quemquam fugerit, hac verborum structura orationem non modo fortiorem rapidioremque fieri, id quod loci rationi accommodatissimum est, sed etiam id quodam modo significari, minorem tantum partem navium tam praeposteram festinatione provectam esse. *Evehi in ancoras* nihil aliud videtur esse, quam resolutis oris tanta vi e statione evehi, ut ancoras, quibus prorae tenebantur, locis suis moveri necesse esset. nam si qui, id quod interpretes quidam putarunt, ita evehi voluissent, ut prorsus obliviscerentur ancoris naves teneri, ii sane insani visi essent. — PC: „anchoralia incidunt“. Harl. Gärtn. Hav.

pediuntur, trepidatione nautarum capere et aptare arma miles prohibentur. et iam Romanus non adpropinquabat modo sed derexerat etiam in pugnam naves. itaque non ab hoste et proelio magis Poeni quam suomet ipsi tumultu turbati et temptata verius pugna quam inita in fugam averte-

Berol.: „ancora alia". — Dein PC: „raptimque omnia praepropere agendo": „und dadurch dass sie alles mit reissender Gewalt und übermässiger Eilfertigkeit angriffen". Drakenborchius igitur „raptimque omnia *ac* praepropere agendo" scribi maluit, ut 22, 3. „ferociter omnia *ac* praepropere acturum" scriptum est: sed L, asyndetis uti solere notum est. I. Fr. Gron. voluerat: „raptimque omnia ac praepostere agendo". Harl.: „perpropere". Berol.: „propere". Lov. 5.: „opere". — P: „nautic*ā*|*m*inisteria". — Postremo in PM Pall. 1. 2. Voss. Lovell. 1. 5. Gärtn. Hav. Berol. scriptum est „prohibe*ba*tur", in Pal. 3. „prohibeban*t*ur": quorum neutrum probari potest, nam quamquam multis locis Livium tempora mutare videmus, tamen praesenti praecedente vix ita imperfectum ferendum videretur, ut utroque loco aut imperfectum aut praesens ponendum esset. sed cum interpositum illud *ba* indicare videatur, non „prohibetur" in antiquissimis codd. scriptum fuisse, et cum m. 1. in C positum sit „prohib*an*tur", m. 2. „prohibatur", non dubitavimus „prohiben*t*ur" scribere, qui numerus plur. a Livio cum eius generis nominibus iungi soleret.

3. *derexerat:* PC] direxerat. Cf. 21, 47. sub fin.: „acie derecta". Nec dubito amplius quin 1, 27. cum P scribendum fuerit: „Tullus adversus Veientem hostem *derigit* suos". — Hafn. et margo Ox. N.: „sed d*u*xerat etiam".

5. *et temptata uerius pugna quam inita:* PCM Pal. 1. et plerique Drak.] tentata verius cet. (ex I. Fr. Gron. coniectura, quo rotundior oratio fieret:). — Et Livium et alios bonos scriptores ita particulam *et* addere, si id quod iam dictum esset, pluribus et diligentius exprimendum erat, et si prioribus nova quaedam adicienda erant, notissimum iam videtur. sic, quod supra scriptum legimus „multas *et* locis altis positas turris Hispania habet", non cum C. Heusingero interpretari possis „Spanien hat viele, *auch* auf Höhen angelegte Thürme", sed „Sp. hat viele *und zwar* auf hochgelegenen Punkten erbaute Thürme". —

UNIVERSITY OF

runt classem: et cum adversi amnis os lato agmini et tam multis simul venientibus haud sane intrabile esset, in litus passim naves egerunt, atque alii vadis alii sicco litore excepti partim armati partim inermes ad instructam per litus aciem suorum perfugere. duae tamen primo concursu captae erant Punicae naves, quattuor suppressae.

XX. Romani, quamquam terra hostium erat armatamque aciem toto praetentam in litore cernebant, haud cun-

Exc. Pith. Voss. Harl. Lov. 4. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „turbabantur et temptata" cet. C: „turbati et temtata".

1. *lato agmini et tam multis simul uenientibus:* PC Pall. 1. 3. al.] lato agmine ac tam multis cet. — Dativum, qui ad „intrabile" pertineat, ablativo multo potiorem esse nemo non videt. Hunc locum I. Fr. Gron. egregie emendavit una littera *d* cum *m* mutata. nam cum in P(CM Cant.) scriptum esset „etcu maduer|sia*d*nisoslato agmini" cet., in plerisque et Pall. et Drak. recte quidem servatum est „et cum aduersi", levique mendo in Pal. 1. Oxx. D. N. „et cum auersi": sed cum „adnisos" aut „adnixos" (Hav.) bonum sensum praebere non videretur, in excc. Pith. positum est „adnisus", in Voss. Lov. 1. Gärtn. „adulsos", in Lov. 3. Hafn. Ox. N. „ad suos", in Ox. D. „ad iustos". Praeterea Ox. Lov. 1.: „et cum animaduersi animaduersos". Berol.: „et conuersi ad suos". Deinde frequentissimo mendo PC: „haud sane intrabiles esset". omnesque prope Drak. codd.: „haud sane intrabiles essent". Pall.: „haud intrabiles essent". Exc. Pith.: „haud sane et intrabiles esse". Unius autem Lov. 5. librarius, quem loci ratio non fugeret, sic scripsit: „et cum aduers*us* amnis o*b*lato agmini *ac* tam multis simul uenientibus haud sane intrabil*is* esset" cet. — PC Pall. 1. 3.: „in litus passim naues egerunt". Rell.: „in littus": nisi quod in M et in Pal. 2. „in l*a*tus" inventum esse fertur. P: „adq. alii". P: „siccolitore". C: „sicco littore". PC: „per litus". Lovell. 4. 5.: „suorum aciem". PC rell.: „*per*fugere". M Pal. 2.: „*re*fugere". Cf. 22, 18.: pervenisset. — C: „quatuor suppressae".

7. *armatamque aciem toto praetentam in litore cernebant:* P. C: „praetentam in littore". — PC rell.: „haud cunctanter insecuti trepidam hostium classem": nisi quod in C „haut" et in Lov. 3. „hostium classem trepidam"

ctanter insecuti trepidam hostium classem navis omnis, quae non aut perfregerant proras litori inlisas aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere, ad quinque et viginti naves e quadraginta cepere. Neque id pul-

inventum est. — PC: „nau*is* omn*is*“. — Verba sequentia Iac. Perizonius invitis melioribus codd. ita collocata voluit: „quae *aut non* perfregerant — *aut* carinas fixerant“, at „*non aut — aut*“ rectissime se habet scriptumque est ut negativa particula ad utrumque *aut* pertineret, tamquam si „*nec — nec*“ positum esset, quibus particulis L. uti noluit, ne duo illa damna, quorum mentio fit, ad easdem naves pertinuisse viderentur. cf. 22, 19.: nondum aut — aut. In Harl. cod. idem quod Perizonius voluit scriptum esse dicitur quamquam praetermisso pronomine *quae*. Lov. 5.: „quae modo aut“. In Lov. 1. excidit altero loco „*aut*“. — „*Perfregerant*“ in nullo antiquiore msc. repertum est, cum enim in P scriptum esset „que non haut perfre|ge*ð*ant“ cet., quo mendo et aliis locis *ð* cum *r* permutatum est, alteraque manu *n* supra *geð* adiectum esset, factum est ut in CM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. „perfringebant“ scriberetur. C tamen ita: „quae non aut pfringebant *aut* proras littor*e* inlisas aut carinas fixerant uadis religatas“ cet. m. 2.: „littor*i* inlisas aut carinas f. v. *aut* religatas“ cet., quasi „religatas extraxere“ non ad Romanos sed ad Poenos referendum esset. Deinde in PM Cant. Voss. Lovell. 1. 4. Ox. N. et in exc. Pith. inventum est „litor*eis* inlisas“, quod Crevierus pro „litoribus“ scriptum putat: sed cum m. 1. in C „littor*e*“ scriptum fuerit, cum Drakenborchio in *eis* duas scripturas „litor*e*“ et „litor*i*“, quo modo solebat, iunctas putarim, eisque frequentissimo illo mendo litteram *s* additam esse ut duo *i* separarentur. et sic scriptum est „littori“ non modo m. 2. in C sed etiam in Pal. 2. Lov. 5. Hav. Berol. — Praeterea P: „haut*c*ari|nas*litore* fixerant| uadis“: ut *litore* ex priore etiam in hunc locum migrasse videatur. Lov. 1.: „fixerant ua*li*dis“. Hafn.: „finxerant ualidis“. Gärtn.: „fixerant ualidis uadis“. Lov. 5.: „finxerunt uadis“. — Hav.: „religat*is* puppibus“. Hafn.: „religans ante puppibus“. — Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn. Berol.: „extra*h*ere“. Lov. 3.: „attra*xh*ere“. Lov. 5.: „extare“.

4. *e quadraginta cepere*] ex quadraginta cepere (ex coni.

UNIVERSITY OF

cherrimum eius victoriae fuit sed quod una levi pugna toto eius orae mari potiti erant. itaque ad Onusam classe provecti, escensio ab navibus in terram facta. cum urbem vi cepissent captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt,

Glareani). — Cum 22, 19. init. dictum sit, quadraginta navibus Hasdrubalem Carthagine nova profectum esse, integra esse non potest scriptura codicum et PC et rell.: „ex. xxx. cepere". at vix dubitem quin ita ab errantibus librariis scriptum sit, ipsumque L. poni voluisse „*e.* xxxx. cepere", ne quis de numero dubitare posset.

1. *toto eius orae mari potiti erant:* PC: nisi quod P „ore". — M: „toto eius orae mar*e*" cet. Gärtn.: „tota eius ora maris potiti erant". Lov. 1.: „pot*ie*rant".
2. *itaque ad Onusam classe provecti, escensio ab navibus in terram facta:* (P)] itaque ad Onusam classe profecti, exscensione ab navibus in terram facta, cum urbem cet. — „*Exscensione*" ab I. Fr. Gron. scriptum est, ut periodus maior fieret. at Livium persaepe minores orationis partes se excipere voluisse antiquiores codd. persuadent (cf. ex. gr. init. cap. 17. huius libri). Nec mirum videri potest, neque ad „*provecti*" nec ad „*facta*" verbum substantivum additum esse. nam quamvis m. 1. in P „fact*am*" scriptum viderimus, tamen propter tot simili mendo corruptos locos id ex „facta *est*" ortum esse negarim. Tum m. 2. cum in P littera *t* supra *a* in „onusam" adiecta esset, factum est ut in CM Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Berol. scriberetur „itaque ad onust*am* class*em*": in Voss. „ad honustam classem", et cum id probandum non videretur, in Hafn. Hav. „ad onustam classe": in Lov. 1. „ad honustam classe": in Ox. N. „ad omistam classe". Qua autem litoris parte *Onusa* sita fuerit, pauloque post *Longuntica*, dici non potest: quare lac. Gron. priore loco scribi voluit „itaque Etonissam" cet. — „Provecti" ex PC et fortasse non invitis melioribus omnibus codd. restituimus, quod verbum loci rationi magis quam „pro*f*ecti" (C m. 2.) respondere I. Fr. Gronovium non fugerat. — Ad hoc CM: „escensio ab nauibus in terram facta". Pal. 2.: „descensio ab nauibus" cet. Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 3. Hav.: „ascensio a nauibus". Lov. 4. Hafn. Berol.: „ascensio e nauibus". Gärtn.: „ascensio de nauibus". Lov. 5.: „*deas*censio a nauibus".

atque omnem agrum circa depopulati postremo tecta quoque iniuncta muro portisque incenderunt. inde iam praeda gravis ad Longunticam pervenit classis, ubi vis magna sparti

1. *tecta quoque iniuncta muro portisque:* Harl. Pal. 3.] tecta quoque iuncta muro cet. (Pal. 2.). — Non dubito quin Harleiani cod. librarius recte viderit, antiquam scripturam „tecta quoque *inconpta* muro", quam in P reperimus, nihil aliud dicere quam „iniuncta muro", cum eum fugisse non possit, persaepe ita *pt* in fine quorundam nominum pro „*et*" librariorum mendo positum inveniri. et quod interpretes quidam voluerunt, *iniuncta* huius loci rationi aptum non esse, quod illa tecta non coniuncta cum muro sed tantum prope murum sita fuerint, id quod latine participio „iuncta" exprimi, id equidem intelligere non possum, ut nihil dubitem contendere, si *iuncta muro tecta* significarit ea tecta quae prope murum fuerint, *iniuncta muro* ea significare, quae quam proxima muris portisque fuerint. Cf. ex. gr. 27, 41.: „Grumenti *moenibus prope iniunctum* videbatur Poenorum vallum". 2, 33.: „ignem — *inminentibus muro* aedificiis iniecit". — P m. 2. C: „incompta muro". M: „incomta". Pal. 1. Lov. 1.: „inconiuncta". Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav.: „coniuncta". Lov. 3.: „conterminа". Berol.: „postremo tecta quae erant iuncta muro" cet. Hav.: „muris portisque". — Paulo ante P: „charthaginemindepetuntadque" cet. C: „deppulati".

3. *ad Longunticam:* P al. — C: „ad lonticā peruenit". Lov. 3.: „ad longunculam". — Dein P: „ubiuismagnas| partisadremnauticam congesta mabhasdrubale": in quo nihil desideraretur, nisi, ut solebat, *s* et *m* male addita essent: nisi forte „congestam" h. l. ortum est ex „congesta erat". in nullo tamen meliore msc. verbum substantivum h. l. legitur excepto uno Lov. 3., in quo „ubi uis magna sparti fuit ad rem" cet. inventum esse dicitur. — C m. 1.: „ubi uis magnas *partis* ad rem nauticam congesta ab asdrubale". m. 2. litterae *s*, *l*, *s* et vox *uis* erasa sunt. Pal. 1. Harl. Lov. 4.: „ubi uis magnas partes". Hav.: „ubi uis magna ex parte". Lov. 5.: „ubi uis magna apparatus". Voss. Lov. 1. Gärtn. Recan. Pal. 3.: „ubi uix magnas partes". Pal. 2.: „ubi uix magna parte". Hafn. Berol.: „ubi uidit magnas partes". Berol. praeter id „partes lignorum". — „*Ad rem nauticam*" omnium codd. scriptura est.

UNIVERSITY OF

ad rem nauticam congesta ab Hasdrubale: quod satis in usum fuit sublato ceterum omne incensum est. nec continentis modo proiectas oras sed in Ebusum insulam transmissum. ibi urbe, quae caput insulae est, biduum nequi-

at pro „congesta“ positum est in Harl. Lov. 4. „coniectis“, in Lov. 5. „coniecti“, in Voss. Lov. 1. Gärtn. „colectis“, in Pal. 1. „collectis“, in Hav. „collecta“, in Pal. 3. Hafn. Rec. Berol. „collectas“. — Paulo post Lovell. 4. 5.: „quod satis ad usum fuit“. In Gärtn. excidit *fuit*. Harl.: „rome incensum est“. Lov. 3.: „omne succensum est“.

2. ***nec continentis modo proiectas oras sed in Ebusū insulam transmissum:*** C al.] nec continentis modo proiectas oras praetervecta, sed in Ebusum insulam transmissum. — „*Praeteruecta*“ nec in PCM Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hafn. Hav. Berol. inventum est, nec integrum esse potest, cum nihil attinuerit dicere, classem praetervectam esse eius Hispaniae oras, sed Romanos etiam appellere classe ausos esse ad opportunos ulterioris orae locos. et quamquam in minore edit. „nec *in* continentis modo — oras“ scribi iusseramus, tamen hoc priore loco ea praepositione vix opus fuisse iam videbamur intelligere, quod eadem vox paulo post posita sufficeret et Livius simili particula omissa aliis quoque locis accusativo eius generis usus esset (ex. gr. 22, 19.: stationem — pervenit:), praesertim cum h. l. etiam urbes, in quas transmissum esset, intelligi possent. At levi mendo in PM scriptum est „*per*iectas“: in Hafn. „prorectas“: in Hav. Berol. „perrectas“: in Lov. 2., cuius lacuna, qua media omnia ab 21, 45. inde perierant, h. l. desinit, „periunctas“. — P: „set|inebusum“.

4. *ibi:* Lov. 5.] ubi (rell. codd.). — Non dubitavimus h. l. *ibi* recipere, cum manifestum videretur, bis posita particula „*ubi*“ quamvis mutata significatione difficiliorem frigidioremque quam necesse esset orationem fieri. nec magis huic loco relativa ea coniunctione opus videri potuit quam multis aliis vel multo minoris magnitudinis (ex. gr. 22, 22.: „ibi milite exposito“ cet.). facillime autem supra ab antiquiore quodam librario *ubi* pro *ibi* scribi potuisse praecedente proxime littera *m*, nemo negaverit. cf. ex. gr. 1, 1. ubi cum P, quo maior orationis vis fieret, „*ibi* egressi Troiani“ cet. scripsimus, quamvis in M „*ubi*“ inventum esset. — P:

quam summo labore oppugnata ubi in spem inritam frustra teri tempus animadversum est, ad populationem agri versi direptis aliquot incensisque vicis maiore quam ex continenti praeda parta cum in naves se recepissent, ex Baliaribus insulis legati pacem petentes ad Scipionem venerunt. inde flexa retro classis reditumque in citeriora provinciae, quo omnium populorum, qui Hiberum accolunt, multorum et ul-

„biduumnecquicquamsummol aboremoppugnata". C: „nequiquam". PCM: „ubi in spem inritam frustra teri tempus" cet. Lov. 3. Hafn. Hav. Ox. N.: „frustr*ari* tempus". In Lov. 2. m. 1. et in Voss. Lov. 1. Gärtn. Berol. excidit „teri". Lov. 2. m. 2.: „teri frustra tempus". — In Cant. praetermissum est „uicis" post *incensisque*. — Gärtn. Berol.: „maior*i*". P m. 1.: „praedapara|cum" cet. P m. 2.: „para". hinc C m. 1.: „praeda parua". m. 2.: „praeda par*ta*". Lov. 2.: „praeda parata". PCM Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „cum in naues se recepissent". Voss.: „cum naues se recepissent". — P m. 1.: „ex baliri|bus". m. 2.: „baliaribus". C: „ex balearibus". In Hafn. exciderunt verba „ad scipionem".

7. *qui Hiberum accolunt:* ex I. Fr. Gron. coni.] qui cis Iberum incolunt (ex eiusdem Gron. coni.). — PCM rell.: „qui hiberum *in*colunt". Et quod Hispania cis Hiberum iam tum Romanae dicionis videbatur esse et propter sequentia recepta emendatio potior altera coniectura habenda erat. — PC al.: „multorum et ultimae hispaniae legati concurrerunt": nisi quod P „ultim*e*". Voss. Harl. Lovell. 1. 2.: „et ultimo hispaniae". Lovell. 4. 5.: „ex ultimo hispaniae". Hafn.: „et ultimum hispaniae". Lov. 3.: „et *ulterioris* hispaniae". at simili sensu („auch aus den fernsten Theilen Spaniens") L. saepe huius adiectivi superlativo usus est: ex. gr. 5, 37.: ab Oceano terrarumque ultimis oris. 40, 42.: in ultimis partibus — regni. — Lov. 4.: „cucurrerunt". Rec. Gärtn.: „occurrerunt". Hav.: „concurrunt". — Prima huius loci parte in C invenimus „inde *ue* flexa" cet. Num librarius alteram quandam scripturam „*unde*" illis duabus litteris significare voluerit? — Ad „in *citeriora* prouinci*ae*" cf. 2, 33.: caedeque in proxima urbis facta.

UNIVERSITY OF

timae Hispaniae legati concurrerunt. sed qui vere dicionis imperiique Romani facti sint obsidibus datis, populi amplius fuerunt centum viginti. igitur terrestribus quoque copiis satis fidens Romanus usque ad saltum Castulonensem est progressus: Hasdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concessit.

XXI. Quietum inde fore videbatur reliquom aestatis tempus, fuissetque per Poenum hostem: sed praeterquam quod ipsorum Hispanorum inquieta avidaque in novas res sunt ingenia, Mandonius Indebilisque, qui antea Ilergetum

1. *sed qui uere dicionis imperiique romani facti sint* ex PCM et nos recepimus, quod coniunctivo L. indicare videtur voluisse, eas terras incertissimae possessionis fuisse. Rell. codd.: „facti sunt". — P: „populiamplius fuerent | centumuiginti*milia* | i gitur". M Cant. Voss. Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Berol.: „uiginti millia". Eodem errore et aliis locis ab antiquis librariis *milia* contra omnem sensum additum videmus: ex. gr. 22, 34.: cum quattuor legionibus. 22, 52. 24, 11. — Hav.: „et uiginti". Lov. 3.: „fuerunt amplius". In Lov. 4. excidit „amplius", in Gärtn. „centum".
4. *ad saltum Castulonensem* h. l. in nullo antiquiore cod. scriptum videtur. In P (Voss.) invenimus „usquead*fac*tumca stu | lonensem". C m. 1.: „usque ad actum castulonensem". m. 2.: „ad castra castul." Lov. 2.: „ad castrum castul." At 26, 20. in PC quoque legimus: „maxime supra castulonensem saltum". 27, 20.: „saltu castulonensi". — P: „est progressus". Gärtn.: „est profectus". Paulo post PCM al.: „concessit". Lov. 5.: „recessit". Recan.: „accessit".
7. *reliquom aestatis tempus:* PC] reliquum cet. Cf. 22, 15.: „aestatis reliquom". — P: „ fuissetquaeperpoenumho stem". Harl. Rec. Gärtn. cod. Sigon.: „fuissetque prope per poenum" cet.
10. *Mandonius Indebilisque* ex P scripsimus, quamquam aliis locis in eodem P etiam „indibilis" scriptum invenitur. Polyb. 10, 35.: Ἀνδοβάλης δὲ καὶ Μανδόνιος μέγιστοι μὲν ὄντες δυνάσται τότε τῶν κατ' Ἰβηρίαν, ἀληθινώτατοι δὲ Καρχηδονίων φίλοι δοξαζόμενοι· et 10, 18.: Ἀνδοβάλου τοῦ τῶν Ἰλεργητῶν βασιλέως. — C: „mandonius inde nobilisque qui ante ilergetum regulus fuerat". m. 2. *que* inductum est: unde

regulus fuerat, postquam Romani ab saltu recessere ad maritimam oram, concitis popularibus in agrum pacatum sociorum Romanorum ad populandum venerunt. adversus eos tribunus militum cum expeditis auxiliis a Scipione missi levi certamine ut tumultuariam manum fudere omnis occisis quibusdam captisque magnaque parte armis exuta. hic tamen

factum videtur ut in Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 3. Hafn. Gärtn. Ox. D. scriberetur: „mandonius inde nobilis". Lov. 5. Ox. L. 1.: „ille nobilis". Berol.: „ita nobilis". Lov. 4. Rec. Hav.: „uir nobilis". M m. 1. tamen et Cant. cum C: „inde nobilisque". M m. 2. ex P: „indebilisque". Pal. 2. Ox. N.: „mandoniusindibilisque". — P m. 1.: „quiantealier|g atumregulusfuerat". m. 2.: „quiantealler|gatum" cet. cf. 21, 22. — P: „inagrumpaca tumsocios romanorum adpopul andamuenerunt": quare I. Fr. Gron. scribi voluerat „socios romanorum depopulatum" (cf. 28, 24.:). P m. 2.: „sociorum — populandum". C quoque „socios romanorum" cet.: quod mendum facile nasci potuit, cum syllaba *rom* sequeretur. M: „sociorum romanorum". Rell. codd.: „in agrum pacatum romanorum sociorum ad populandum uenerunt".

4. *tribunus militum cum expeditis auxiliis a Scipione missi* ex verissima I. Fr. Gronovii emendatione scriptum est. cf. 21, 60.: ipse dux cum aliquot principibus capiuntur. — P: „aduersus eos|tribusmilitibuscum|expeditis auxiliis a scipionem missi". C: „aduersus eos tribus militibus cum exp. aux. ad scipione missi". m. 2.: „missis". Hinc Drak. omnes prope codd.: „tribus millibus cum exp. aux. a scipione missis": nisi quod in Berol. „tribus millibus militum — missis", et m. 2. in Ox. N. „tribus militibus" scriptum erat. Haec menda facile oriri potuisse, cum in antiquiore codice sine dubio „*trib. mil.*" scriptum esset, nemo negarit. Tribunos militum ita cum parte militum ab imperatoribus suis adversus hostes missos esse legimus quoque 7, 34. 32, 11. 38, 13. 42, 36. al.

6. *magnaque parte armis exuta:* C m. 1. P] magna pars armis exuta (Drak. codd. excepto Hav. qui „exuta est":). — Ablativi absoluti ita cum priore oratione iungendi sunt, ut vox „*omnes*" quidem significet, quidquid fugatorum hostium fuerit, sed tamen ita ut ab eo numero deduci oporteat, qui iam occisi captique aut armis exuti fuerant. ho-

tumultus cedentem ad Oceanum Hasdrubalem cis Hiberum ad socios tutandos retraxit. castra Punica in agro Lergavonensium, castra Romana ad Novam classem erant, cum fama repens alio avertit bellum. Celtiberi, qui principes regionis suae legatos obsidesque dederant Romanis, nuntio misso a

stes enim primo ita fusi erant, ut quidam occiderentur, plures caperentur. quorum numerus cum maior videretur, quam qui sine negotio in custodia haberi possent, pauci tantum ex captivis abducti, ceteri armis exuti ad suos remissi sunt. quo facto cum reliqua turba rebus suorum male gestis se deterreri a bello non pateretur, et hi levi certamine in fugam versi sunt. — C m. 2.: „magnaque parte armis exut*is*". — Paulo ante P m. 1.: „fuder*e*omnis" littera *m* inter vocales *e* et *o* interposita, altera dein manus ad *is* adiecit *bu*, ut *omnibus* fieret: quo facto m. 1. in C scriptum est „funderent omīb occisis quibusdam capti*sque*": i. e. omnibus. Pall. Harl. Lov. 1. Hafn.: „funderent". C m. 2. Lov. 5.: „funderunt". Voss.: „funderant". Lovell. 3. 4.: „fuderunt". Dein M (?) Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Rec. Gärtn. Oxx. L. 1. N.: „omnibus occisis quibusdam captis". Lov. 3.: „pluribus occisis" cet. Rell. codd.: „multis occisis quibusdam captis".

1. *cis Hiberum:* P. C: „cis hyberum". — P m. 1.: „cedentem*do*ceanum". m. 2.: „ad". Lov. 1.: „ad oceanum cedentem". Pal. 3.: „ad socios curandos".

2. *in agro Lergauonensium:* PC] in agro Ilercaonensium. Cf. Caes. bell. civ. 1, 60.: quo loco alii codd. „Illurgauonenses" alii „*Lurgauonenses* qui flumen Hiberum adtingunt" habent. Plin. 3, 3. 20.: „regio Ilergaonum". — Tum codd.: „*ad nouam classem*": quem locum inter Ilerdam et Tarraconem situm fuisse ex itiner. Antonini (ubi „ad nouas") Crevierus fortasse recte suspicatur. — PCM Pal. 2.: „cum fama repens alio *auertit* bellum". Rell. codd.: „uertit".

5. *legatos obsidesque dederant Romanis:* codd. (nisi quod in Cant. „legatos" excidit:)] legatos miserant obsidesque dederant Romanis (non ex Put. sed ex I. Fr. Gron. coniectura:). — In verbis antiquis notum illud zeugma inesse, ut ad *legatos* suppleri possit „miserant", vix quemquam fefellerit. Phil. Rubenius tamen „lega*rant*" pro „lega*tos*" scribendum coniecerat. — PCM Cant.: „celtiberi qui princi-

Scipione exciti arma capiunt provinciamque Carthaginiensium valido exercitu invadunt, tria oppida vi expugnant; inde cum ipso Hasdrubale duobus proeliis egregie pugnant ac quindecim milia hostium occiderunt, quattuor milia cum multis militaribus signis capiunt.

XXII. Hoc statu rerum in Hispania P. Scipio in provinciam venit, prorogato post consulatum imperio ab senatu missus cum triginta longis navibus et octo milibus militum magnoque commeatu advectō. ea classis ingens agmine one-

pes regionis suae" cet. Rell. et Pall. et Drak. codd.: „celtiberi principes *qui* regionis suae" cet. — Dein P: „asci pione*m* exciti" cet. Cant.: „ex*er*citi arma capiunt". In Pal. 1. praetermissum est „exciti": in Lov. 4.: „misso". Lov. 3. omisso *que:* „pronunciam". — P: „inuadunt *in*triaoppida*ui*expugnant". m. 2. *in* inductum est. Lovell. 4. 5.: „oppida expugnant".

4. *ac quindecim millia hostium occiderunt:* P] quindecim millia cet. — C: „duobus poreliis egrecie pugnant*es* quindecim milia hostium" cet. Idem „pugnant*es*" reliquorum codd. est excepto uno M, in quo inventum esse fertur: „cum ipso hasdrubale egregie pugnant quindecim" cet. Tempora verborum simili modo Livium mutare solere iam multis locis vidimus, nec ea dicendi ratio ab nostro sermone abhorret „kämpfen sie und tödteten". — P: „egrae|ciae". Berol.: „quindecim millia hominum". Lov. 5. Gärtn.: „ceciderunt". Lov. 4.: „cecidere". — P: „quattuormilia". C: „quatuor milia", Hav.: „quatuor milia militum".

8. *cum. XXX. longis nauibus:* PC omnesque prope et Pall. et Drak. codd.] cum viginti longis navibus. — Apud Polybium 3, 97. 2. relatum legimus, cum *viginti* navibus longis P. Scipionem prorogato imperio a senatu missum in Hispaniam venisse: eiusque auctoritatem librarii codicum Lovell. 2. 4. secuti videntur: „cum xx longis nauibus", sed cum fieri potuerit, ut aut diversos uterque auctores sequeretur, aut ut non tam in Livianos quam in Polybianos codd. mendum quoddam irreperet, id quod antiquis Livianis codd. traderetur, praesertim cum eius generis esset, Livio subtrahere religiosum fuit. — PC: „et octo milibus militum". — Lov. 4.: „magnoque commeatu aduectu". Gärtn.: „aduento". Rell. codd.: „aduecto".

9. *ingens agmine oneraria-*

rariarum procul visa cum magna laetitia civium sociorumque portum Tarraconis ex alto tenuit. ibi milite exposito profectus Scipio fratri se coniungit ac deinde communi animo consilioque gerebant bellum. occupatis igitur Carthaginien-

rum scriptum non videtur nisi in paucis recc. codd. In PC Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. (ac sine dubio in M Cant.) inventum est „onerariorum". Berol. m. 1. et Hafn.: „ingens onerariorum". Cf. 30, 10.: in onerariarum usum. Contrario mendo paulo post in antt. codd. „hispaniarum animos" pro „hispanorum" scriptum videtur. — C m. 2.: „honerariorum". P: „proculuiss*s*|cum" cet. Recan.: „ciuium suorum sociorumque". — PC al.: „*portum* tarraconis *ex* alto *tenuit*": i. e. in portum invecta est, pervenit. cf. 36, 20.: tres, quae *ex* Asia *profectae* eundem *portum tenuerunt*, naves — Ephesum redierunt. 21, 49.: novem Liparas — tenuerunt.

3. *fratri se coniungit:* CM Pal. 2. In rell. codd. scriptum est „fratri coniungitur", fortasse quod in P quamquam levi mendo „fratri*s*con|iungit" scriptum fuerat. — Hav.: „exposito p. scipio". M(?): „exposito profectus fratri se coniungit". — Lov. 4.: „atque deinde". Harl. Lov. 5.: „atque inde". Pal. 3.: „communi consilio animoque". — „*Gerebant bellum*" in omnibus codd. repertum videtur. in P tamen primo non „gerebant" (P m. 2.) sed „gere*bat*" positum erat, quod, cum pronomina non raro omissa sint, haud scio an quibusdam ab ipso Livio profectum videatur, praesertim cum apud Polyb. 3, 97. 1. invenerint: οἱ δ' ἐκ τῆς συγκλήτου — Πόπλιον Σκιπίονα — ἐξαπέστελλον μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γνάιον κοινῇ πράξοντα μετ' ἐκείνου τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν· nisi forte ex eodem fonte etiam potius habendum sit „*ut* deinde — gerat bellum". equidem tamen, cum non dubitem quin „*ac* deinde" integrum sit, vel propter sequentia „gerebant" veram scripturam habeam. sed altera etiam causa est, cur pluralis potior videatur. nam si *gerebat* scriptum erit, verendum est ne iusto maior vis in uno P. Scipione posita videatur, neve id quodam modo exprimatur, ab eo iam inde tempore Publium communi animo cum fratre agere coepisse, tamquam si id priore tempore aliter fuisset. — Octo verba ab „ac deinde" ad „bellum" in Berol. praetermissa sunt.

sibus Celtiberico bello haud cunctanter Hiberum transgrediuntur nec ullo viso hoste Saguntum pergunt ire, quod ibi obsides totius Hispaniae traditos ab Hannibale fama erat modico in arce custodiri praesidio. id unum pignus inclinatos

1. *Hiberum transgrediuntur:* P. C: „hiberum transgreditur". — P: „neculloniso|o ste": „*und* da sich ihnen *kein* Feind entgegenstellte". cf. 7, 9.: „cum consules in Hernicos exercitum duxissent, *neque* inventis in agro hostibus Ferentinum — vi cepissent, revertentibus inde eis Tiburtes portas clausere". similique modo saepe. si hoc liberiore dicendi genere *neque* pro „*et non*" ponendum videbatur, id, ad quod negativa particula pertinebat, ab *neque* vix seiungi potuisse, apparet. — Paulo ante in Lov. 4. inventum est „occupatis carthaginiensibus": et in Hav. „celtibero bello": perinde atque 28, 2.: in Celtibero exercitu.
3. *obsides totius Hispaniae traditos ab Hannibale:* PCM Cant. Voss. Harl. duo Pall. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hav. Berol. Ox. N.] obsides totius Hispaniae custodiae traditos ab Hannibale. — Verba h. l. se ita excipere „quod fama erat obsides totius Hispaniae ab Hannibale traditos modico praesidio ibi in arce custodiri", et ad *traditos ab Hannibale* supplendum esse „Hasdrubali eisque ducibus, quos Hispaniae praefecisset", et *custodiae*, quod vix in ullo recenti cod. repertum est, vel propter *custodiri* probari non posse. neminem praeterierit. — C: „hispanie".
4. *inclinatos ad romanam societatem*, quod res ipsa postulat, in nullo antiquo cod. scriptum videtur: idque sine dubio factum est quod in P quamvis frequentissimo mendo positum fuerat „*ab*roma nas|societate*m*". nam cum medium *s* ex eadem sequenti littera profectum esse intelligerent, ultimumque *m*, quod integrum erat, vel propter *ab* ferri non posse videretur, in C et in Drak. prope omnibus codd. „*ab romana societate*" scriptum est: in Pall. 1. 3. „*a* romana societate": in Lov. 2. „inclinaturum romana societate". — Tum in C emendate positum est „*morabatur*", at in P et in Voss. Gärtn. Berol. „morabantur": in Pal. 1. Lov. 1. „memorabantur": in Lov. 3. „memorabant": in Hav. „*re*morabatur". — P: „sanguine *liberum* suorum". sed cum iam prima manu supra *ru* positum sit *ro*, ut „liberorum" fieret, et optt. Liviani codd. Livium cum

UNIVERSITY OF

ad Romanam societatem omnium Hispaniae populorum animos morabatur, ne sanguine liberum suorum culpa defectio-

aliis bonis scriptoribus utraque eius casus forma usum esse persuadeant, maxime dubium esse oportet, utra h. l. pro vera habenda sit. in CM certe et in rell. codd. receptum est „liberorum". C: „sangine". — Paulo ante Lov. 1.: „id ob unum pignus". — Proxime quoque sequenti loco dubium videri potest, num veram scripturam receperimus. nam in P invenimus non *sollerti* sed „sollertia magis quam fideli consilio"; et in C „sollercia magis" cet.: idemque „*solertia* magis quam fideli consilio" Gebhardus in Pall. 1. 3., Drak. in Harl. Lovell. 1. 2. Hafn. Gärtn. Hav. Berol., Hearne in Oxx. repperisse volunt. non omnibus tamen recentibus librariis — nam M et Cant. cum PC consentire vix dubitem — hanc scripturam placuisse, id quod in Lovell. 3. 5. scriptum est, indicat: quorum prior „*solertia* magis quam *consilio* fideli", alter „solertia magis quam fide consilio" (fort. vel *fide* vel *consilio:*) coniecerunt. — Quod sequitur „*exsoluit*" iam ab L. Valla restitutum est. In P (M m. 1.) scriptum erat „exsolli|*citat*e luxeratsaguntí": in quo nihil mutandum erat quam ut littera *c* inducta *u* poneretur pro *li*, et *b* pro *t*. C m. 1.: „exsollicitat. *de*duxerat saguntí". m. 2. syllabam *de* induxit. Cant. Pal. 1. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Ox. L. 1.: „ex societate dux erat saguntí". Recan. Gärtn. Hav. Berol.: „exsoluit dux erat saguntí". Pal. 2.: „exsoluendum duxerat". Duabus coniecturis iunctis Pal. 3.: „exsoluit ex societate dux erat": et Ox. N. „ex societate exsoluit dux erat". Ox. D. ineptissime, si quidem Livianam scripturam profitebatur: „ex societate poenorum ad romanos aspirans liberandam decreuit. dux erat saguntí" cet. Altera m. in M, quam Loveliani 5. librarius secutus est, altero quoque loco verum in tegrumque restituit: „quam fideli consilio exsoluit. abelox erat saguntí" cet. Non „Abelox" autem, quamquam ita in fine huius cap. etiam in P scriptum est, sed „Abel*ux*" et propter id quod in plerisque codd. repertum est et propter Polybianum (3, 98. 2.) Ἀβίλυξ, non sine iure Iac. Gronovius scribendum esse contendit. — Harl. Pal. 3. Brancal. Latinii: „tam*en* qualia". Lov. 2. Hafn. Berol.: „sunt plerumque". PCM Cant. Pall. 1. 2. Harl. Lovell. 3. 4. Brancal. Latinii: „qualia pler*um*que sunt bar-

nis lueretur. eo vinculo Hispaniam vir unus sollerti magis quam fideli consilio exsolvit. Abelux erat Sagunti nobilis Hispanus, fidus ante Poenis, tum, qualia plerumque sunt barbarorum ingenia, cum fortuna mutaverat fidem. ceterum transfugam sine magnae rei proditione venientem ad hostis nihil aliud quam unum vile atque infame corpus esse ratus, id agebat ut quam maxumum emolumentum novis sociis esset. circumspectis igitur omnibus, quae fortuna potestatis

barorum ingenia" cet. Rell. codd.: „qualia pler*a*que sunt" cet.

5. *ad hostis:* PC. — P: „ni hilaliu*t*quamunumuile*ad*q.infa mecorpusesseratus". PC: „max*u*mum emolumentum". Hafn. Berol.: „proximum emolumentum". — „*Ad hostes*" ita in medio loco positum est, ut non magis ad *venientem* („der zu den Feinden komme") quam ad *esse* referretur („beim Feinde für nichts anderes gelte"). Maior deinde orationis vis non modo in „vile atque infame corpus" sed etiam in „unum" posita est („eine einzelne bedeutungs- und ehrlose Creatur"), perinde atque paulo ante, ubi *vir unus* opponebatur *universae Hispaniae*. neque quemquam fugerit, simili sensu id quod paulo post legitur „eam *unam* rem" accipiendum esse, sed ut id, quod in nullo altero ita reperiri possit, etiam per se videatur excellentissimum sui generis esse („in der Meinung, dass nichts Anderes den Römern so sicher die Freundschaft der spanischen Grossen verschaffen werde als dies"). Nominativo etiam „*maximum emolumentum*" dicendi genus multo fortius fit quam si dativus positus esset. voluit enim ambitiosus homo non tam praesenti emolumento novis sociis fuisse videri, quam is haberi, per quem illi futuro quoque tempore nihil non affectare possent.

8. *quae fortuna potestatis eius poterat facere:* PC rell. Cum res ita narrata sit, ut nobis videremur videre hominem circumspicientem, quo potissimum consilio agendum esset, non indicativum sed coniunctivum „quae fortuna potestatis suae posset facere" pro subiectiva recentiorum temporum ratione exspectarimus. Livium autem persaepe vel in media oratione obliqua praecedente pronomine relativo eius generis indicativum posuisse notum est. Deinde iam E. Fabri animadvertit, quo modo h. l. „potestatis eius", eodem genitivos pronominum et demonstrativi

eius poterat facere, obsidibus potissimum tradendis animum adiecit, eam unam rem maxime ratus conciliaturam Romanis principum Hispaniae amicitiam. sed cum iniussu Bostaris praefecti satis sciret nihil obsidium custodes facturos esse, Bostarem ipsum arte adgreditur. castra extra urbem in ipso litore habebat Bostar, ut aditum ex ea parte intercluderet

et relativi cum aliorum nominum genitivis, ex quibus penderent, ab optimo quoque scriptore iungi solere, ut scriptores perspicuitatis rationem non tamquam summam scribendi legem habuisse videantur. cf. ex. gr. 24, 44.: cum obviam filius progrederetur lictoresque verecundia maiestatis *eius* taciti anteirent cet. 4, 16.: plebs — tres tribunos cons. pot. creavit et in iis L. Quinctium Cincinnati filium, ex *cuius* dictaturae invidia tumultus quaerebatur. — C: „principum hispaniae ami*ci*am". m. 2.: „amiciciam". — Qui sequitur locus in nullo antiquiore cod. sine mendis scriptus videtur. P: „sedcū|*u*ni ussubostarisprae|fectissatissc iret" cet.: in quo nihil erratum est nisi quod *u* positum erat pro *i* (cf. 22, 20.: „*ibi* urbe":) et duo *s* pro uno. at iam in C invenimus: „sed cum unus ex bostaris p̄fectis satis sciret nichil" cet.: nec dubitamus quin in ceteris quoque melioribus codd. simili modo erratum sit. Lov. 1.: „hostaris". Recan.: „sine iussu bostaris". cf. 2, 12.: si consulum iniussu et ignaris omnibus iret. 7, 15.: ubi minae iniussu imperatoris proelium inituros. 22, 10.: iniussu populi voveri non posse. 23, 2.: ne quis adire curiam iniussu suo — possit. — In M et in Cant. „satis" suo loco scriptum, in Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. praetermissum est. — C m. 1. PM Voss. Lov. 1.: „obsid*ium*". C m. 2. rell.: „obsidum". — P: „*u*ostarem ipsum*arte* adgreditur". cf. 4, 25.: eorum ambitione *arti*bus*que* fieri ut obsaeptum plebi sit ad honorem iter.

6. *ut aditum ex ea parte intercluderet Romanis*] ut aditum ex portu intercluderet Romanis. — PCM Ox. L. 1.: „ut aditum *ex* parte intercluderet" cet. Cant.: „aditum *ea* parte" cet. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „aditum intercluderet ex portu romanis". Rell. codd.: „ex portu intercluderet". — „*Ex portu*" veram scripturam esse potuisse, cum ea significaret „vom Hafen aus", nemo negaret, si, id quod ab hominibus doctis negatum est, ullo loco vel a

Romanis. ibi eum in secretum abductum velut ignorantem

Polybio vel a Livio urbem Saguntum non sine portu fuisse scriptum esset. at praeterquam quod eius portus nulla mentio fit, inutilem illam coniecturam esse et id indicat, quod ea in nullo antiquiore cod. reperta est. verum ne id quidem quod in optt. codd. inventum est „ex parte“ nobis probandum videbatur. nam quamquam haec verba („theilweise, zum Theil“) latine dici poterant et persaepe scripta sunt, tamen ea huic loco minus apta videntur, ut quae dicerent, Bostarem, etsi videret fieri non posse ut Romani ab omni parte urbis possent arceri, tamen ab ea qua liceret eos prohibere voluisse. quanti enim momenti futura erat ea defensio urbis, quae ex parte hostes arceret, si aliis partibus libere ii obsessam urbem aggredi possent. at cum in antiquis codd. haud paucos locos viderimus, in quibus verba *ex* et *ea* a librariis permutata sint (cf. ex. gr. 9, 46.: „ex auctoritate senatus“:), et in praestantiore cod. Cantabrigiensi non *ex* sed „*ea* parte“ inventum sit, non *ex parte* sed iungendo „*ex ea parte*“ („von dieser Seite aus“) scribendum esse persuasum habemus (cf. T. Livi l. XXX. p. XXIII. 3.). cum enim Bostarem fugere non potuisset, pedestris exercitus Romanorum non admodum magnam ibi vim esse, ingentem autem classem novis navibus longis advectis esse, qua freti Romani modo multis locis inferioris orae appulissent ut vel ad Carthaginis moenia incendium ferrent, metuendum erat ne a mari maior etiam quam terra Romanorum futurus esset impetus. quodsi, cum iam hiems immineret, nec dubitari posset quin Hasdrubal suis quam celerrime auxilio venturus esset, id modo fieret ut ex mari nullus aditus Romanis daretur, omnia tuta Carthaginiensibus fore Bostar sibi persuadere potuit. Polyb. 3, 98. 5.: (Βώστωρ) ἀπιστάλη μὲν ὑπὸ Ἀσδρούβου κωλύσων τοὺς Ῥωμαίους διαβαίνειν τὸν ποταμόν, οὐ θαρρήσας δὲ τοῦτο ποιεῖν ἀνακεχωρηκὼς ἐστρατοπέδευε τῆς Ζακάνθης ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν μέρεσι· κ. τ. λ. — In prima huius loci parte scriptum est in C: „*hic* castra extra“ cet. in P enim nescio quo sensu positum erat *i* inter *adgreditur* et *castra*, quo modo in eodem libro paulo post „cis*i*hiberum“, 22, 18. „in*i*paelignos“ aliisque locis scriptum erat, quod cum codicis C librarium non falleret, nec rationem haberet sequentis no-

UNIVERSITY OF

monet, quo statu sit res: metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos, quia procul Romani abessent: nunc cis Hiberum castra Romana esse arcem tutam perfugiumque novas volentibus res: itaque quos metus non teneat, beneficio et gratia devinciendos esse. miranti Bostari percunctantique, quod nam id subitum tantae rei donum posset esse,

minis „Bostar", et cum litteram *e* sequentem videret, nec raro litteram *h* initio quorundam pronominum a librariis omissam esse sciret, ex Puteani scriptura *i* fecit *hic*. — P: „inipsolitorehabe batostar". m. 2.: „nostar". C: „in ipso littore".

1. *quo statu sit res*, quamvis in nullo mscr. inventum videatur, tamen a Livio profectum puto. in P enim m. 1. vidimus „monetquo*d*statusit res", nec dubitamus quin „quo*d*" eodem modo b. l. scriptum sit, quo multis aliis in eodem P modo *quo* pro *quod* modo *quod* pro *quo* positum reperitur. sed cum illud *quod* h. l. ferri non posse videretur, altera manu „*in*" ad *quod* additum est, quo factum videtur ut in CM Cant. et deinceps in rell. codd. scriberetur „*in quo* statu sit res": et in Gärtn. Berol. „quo *in* statu". Cf. ex. gr. 22, 23.: quod — factum erat. — Harl. levi mendo: „ibi *cum* in secretum abductum" cet. hinc Lovell. 4. 5.: „ibi *tam*".

— *ad eam diem*: P. C: „ad eum diem": quarum scripturarum utraque vera esse potest. — PCM Voss. Lov. 1. Haverc.: „hispan*i*orum animos". cf. paulo ante „onerariarum". — PC rell.: „quia procul romani ab*essent*": tamquam ex ipsorum Hispanorum sententia iudicioque dictum. videtur quidem „*afuissent*" prope idem dicere, sed in eo inesset, iam dudum illum rerum statum mutatum esse, quod verbis „ad eam diem" minus accommodatum esset. — P: „nunccis*h*iberum". cf. paulo ante „castra — habebat Bostar". C: „cis hiberum". — PC al.: „arcem tutam perfugiumque". Cf. 7, 29.: „Samnites — ipsam arcem finitimorum Campanos adorti": similique modo saepe. Hav.: „*pro*fugiumque". — Ad sequentia cf. 21, 50.: et quibusdam volentibus novas res fore. — Paulo post P: „deuin|ciendoesse". Lov. 3. Hav.: „deuincendos esse".

6. *posset esse:* PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Berol.] possit esse. — Hav.: „esse posset". Cum haec verba mirantis Bostaris dubitantisque sint, multo potior coniunctivus imperfecti quam

„obsides“ inquit „in civitates remitte: id et privatim parentibus, quorum maximum nomen in civitatibus est suis, et publice populis gratum erit: volt sibi quisque credi et habita fides ipsam plerumque obligat fidem: ministerium restituendorum domos obsidium mihimet deposco ipse, ut

praesentis videri debet. — Lovell. 4. 5.: „quidnam id subitum“ cet. P: „quodnam *it*subitum“.

1. *id et priuatim parentibus — et publice populis gratum erit*, id quod loci ratio postulabat, in uno recentissimo Ox. N. scriptum est. P: „remitte*de*priuatim“ cet. Persaepe in antiquioribus codd. *e* pro *et* scriptum inveniri notum est: quod cum h. l. factum esset, facile fieri potuit ut *i* ante *d* omittendum videretur. Dein m. 2. in P „*in*“ supra *de* adiecit, quare in CM Voss. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol. Oxx. L. 1. D. „*inde* priuatim parentibus“ cet. receptum est. Lov. 5.: „id enim priuatim“ cet. Rell. codd.: „id priuatim“. P: „et publicaepopulis“. Praeterea Ox. N: „remittere“.

3. *uolt sibi quisque credi* („jeder will dass man ihm Vertrauen schenke“: cuius interpretationis vis C. Heusingerum fugerat:) cum in PC scriptum esset nec *uolt* intelligeretur, factum est ut in Cant. Harl. Hafn. Rec. Pal. 3. scriberetur „uoti sibi quisque credi“. Pal. 1.: „uotis ibi quisque credi“. Lov. 3.: „uoti sibi cuiusque credi“. Lov. 2.: „uoti sibi unusquisque credi“. — In P quattuor verba h. l. bis scripta sunt: „*obligatfi desipsample | rumqueobligatfi dem | ministerium*“ cet.

5. *obsidium:* PM] obsidum (C rell.). Cf. quod paulo ante in PC scriptum vidimus „obsid*i*um custodes“. — Verba postrema huius loci sic iungenda esse „et ut rei suapte natura gratae insuper adiciam gratiam, quantam possim“, neminem praeterierit. non scripsit L. „quantam maximam possim“ ut solebat, quod, si ita scriptum esset, Bostari Abelux Carthaginiensibusque gratiam rei praeripere voluisse videretur: „und um der an sich schon dankenswerthen Sache noch eine Empfehlung mehr, so weit sie in meinen Kräften steht, hinzuzufügen“. Vix ulla re magis quam his verbis Bostari persuaderi potuisse, nihil doli in Abelucis consilio inesse, manifestum videtur. — P: „su*apte* natura*m*“. Pal. 3.: „quantam super possim gratiam adiciam“. Pal. 2.: „quantum insuper possim adiciam“.



opera quoque impensa consilium adiuvem meum et rei suapte natura gratae quantam insuper gratiam possim adiciam". homini non ad cetera Punica ingenia callido ut persuasit, nocte clam progressus ad hostium stationes conventis quibusdam auxiliaribus Hispanis et ab his ad Scipionem perductus, quid adferret, exprimit: et fide accepta dataque ac

3. *homini non ad cetera punica ingenia callido:* „im Vergleich mit der sonstigen Schlauheit der P." Sic 1, 8.: „crescebat interim urbs —, cum in spem magis futurae multitudinis quam *ad id* quod tum hominum erat munirent": „mehr mit Rücksicht auf das was die Zukunft bringen werde als im Verhältniss zu dem was vorhanden war". Videtur ellipsis quaedam in hoc dicendi genere inesse, ut id nomen supplendum sit, quod singulis locis aptum videatur. priori igitur loco „ad calliditatem ceterorum Poenorum": alteri „ad eam multitudinem quae tum erat". sic enim „ad modum, ad similitudinem, ad magnitudinem, ad consuetudinem", al. dici solita esse neminem fugerit. cf. Ferd. Handt Tursell. 1. p. 107. 2. — PC rell.: „*conuentis* quibusdam auxiliaribus hispanis": „nachdem er sich einigen Spaniern, die im Hülfsheere der Römer dienten, entdeckt hatte". cf. 30, 43.: „quibus conventis": i. e. quos cum convenisset. — PC: „et ab *his*". Rell.: „et ab iis". In Gärtn. excidisse dicitur „*et*", in M „*ab his*". Hav.: „productus". Gärtn.: „deductus". — Postremo etiam recepimus ex PC Lovell. Hav. Berol. Ox. D. L. 1. „exp*r*imit": id quod sine dubio in M quoque et in Cant. Voss. Harl. scriptum est. Ab Froben. enim inde edit. a. 1535. h. l. „exp*r*omit" scriptum est, quod diceret, multis verborum ambagibus ad id quod vellet indicandum Abelucem usum esse: „*exprimit*" prompti strenuique viri est, qui paucis et certis verbis ostendit, quid consilii ceperit. — P: „adferre expri|mit*mitte*t fide". m. 2. litterae „mitt" expunctae et „adferre*t*" scriptum est.

6. *et fide accepta dataque:* PCM (nisi quod in P „fid*em*")] fide accepta cet. — „Nachdem man sich gegenseitig das Wort gegeben, der Verabredung gemäss verfahren zu wollen". Utrumque enim verbum, et *accipere* et *dare*, aeque ad P. Scipionem atque ad Abelucem, inter quos convenerat, referendum videtur: quamquam non repugnem, si quis eadem duo

loco et tempore constituto ad obsides tradendos Saguntum redit. diem insequentem absumpsit cum Bostare mandatis ad rem agendam accipiendis: dimissus cum se nocte iturum, ut custodias hostium falleret, constituisset, ad compositam cum iis horam excitatis custodibus puerorum profectus veluti ignarus in praeparatas sua fraude insidias ducit. in castra Romana perducti: cetera omnia de reddendis obsidibus sic ut cum Bostare constitutum erat acta per eundem ordine

verba ad unum Scipionem pertinere censeat, quod, cum prior Abelux dixerit, eius fides accipi non potuerit nisi ab Romano, nec in vicem fides dari Abeluci potuerit nisi ab eodem Scipione. simili modo 23, 2. sub fin. scriptum est: „in hoc fidem quam vultis ipsi accipite. fide data egressus“ cet. — P m. 1.: „temporeconstitute adobsidestrahendosa | guntum redit“. dein eadem m.: „constitutoadobsidestradendossaguntum“. Harl. Lov. 3.: „saguntum rediit“.

2. *diem insequentem absumpsit:* P: quamquam primo „absupsit“ fuerat. C: „diem insequendo absumpsit“. Lovell. 1. 4. Gärtn. Berol.: „diem insequentem assumsit“. Recan.: „insequentem diem absumsit“. P: „cum uosstare“. Pal. 2. Lov. 3. Ox. N.: „ad rem gerendam“. — PC: „se nocte iterum ut custodias hostium fallere“. Lov. 4.: „custodes hostium“. — P m. 1.: „adconpositam cum iis morā | excitati custodibus“ cet. M. 2. inductum *m* est et *s* ad „excitati“ additum. — In P primo recte scriptum erat „inpraeparatas *suafraude*insidiasducit“: sed cum postea eadem m. 1. et ad *sua* et ad *fraude* littera *s* adiecta esset, factum est ut in C scriberetur „in praeparatas suas fraudes insidias ducit“. in M m. 1. Voss. Lov. 1.: „in praeparatas suas fraude insidias“. Lov. 4.: „in praeparata sua fraude insidias“. Gärtn. Ox. D. N.: „ducitur“. — Deinde Berol.: „in romana castra perducti“. Lov. 2.: „in castra romana producti“. Gärtn.: „in castra perducti“.

8. *acta per eundem ordine quo si* cet.: P] acta per eundem ordinem quo si cet. (C et ut videtur ceteri omnes codd.). — In minorem editionem scripturam codicis C receperam, quamvis me non fefellisset in P „*ordine*“ scriptum esse, cum apud optimos quosque scriptores „per ordinem“ legi scirem et in antiquis codd. persaepe litteram *m* in nominum fine invito sensu modo praetermis-

UNIVERSITY OF

quo si Carthaginiensium nomine sic ageretur. maior aliquanto

sam modo positam vidissem, diligentiore tamen cura cum hunc locum perlustrarem, me ab integra scriptura aberrasse intellexi. nam etsi „*per ordinem*“ haud raro scriptam est (cf. Quinctil. 4, 2. 72. 11, 2. 20. 23.), tamen id nihil aliud significare potuit quam nostrum „nach einer gewissen Reihenfolge“: ut h. l. *per ordinem* diceret, eodem ordine obsides a Romanis suis quosque redditos esse, quo reddendos eos inter Abelucem et Bostarem convenerat. exprimerent igitur haec verba aut id, quo propius abiissent populi, quorum obsides Saguntī fuerant, eo prius obsides redditos esse vel contra, aut, cum illi rederentur, singulis populis quaedam dicta scriptave esse, quae ostenderent, haud parvam gratiam Romanos hoc facto apud Hispanos se sibi conciliaturos esse sperasse, perinde atque Bostar persuasum habuisset, se Carthaginiensibus eadem re quantam maximam gratiam Hispanorum conciliaturum. quod iam ad priorem interpretationem attinet, intelligi non potest, cur Romani in re levissima tantam vim poni voluerint, cum nihil admodum attinuerit quo ordine obsides rederentur, dummodo suo nomine redderentur. quod ad alteram, nemo quidem negaverit, omnia Scipionem fieri voluisse ut Hispani viderent, quanti ipsorum amicitiam haberet, cum tot liberos ingenuos, qui, si in vincula traditi essent, suos, ut liberarentur, facile ad quodvis negotium vel molestissimum obeundum impellere potuissent, summa cum liberalitate suis restitutos vellet: at maxime dubium est, num latine id verbis „*per* eundem *ordinem*“ exprimi potuerit. omnia vero optime se habent, si non „per eundem ordinem“ sed „*ordine quo*“ ad hunc sensum exprimendum scripserimus. nam quod non „quo ordine“ sed „ordine quo“ positum est, id est factum propter sequens *si ageretur*, a quo relativum minus recte abesset: (cf. 22, 7. sub fin.: copiis quibus:). *Per eundem* igitur non cum „ordine“ iungendum est, sed *Abelucem* significat, cuius inprimis interesset, ne munus restituendorum obsidum ulli alii traderetur, cum ipse ex hac re maximam gratiam se percepturum haud diffideret. ad hoc accedit, quod Romani ne invenire quidem quemquam potuissent, per quem tantam rem fideliore consilio et perfectum iri et perfici posse sperarent, cum detectis insidiis fraude Abelucis prae-

Romanorum gratia fuit in re pari quam quanta futura Car-

paratis nihil minus verendum esset, quam ne is obsides ad Carthaginienses reducturus esset, ipsique proditori nihil magis optandum, quam ut ob Carthaginiensium metum suos sibi populares hoc beneficio quam maxime devinciret. quin etiam haud paucis verba „sic ut cum Bostare constitutum erat" indicare videbuntur, „*per eundem*" referri non posse nisi ad Abelucem. denique Polybius quoque persuaserit, hanc rationem scriptura antiquissima probatam unice veram esse, qui relatis quae apud Livium legimus, 3, 99. 6. ita scripserit: οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱάκιμον ἐτίμησάν τε διαφερόντως τὸν Ἀβίλυγα, καὶ πρὸς τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὁμήρων εἰς τὰς πατρίδας ἐχρήσαντο τούτῳ, συμπέμψαντες τοὺς ἐπιτηδείους· κ. τ. λ. — P: „opsidibus". P m. 1.: „actapereundem | ordine*acta* quosi" cet.: alterum tamen *acta* iam m. 1. inductum est. — M m. 1. PC: „quo si". Rell. codd.: „quasi". — P rell.: „*sic* ageretur". C: „sic agereretur". Unus Pal. 2.: „quasi carthaginiensium nomine *res* ageretur": quam scripturam Crevierus potiorem habuit, sine dubio quod id, quod in *sic* inesset, iam verbis *ordine quo* expressum esset. at *sic* etsi idem prope quod *ordine quo* significat, tamen non supervacaneum est, cum elegantius id, quod in „*res*" inest, exprimere videatur.

1. *quam quanta futura Carthaginiensium fuerat*: P. — C: „quam quanto" cet. In Harl. praetermisso participio „futura" scriptum est „quam quanta *fuerit* carthaginiensium": saepe autem tum Livium tum alios bonos scriptores cum eius generis futuro indicativum iunxisse, ut id quod diceretur, quamvis hypothetico sensu accipiendum esset, pro certissimo haberetur, notissimum est. cf. ex. gr. 2, 1.: „quid enim *futurum fuit*, si illa pastorum convenarumque plebs — agitari coepta esset tribuniciis procellis" cet. Berol. m. 1.: „quam quanta carthaginiensium fuerat". Hafn.: „quam empta futura" cet. — Paulo ante P: „inre|pa*rari*quam" cet. C: „in re pari". Quamquam haec verba verbis „quam quanta" postponenda erant, tamen a Livio in medio loco posita videntur, ut, cum etiam ad priorem huius loci partem spectarent, hac structura duae sententiae partes artius coniungerentur: „die Liebe, die sich die Römer durch diese Handlung erwarben, war bei weitem grösser als sie den Carthagern würde zu

UNIVERSITY OF

thaginiensium fuerat: illos enim gravis superbos in rebus secundis expertos fortuna et timor mitigasse videri poterat: Romanus primo adventu incognitus ante ab re clementi liberalique initium fecerat. et Abelux vir prudens haud frustra videbatur socios mutasse: itaque ingenti consensu defectionem omnes spectare, armaque extemplo mota forent, ni hiemps, quae Romanos quoque et Carthaginienses concedere in tecta coegit, intervenisset.

Theil geworden sein, wenn sie auf dieselbe Weise verfahren wären".

1. *gravis superbos:* C m. 2.] graves superbosque (plerique codd.). Fortiorem orationem copula omissa fieri, neminem fugerit: „jene stolzen, im Glücke übermüthigen Carth." — P: „grauissuperuosinrebus" cet. C m. 1.: „grauissuberuos". M: „graues superbos". — In Lov. 2. excidit „enim". P et m. 1. M Lov. 1.: „expertus". C: „experti". Lov. 3.: „expertis". — Paulo post PCM Berol. Pal. 2.: „et habelox". Pall. 1. 3. et Drak. codd.: „et abelox". Harl. Lov. 3. Rec. Gärtn.: „et a bello". Cf. supra „Abelux erat" cet. — Quod sequitur „*haud frustra*" duplici sensu accipi potest: aut ita, ut ad Romanos haec verba spectent, quippe qui viderint, quid proditionem Abelucis secutum esset: aut ut ea ex Hispanorum sententia scripta sint significentque „non sine gravioribus causis Abelucem videri socios mutasse": quam alteram interpretationem verba „vir prudens" veriorem faciunt. — Lovell. 4. 5.: „itaque ingenti assensu". Ox. D.: „ita ingenti consensu". Pal. 3. Lov. 3. Recan. Gärtn.: „*ad* defectionem omnes spectare". In rell. codd. haec praepositio praetermissa est ut multis aliis locis „spectare aliquid" et apud Livium scriptum videmus. Lov. 1: „socios omnes spectare". In Ox. L. 1. excidit „omnes", in Hav. „omnes spectare". — Lovell. 4. 5.: „ni*si* hiems". P: „ nihiempsque|romanos*qu oque*et|carthaginienses*quo*|*q.* concedere" cet.: ut dubium fiat, quo potissimum loco L. particulam *quoque* poni voluerit. si non „quoque" sed „etiam" positum esset, nihil dubitarem, quin „Romanos etiam" scribendum esset: sed cum *quoque* aeque ad utrosque, et Carthaginienses et Romanos, pertineret et utraque verborum structura vera esse posset, vulgatam scripturam retinendam duxi. C undecim verbis praetermissis: „nihiempsque|romanos quoq; secunda aestate" cet.

XXIII. Haec in Hispania quoque secunda aestate Punici belli gesta, cum in Italia paulum intervalli cladibus Romanis sollers cunctatio Fabii fecisset: quae ut Hannibalem non mediocri sollicitum cura habebat, tandem eum militiae magistrum delegisse Romanos cernentem, qui bellum ratione non fortuna gereret, ita contempta erat inter civis armatos pariter togatosque, utique postquam absente eo temeritate magistri equitum laeto verius dixerim quam prospero eventu pugnatum fuerat. accesserant duae res ad augendam invidiam dictatoris: una fraude ac dolo Hannibalis, quod, cum

1. *haec in hispania quoque secunda aestate* cet.: PC rell. *Quoque* ad „secunda aestate“ pertinere neminem praeterierit. — PC: „cumita lia“. C m. 2.: „cum *in* italia“. PCM Lovell. 3. 4.: „paulum interualli“. Rell. codd.: „paululum interualli“. PC: „sollers cunctatio fabii“ cet. — P: „quaeunthannibale nonmediocrissollicitumcuraha bebat“. In Lovell. 2. 5. excidit *ut*. Lov. 1.: „non mediocri cura sollicitum“. Lov. 2.: „eum magistrum militiae“. C: „non fortuna gerere ita“ cet. Lov. 2.: „ita contemtus erat“. Lov. 4.: „tam contemta erat“. Lov. 5.: „tamen contemta erat *eius cunctatio*“ cet. PC: „inter ciuis armatos“ cet. Oxx. N. Gärtn.: „inter ciues romanos armatos“ cet. Gärtn. etiam „armatosque“. Lov. 1.: „armatos pariter *cog*natosque“. — Dein P littera *p* male interposita, quod „prius“ scribendum videbatur: „laetoue priusdixerim“ cet. Hinc CM: „laetoue prius dixerim“: nisi quod C: „letoue“. Harl. Pal. 2. Lov. 2. Hav.: „laeto ut prius dixerim“. Hafn.: „laeto ut prius dixeram“. Lov. 3.: „laeto prius dixerim“. Pal. 1. Voss. Lov. 1.: „laeti ut prius dixerim“. Gärtn.: „leuo ut prius dixerim“. Rec.: „laeuo ut prius dixi“. Pal. 3.: „leuo ut dixerim“. Lov. 5.: „leno ut prius dixerim“. Lov. 4.: „et ut propius dixerim“.

10. *una fraude ac dolo Hannibalis*: C. P: „una*m*fraude“ cet. — PC: „a *per*fugis“. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Branc. Latinii: „a *pro*fugis“. Lov. 1.: „a profundis“. — PCM Cant. Pall. duo Lov. 2. Gärtn.: „et uim omn*ium* hostium“. Berol.: „et uim omnium abstineri hostium“. Crevierus malebat: „et vim omnem hostil*em*“. P m. 1.: „abstin*ue* ricius|situt“ cet. m. 2. litterae *u* et *e* inductae sunt.

UNIVERSITY OF MICH

a perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circa solo aequatis ab uno eo ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri iussit, ut occulti alicuius pacti ea merces videri posset: altera ipsius facto, primo forsitan dubio, quia non expectata in eo senatus auctoritas est, ad extremum haud ambigue in maximam laudem verso, in permutandis captivis quod, sic ut primo Punico bello factum erat, convenerat inter duces Romanum Poenumque ut, quae pars plus reciperet quam daret, argenti pondo bina et selibras in

Pal. 2.: „et uim omnem hostium obsideri iussit".

4. *altera ipsius facto:* P. C: „altera ipsius facit. primo" cet. Voss. Lov. 1. Hav. Berol.: „altera ipso facto". PC: „expectata in eo senatus auctoritas est". In Cant. excidit „est": in Gärtn. „in maximam". P m. 1.: „haud | *d*ambiguae". P: „inpe-mu tandis captiuis*quosii* primo pu nico" cet. cf. 22, 22.: monet *quo* statu sit res. Lov. 1.: „quo sint primo" cet. C m. 1. Lov. 2.: „quo sic primo". M m. 1. Cant.: „quo sit primo". C m. 2. Lov. 4. Gärtn.: „quod sic primo". Harl.: „quod sit primo". M m. 2. Hav.: „quod primo". P: „factuerat". — PC: „conuenerant". cf. ex. gr. 27, 15.: „ubi *et ratio* agendae rei *et tempus conuenit*, miles — ex urbe emissus ea quae acta erant quaeque ut agerentur *conuenerat* (PC), ad consulem refert". Bamberg.: „conuenerant". — P: „inter ducesromano*sum* | poenumq.": i. e. vel „romanos" vel „romanum". Hinc C et plerique Drak. codd.: „inter duces romano*s* poenumque": nisi quod Berol. m. 1. „ro. poenumque": et Voss. „romanum nos". sed cum inter omnes, qui de hac re rettulerunt, constet, ita non conuenisse nisi inter unum Q. Fabium Hannibalemque, vera esse non potest scriptura „romanos": id quod codicum Lov. 5. Gärtn. librarios non fugit, ut qui „inter duces romanum poenumque" scripserint. — PCM Cant. Hafn.: „quae pars *prius* reciperet". Rell. codd.: „plus reciperet". P: „quam dare*m* argenti pon*so* | binaetseli brasinmilite*p*raestaret". C m. 1.: „selibras". C m. 2. Voss. Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „se*x* libras". Cf. 5, 47.: cui universi selibras farris — contulerunt. CM Harl. Lov. 2. Gärtn. Hav. Berol.: „in milite". Rell. codd.: „in milites": excepto Lov. 1., in quo haec duo verba praetermissa sunt.

militem praestaret. ducentos quadraginta septem cum plures Romanus quam Poenus recepisset, argentumque pro eis debitum saepe iactata in senatu re, quoniam non consuluisset patres, tardius rogaretur, inviolatum ab hoste agrum

1. *ccxlvii cum plures Romanus quam Poenus recepisset:* P. — C: „ccxlviii cum plures“ cet. Lov. 1.: „plures romanos quam poenus recepisset“: quamquam librarius particulam *quam* inductam voluit. Hav.: „cc& quadraginta septem“. Minus diligenter Plut. in Fab. Max. c. 7.: εὑρέθησαν ὑπόλοιποι Ῥωμαίων παρ' Ἀννίβᾳ τεσσαράκοντα καὶ διακόσιοι. — P: „saepeiactatainsenatuire“. cf. 22, 22.: arte adgreditur. Lov. 3. Berol.: „iactatum“. Lov. 5.: „iactata frustra in senatu re“.

4. *tardius rogaretur:* PCM al.] tardius erogaretur (Harl. Hafn. Berol. Branc. Latinii Pal. 2.). — Si argentum pro captivis debitum erogatum est, Hannibali quod Fabius debebat, datum esse oportet, quamvis id iusto tardius fieret. at senatum illam pecuniam debitam Fabio negasse Plutarchus (Fab. Max. c. 7.) dicit: ἡ σύγκλητος ἔγνω τὰ λύτρα μὴ πέμπειν, καὶ προσητιᾶτο τὸν Φάβιον, ὡς οὐ πρεπόντως οὐδὲ λυσιτελῶς ἄνδρας ὑπὸ δειλίας πολεμίων ἄγραν γενομένους ἀνακομιζόμενον κ. τ. λ. Quod cum ita sit, „*rogaretur*“ rectissime se habet, nec propter aliam causam ab Harleiani etiam cod. librario *erogaretur* scriptum esse potest, quam quod eum non fugerat, haud paucis Livianis locis legi „pecuniam *e*rogare“ „auszahlen“. Non igitur cum C. Heusingero hunc locum interpretari possumus „und das dafür schuldige Geld, so oft die Sache im Senate zur Sprache kam —, erst nach Zögerungen verwilligt wurde“: sed „und man, wiewohl die Sache im Senate oft zur Sprache kam, mit dem Antrage zögerte, ob die geforderte Summe aus der Staatskasse gezahlt werden solle, weil der Dictator ja gar nicht darum angefragt habe“. Ut enim homines rogabantur (cf. 30, 43.: de pace uti rogatae erant, omnes tribus iusserunt:), sic etiam res ipsae rogari poterant („in Antrag bringen“). cf. Cic. pro Flacco 13, 30.: „nonne eo ipso tempore, cum L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragies rogabamus“. — Deinde recte scribi iussit I. Fr. Gron. „misso Romam *Quinto* filio“, cum in P inventum sit „missoromam*qui* filioue|didit“. persaepe enim vel *que* vel ut *h. l. qui* pro

UNIVERSITY OF

misso Romam Quinto filio vendidit fidemque publicam inpendio privato exsolvit. Hannibal pro Gereoni moenibus,

praenomine *Quinti* in antt. codd. scriptum legi notum videtur. at cum illud *qui* librariorum errori deberi videretur, iam in CM et deinceps in rell. codd. nihil scriptum est nisi „misso romam filio". Plut. l. l.: ἔπεμψε τὸν υἱὸν εἰς Ῥώμην. — PC: „fidemque publicam inpendio privato exsoluit": nisi quod in C primo „exoluit" erat: „und bezahlte die Summe, die der Staat entrichten musste, aus seinem Privatvermögen". Fides a Fabio hostibus data *publica* videri potuit, quod a dictatore romano nihil prorsus eius generis nisi publice agi posset. non enim senatus auctoritate cum Hannibale de hac re a Fabio actum esse id quod a Livio et a Plutarcho scriptum est indicat.

2. *pro Gereoni moenibus*] pro Geronii moenibus. Cf. 22, 18. PM Harl. Pal. 3.: „pro gerioni montibus". C: „pro gerionis montibus". Voss. Pall. 1. 2.: „pro geniori montibus". In Lov. 4. quoque et in Recan. Hav. scriptum est „montibus" pro *moenibus*. — Quod sequitur „pauca reliquerat tecta, in stativis erat" verissime ab I. Fr. Gronovio restitutum esse etiam Polyb. 3, 100. 4. docet: τοὺς μὲν οἰκήτορας κατέφθειρεν, τὰς δὲ κλείστας οἰκίας ἀκεραίους διεφύλαξε καὶ τὰ τείχα, βουλόμενος σιτοβολίοις χρήσασθαι πρὸς τὴν παραχείμασίαν· τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβαλὼν ὠχυρώσατο τάφρῳ καὶ χάρακι τὴν στρατοπεδείαν. P m. 1.: „cuiusurbis captaeadq.incaens eabseinusum horreorumcaucal e|*giquaeratr*otectain|*stituise serant*". m. 2.: „paucale|giq ua'eratlectain | stitui'seserat". Hinc CM Harl. Pal. 1. Ox. L. 1.: „pauca legi qua erat tecta". Voss.: „pauca legi quae erat tecta". Lov. 1.: „pauca legi quam erat tecta". Lov. 2.: „pauca legi quae reliquerat tecta". Rell. codd.: „pauca reliquerat tecta". — C Harl. Lov. 1. Gärtn. Oxx.: „institui senserant". Cant. Pall. 1. 3. Lov. 4. Ox. L. 1.: „institui senserat". Lovell. 2. 3. Pal. 2.: „institui censuerat". Lov. 5.: „aciem instrui iusserat". Hafn. Hav. Berol.: „statiua habebat". Margo Ox. N.: „statiua tenet". — Deinde P: „duae | exercitus partes mitte bat". C: „duę exercitus" cet. C m. 2.: „duas". — Lovell. 4. 5.: „simul castris et praesidio circumspectans". P: „nec undeimpetus frumentato res" cet. omisso *in*.

cuius urbis captae atque incensae ab se in usum horreorum pauca reliquerat tecta, in stativis erat. inde frumentatum duas exercitus partes mittebat, cum tertia ipse expedita in statione erat simul castris praesidio et circumspectans, nec unde impetus in frumentatores fieret.

XXIV. Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat: praerat Minucius magister equitum profecto, sic ut ante dictum est, ad urbem dictatore. ceterum castra, quae in monte alto ac tuto loco posita fuerant, iam in planum deferuntur, agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora, ut im-

6. *in agro Larinati.* Cf. 22, 18.: „in Larinate agro". — PCM: „inagrola*abiri*nati". Inde Exc. Pith. Ox. N.: „in agro labinati". Lov. 2.: „latinati". Lov. 3.: „lucerino". — Paulo post C: „profecto sic ut ante dictum est ad urbem dictatore". P tamen m. 1.: „*profecto*sicutantedictum | *profec toe*staburbedictatore", m. 2.: „*ad* urbe". Hinc factum videtur ut „est" in Voss. Harl. Lovell. Berol. praetermitteretur.

10. *consilia calidiora* non videtur scriptum nisi in recentissimis codd. In PC certe invenimus „consilia c*alli*diora", quasi non a Minucio sed ab Hannibale ea consilia profecta essent, quae interpretatio propter sequentia verba „nec Hannibalem fefellit" cet. probari non potest. *Calida consilia* sunt temeraria violentaque et inconsulta, quae iam ita a Minucio agitabantur, ut statuisse videretur aut in frumentatores palantes aut in castra Hannibalis impetum facere. Non minus recte videtur scriptum 35, 32.: „consilia calida et audacia": et apud Cic. de off. 1, 24. 2.: „reperias multos, quibus periculosa et calida consilia quietis et cogitatis et splendidiora et maiora videantur": quamvis utroque loco et in plerisque et in optt. codd. „callida" inventum sit. Aptissime quoque praesens *deferuntur* et imperf. *agitabantur* iungi poterant, cum prius semel, alterum saepius factum esset. Multos tamen librarios cum huius interpretationis ratio fugeret, factum est ut in Harl. Lov. 3. Berol. et in Oxx. D. N. omissa particula *que* scriberetur „agitabantur". — Non „palantes" sed „*palatos*" h.l. non modo in PCM sed etiam in omnibus et Pall. et Drak. codd. scriptum est. — PCM Cant. Voss. Pal. 2.: „relicta cum leui praesidio". Rell. codd.: „relicta cum leui manu praesidioque".

UNIVERSITY OF

petus aut in frumentatores palatos aut in castra relicta cum levi praesidio fieret. nec Hannibalem fefellit cum duce mutatam esse belli rationem et ferocius quam consultius rem hostes gesturos. ipse autem — quod minime quis crederet —

2. *nec Hannibalem fefellit* cet.: „und Hannibal entging es keineswegs, dass sich mit dem Anführer auch die Art den Krieg zu führen geändert habe“: non „*auch* Hannibal entging es nicht.“ maior enim orationis vis h. l. in *nec* posita est, ut sequenti loco „ipse *autem*“ idem fere esset quod apud nos „nichtsdestoweniger“. Nec scripsit L. „fefellerat“, quod pro nostro dicendi genere exspectaremus, „und H. hatte sich nicht geirrt dass“ u. s. w., cum eadem ratio, quae cum Fabio cautissime agendum esse docuerat, iam rebus mutatis audacius agi posse persuaderet (cf. 5, 51. sub fin.). Nec poterat h. l. nominativus „mutata belli ratio“ poni, aic ut Graecorum more persaepe a Livio scriptum videmus (cf. locos laudd. ad 8, 20.: ne alio itinere *hostis* falleret ad urbem *incedens*. 3, 8.: praedonum agmen fefellit — *ductum:*), cum non tantum exponendum esset quod iam aut factum fuisset aut fieret et quod fallere potuisset, sed etiam quod futurum esse videretur. sed cum ita futurum „gesturos“ ad idem „fefellit“ relatum sit, non defore puto qui h. l. zeugma quoddam sibi videantur videre, et qui ad alteram sententiae partem supplendum esse censeant „et sperabat, expectabat“. nec tamen ita L. scribere voluit, quo certius id, quod iam futurum esset, Hannibal sibi persuasisse videretur.

4. *quod minime quis crederet:* codd. Haec verba Crevierus inducta voluit, quod nemini mirum videri potuisset, cum hostem, qui iam paulo ante duas exercitus partes frumentatum misisset, h. l. duabus partibus retentis tertiam dimisisse. sed optimum virum fugere non debebat, illarum rerum rationes diversissimas fuisse. priore enim tempore Romanus exercitus remotior ab hostium castris fuerat, deinde iam castra cum castris collata erant ut primo quoque tempore et opportunitate data pugna iniri posset. ne quis igitur in talem errorem incidere posset, verbis „cum hostis propius esset“ provisum erat. — P: „propri|usesset“. P: „duabusincastris*pet*ē|tisdi misit“. — PCM Voss. Harl.: „dein castra“. Rell. codd.: „deinde“. P: „proprius hostem“. — P m. 1.: „duofer meagereonimillia“. P m. 2. C:

cum hostis propius esset, tertiam partem militum frumentatum duabus in castris retentis dimisit, dein castra ipsa propius hostem movit duo ferme a Gereonio milia in tumulum hosti conspectum, ut intentum sciret esse ad frumentatores, si qua vis fieret, tutandos. propior inde ei atque

„a geruone". Cf. 22, 18.: Gereonium. — PCM Cant. Pal. 1. Lovell. 2. 4. Gärtn. Berol.: „in tumulum hostium conspectum". Dein M m. 2. Voss. Lovell. 1. 3. 5.: „in tumulum hostium *in* conspectu". Pal. 2.: „in tumulum in conspectu hostium". Verior etiam emendatio videri posset „in tumulum *in* hostium conspectu", aut „in tumulum hostib*us* conspectum", cum saepe in P *b.* pro *bus* scriberetur, neque quidquam saepius fieret quam ut *b* et *u* permutarentur. — Pal. 3.: „in tumultum hostium conspectum". — Postea P: „utintentumsciretesset|ad" cet. Illa agendi ratione Hannibalem usum esse, non ut Minucius ad pugnandi studium incitaretur, sed ne quis impetus in frumentatores a Romanis fieret, facile perspicitur. ipsa enim rerum necessitate Hannibalem coactum fuisse milites frumentatum dimittere Polyb. 3, 101. sub fin. dicit.

5. *propior inde ei atque ipsis inminens Romanorum castris tumulus apparuit:* PC: nisi quod in P „adque" scriptum est. *Propior tumulus* non potest significare id quod C. Heusingerus voluit, „von hier aus zeigte sich ihm ein noch näherer Hügel", cum intelligi non possit, quae potissimum viarum longitudines pro rerum descriptarum ratione inter se comparandae fuerint, sed „nicht weit von dort zeigte sich ihm ein Hügel, der ganz nahe an das röm. Lager grenzte". — P: „adquemc*u*piendum". Quod sequitur „*quia haud dubie hostis breviore via praeventurus erat*" scriptum non videtur nisi in recentibus codd. In PC invenimus „*haud quia dubie* hostibus breviore uia praeuenturus erat", in P etiam „dubiae": idemque „haud quia dubie" in Lov. 4. inesse dicitur. quae verborum metathesis cum ferri non posset, in M et in Lov. 5. scriptum est „haud dubie quia": sed hanc structuram minus probandam esse altera, quam recepimus, quod „haud dubie" ad proxime praecedentia tamquam eorum causa non pertineat, facile perspicitur: „quia, si luce palam fieret, haud dubie hostis praeventurus erat". Praeterea Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn.: „aut

UNIVERSITY OF

ipsis inminens Romanorum castris tumulus apparuit, ad quem capiendum si luce palam iretur, quia haud dubie hostis breviore via praeventurus erat, nocte clam missi Numidae ceperunt. quos tenentis locum contempta paucitate Romani postero die cum iecissent, ipsi eo transferunt castra. tum

quia dubie". Cant. utraque structura iuncta: „aut quia haud dubie". Hav.: „quia dubie". In M quoque et in Harl. Lovell. 2. 4. 5. Rec. Gärtn. Hav. Berol. repertum est „hostibus": et in M m. 2. in Cant. Voss. Lov. 1. Oxx. D. N. „hostis". Ne „*praeventurus erat*" quidem ab recentium codd. librariis recte intellectum est („weil ohne Zweifel der Feind auf seinem kürzeren Wege den Vorsprung gewinnen müsste"), cum in Harl. Lovell. 2. 4. 5. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Pal. 2. „praeuentus erat" scriberetur. — Extrema huius loci verba I. Fr. Gron. ita mutata voluit ut „ceperunt" induceretur, aut quod „tenentes locum" sufficeret aut quod „capiendum" modo dictum esset. neminem tamen fugerit, non modo rectissime omnia se habere, sed etiam non sine causa hoc breviore dicendi genere L. usum esse, cum orationem languidissimam fieri oportuisset, si scriptum esset: „nocte clam missi Numidae qui tumulum caperent, et qui missi erant eum ceperunt". — P: „numidaecoeperunt". C etiam: „nocte clam missi numidae hostibus coeperunt".

4. *quos tenentis locum — cum iecissent:* P (M Voss. Harl.)] quos tenentes locum — cum deiecissent (ex coni. I. Fr. Gron.). — *Iecissent* plus dicit quam *deiecissent*, cum in eo non modo id quod Gronovius voluit insit, sed etiam quod verborum fundendi fugandique notione exprimatur. simili sensu apud nos dici „einen Feind werfen" notum est. — P m. 1.: „poterodie". P m. 2. C: „postero die". C: „cum iecisset". Lovell. 4. 5.: „postero die cum reiecissent". Cant. Lov. 1.: „postero die coniecissent". Voss.: „postero cum iecissent". Gärtn.: „postero cum eiecissent". Lov. 2.: „postero cum uidissent".

5. *tum itaque exiguum* cet.: C m. 2.] tum itaque, ut exiguum cet. — P et C m. 1.: „tum *ut* itaque exiguum" cet.: quod metathesi illa verborum pro „tum itaque ut" scriptum videri potuit. sed rectius videtur alter codicis Ĉ librarius intellexisse particulam *ut* inducendam esse, quippe quae h. l. ex sequenti *it* ut sexcentis similibus lo-

itaque exiguum spatii vallum a vallo aberat et id ipsum tota prope compleverat Romana acies: simul et per aversa

cis profecta esset (cf. ex. gr. 22, 25.: concessum *sit:*). nec aliud quidquam erat, cur illud *ut* probandum videretur, quam quod praecedentibus verbis „aberat" et „compleverat" postpositum esset *fecit*. sed et persaepe Livium ita verborum tempora mutare constat, nec hoc tertio loco imperfectum *faciebat* scribi potuisse, quod illo equitatus impetus non saepius sed semel factus videretur, satis perspicuum est. — PC: „exiguum pati uallum a uallo aberat". Berol.: „exiguum spatium a uallo aberat". Lov. 3.: „exiguum uallum uallo aberat". Lov. 5.: „exiguum interuallum a uallo aberat".

2. *tota:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Berol.] totum. — Multo potius videtur, omnem ferme pedestrem exercitum a Minucio in aciem eductum esse (cf. id quod similis audaciae homo Sempronius ad Trebiam fecerat: 21, 54.), quam ut totum prope spatium inter bina castra ab Romanis aut completum esse aut compleri potuisse censeamus. cur enim id fieret, si Romani hostium castra oppugnare nollent? non enim id Minucium fieri statuisse, sequentia verba „*si* oppugnarentur" docere videntur. Et *prope* recte se habet, aut

quod primo equitatus e castris eductus non erat, aut quod partem militum castris praesidio esse Minucius voluerat. — Quae deinde in vulgg. editt. sequuntur verba „a castris Hannibalis" cum I. Fr. Gronovio et Creviero spuria habemus et ab inepto quodam librario ad „aversa", utpote quod per se non satis perspicuum esset, adscripta esse iudicamus: quo mendorum genere tot locos cum in prima decade tum in hac tertia corruptos videmus (cf. ex. gr. 22, 20.: centum viginti:). PC (Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. Berol.): „per auersa castra *e* castris hannibalis equitatus" cet. M: „per auersa castra castris hannibalis" cet. Recentes etiam omnes ab Voss. Harl. inde codd.: „per aduersa". *Per aversa castra* significare *per decumanam castrorum portam*, quae aversissima ab hostium castris erat (cf. 4, 19.), neminem fefellerit. — P: „lataecaedem". C m. 2.: „in frumentatores *letō* caedē fugamque" cet. Quid in medio loco rasa prima manu scriptum fuerit, perspicere non potui. — Postea P: „tantapaucietate". P et C m. 1.: „*putari* poterant". C m. 2. M Voss. Harl. Lov. 2. Recan. Gärtn. Berol. Oxx. et

UNIVERSITY OF

castra equitatus cum levi armatura emissus in frumentatores late caedem fugamque hostium palatorum fecit. nec acie certare Hannibal ausus, quia tanta paucitate vix castra, si oppugnarentur, tutari poterat: iamque artibus Fabiis — pars exercitus aberat iam ferme — sedendo et cunctando bellum gerebat receperatque suos in priora castra, quae pro Gereoni moenibus erant. iusta quoque acie et conlatis signis dimicatum quidam auctores sunt: primo concursu Poenum usque

exec. Pith.: „tutari poterant“: quae scriptura, cum in „poterant“ inesse possit „milites“, fortasse nonnullis non repudianda videatur: nisi forte a Livio „tanta paucitas — tutari poterant“ scriptum est.

4. *artibus Fabiis* („mit der vorsichtigen Klugheit *eines* Fabius“): PCM] artibus Fabii. — Cum optimi scriptores non modo adiectivo *Fabianus* sed etiam *Fabius* usi sint, non dubitavimus antiquam scripturam recipere. cf. Cic. pro Mur. 34, 71.: „legi Fabiae — restiterunt“. pro Planc. 7, 17.: „ad Fabium fornicem“. al. 22, 32. tamen „*Fabi* artibus“ in P scriptum est. — Verba „*iam ferme*“ cum praecedentibus „*pars exercitus aberat*“ („ein Theil des Heeres war jetzt meistentheils fern“) iungenda esse, non tam quod iam prima huius loci parte particula *iam* posita esset, quam quod id, quod iam supra saepius esset dictum, nulla nova re adiecta iterum dici probari non posset, Conr. Heusingerum non fugit. Huc accedit, quod Polybius quoque scripserat (3, 101. 9.), necessitate ipsa urgente Hannibalem iam partem militum frumentatum emittere solitum esse, ut et homines et iumenta in hibernis commeatum haberent, ut supra dictum est. — In PCM non „ferme“ sed „iam fame sedendo“ cet. levi mendo scriptum est. — P m. 1.: „receperatqueuosin priora“ cet. m. 2.: „suos“. PC: „pro gerionis moenibus“. cf. 22, 23. sub fin.

8. *primo concursu:* PC rell. nisi quod Voss. „occursu“ habet. — Paulo post PCM Pall. 1. 3. Lov. 3.: „numeris deciri samnitis“. Lov. 2.: „numeris decirii“. Harl.: „numeris decii“. Hafn.: „numeriis decimi“. Oxx.: „numerii decii“. Gärtn.: „minerii decii“. Voss. Lov. 1.: „numeris dextra“. Sigonius restituit „Numerii Decimii“. — Tum P (M Voss. Pal. 1. Lov. 1. Gärtn.): „deinde| uentu“. C: „deinde *e*uentu“. Harl. Lov. 4. Pal. 2. Berol.: „deinde *ad*uentu“. Cod. Sig.: „deinde *inter*uentu“.

ad castra fusum, inde eruptione facta repente verum tute-
rem in Romanos, Numeri Decimi Samnitis deinde interventu
proelium restitutum: hunc principem genere ac divitiis non
Boviani modo, unde erat, sed toto Samnio, inssu dictatoris
octo milia peditum mille equites adducentem in castra, ab
tergo cum apparuisset Hannibali, speciem parti utriusque

quarum duarum emendationum utraque quodam modo probari potest: quamquam „interventu“ magis placuerit, et quod *inter* propter praecedens *inde* facile excidere potuerit, et quod L. in similibus locis hac voce saepius usus sit: ex. gr. 3, 45.: „cum multitudo Icili maxime interventu resisti posse Appio crederet“. nec tamen nego esse posse, ut aliis significatio vocis *interventus* ab huius loci ratione paulo alienior videatur (cf. 26, 19.).

5. *octo milia peditum ∞ equites adducentem in castra*] octo millia peditum et equites quingentos ducentem in castra (ex l. Fr. Gron. coni.). — „Adducentem“ (heranführend) vix mutari posse h. l. videtur verbo „ducentem“, quamvis in Cant. scriptum esse dicatur „et equites ducentem“: non enim in ipsa castra videri possunt tunc Samnites ducti esse, sed ex Samnio adducti, quorum auxilio Romani uterentur. qua re, cum in PC (M Voss. Harl. Lovell. Hafn.) numero equitum praetermisso scriptum esset „octo milia peditum & equites adducentem“, non cum Gronovio „et equites *d* ducentem“ scribendum videbatur, sed mendum latere ut multis similibus locis in particula *et*, quae, cum *m* antecederet, facillime pro illo signo ∞ scribi potuerit, praesertim cum numerus quingentorum equitum pro Samnitium viribus, quippe qui non pedite modo sed etiam equite valerent (cf. 8, 38. 9, 22.), iusto paulo minor videatur, et Romanis adversus Hannibalem non tam peditibus quam equitibus opus fuerit. Gärtn. Rec. Berol.: „et cc equites adducentem“. Hav.: „et equites ducentos adducentem“. — Paulo ante P m. 1.: „genere acdiuitis“. eadem dein manu: „diuitiis“. C: „non boviani modo *i*nde erat“. P m. 1.: „sed toto amnio“: sed manu 1. adscriptum *s* est.

6. *parti utriusque:* P et C m. 1. Pal. 1.] parti utrique. — C m. 2.: „partis utriusque“. — Non totis exercitibus illae novae copiae apparuerunt nec apparere potuerunt sed parti militum utriusque: i. e. et dictatoris et Hannibalis, quorum modo mentio facta erat.

UNIVERSITY OF

praebuisse novi praesidii cum Q. Fabio ab Roma venientis. Hannibalem insidiarum quoque aliquid timentem recepisse suos, Romanum insecutum adiuvante Samnite duo castella eo die expugnasse. sex milia hostium caesa, quinque ad modum Romanorum: tamen in tam pari prope clade famam egregiae victoriae cum vanioribus litteris magistri equitum Romam perlatam.

XXV. De iis rebus persaepe et in senatu et in contione actum est. cum laeta civitate dictator unus nihil nec famae nec litteris crederet, ut vera omnia essent, secunda

cf. 1, 27. — PC Pal. 1.: „praebuisset". — PC rell.: „speciem — noui praesidii". Pal. 3.: „speciem — noui auxilii". — PCM Lov. 2.: „cum *que* fabio ab roma uenientis". Hav. Berol. levi mendo perspecto: „cum *q.* fabio ab roma uenientis". At Harl. Lov. 4.: „cumque fabio ab roma uenienti". Voss.: „eumque fabio ab roma ueniente". Lov. 1.: „cumque fabium ab roma uenientem". Lov. 5.: „cum q. fabio romam uenienti". Gärtn.: „tum q^{2} fabio a roma uenienti. Hafn.: „tum quasi fabio ab roma uenienti". — Paulo post P: „eodi*as*expugnasse".

4. *sex milia hostium caesa quinque ad modum romanorum:* PC rell.: „Römer im Ganzen genommen fünf tausend". Brancal. Latinii: „quinque ad modum romanorum militibus deperditis". Ad „ad modum" cf. 10, 45.: ut parvo ad modum plures caperentur. — Lovell. 3. 4. 5.: „in tam pari quoque clade". Berol.: „in tam pari clade". Gärtn.: „in tam parua clade". — P: „famamaegregiaeuicto riae". — Lov. 3.: „cum iactatoriis literis". PC: „cum uanioribus litteris magis*ter* equitum" cet. Persaepe ita a librariis erratum esse constat nec mirum videbitur, cum in antiquissimis codd. plerumque „mag. equitum" scriptum inveniatur. simili mendo 22, 27. duobus locis etiam in P erratum est.

8. *de iis rebus:* PC] de his rebus. — P: „persepae". P: „etinconfione". C: „et in concione". — Pal. 3. Lov. 5. cod. Sig.: „crederet *et* ut uera omnia essent": sed particula copulativa omissa oratio fortior fit. Coniunctione *ut* Livius sic uti solet, ubi quos maiore vi loquentes facit: ex. gr. 2, 38.: ut omnia obliviscamini alia. 21, 52.: ut alia vetustate abolevissent. al.

se magis quam adversa timere diceret, tum M. Metellus tribunus plebis id enim ferendum esse negat, non perosum tem solum dictatorem obstitisse rei bene gerendae, sed absentem etiam gestae obstare, et in ducendo bello ac sedulo tempus terere, quo diutius in magistratu sit solusque et Romae et in exercitu imperium habeat, quippe consulum alterum in acie cecidisse, alterum specie classis Punicae persequendae procul ab Italia ablegatum: duos praetores Sici-

1. *tum M. Metellus tr. pl. id enim ferendum esse negat:* PC et plerique et Pall. et Drak. codd.] tum M. Metilius tribunus plebis cet. (C. Sigonius teste Plutarcho in vita Fab. 8. 9.). Non semper Plutarchum cum Livio consentire 22, 27. fin. docet. — Lov. 2.: „m. metellius". Lov. 3.: m. marcellus". — Pal. 1.: „id enim *re*ferendum esse negat". Hav.: „id enim unum ferendum" cet. P: „it enim" cet. Quod ad particulam *enim* attinet, iam 7, 32. („patricius enim eras") ellipsem quandam in his similibusque locis inesse diximus. multa enim alia fuerant, in quae tribunus pl. iam antea invectus erat, et propter quae imperium dictatori abiudicandum esse contenderat, sed ea aliis quodam modo excusari posse visa erant. id vero, quod Q. Fabius etiam rei bene gestae iustaeque magistri eq. gloriae obtrectaret, tacitum ferri non posse. itaque „id enim ferendum esse negat" ita scriptum est, tamquam si tribunus plebis actionem suam populo ita probare voluerit, ut, si diutius taceret, nefas esse diceret. Vernac. serm. fortasse: „da erhebt sich der Tribun gegen den Dictator: denn das sei doch nicht mehr zu ertragen".

4. *et in ducendo bello ac sedulo tempus terere:* PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Ox. N. ac Berol. m. 2.] et in ducendo bello sedulo tempus terere. — „*Ac* sedulo" = „und zwar absichtlich". — Paulo ante P m. 1.: „obtitisse". dein „obstitisse". — PC Cant. Lov. 2. una littera *s* male addita: „quod iustius in magistratu sit". Mendo non perspecto Voss. Lov. 1. Gärtn. Hafn. Hav.: „quo iustius". Harl.: „quod iustus". Lov. 4.: „quod iscius". Lov. 2.: „quo iscius". Lov. 3.: „quod unus". — P: „etinexercitū|imperium habeat". — Harl. Lov. 3.: „quippe consulem alterum". Hav.: „in acie occidisse". Idem Hav.: „procul ab italia allegatum".

UNIVERSITY OF

lia atque Sardinia occupatos, quorum neutra hoc tempore provincia praetore egeat: M. Minucium magistrum equitum, ne hostem videret, ne quid rei bellicae gereret, prope in

1. *quorum neutra hoc tempore prouincia praetore egeat:* PC omnesque prope rell. codd.] quarum neutra cet. (Hav. Berol.). — „*Quorum*", quae duobus illis libris recentibus exceptis omnium codicum scriptura est, rectissime se habet, quod pronomen relativum ad nihil magis quam ad „duos praetores" referri potest: „obgleich keine der denselben angewiesenen beiden Provinzen für den Augenblick eines Prätors bedürfe". Lov. 3.: „ege*bat*". In Lov. 1. exciderunt verba „hoc tempore provincia".
3. *prope in custodiam habitum* non in PCM modo sed etiam in Pall. Voss. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Recan. Gärtn. Berol. scriptum est: et accusativus ponendus erat, quod exprimendum non fuit, Minucium vere in custodia habitum esse, sed, si quid se loco movere voluerit aut si cum hoste congrediendum esse censuerit, semper ita a dictatore circumclusum et retentum esse, ut ne quid pro republica agere posset. Simili ratione 8, 20. scriptum est „Vitrubium in carcere*m* adservari iussit quoad consul redisset": quo loco accusativum et temporis ratio verbis „quoad cons. redisset" expressa postulabat, et ut in hac ellipsi inesset non modo „carcere includi" sed etiam „in carcerem deduci". Sic 24. 1. in optimis quibusque codd. legimus „(ut) portus in potestate*m* Locrensium esset", et teste cod. Medic. 2, 14. „quae (fortuna regia) ne in potestate*m* quidem populi r. esset", quamquam in paulo antiquiore cod. P „in potestate" inventum est. Difficile igitur est, quovis eius generis loco pro certo affirmare, quid Liviana manu scriptum sit, cum haud pauci loci sint, quibus neutra constructio testibus suis egeat, nec ullum mendum a librariis saepius factum videatur, quam ut in nominum fine littera *m* temere adderetur. sic enim ex. gr. 5, 51. cum P scripsimus „ut ego utique in *patria* esem", cum in M esset „in patria*m*". — Paulo ante P m. 1.: „nequitregibel|licege rere". m. 2. *g* inductum est. cf. 1, 41: „concursus populi mirantium, quid *rei* esset". C m. 1.: „ne quid re bellicę gereret". m. 2.: „rei bellicę". In M et in Pal. 2. scriptum esse dicitur „ne quid bellicae rei gereret". Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „ne quid reip. gereret" aut



custodiam habitum: itaque, hercule non Samnium modo, quo iam tamquam trans Hiberum agro Poenis concessum sit, sed Campanum Calenumque et Falernum agrum perve-

„rei publicae". Ox. L. 1.: „ne quid in rep. gereret". cf. 2, 64.: et in Vulcis res publica egregie gesta cum ducis tum militum opera".

3. *sed Campanum Calenumque et Falernum agrum:* C m. 2.] et Campanum Calenumque et Falernum agros. — „*Agrum*" non modo in PCM sed etiam in rell. codd. scriptum est exceptis libris Lov. 3. et Ox. N., in quibus „*agros*" inest. At in P m. 1. scriptum vidimus „quoiam tamquam trans hiberumagropo eniscon*gres* | sumsit*it*etcampa num" cet., manuque altera medium *r* inductum est ut „congessum" fieret, quod levi mendo ex „concessum" factum esse neminem fefellerit. Idem „congressum sit" in M m. 1. et in Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Hav. receptum est, in Voss. „congressus sit". C m. 1.: „quo iam tamquam trans hiberum agro poeno congressū sit it *sed* cāpanū" cet. m. 2.: „poenos congressūs sit sed cāpanū" inducta syllaba *it*, quam, cum *sit* praecederet, loco litterae *s* in antiquiore P librarii errore scriptam esse persuasum habeo. Sed cum in P fuisset „it et campanum", factum est ut in M m. 1. scriberetur „item et campanum", alteroque mem in M et m. 1. in Pal. 2. „sed et campanum": in Pal. 1. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Ox. L. 1. et in Sig. cod. praetermisso *it* „et campanum". Quaerendum igitur est, utrum „*sed et*", quod m. 2. in M voluit, an „*sed*", quod alteri codicis C librario probatum est, pro *Livianae* scriptura habendum sit. Si „*sed et*" scribi voluerimus, non maiorem vim in nominibus „Camp. Calenumque et Falernum" Livium ponere voluisse quam in „Samnium" indicabimus, quod contra scriptoris rationem fuisse vel verba „quo agro iam concessum sit" docere videntur. cum igitur fieri non potuerit quin agri Campaniae vastati multo maiore dolore iraque Romanos affecerint quam montuosum illud Samnium, vera scriptura in uno C reperta et restituta esse videbitur. Oxx. D. N.: „ut campanum". — Deinde scripsimus cum PC „sedenti", cum Livium horum participiorum ablativos persaepe ita formasse constaret. P m. 1.: „peruastatosesse| edenticasilini" cet. m. 2.: „peruastatosesse | sedenti casu lini". hinc factum est ut etiam in C „sedenti casulini" scriberetur.

UNIVERSITY OF

statos esse, sedenti Casilini dictatore et legionibus populi Romani agrum suum tutante. exercitum cupientem pugnare et magistrum equitum clausos prope intra vallum retentos, tamquam hostibus captivis arma adempta: tandem, ut abscesserit inde dictator, ut obsidione liberatos extra vallum egressos fudisse ac fugasse hostis. quas ob res, si antiquos animus plebei Romanae esset, audaciter se laturum fuisse dein

2. *exercitum cupientem pugnare:* PCM al. — Gravi errore non tantum cod. Sig. et Pal. 3. Gärtn. Berol. sed etiam Harl.: „*uerum etiam* exercitum cupientem pugnare“: quasi hic locus ad praecedens „non modo“ pertineret. — P: „etmagisterequitum“.
4. *ut abscesserit inde dictator* („nachdem der Dict. das Lager verlassen habe“): P al. — C: „ut abcesserit“. Ox. N.: „ut abcesserat“. Hav.: „ut abscessit“. — P: „utobsidioneliberatus“ cet. Gärtn.: „*ab* obsidione liberatos“. Lovell. 4. 5.: „extra uallum *pro*gressos“. — P m. 1.: „fudisseacfu*mig*assehostis“. P m. 2. C: „fudisse ac fugasse hostis“.
6. *si antiquos animus plebei romanae esset:* P] si antiquus animus plebi romanae esset. — C: „si antiquus animus plebe*i* romanae esset“. Cf. C. L. Schneiderі lat. Gramm. II. p. 359.
7. *audaciter se laturum fuisse dein de abrogando Q. Fabi imperio* („dann würde er kühn seinen Antrag dahin gestellt haben“): P] audaciter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio. — „*Dein*“ servatum quoque in C est, quamquam ibi inveniмus „audaciter se laturum fudisse deinde abrogando fabi imperio“. num ea particula in rell. melioribus codd. reperta sit nescio, sed vix dubium videatur, quin in antiquioribus libris praetermissa non sit. quod autem hoc potissimum loco, quo in PC collocatam videmus, posita est, id factum videtur quo maior vis sequentium verborum „de abrogando imperio“ fieret. Dubium etiam quibusdam visum est, num „de abrogando imperio *Fabii*“ dici potuerit, cum potior dativus fuisset, quo codicis Harl. librarius usus est: „de abrogando q. fabio imperio“. sed ut 27, 20. „de imperio abrogando *eius*“ et „de imperio *eius* abrogando“ in optt. quibusque codd. scriptum est, sic quoque supra scribi potuit, ut genitivus non ex verbo „abrogando“ sed ex nomine „imperio“ penderet. Ad „audaciter“ (PCM Cant. Voss.



de abrogando Q. Fabi imperio: nunc modicam rogationem promulgaturum de aequando magistri equitum et dictatoris iure. nec tamen ne ita quidem prius mittendum ad exercitum Q. Fabium quam consulem in locum C. Flamini suffecisset. Dictator contionibus se abstinuit in actione minime

Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 5. Gärtn. Hafn. Recan. Oxx.) cf. Quintil. 1, 6. 17. et Prisc. 15, 4. 21.: „audax, audaci, *audaciter*, sed per syncopam in usu est frequentiore *audacter*". — In Lovell. 1. 3. 4. excidérunt verba „de abrogando". Lov. 5.: „de q. fabii imperio abrogando". Voss. Lov. 2. Gärtn. Hav. Berol.: „de q. fabii imperio". — Paulo post P m. 1.: „in locum. c. flamini*s* suffecisset". P m. 2. C: „in locum. c. flamini suffecisset".

5. *in actione minime populari:* PC rell.] in actione minime populari (Lov. 3. prob. I. Fr. Gron.). Utrumque verum esse potest, nec repudiandum quod antt. codicibus traditum est: „in einer Verhandlung vor dem Volke keineswegs beliebt". Ad alteram interpretationem probandam cf. 5, 22.: „tam popularis sententiae auctor". — P: „con*f*ionibus". C: „concionibus". Deinde P: „satis aquisauribusaudibaturhuncum |hostem". P m. 2.: „aequis" — „*h*unccum". CM Lovell. 2. 3. 4. Gärtn.: „satis aequis auribus audiebatur *h*unc cum hostem" cet. In Cant. excidit „aequis". Pal. 3.: „satis aequis animis audiebatur". Voss.: „nunc cum hostem". Lov. 5. Hav. Berol.: „hic cum hostem". Lov. 1.: „hunc custodem". — Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „extolleret verbis". — PC: „bienn*i*que clades". Marg Ox. N: „biennioque". — P (Lov. 2. et M m. 1.): „pertemeritatemad|que|*scientiam*ducumacceptas referret": omissa syllaba *in* perinde atque in codd. aliquot Cic. de nat. deor. 1, 1. 1. Mendo perspecto M m. 2. C Cant. Voss. Harl. Pall. 1. 2. Lov. 1. Hafn. Hav. Oxx. N. L. 1.: „per temeritatem atque *in*scientiam ducum". Cf. L. 8, 33. et I. Da*v*is. et F. Oudendorp. ad Caes. b. gall. 3, 19. et A. G. Gernhardi excursus de vocibus *inscientia* et *inscitia* ad Cic. Cat. Mai. Praeterea I. Fr. Gronovius scribi voluit „bienniique clades *temeritati* atque *inscientiae* ducum acceptas *referret*": ut 5, 22.: „quod rettulere secum praedae, nec *duci* — nec *senatui* sed *Liciniae familiae* — acceptum *referebant*". sed ut hoc altero loco L. dativum ad verbum *referebant* relatum vo-

UNIVERSITY OF

popularis: ne in senatu quidem satis acquis auribus audiebatur, hunc cum hostem verbis extolleret biennique clades per temeritatem atque inscientiam ducum acceptas referret, magistroque equitum, quod contra dictum suum pugnasset, rationem diceret reddendam esse: si penes se summa imperii consiliique sit, prope diem effecturum ut sciant homines, bono imperatore haud magni fortunam momenti esse, mentem rationemque dominari, et in tempore et sine ignominia

luit, sic supra *per* ad *acceptas* referre debuit: „und sich dahin erklärte (referret), dass die Niederlagen der früheren zwei Jahre durch die Unbesonnenheit und Unwissenheit der Führer herbeigeführt seien". — Deinde scripsimus et nos „magistro*que* equitum", quamvis in PC esset „magist*er* equitum", cum hoc loco, quo syllaba *qui* sequeretur, facillime *que* excidere potuerit. — PC omnesque et Pall. et Drak. codd. excepto fortasse Lov. 3.: „contra *dictum* suum". Cf. 8, 34.: „adversus dictum suum". Edit. Ascens.: „contra *e*dictum suum": ut, 8, 7. — PC: „rationem dicer*e* reddendam esse".

7. *bono imperatore:* PCMVoss. Harl. Lovell. 1. 5.] bono imperatori (C m. 2.). — Non scripsit L. „imperatori", ne nihil dixisse videretur nisi quod cuique bono imperatori persuasum esse soleret, sed „imperatore", ut Fabius non tam suum ipsius iudicium quam quod civibus ipsis fieri non posset quin probaretur, exprimere videretur voluisse: „so werde er es bald seinen Mitbürgern deutlich machen, dass, sobald ein tüchtiger Feldherr an der Spitze stehe, das Glück nicht von grosser Bedeutung sei: Verstand und Überlegung seien allein von Einfluss, und in gefahrvoller Zeit das Heer und ohne schimpflichen Verlust erhalten zu haben, sei grösserer Ruhm als" u. s. w. Ox. N.: „*in* bono imperatore": sed alter librarius, quem eius ablativi absoluti vis non fugeret, particulam *in* induxit. — PC: „*aut* magni fortunam momenti esse".

8. *et in tempore* cet: Pal. 2.] se et in tempore cet. (ex coni. I. Fr. Gron.). — Cum in P(M) scriptum esset „set|intem pore" cet., dein in C „sed in tempore", nec adversativa particula h. l. probari posse videretur, quod id, quod in verbis „sed in tempore — maiorem gloriam esse" inesset, praecedentibus verbis non adversaretur: posteriores librarii alii (C m. 2. Pall. 1. 3. Cant. omnesque Drak.) lit-

servasse exercitum quam multa milia hostium occidisse maiorem gloriam esse. huius generis orationibus frustra habitis et consule creato M. Atilio Regulo, ne praesens de

tera *t* inducta „*se* in tempore" scripserunt, alii cum I. Fr. Gronovio „*se et* in tempore et sine ignominia" cet. pro antiqua scriptura habuerunt. at qui fieri potuerit ut tot homines doctos prorsus fugeret, pronomen *se* sequente particula *et* huius loci esse non posse, satis mirari non possum: non quod Fabius eam gloriam sibi vindicare non potuerit, sed quod ex Gronoviana coniectura verba proxime antecedentia ad Minucianam agendi rationem referri oporteret, ut, si *se* defendere vellemus, non „se et" sed „*et se*" poni necesse esset, sed cum totus locus apertissime indicet, non ita haec verba dicta esse ut ea ad se unum Fabius relata vellet, sed ut ad quemque similem reip. statum referri possent, ne ita quidem *se* probari potuerit. Unius Pal. 2. librarius veram loci naturam perspexit, cum *s* in verbis „dominari*s*et" eodem, quo sexcentis aliis locis, sive mendo sive illo vocales duorum verborum inter se concurrentes separandi studio interpositum viderit et restituerit „*et* in tempore". ne ipsi tamen Gronovio quidem suam coniecturam admodum placuisse vel id docet, quod priori etiam alteram adiecit hanc: „*se* integrum et sine ignominia servasse exercitum — maiorem gloriam *censere*", quae, nisi nimis ab antiqua scriptura recederet ac nisi ex ea aut *integrum* aut *sine ignominia* supervacaneum fieret, rationi loci minus quam prior repugnaret. — Ad „*seruasse*" cf. 3, 41.: erit melius vocem non *misisse*. 3, 48.: quiesse erit melius. 2, 24.: praevertisse: — honestum esse — arma pro patria — cepisse. al. — Lov. 2.: „se in tempore sine ignominia" cet. Hav.: „millia hominum occidisse". Lov. 4.: „millia occidisse hominum". Lov. 2. Hafn.: „millia hominum cecidisse". PC: „multa mi*l*ia hostium".

3. *M. Atilio Regulo:* P. C: „m. altilio regulo". — Paulo ante P: „huiusgener*i*orationi bus". — Dein Pal. 2.: „quam rogationis ferendae dies esset". Ox. D.: „tempus adesset". — Paulo post PC: „cum plebis consilium esset". C: „magis tacta inuidia". P: „fa*b*orquemagistrie quitum". PC: „quam satis aud*i*ebant homines". PC: „quod uulgo placebat". C m. 2.: „place*ret*". — P: „et fauores | superante". C: „& uores supante". Voss. Harl.

UNIVERSITY OF

iure imperii dimicaret, pridie quam rogationis ferendae dies adesset, nocte ad exercitum abiit. luce orta cum plebis concilium esset, magis tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat quam satis audebant homines ad suadendum quod vulgo placebat prodire, et favore superante auctoritas tamen rogationi deerat. unus inventus est suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno praetor fuerat, loco non humili solum sed etiam sordido ortus. patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servili eius artis ministerio usum.

XXVI. Is iuvenis, ut primum ex eo genere quaestus

Lovell. 1. 2. 3. Gärtn. Hav. Berol.: „auctoritas tamen deerat rogationi". „Und obgleich man fast allgemein geneigt war auf den Antrag einzugehen, so fehlte dennoch zur Empfehlung desselben ein Mann von Bedeutung". Id enim in voce *auctoritas* h. l. inesse manifestum videtur. cf. 22, 40.: plebeium consulem sua plebes prosecuta, turba conspectior, cum *dignitates deessent.* — Paulo post Lov. 2. Hafn. Berol.: „sed etiam sordido *natus*".

9. *filioque hoc ipso in servili eius artis ministerio usum:* C m. 2. omnesque prope et Pall. et Drak. codd.] filioque hoc ipso in servilia eius artis ministeria usum. — Cum in P (et m. 1. in CM) scriptum esset „filioquehocipso inseruili | *ei*usartisministeri*a*u sum", et *e* in „eius" ut aliis locis ex *a e* contractum videretur, cum m. 2. codicis M et cum Pal. 2. „in servili*a* eius artis ministeri*a*" in minore edit. scribi iussimus, quamvis eadem recentior manus in M etiam „fili*um*que" ex *filioque* fecisse diceretur. sed cum in antiquis codd. non minus saepe litterae *a* et *o* inter se permutatae essent, iam verius videbantur reliqui librarii antiquam scripturam emendasse, qui viderent, verba *hoc ipso* melius ad sequentia quam ad *filio* referri, quod vix dubium esse posset, quin L. in eis potissimum maiorem orationis vim positam voluisset et ut ex hac interpretatione verbis „in hoc ipso servili eius artis ministerio" ipsum illud servile munus institorium significaretur: „indem er selbst seine Waare feil bot, und sich seines Sohnes zu eben diesem niedrigen Geschäfte seines Betriebes bedient hatte". — P: „ipsum*is*titoremmercis".

11. *ut primum:* (ex verissima Iac. Perizonii coniectura)] ubi

pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunae fecit togaque et forum placuere, proclamando pro sordidis

(edit. Mediol. a. 1505:). — Litteris quibusdam praetermissis, quo mendo in Put. nihil saepius invenitur, in P atque inde in CM Cant. Lovell. 1. 4. Gärtn. scriptum est „is iuuenis *ut rum* ex eo genere" cet. Hav.: „is iuuenis interim ex eo g." Lov. 5.: „is iuuenis tum ex eo g." In Harl. Lovell. 2. 3. et in Berol. praetermissum „utrum" est. Duo recentiores Medic. libri teste I. Fr. Gronovio: „is iuuenis, *utrum* ex eo genere quaestus *an* pecunia a patre relicta". Nec I. Fr. Gronovius, qui scribendum esse coniceret „*etenim* ex eo genere quaestus — placuere", nec Ed. Kästnerus, qui scribi vellet „*utcunque* — animum ad spem liberalioris fortunae *erexit*", naturam huius loci recte perspexerunt. Livius nihil aliud exponere voluit quam qui fieri potuerit ut Terentius ad liberalioris fortunae spem erigeretur, et quo modo eam spem patre mortuo persecutus sit: „sobald das aus diesem Gewerbszweige geflossene, vom Vater hinterlassene Vermögen die Gedanken des Jünglings zu der Hoffnung eine höhere Glücksstufe erreichen zu können geleitet, und ein freieres Leben und die Beschäftigungen auf dem Forum seinen Beifall gewonnen hatten". Cf. ex. gr. Cic. Verr. 4, 39. 84.: qui, *ut primum* in illud oppidum venit, statim — imperavit cet. — PCM Pal. 2. levi, ut videtur, mendo: „animos ad spem liberalioris fortunae *iecit*". Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx., quorum librarii illius pluralis vim (cf. paulo post „animos adtollere") non caperent: „animum — iecit". Voss. Lov. 1.: „animum — *fecit*". Sed praeter alios similes locos cf. 1, 34.: „Lucumoni — cum *divitiae* iam *animos facerent*". At quamquam multi similes loci ex optimorum codd. auctoritate persuadent, rectissime ita scribi potuisse „pecunia animos *fecit*", tamen non admodum repugnarim, si qui contenderint, non minus verum h. l. esse posse „pecunia animos *iecit*", non tam quod *iacere* aeque ac *facere* in multis dicendi generibus poni potuerit (cf. ex. gr. 1, 12.: fundamenta ieci. 7, 2.: versus iacere:), eademque verba persaepe in antiquis codd. inter se permutata sint, quam quod hoc potissimum loco „*animos iacere*" (die Gedanken auf etwas werfen) non sine causa a Livio scriptum videatur, ut turbulenti atque inquieti

hominibus causisque adversus rem et famam bonorum primum in notitiam populi deinde ad honores pervenit. quae-

hominis studium quam gravissime exprimeretur. — PCM Cant. Lovell. 1. 4.: „deinde ad honor*es* peruenit". Rell. codd.: „ad honor*em*".

2. *quaestura quoque et duabus aedilitatibus:* PCM rell.] quaesturaque et duabus aedilitatibus (Berol. cod.) — Brevitatis concinnitatisque studio, ut hic locus cum priore iungeretur, et quod quaestura primus honorum gradus fuisset, I. Fr. Gronovius et rell. prope omnes editt. „quaesturaque" cum Berol. scribi voluerunt. sed cum omnium bonorum codd. consensus „quaestura quoque" scribi iubeat, Livius videtur dicere voluisse, Terentium, antequam quaestor fieret, inferioribus iam magistratibus functum esse, ut aut scriba esset aut quinquevir aut triumvir aut tribunus pl., ut, cum quaestor fieret, iam supra modum dignitatis sui ordinis hominum elatus videretur. — P: „curruli". C: „pfuntus". Lov. 2.: „ad consulatum cum attolleret animum". — In verbis „haud parum callide" litotem, qua figura inprimis L. usus est, inesse nemo negaverit: „nach einem gar schlauen Verfahren". — PM Cant. Pal. 2.: „*auram fauoris popularis ex dictatoria inuidia petit*". Idem in C scriptum est, nisi quod in hoc libro „ex dictator*is* inuidia" (22, 25.) invenimus, quam scripturam librarii codicum Lovell. 4. 5. Recan. Gärtn. Ox. L. 1. secuti sunt. sed cf. 8, 30.: maiestas dictatoria: al. In recentioribus codd. omnibus videtur „pet*iit*" scriptum esse. Praeter ea Oxx. D. N.: „auram fauoris populi". Pall. 1. 3.: „auram fauorabilis populi". Ox. L. 1.: „auram fauorabilem populi". Voss.: „auium fauoralis populi". Lov. 1.: „fabium auium fauorabilis populi". Quem ad modum hoc loco „*aura favoris popularis*" dictum est, sic videtur 30, 45. „*favor popularis aurae*" (cod. Bamberg.) scriptum esse, nec videtur in his locis vox *aurae* supervacanea esse. nam ut omnis aura celeriter abit, sic videtur L. id potissimum his locis exprimere voluisse, nihil minus certum esse quam popularem favorem. quod cum Terentium non fugisset, et cum non diu invidiam dictatoris futuram putaret, ipse ita illam auram captavit, ut ea ad id quod peteret tolleretur. sic ille Appius apud L. 3, 33. dicitur omnis aurae popularis captator fuisse, et Horatius scribit, virtutem, repulsae sordidae nesciam, nec sumere nec ponere secures

stura quoque et duabus aedilitatibus — plebeia et curuli — postremo et praetura perfunctus iam ad consulatus spem cum adtolleret animos, haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petit scitique plebis unus gratiam tulit. omnes eam rogationem quique Romae quique in exercitu erant — aequi atque iniqui — praeter ipsum dictatorem in contumeliam eius latam acceperunt: ipse, qua gravitate animi criminantis se ad multitudinem inimicos tulerat, eadem et populi in se saevientem iniuriam tulit, acce-

arbitrio popularis aurae (3, 2. 20.). Superiorem igitur locum vernaculo sermone fortasse interpreteris: „er suchte dadurch, dass er dem Unwillen gegen den Dictator das Wort redete, den nur zu bald verrauschenden Beifall der Volksgunst sich zu verschaffen". — Pal. 1. Voss. Lov. 3. Hafn. Hav.: „scitisque plebis".

5. *eam rogationem:* PCM. Cum iam proximo loco scriptum esset, eam rogationem tribuni pl. perlatam plebisque scitum de aequando imperio factum esse, et propter ea, quae hoc ipso loco sequuntur, *rogatio* h. l. non „Antrag" sed „Beschluss" significare debet, quod cum Ant. Perizonium fugeret, ipse „*ut* in contumeliam eius latam" scribi voluit. Quae rogatio cum rata in re publica esse non posset, nisi senatus auctoritate comprobata esset, sequenti proxime loco recte *senatus consultum*, quippe quo uno dictatorium imperium posset coerceri, dici potuit. — Decepti priore loco librarii codicum Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Ox. D. scripserunt: „eam gratiam siue rogationem". Lovell. 4. 5. Ox. L. 1.: „eam gratiam atque rogationem". — C tribus verbis omissis: „omnes eam rogationē quique in exercitu erant" cet.

9. *populi in se saeuientem iniuriam tulit*] populi in se saevientis iniuriam tulit (recc. quidam codd. et edit. Asceus. a. 1513:). — P: „populiinse seuientem|iniuriatulit". Idem „saeuientem" et, ut videtur, etiam „iniuriam" in M Cant. Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. repertum est, in Hafn. „uenientem ruinam": nec quidquam frequentius apud Livium hac figura hypallages legitur: cf. ex. gr. 1, 24.: nec ullius *vetustior* foederis memoria est. 1, 9.: incusantes violati hospitii foedus. 2, 51.: post acceptam proximam pugnae cladem. — C: „ipse que grauitate animi criminantis se da multitudinē inimicos tulerat eadem et po-

UNIVERSITY OF

ptisque in ipso itinere litteris senatus consulti de aequato imperio, satis fidens, haudquaquam cum imperii iure artem imperandi aequatam, cumque invicto a civibus hostibusque animo ad exercitum rediit.

XXVII. Minucius vero cum iam ante vix tolerabilis fuisset secundis rebus ac favore volgi, tum utique inmodice inmodesteque non Hannibale magis victo ab se quam Q. Fabio gloriari: illum in rebus asperis unicum ducem ac pa-

puli in se seuiente iniuria tulit acceptisque in ipso initinere litteris" cet. Simili mendo in P scriptum est: „ipsae | que grauitate animi criminantes" cet. PC al.: „*litteris s. c. de aequato imperio*"s „das Schreiben, worin der Senatsbeschluss über die Theilung des Oberbefehles enthalten war". cf. adnot. ad verba praecedentia „eam rogationem". Lov. 1.: „literis senatus consultus". Voss.: „literis senatus consultu". Gärtn.: „literis senatus consultum". Lovell. 3. 4. 5.: „literis senatus de aequato" cet. prob. I. Lipsio, quod eam rogationem plebis scitum, non senatus consultum secutum esset. Pal. 2.: „literis consulis de aequato imp." In Harl. praetermissum est „s. c." I. Fr. Gron.: „literis senatusque consulto".

3. *cumque inuicto — animo:* PCM al.] cum invicto — animo (Lov. 2. Hav. et m. 2. Berol. probb. I. Fr. Gronovio Creviero aliis:). — Vernaculo serm.: „so kehrte er in dem festen Glauben, dass sich die Kunst der Leitung durch solchen Befehl nicht mitübertragen lasse, *und* mit seiner weder von Freund noch Feind erschütterten Überzeugung zum Heere zurück". — Lov. 5.: „tum quoque invicto". — P: „autquaquam". PC: „artem perandiaequatam". P: „ani mosadexercitum". cf. de hoc s 22, 25. „et in tempore".

6. *uolgi:* PC] vulgi. — P: „in modicaeinmodesteque": „ohne Maass und Ziel". — P (Cant. Lov. 2.): „quam. q. fabio". C: „quamque fabio". Lov. 5.: „quam a fabio". Rell. codd.: „quam fabio". — Quem ad modum I. Fr. Gronovius scribere potuerit, verbo „fuisset" in priore huius loci parte detrahendo nihil sententiae detractum iri, intelligere non possum. cf. ex. gr. Cic. or. pro S. Rosc. Amer. 6, 16.: hic *cum* omni tempore nobilitatis *fautor fuisset, tum* hoc tumultu proximo — praeter ceteros in ea vicinitate eam partem causamque opera studio auctoritate defendit.

8. *unicum ducem ac parem quaesitum Hannibali:* PCM

rem quaesitum Hannibali, maiorem minori, dictatorem magistro equitum, quod nulla memoria habeat annalium, iussu populi aequatum in eadem civitate, in qua magistri equitum virgas ac secures dictatoris tremere atque horrere soliti sint: tantum suam felicitatem virtutemque enituisse:

Cant. Voss. Lov. 1. al. I. Fr. Gronovium aliosque vera horum verborum vis fugit, cum *parem* h. l. idem quod *adversarium* significare dicerent. In *parem* h. l. inesse „qui unus par Hannibali futurus esset" („und als der, welcher allein es mit H. würde aufnehmen können"), vel constructio verborum indicat, id quod eos recentes librarios non fefellit, qui „*unicum ac parem* ducem" scribi voluerunt, quamquam illa duo verba postposita sunt, quo maior vis, quae in iis inesset, fieret: 22, 12. — Deinde in PC scriptum est: „ma*ior* *m*inori dicta*tor* *mag.* equitum", in P etiam „magis*ter*". Vix ita errari potuisse, nisi utroque loco *m* sequeretur, manifestum est. — Lov. 4.: „in ea ciuitate". Pal. 2.: „in qua magistri etiam equitum". P: „acsecure*s*dictatore*s*": quo dubium fit, an utroque loco in antiquiore cod. *i* positum fuerit „ac secur*is* dictator*is*". — PC: „tremere atque horrere soliti *sint*": cuius rei exemplum 8, 30—35. legitur. In Cant. Lovell. 1. 4. 5. excidisse dicitur „*sint*". M Harl. Lovell. 2. 3. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „soliti *sunt*" (cf. 3, 2.: dederit:): quorum errorum occasionem antiquam ipsam Put. scripturam dare potuisse ex seq. adnot. patet.

5. *tantum suam felicitatem uirtutemque enituisse:* Lov. 4.] in tantum suam felicitatem cet. (recc. codd.). — Cum in P (et in C et sine dubio in aliis bonis codd.) scriptum esset „solitisi*n*tan tumsuā|felicitatem" cet., nec quidquam desiderari posset nisi alterum *t*, quod ea littera non semel sed bis ponenda fuerat, facile fieri potuit ut in litteris „sintantum" librarii quidam latere putarent „sint *in* tantum". at multo fortius rationique loci accommodatius per se esse „*tantum*", vix quemquam praeterierit, eodem librariorum mendo non modo permultis aliis locis erratum videmus sed etiam sub finem huius cap. in verbis „secunda et tertia", quae conferantur. *Tantum* autem saepe ita pro *tantopere* positum esse notum erit. cf. ex. gr. 5, 38.: facilem in aequo campi *tantum* superanti multitudine victoriam fore. 37, 57.: id cum

ergo secuturumque se fortunam suam, si dictator in cunctationi ac segnitie deorum hominumque iudicio damnata perstaret. ita-

aegre paterentur tot nobiles, novum sibi hominem *tantum* praeferri. — C: „sint antum suā felicitatem". m. 2.: „sint *ac* tum suā" cet. — Lovell. 3. 4. 5.: „emicuisse". cf. ex. gr. 3, 63.: non alierum — virtus magis enituit.

1. *ergo secuturumque se fortunam suam* („deshalb werde er *auch* seinem Glücksterne folgen"): PC (et fortasse alii boni codd.)] ergo secuturum se fortunam suam. — In minore edit. scribi iussimus „ergo secuturum *quoque* se" cet.: nec tamen ea emendatione opus esse, similes loci, in quibus vel particula *que* idem dicat, persuadent: cf. 22, 18.: ea (Hispanorum cohors) — ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior*que* cet. — Quae sequuntur verba „si dictator — perstaret" recte a I. Fr. Gronovio emendata esse videntur, nec quidquam eius emendationi quod addatur habemus, nisi ut „cunctation*i*" pro „cunctation*e*" ponatur, quam ablativi formam editores prope semper in his nominibus deletam voluerunt: ex. gr. 30, 28.: cum Hannibal*i*. Eandem etiam inusitatiorem formam fecisse, ut h. l. vera scriptura prorsus periret, non est difficile intelligere. In P enim m. 1. scriptum vidimus „sedic|tatoris cunctationi|acsegnitioaedeoru mhominumqueiudiciodamnata eperstaret". altera manu *o* inducto scriptum est „segnitiae". C m. 1.: „se dictatoris cunctationi ac segnicie deorum hominumque iudicio damnatę pestaret". m. 2.: „ne dictatoris cunctationi ac segniciei" cet. M: „se dictatoris". Rell. codd.: „si dictatoris". M: „cunctationi ac segnitie". Recan.: „cunctatio ac segnitie". Harl.: „cunctationi etsegnitie". Vosa. Lov. 4.: „cunctationi segnitie". Hafn.: „cunctationi segnitiel". Gärtn.: „cunctationi segnitieque". Hav.: „cunctationi segnitieique". Lov. 2.: „cunctatione segnitieque". Berol.: „cunctatione segnitiem". Lov. 5.: „cunctationem segnitiem". Brancal. Latinii: „cunctationem segnitiemque". Lov. 1.: „cunctatori segnitie". Lov. 3.: „cunctio in segnitieique". Tum Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Gärtn. Hav. et m. 2. Berol.: „damnate". M (?) Lov. 2. et m. 1. Berol.: „damnantes". Lovell. 4. 5.: „damnare". — Si quis tamen Put. scripturam secutus dubitet, an scriptum fuerit a Livio „si dictatoris cunctationi ac segnitiae deorum hominumque iudicio damnatae perstar*ent*" (aut „perstaret*ur*"), quae fa-

que quo die primum congressus est cum Q. Fabio, statuendum omnium primum ait esse, quem ad modum imperio aequato utantur: se optumum ducere aut diebus alternis aut, si maiora intervalla placerent, partitis temporibus alterius summum ius imperiumque esse, ut par hosti non con-

cillima emendatio haberi posset: is non reputaverit, nec militibus nec centurionibus, nec adeo tribunis legatisve cunctandi iam consilium probatum fuisse sed uni dictatori, qua re eius generis coniectura h. l. pro vera haberi non potest. nam dativus *cunctationi* ferri posset, quamvis Livius *perstare* cum *in* iungere solitus sit.

1. *cum Q. Fabio:* P Lovell. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol. — CM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Oxx. N. L. 1.: „cum m. fabio". Margo codicis Voss.: „cum maximo fabio". Ox. D.: „cum. m. q. fabio". Hav.: „cum. q. fabio minucius". Recan.: „cum minucio fabius". Hafn.: „cum. m. minucio". — Dein Lovell. Hav. Berol.: „statuendum omnium primum *esse ait*". Harl.: „omnium primo esse ait". In Gärtn. excidit „esse". — Omnes codd.: „quem ad modum imperio *aequato* utantur".

3. *se optumum ducere:* P] se optimum ducere (C rell.). — „*Diebus alternis*" (codd.): „einen Tag um den anderen". cf. ex. gr. 8, 30.: alternis paene verbis: „fast bei jedem zweiten Worte". — „*Partitis temporibus*" (PC omnesque meliores codd.): „in *gleichmässig* abgetheilten grösseren Zeiträumen". Quod ut accuratius etiam exprimeretur, ex recentium quorundam codd. auctoritate in edit. Froben. a. 1531. scriptum est „partitis temporibus *alternis*": quae interpretatio iam verbo „partitis" significata erat.

5. *non consilio solum sed uiribus etiam*] non solum consilio sed viribus etiam. — Cum metathesi illa, quo librariorum errore nihil frequentius est, quamquam cautissimo iudicio in his rebus diiudicandis opus fuerit, in PC scriptum esset „solum *non consilio* sed uiribus etiam", videri potuit aut „*non solum* consilio" aut „*non* consilio *solum*" antiquior scriptura fuisse. hanc alteram iam constructionem recepimus, non tam quod transponendorum verborum mendum etiam in maioribus orationis partibus deprehendi potest (cf. 22, 8. sub fin.: pro urbe ac penatibus:), quam quod hac altera scriptura maior vis in voce *consilio* ponatur

silio solum sed viribus etiam esset, si quam occasionem rei gerendae habuisset. Q. Fabio haudquaquam id placere: omnia fortunam enim habituram, quaecumque temeritas collegae habuisset: sibi communicatum cum alio, non adem-

necesse est, id quod magistri equitum rationi aptissimum videbatur. ad hoc etiam id accedit, quod rarius altero loco nomen quoddam inter verba „sed etiam“ interponi solebat, persaepe priore loco inter „non solum“. — P: „occ*a*nsionem“. — Paulo post P: „*que*fabiohaudquaquamid plac*a*re“.

3. *omnia fortunam enim habituram:* PC] omnia enim fortunam habituram. — Cum tot locis metathesis litterarum verborumque mendo erratum esset, videri hoc quoque loco potuit antiqua manu scriptum fuisse „omnia *enim* fortunam“ cet. sed cum haud raro particulam *enim* in tertio loco a Livio positam esse optimorum codd. consensus doceat, ab antiquorum librorum auctoritate vix abeundum videatur, nisi ubi nulla prorsus causa, cur ab usitata constructione recessum sit, reperiri poterit. hoc autem loco fieri non potest ut quemquam fugiat, postpositum *enim* esse, quo maior inde vis non modo in *omnia* sed etiam in *fortunam* ponatur. — Pal. 2.: „*id* placere *omnia:* fortunam enim habituram“. M: „omnia fortunam *er*am (?) habituram“. Berol.: „omnia enim fortunam eius habituram quamcumque“ cet. In Pal. 1. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Ox. L. 1. omnia praetermissa sunt quae inter „habuisset — habuisset“ a Livio posita erant. — P m. 1.: „quaecum que*teme* | *ritascollegae cum que* | temeritas collegae habuisset“: sed m. 2. inductum est „teme|ritascollegaecumque|“. C: „quecumque“. Lov. 3.: „quantumque“.

4. *sibi communicatum cum alio non ademptum imperium esse:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N.] sibi communicatum cum illo non ademtum cet. (cod. Sigon.). Haec verba non uni Minucio sed legatis tribunisque dicta esse, vel priora verba „temeritas collegae“ persuadent. cum eadem igitur verba non sine iustissima indignitate dicta esse possint, „*cum alio*“ („er habe den Oberbefehl mit einem Anderen zu theilen“) mutari non oportuit. cf. 22, 15.: ab aliis invictum animum praestat. — Paulo post PC: „itaque *si* numquam nolentem“ cet. P: „consilio gerendarum censurum“. C: „consilio gerendum cen-

ptum imperium esse: itaque se numquam volentem parte qua posset rerum consilio gerendarum cessurum, nec se tempora aut dies imperii cum eo, exercitum divisurum, suisque consiliis, quoniam omnia non liceret, quae posset servaturum. ita obtinuit ut legiones, sic ut consulibus mos est,

surum". Quem ad modum „munus rerum consilio gerendarum" dici potuit, sic etiam h. l. „*pars* (muneris) *rerum consilio gerendarum*": ut ad „*qua posset*" supplendum sit „res consilio gerere". hanc igitur unam partem imperii se sibi vindicaturum dictator ait, cum alteram partem collegae temeritati permittendam esse videret. Itaque vernaculo sermone, non „er werde nie freiwillig den Theil aufgeben, den er durch umsichtige Führung dem Staate erhalten könne" (ut paulo post „quae posset servaturum"): sed „er werde nie freiwillig den ihm übrig gelassenen Antheil an dem nur durch Besonnenheit durchzuführenden Geschäfte fahren lassen".

3. *exercitum diuisurum:* PC Voss. Harl. Berol. Ox. N.] exercitus divisurum (M [?] Ox. L. 1.). — Lov. 3.: „cum eo exercitu diuisurum". Lov. 5.: „cum aequo exercitu diuisurum". Lovell. 2. 4. Hafn. Gärtn.: „cum exercitu diuisurum". — Pluralis vocis *exercitus* poni non potuit, quod, antequam exercitus divisus esset, non duo integri exercitus sed unus sub dictatoris imperio fuerat, licet 22, 15. scriptum sit „coniunctis exercitibus dictator ac mag. equitum castra in viam deferunt". — In Ascens. edit. a. 1513. „*sed* exercitus divisurum" scriptum est: sed adversativa coniunctione omissa orationem fortiorem fieri manifestum est. cf. ex. gr. 3, 71.: „se — in eo agro — militasse non iuvenem, vicesima iam stipendia merentem". Non numquam tamen etiam recentiores librarios eius generis elegantiam scriptoribus obtrudere voluisse, ex. gr. apud Ciceronem in orat. pro S. Roscio videre licet, ubi ex optimorum codd. fide 1, 1. scribendum est: „omnes hi — iniuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi, defendere *autem* ipsi propter iniquitatem temporum non audent". — P: „necsetemporaaputdies" cet. Item C: „apud dies". — P: „quaeposseseruaturum".

5. *ut legiones:* PC al.] uti legiones (unus Voss. et I. Fr. Gronovio teste meliores omnes codd.). — PC: „ita optinuit". Ox. L. 1.: „id obtinuit".

— *sic ut consulibus mos est se inter diuiderent:* P] sic

e inter dividerent: prima et quarta Minucio, secunda et tera Fabio evenerunt: item equites pari numero sociumque t Latini nominis auxilia diviserunt: castris se quoque searari magister equitum voluit.

XXVIII. Duplex inde Hannibali gaudium fuit: — neue enim quicquam eorum, quae apud hostes agerentur, um fallebat et perfugis multa indicantibus et per suos exlorantem —: nam et liberam Minuci temeritatem se suo

ut consulibus mos esset, inter se dividerent. — P m. 1.: „sic ut consulibus mos est *se*in terdiuiderent“: in qua scriptura nihil mutandum erat, nisi ut *t*, quod aeque ac *s* et *m* aliis locis inter duas vocales *e i* interpositum erat, omitteretur. Utrumque enim, aut *mos est* aut *mos esset* dici potuisse, pro ut haec verba aut ut a Fabio dicta aut a Livio rei similitudinis non praetermittendae causa interiecta viderentur, apparet. et ut haec altera ratio huic loco accommodatior videatur necesse sit, verba „ita obtinuit“ faciunt. Praepositionem *inter* autem casui suo interdum postponi notum est: cf. 22, 3. et F. Handii Tursell. III. p. 408. obs. 41. — P m. 2. littera t inducta: „mosessetinterdiui derent“: quo factum est ut in C (ac sine dubio in rell. bonis codd.) scriberetur „mos esset inter diuiderent“. Quae enim reliquorum codd. scriptura h. l. fuerit, nec Gronovii nec Drakenborchius acripserunt. — Paulo post P: „secundae*t*ertia“ praetermisso altero *t*. Lov. 2.: „sociorumque“. Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „latini nominis auxilium“. P: „mag. equitum“. Ceterum Plutarchus in legionum numero a Livio ita discrepat (Fab. Max. c. 10.): καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῶν ταγμάτων καὶ τὸ τέταρτον αὐτὸς ἔλαβε, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον ἐκείνῳ παρέδωκεν, ἐκίσης καὶ τῶν συμμαχικῶν διανεμηθέντων.

5. *neque enim quicquam eorum* cet.: P. In C excidit „enim“. — PC: „quae aput hostes *agerentur*“: nisi quod in C „apud“. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „quae apud hostes *gerebantur*“. — Pall. 1. 3. Harl. Lovell. 2. 4. Rec. Gärtn. Berol.: „et profugis multa indicantibus“. P: „multa*non* indicantibus“. — PC: „et liberam minuci temeritatem“. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „se suo modo capturum“. — P: „etsoller tiaefabi|isdimidium“ cet. m. 2.: „fabi|i dimidium“. C: „et sollercia fabii“.

modo captaturum et sollertiae Fabii dimidium virium decessisse. tumulus erat inter castra Minucii et Poenorum, quem

2. *quem qui occupasset:* Pal. 3. Gärtn. cod. Sig. — P: „tu muluseratintercastraminucii et poenorumqueeū | quioccupasse thauddubiaeiniquiorem“ cet. Prima igitur specie a Livio scriptum videri potest: „tumulus erat inter castra Minucii Poenorumque: eum qui occupasset, haud dubie iniquiorem erat hosti locum facturus“. Quod ne mihi probaretur, cum id fecit, quod proxime sequens locus eodem pronomine „eum“ incipit: tum quod nomina „Minucii et Poenorum“ non tam arte pro rei ratione coniungi possunt, quam particula *que* iuberet. nihil igitur dubito, quin „minucii *et* poenorum“ recte se habeat, et in Put. scriptura „queeū“ primo „eu“ pro *m* positum, deinde *eū* ex *eu* factum sit. C: „inter castra minuci et poenorū eum qui occupasset haud dubie“ cet. Pal. 1.: „qui eum qui occupasset“. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. Hav. Berol. Ox. N.: „qui eum occupasset“. — Significatio indicativi *futuri*, quam h. l. in „*facturus erat*“ similibusque in locis condicionalibus expressam videmus, non videtur praetermittenda esse. videtur quidem primo aspectu in eis futuris nulla notio voluntatis eius, qui aliquid agat, inesse, sed necessitatis cuiusdam, ut id, de quo agatur, fieri non posse videatur quin ita, ut ex rerum connexu expectandum fuerit, evadat: — qua re 22, 24. verba „quia, si luce palam iretur, haud dubie hostis *praeventurus erat*“ non dubitavimus vernac. serm. transferre „weil der Feind den Vorsprung gewinnen *müsste*“: nec supra dubitaverimus scribere „und es war ersichtlich, dass der, welcher denselben besetzen würde, dem Feinde gegenüber ohne Zweifel im Vortheil sein *musste*“, similique modo in similibus locis: — verum tamen ne in his quidem locis futurum ex linguae latinae ratione id quod gerundium expressisse potest, sed positum videtur ut is, qui cum aliqua spe aliquid faciendum curaret, expectatum eius rei eventum sibi videretur ita ante oculos habuisse, ut id, quod fieri *necesse esset*, etiam suo studio persequi *voluisset*. hac igitur scribendi lege nullo loco scriptores uti poterant, nisi in quo eius generis ratio probari potuit: ut ex. gr. 2, 38. „et hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi, si unum diem morati essetis,

qui occupasset, haud dubie iniquiorem erat hosti locum facturus. eum non tam capere sine certamine volebat Hannibal, quamquam id operae pretium erat, quam causam certaminis cum Minucio, quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat, contrahere. ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori, quia non modo silvestre

moriendum omnibus *fuit*" scribi non potuerit „omnes *morituri eratis*".

3. *quamquam id operae pretium erat:* C. P: „quamquam idoperepraetiumerat". — P: „minucio q*uem per* | ocursu rum". C: „quem ꝑ occursurū ad obsistentem satis sciebat". In M totum „semper" excidisse dicitur. — PC Voss. Harl. Lov. 1.: „sciebat *et* contrahere". Hafn. Berol.: „sciebat et contra iturum". In rell. codd. *et* ante *contrahere* praetermissum est. Num L. „*serere et* contr." voluit?

5. *ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori:* PC al. — Berol.: „ager enim omnis medius prima specie" cet. Hafn.: „inutilis insidiator*is*". hinc fortasse Berol. m. 2. et Ox. N.: „insidiator*ibus*". — P: „siluestraequicquam". Lov. 5.: „sed ne stramento quidem uestitum". Ad „non modo sed ne — quidem" cf. 4, 3. — PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. et Pal. 2.: „natus *de*tegendis insidiis": quae vera scriptura esse non potest. Pal. 1.: „de tegendis insidiis". Pal. 3.: „de gerendis insidiis". Non dubito quin Drak. recte viderit, errorem hunc inde ortum esse, quod antiquior librarius non „*te*gendis" sed „*de*gendis" scripserit, ut postea „*dete*gendis" duas eiusdem verbi scripturas iungendo ponendum visum sit. — P: „et erantin*an*fractibuscauerupes". C: „in anfractib' cauae" cet. — Paulo post PC Voss. Harl. Lov. 2. Hav.: „quod quemque locum apte insidere pot*erat*". Lovell. 4. 5.: „quod quemque — poterant". M m. 1.: „quodcumque — poterat". Lov. 3.: „quo quemque poterat". M m. 2. (?) Pal. 2.: „quocunque locum insidere apte poterant". — P: „quinque milliaconduntur". C: „quinque milia" cet. Lov. 1. et m. 1. Ox. N.: „quinque millia concluduntur". Polyb. 3, 104. de eadem re: ἐξέκεμψε τῆς νυκτὸς εἰς τὰς ἐπιτηδειοτάτας ὑποβολὰς, ἀνὰ διακοσίους καὶ τριακοσίους, πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς, ψιλοὺς δὲ καὶ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους. Et I. Fr. Gronovius dubitavit an L. scripserit „et equites *d*".

quicquam sed nc vepribus quidem vestitum habebat, re ipsa natus tegendis insidiis eo magis, quod in nuda valle nulla talis fraus timeri poterat: et erant in anfractibus cavae rupes, ut quaedam earum ducenos armatos possent capere. in has latebras, quot quemque locum apte insidere poterant, quinque milia conduntur peditum equitumque: necubi tamen aut motus alicuius temere egressi aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret, missis paucis prima luce ad capiendum quem ante diximus tumulum avertit oculos hostium. primo statim conspectu contempta paucitas ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostis ad locum capiendum. dux ipse inter stolidissimos ferocissimosque ad arma vocat et vanis animis et minis increpat hostem: principio

9. *quem ante diximus:* PC al. In Pal. 2. haec tria verba omissa sunt, fortasse quod eius tumuli modo mentio facta esset. — Paulo ante P: „fulgurarmorum". Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn. Berol.: „missis prima luce paucis" cet.

11. *pellendos inde hostis ad locum capiendum:* PC (rell. codd.)] pellendos inde hostes ac locum capiendum (ex lac. Perizonii coni.). — Qui Perizoniana coniectura eius momenti vel Imm. Bekkero videri potuerit, ut eam in Livianam orationem reciperet, intelligere non possum. nam praeterquam quod „*ad* locum capiendum" codicum omnium scriptura est, ne dici quidem h. l. potuisse „sibi quemque locum capiendum depoposcisse" non est difficile perspicere. *pellendos hostes* sibi quisque depoposcerunt ad locum capiendum i. e. ut tumulus Romanorum fieret. et laudati a Periz. loci 22, 42.: „clamor inde ortus ut signa proferri iuberent ducerentque ad persequendos hostis *ac* protinus castra diripienda": ab superiore loco prorsus aliena ratio est.

13. *et uanis animis et minis increpat hostem* („und stösst gegen den Feind auf nichts begründete Prahlereien und Drohungen aus"): Pal. 2.] et vanis minis increpat hostem (Voss. Hafn. Gärtn.). — Levi mendo PC: „et uanis animis et *nimis* increpat hostem". sed cum librariis pro huius loci ratione alterutra vox supervacanea esse videretur, fortasse etiam quod nonnullos vocis „animis" vis fugiebat, alii „animis" alii „minis" praetermissum voluerunt. nam in Pal. 1. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol. scriptum

levem armaturam dimittit, deinde conserto agmine mittit equites, postremo, cum hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. et Hannibal laborantibus suis alia atque alia ut crescente certamine mittens auxilia peditum equitumque iam iustam expleverat aciem, ac totis 5

est „et uanis animis increpat hostem". Harl.: „et uariis minis increp." cet. — M m. 2.: „inter*im* stolidissimos". C: „ferosciss*i*mosque".

1. *leuem armaturam dimittit deinde conserto agmine* cet.: PCM Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.] levem armaturam, deinde conferto agmine cet. — *Conferto* in recentibus quibusdam codd. repertum esse dicitur, nec probandum erat, quod antiquior scriptura „conserto" rectissime se habet. nam ut „manu conserta", sic h. l. „agmine conserto" („nachdem der Kampf sogleich begonnen hatte") dici potuit: 21, 4. „conserto proelio": al. Pro „*dimittit*" I. Fr. Gronovius aut „emittit" poni voluit, aut totum verbum omitti. — P: „mitti equites". Lov. 2.: „emittit equites". — Voss. Harl. Lovell. 1. 2. Hafn. Berol. Oxx. D. N.: „cum hostibus quoque subsidia itura iubet instructisque legionibus" cet. Manu altera tamen in Berol. et in margine Ox. N. scriptum est: „mitti iubet", id quod in Gärtn. Hav. Ox. L. 1. receptam est. Lov. 3.: „subsidia initura mitti iubet instructisque" cet. In Lov. 4. haec verba exciderunt.

4. *ut crescente certamine* („wie natürlich bei lebhafter werdendem Kampfe"): C] crescente certamine. — P m. 1.: „suis alia*t*q. ali*a* aut crescente certamine": in qua scriptura bis erratum est: primo, cum priore loco unum *a*, quod bis ponendum fuerat, scriberetur, dein cum altero loco pro uno duo *a* ponerentur. M 2. priore loco alterum *a* supra scripsit. Idem „aut crescente" in M repertum est. M m. 2. Pal. 2.: „accrescente certamine". In rell. codd. tota vox *aut* praetermissa videtur. — In primo loco *et* in Ox. N. omissum est. — Lovell. 4. 5.: „auxilia equitum peditumque". P: „aequitumque".

5. *ac totis utrimque uiribus certatur:* C m. 1. PM Cant. Harl. Lov. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.] ac totis — certabatur (C m. 2.). — Praesentis tempus, quod persaepe ita ab optimis quibusque scriptoribus positum est, imperfecto mutari necesse non erat: „und auf beiden Seiten wird mit der ganzen Streitkraft ge-

utrimque viribus certatur. prima levis armatura Romanorum, praeoccupatum inferiore loco succedens tumulum, pulsa detrusaque terrorem in succedentem intulit equitem et ad signa legionum refugit. peditum acies inter perculsos inpavida sola erat videbaturque, si iusta ac si recta pugna esset, haudquaquam inpar futura: tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta: sed exorti repente insidiatores cum tumultum terroremque in latera utrimque ab tergoque incursantes fecerunt, ut neque animus ad pugnam neque ad fugam spes cuiquam superesset.

kämpft". Cf. ex. gr. 3, 63.: „momentoque non *restituta* modo pugna sed *inclinatur* etiam Sabinis cornu". „redintegrato clamore undique omnes conisi hostem *avertunt* nec deinde romana vis sustineri *potuit*". — Gärtn.: „totis utriusque uiribus". — Paulo post P: „succedenstumultū| pulsa" cet.

5. *si iusta ac si recta pugna esset:* PCM] si iusta aut si recta pugna esset (recc. quidam codd.). — „*Aut*" ab eis librariis excogitatum videtur, qui Livium loco adiectivi „*iusta*" potius „*recta*" poni voluisse putabant. cum *ac* scriberetur, maior orationis vis in *recta* ponenda videbatur: non enim ea pugna videri potuit *recta* esse, quae praeparatis occultisque insidiis niteretur. — Lov. 2. Gärtn. Berol. et m. 2. Ox. N.: „si iusta aut recta pugna" cet. Lov. 5.: „si iusta recta pugna". Hafn. Berol.: „pugna *fuisset*": sed *esset* fortius est, cum ad „videbatur" magis se applicet, ut etiam pugnantium ipsorum iudicium in eo inesse videatur, id quod vel „futura" indicet. — Paulo ante P (C): „inter perculsosin | anida sola erat". P: „autquaquaminpar futura". P: „antepaucosdies *re*gestas|setexorti" cet. m. 2.: „res".

9. *neque animus ad pugnam neque ad fugam spes* recte scriptum videtur, cum in P sit „ut necui animus ad pugnamneque" cet. CM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav.: „ut *nec* animus ad pugnam *neque*" cet. Berol.: „ut *nec* animus ad pugnam *nec*" cet. — Lov. 1.: „cum tumultu terroreque — incursantes". Lov. 5.: „tantum tumultum terroremque". P: „terroremque in *al*terautrimq. abter*ga*queincursantes". C: „terroremque in altera utrimque ab tergoque" cet. In Berol. excidit *in* ante „latera". — Lov. 5.: „et ab tergo".

UNIVERSITY OF

levem armaturam dimittit, deinde conserto agmine mittit equites, postremo, cum hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. et Hannibal laborantibus suis alia atque alia ut crescente certamine mittens auxilia peditum equitumque iam iustam expleverat aciem, ac totis

est „et uanis animis increpat hostem". Harl.: „et uariis minis increp." cet. — M m. 2.: „interim stolidissimos". C: „ferocissimosque".

1. *leuem armaturam dimittit deinde conserto agmine* cet.: PCM Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.] levem armaturam, deinde conferto agmine cet. — *Conferto* in recentibus quibusdam codd. repertum esse dicitur, nec probandum erat, quod antiquior scriptura „conserto" rectissime se habet. nam ut „manu conserta", sic h. l. „agmine conserto" („nachdem der Kampf sogleich begonnen hatte") dici potuit: 21, 4. „conserto proelio": al. Pro „*dimittit*" I. Fr. Gronovius aut „emittit" poni voluit, aut totum verbum omitti. — P: „mitti equites". Lov. 2.: „emittit equites". — Voss. Harl. Lovell. 1. 2. Hafn. Berol. Oxx. D. N.: „cum hostibus quoque subsidia itura iubet instructisque legionibus" cet. Manu altera tamen in Berol. et in margine Ox. N. scriptum est: „mitti iubet", id quod in Gärtn. Hav. Ox. L. 1. receptum est. Lov. 3.: „subsidia itura mitti iubet instructisque" cet. In Lov. 4. haec verba exciderunt.

4. *ut crescente certamine* („wie natürlich bei lebhafter werdendem Kampfe"): C] crescente certamine. — P m. 1.: „suis aliatq. aliaaut crescente certamine": in qua scriptura bis erratum est: primo, cum priore loco unum *a*, quod bis ponendum fuerat, scriberetur, dein cum altero loco pro uno duo *a* ponerentur. M 2. priore loco alterum *a* supra scripsit. Idem „aut crescente" in M repertum est. M m. 2. Pal. 2.: „accrescente certamine". In rell. codd. tota vox *aut* praetermissa videtur. — In primo loco *et* in Ox. N. omissum est. — Lovell. 4. 5.: „auxilia equitum peditumque". P: „aequitumque".

5. *ac totis utrimque uiribus certatur:* C m. 1. PM Cant. Harl. Lov. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.] ac totis — certabatur (C m. 2.). — Praesentis tempus, quod persaepe ita ab optimis quibusque scriptoribus positum est, imperfecto mutari necesse non erat: „und auf beiden Seiten wird mit der ganzen Streitkraft ge-

repente velut caelo dimissa ad auxilium ostendit: itaque, priusquam ad coniectum teli veniret aut manum consereret, et suos a fuga effusa et ab nimis feroci pugna hostis continuit: qui solutis ordinibus vage dissipati erant, undique confugerunt ad integram aciem, qui plures simul terga dederant, conversi in hostem volventesque orbem nunc sensim referre pedem nunc conglobati restare: ac iam prope una acies facta erat victi atque integri exercitus inferebantque signa in hostem, cum Poenus receptui cecinit, palam ferente Hannibale ab se Minucium, se ab Fabio victum.

persuasit. — PC Lov. 1. Gärtn. Ox. L. 1. et m. 1. Voss.: „caelo *di*missa". In rell. codd. „*de*missa" scriptum esse dicitur.

3. *et ab nimis feroci pugna hostis continuit:* M m. 2. Pal. 3. Lov. 5.] et a nimis feroci pugna hostes cet. (C m. 2.). — Fortasse ut duae scripturae iungerentur, P atque inde C m. 1. M m. 1. Voss. Harl. Lov. 4. Pal. 1.: „et ab animis feroci pugna hostis continuit". Idem m. 1. in Berol. et in Lov. 1. 3. Ox. N. scriptum est, praeterquam quod in eis „hostes". Lov. 2.: „et ab omni feroci pugna hostis cont." Pal. 2.: „et ab armis feroci pugna" cet. — Paulo ante Ox. N.: „ad iactum teli". P: „haud manumconse | *re*tetsuosafug*ae* effusa" cet. C: „et suos fuga effusa" cet. — Particula *et* ante *suos* praetermissa est in Cant. Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. Hav. Berol. In Ox. L. 1. excidit „effusa".

6. *conuersi in hostem uoluentesque orbem:* C. — P: „conuersiinhoste". PM: „uolentesqueorbem". Pal. 3.: „uoluentesque *in* orbem". — C: „nunglobati restare". Lov. 3.: „conglobati instare".

10. *ab Fabio:* PM Lov. 2.] a Fabio (C rell.). — Lov. 4. Berol.: „*a* se minucium". — Paulo ante P: „uictiadq.integri". — Berol.: „tum poenus repente receptui cecinit". Harl. Rec.: „palam referente hannibale". — Mirum videri non potest, quod Livius cum nomine *Poenus* h. l. ablativos absolutos „Hannibale palam ferente" iunxerit, nam quamquam negari non potest, nomine „Poenus" Hannibalem quoque significari, tamen latinae orationis ratio alia est. *Poenus* enim plus dicit, cum idem nomen etiam alios duces, qui in Hannibalis exercitu erant, complectatur (cf. 30, 33.): et quamvis verbum *cecinit* ita interpretari soleamus, ut in eo „cani iussit"

Ita per variam fortunam diei maiore parte exacta cum in castra reditum esset, Minucius convocatis militibus „saepe ego“ inquit „audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit, secundum eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse. nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secundam ac mediam teneamus et, dum imperare discimus, parere prudenti in animum induca-

inesse dicamus, tamen, cum latine scriptum sit „Poenus receptui cecinit“, vel propter proprium eorum verborum sensum rectissime ablativus ille absolutus cum *Poenus* iungi potuit.

1. *ita per uariam fortunam diei maiore parte exacta cum in castra reditum esset:* PCM. — Lovell. 1. 2. 3. 5. Gärtn. Ox. N.: „ita*que* per uariam“ cet. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „cum in castr*is* reditum esset“. — Hav. Berol.: „saepe inquit ego milites audiui“ cet. P: „saepe egoinqui*d*“ cet. — P: „qui*t* in*re*sit“. C Cant. Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N. ac sine dubio M: „quid in *re* sit“. Cf. 22, 3.: „quae cognosse *in rem* erant“. — PC: „qui bene monenti ob*oe*diat“. — Dein P: „ qui nec ipsi consulere*t* “ cet. Quod cum verum esse non posset, iam in C scriptum est „ qui nec ipse consulere“. nam si L. dativum, qui ab huius loci ratione alienus non esset, poni voluisset, („wer sich selbst nicht zu helfen weiss“), non *ipsi* sed *sibi* scripsisset. *Consulere* autem non raro ita absolute positum esse notum videtur. cf. 21, 16.: ut — trepidarent magis quam consulerent. — PCM al.: „nec alteri parere *nes*ciat“: quam syllabam *ne*, sine dubio ex praecedente *re* male profectam, altera manus in M delevit. Alio errore Voss. Lovell. 1. 2. 3. 4. Oxx.: „nec alteri parere *scit*“. — In hoc loco scribendo videtur Livius Hesiodum secutus esse, qui ἔργ. καὶ ἡμ. v. 293. sic scripsit: οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ, φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ἤσιν ἀμείνων· ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται· ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. Aliorum scriptorum locos, in quibus eadem leguntur, collegit Carl. Göttlingius ad h. l. — Paulo post P m. 1.: „negatassors

mus. castra cum Fabio iungamus, ad praetorium eius signa contulerimus: ubi ego eum parentem appellavero, quod beneficio eius erga nos ac maiestate eius dignum est, vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexterae texerunt, patronos salutabitis, et — si nihil aliud — gratorum certe nobis animorum gloriam dies hic dederit".

XXX. Signo dato conclamatur inde ut colligantur vasa.

est". m. 2.: „negata". Berol.: „quia primi ingenii animique negata sors est".

1. *ad praetorium eius signa contulerimus:* PC] ad praetorium eius signa cum tulerimus cet. (rell. ut videtur codd.). — *Con* et *cum* persaepe in antiquis codd. inter se permutata esse, quis est qui nesciat. nec tamen sine graviore causa ab optimorum librorum auctoritate recedendum est. cum igitur constet Livium tempora verborum mutare solitum esse, et persaepe ab optimo quoque scriptore loco praesentis coniunctivi coniunctivum perfecti nulla maiore sensus diversitate positum esse, ut id, quod agendum erat, ad vim rei augendam iam actum voluisse viderentur: „*contulerimus*" mutare ausi non sumus. et altera, cur nobis h. l. „ad praetorium signa contulerimus" potius cum praecedentibus verbis iungendum videatur, causa est. castra enim Minucius cum Fabianis castris iungere potuit, nec aequatum cum Fabio imperium deponi necesse erat. at ubi sui exercitus signa ad dictatoris praetorium conferri iussisset, se suum imperium eius imperio subiectum velle indicavit: in quo uno cum omnis huius loci vis ponenda esset, vera integraque manus in PC et hoc loco servata est. — In sequentibus verbis „ac maiestate *eius*" l. Fr. Gronovius pronomen *eius* inductum maluit, sine dubio quod idem paulo ante legeretur. sed vix quemquam fugerit, *eius* etiam hoc altero l. positum esse, ut in eo, cui tantum deberetur, quanta maxima vis poneretur. — Deinde cum P scripsimus „uos modo armadexteraet | exe runt", cum L. asyndetis saepissime usus sit. C: „arma dextere exerunt". m. 2.: „dextereq; erexerunt". In M esse dicitur „arma dextera texerunt". In rell. codd. videtur fuisse „arma dexteraeque texerunt", quam scripturam l. Bekkerus quoque secutus est. — In Cant. excidit „modo". — P: „patronossalutauitis".

6. *dies hic:* PCM Gärtn.] dies haec (rell. codd.).

7. *signo dato conclamatur* sui exercitus signa ad dictatoris praetorium conferri iussisset, se suum imperium eius imperio subiectum velle indicavit: in quo uno cum omnis huius loci vis ponenda esset, vera integraque manus in PC et hoc loco servata est. — In sequentibus verbis „ac maiestate *eius*" l. Fr. Gronovius pronomen *eius* inductum maluit, sine dubio quod idem paulo ante legeretur. sed vix quemquam fugerit, *eius* etiam hoc altero l. positum esse, ut in eo, cui tantum deberetur, quanta maxima vis poneretur. — Deinde cum P scripsimus „uos modo armadexteraet | exe runt", cum L. asyndetis saepissime usus sit. C: „arma dextere exerunt". m. 2.: „dextereq; erexerunt". In M esse dicitur „arma dextera texerunt". In rell. codd. videtur fuisse „arma dexteraeque texerunt", quam scripturam l. Bekkerus quoque secutus est. — In Cant. excidit „modo". — P: „patronossalutauitis".

6. *dies hic:* PCM Gärtn.] dies haec (rell. codd.).

7. *signo dato conclamatur*

profecti et agmine incedentes dictatoris castra in admirationem et ipsum et omnes qui circa erant converterunt. ut constituta sunt ante tribunal signa, progressus ante alios

inde ut cet.: codd. Dubium est quid *inde* h. l. significare L. voluerit. nam aut cum „conclamatur“ („da erfolgt der Aufruf“) iunctum esse potest, quem ad modum *tum* quoque praecedentibus ablativis absolutis positum est: ex. gr. 22, 11.: „ita rebus divinis peractis *tum* de bello reque de publica dictator retulit“: aut cum sequentibus verbis ita iungendum videbatur ut in eo inesset „ut inde iam proficiscerentur“. — Gärtn. Berol.: „signo ergo dato“. Lov. 3.: „conclamatum inde“.

1. *et agmine incedentes dictatoris castra*: PCM Cant.] et agmine incedentes ad dictatoris castra. — Livius non scripsit „incedentes *ad* castra“ („nach dem Lager“, „an das Lager“), ne dicere videretur, illos in admirationem dictatorem convertisse, antequam castra eius ingressi essent (cf. 2, 63.: usque ad portas urbis incessere:): nec „*in* castra“ ut 9, 21.: „infestior (dictator) in erumpentes incessit“: al.: sed scripsit „*incedentes castra*“ i. e. cum ingrederentur castra: „nachdem sie abmarschirt waren und in geschlossenem Zuge das Lager des D. betraten“. Cf. Tac. Ann. 1, 61: praemisso Caecina — incedunt maestos locos visuque ac memoria deformes. — P: „incedentesdi††catorisca stra“ medio loco raso. Voss. Harl. Lovell. Hav. Berol.: „incedentes dictatoris castra“: sed in his recc. codd. omnibus praetermissum est „*et*“ ante „agmine“.
2. *ut constituta sunt ante tribunal signa:* C rell. — P: „ut constituta sun*t*tan*t*ae tribunal“ cet. — C: „circumfusosque militum eius“. Hav. Berol.: „circumfusosque milites eius“. — Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „patronos totum agmen“. — P: „consalutasse“. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. Hav.: „cum salutasset“. Berol.: „salutasset“. — PM Cant. et m. 1. C: „parentibus inquit me*diis* dictator“. C m. 2.: „parentibus inquit †† dictator“ mediis litteris erasis. Pal. 1. Voss. Lov. 4.: „parentibus inquit dictator mediis“. Voss. codicis margo: „parentibus inquit dictator uel diis“. Lov. 3.: „parentibus inquit dictator ne diis“. Lov. 2.: „par. inq. dict. diis te quibus modo“ cet. Gärtn. Hav. Berol.: „par. inq. dict. meis“. Lov. 1.: „par. inq. dictator quibus te modo“. Pal. 2.: „parem inquit di-

magister equitum, cum patrem Fabium appellasset circumfusosque militum eius totum agmen patronos consalutasset, „parentibus“ inquit „meis, dictator, quibus te modo nomine, quo fando possum, aequavi, vitam tantum debeo, tibi cum meam salutem tum omnium horum: itaque plebei scitum, quo oneratus magis quam honoratus sum, primus antiquo abrogoque et, quod tibi mihique, quod exercitibusque his tuis — servato ac conservatori — sit felix, sub imperium auspiciumque tuum redeo et signa haec legionesque resti-

ctator te diis modo nomine“ cet. Laur. Valla: „parentibus, inquit, dictator, meis, quibus te modo nomine“ cet. — P: „uitatantumdebeo“. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn.: „tibi cum mea salute tum omnium horum“.

5. *plebei scitum:* C. — P: „plebeis|scitum“. M m. 2. et plerique Drak. codd.: „plebiscitum“. — P: „quooneratus magis quam oneratus primus“ cet. C: „quo honoratus magis quam onoratus primus“ cet. dein eadem manu prima: „quo honeratus magis quam honoratus“: „mehr beschwert als geehrt“. Lov. 3.: „honoratus eram“. In Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn. Hav. et m. 1. in Berol. praetermissum est „sum“ perinde atque in PC. — „Primus“ excidit in Lov. 2. — Lov. 2. et margo codicis Ox. N.: „abdico abrogoque“.

7. *quod exercitibusque his tuis* in M Cant. inventum esse dicitur: quorum verborum constructio C. Dukero insolentior videbatur esse. at particula *que* non cum *quod*, ut ille voluit, sed cum *exercitibus* iuncta est, quo maior vis in hoc ipso nomine „exercitibus“ poneretur. — P: „quodexercitusq.|histuis“ litteris *ib* omissis: nec altera manu, id quod I. Fr. Gronovius adfirmavit, quidquam adscriptum est. C: „quod exercitu*i*que his tuis“. Pal. 2.: „quod exercitibusque tuis iis“. Pal. 1.: „quod exercitus is tuis“. Lov. 3.: „quod exercitibus his tuisque“. Lov. 5.: „quod exercitibus his seruato“. cet. Hav. omisso pronomine *quod:* „exercituique tuo seruato“. Multi Drak. codd.: „et quod exercitibus his tuis“. — P: „seruatoac conseruatoriissitfelix“. — PM levi mendo: „et signa haec legion*i*sque restituo“. Hinc Lov. 3. 4. 5. Hafn. Hav.: „et signa haec legionis restituo“. Voss. Lovell. 1. 2.: „et haec signa legionis restituo“. Gärtn.: „et hic signa legionis restituo“.

tuo: tu, quaeso, placatus me magisterio equitum, hos ordinibus suis quemque teneri iubeas.“ tum dextrae interiunctae

1. *placatus me magisterio equitum hos ordinibus suis quemque teneri iubeas:* Pal. 2.] placatus me magisterium equitum, hos ordines suos quemque tenere iubeas (ex coni. I. Fr. Gronovii ?). — PC(M): „placatus me mag̃ equitum hos ordinibus suis quemque tenere *iubeas*“. M m. 2.: „magisterio equitum“. Eadem, quae Put., omnium prope Drak. codd. scriptura videtur esse, nisi quod in plerisque „placatus me magistrum equitum“ positum est. Lov. 5.: „hos ordinibus suis suum locum tenere iubeas“. — In minore edit. Gronovianam coniecturam ita secutus eram, ut „me magistr*i* equitum“ scriberem, et ad hunc genitivum ex sequentibus „ordinem“ suppleri vellem. sed cum intellexerim, hanc coniecturam probari non posse, nisi zeugmatis figura ex *ordines* supplaverimus *locum*, quod ille magistratus vix *ordo magistri equitum* appellari posset, ut senatorius ordo dicebatur: nihil iam dubito quin unius Palatini 2. librarius antiquam scripturam et verissime emendarit. nam ut persaepe casus absolutos nominis „magister“ in antiquis codd. corruptos videmus, sic quoque h. l. in inusitatiore forma „magisterio“ erratum et „mag. equitum“ scribendum esse videri potuit. et quod „tenere“ sequente littera *i* pro „*teneri*“ scriptum est, id sane neminem morabitur. at quod I. Fr. Gronovius coniecturam Palatini 2. nulli docto homini satisfacere posse dicit, id omnino non intelligo nec video, quem ad modum activa constructione, si quid vitii hoc loco latet, emendatum videri possit. quin contra persuasum habeo, passivam structuram multo aptiorem loci rationi esse. nam si „suum quemque ordinem tenere“ scripserimus, nihil aliud dictum erit quam magistrum eq. voluisse, ne quis militum honore locove suo moveretur, quod ne dictator iubere vellet, aequato dictatoris magistrique eq. imperio vix timendum fuisset. sed passivum dicendi genus non id modo dicit, sed etiam magistrum eq. velle, ne aut sibi aut militibus id, quod suis auspiciis actum esset, fraudi fieret ac ne qua ignominia nec ipse nec milites sui afficerentur, quod male a se resp. gesta esset. videtur enim L. id respicere, quod in simili fortuna L. Minucium non consulem sed legatum consulari exercitui praeesse L. Quinctius dictator voluerat: 3, 29.

militesque contione dimissa ab notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati, laetusque dies ex ad modum tristi paulo ante ac prope execrabili factus. Romae, ut est perlata fama rei gestae, dein litteris non magis ipsorum imperatorum quam volgo militum ex utroque exercitu adfirmata, pro se quisque Maximum laudibus ad caelum ferre. par gloria apud Hannibalem hostisque Poenos erat, ac tum demum sentire cum Romanis atque in Italia bellum esse: nam biennio ante adeo et duces Romanos et milites spreverant, ut vix cum eadem gente bellum esse crederent, cuius ter-

1. *ab notis ignotisque:* PCM] a notis ignotisque (rell.). Pal. 2.: „adgnotis ignotisque". — Praeterea Lov. 5.: „dextrae inter se iunctae". P: „militesque condicione dimissa". Berol.: „concione dimissi — hospitaliter accepti". P: „benignaeadq.hospitialiter". C: „hospialiter". — In Ox. D. excidit „*ex*". PC: „paulo ante". Lov. 2.: „factus est".
5. *quam uolgo militum:* PC] quam vulgo cet. (rell. codd.). — I. Fr. Gronovius „quam vulg*i* militum" scribi voluit, ut *vulgi* responderet praecedenti „ipsorum imperatorum", quod utrumque nomen ex „litteris" penderet. at praeterquam quod *vulgo* persaepe pro quocumque casu et singularis et pluralis positum est, hoc loco ablativus *vulgo* ita pro „*litteris vulgi*" scriptus esse videtur, ut latine illipsi illa ex. gr. „*Terentii fabulis* magnopere delector, *Plauto* non item" poni solebat pro „*Plauti fabulis*". Ad hoc autem accedit, quod L. fortasse ne voluit quidem ut *vulgo* ita interpretaremur, sed ut, cum haud raro militibus commeatus daretur, „vulgo militum adfirmata" idem esset quod „*sermonibus militum Romam venientium adfirmata*". — Voss. Lov. 1.: „maximum laudibus coelum ferre". Lovell. 2. 3. Ox. N.: „maximum laudibus in coelum ferre". Berol.: „maximum ad coelum ferre laudibus". Lov. 4.: „maximum ad coelum ferre". PC: „ad caelum".
6. *par gloria apud Hannibalem hostisque Poenos erat:* P m. 2. C. — P m. 1.: „par gloria*m* apud" cet. P m. 1.: „atque in itala". m. 2.: „in italia". Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „cum romanis atque italia". — *Biennio ante = per* biennium.
10. *cuius terribilem eam famam a patribus accepissent:* PC rell.: „von dem ihre Väter jene furchtbare"

UNIVERSITY OF M

ribilem eam famam a patribus accepissent. Hannibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt, tandem eam nubem, quae sedere in iugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.

XXXI. Dum haec geruntur in Italia, Cn. Servilius Geminus consul cum classe centum viginti navium circumvectus Sardiniae et Corsicae oram et obsidibus utrimque acceptis in Africam transmisit, et prius quam in continentem

i. e. „eine so furchtbare Schilderung gemacht hätten". Quod ut accuratius exprimeretur, Ant. Perizonius scribi voluit „cuius *tam* terribilem famam" cet. Multo tamen maiorem vim in „*eam*" inesse neminem praeterierit.

2. *tandem eam nubem quae sedere in iugis montium solita sit cum procella imbrem dedisse:* PCM Pal. 2.: nisi quod in P m. 1. „nubemq.sidere" fuerit, alteraque manu in eodem cod. „procell*ae*" ex „procell*a*" factum sit. hinc factum est ut Drak. in plerisque codd. reppererit „procellae". *Imber cum procella* („stürmischer Platzregen") simili modo h. l. scriptum videtur atque 21, 22.: „post insequi cum fragore caeli nimbum". Pall. rell. et Drak. codd.: „eam nubem quae sederet in iugis montium sollicitatam procella imbrem dedisse".

6. *cum classe CXX nauium* Lipsius Polyb. 3, 96. 10. 11. secutus restituit, cum in codd. mss. numerus „cxx" totus excidisset, et veri simile visum esset, Livium, si eum numerum praetermittere voluisset, non „cum classe navium" sed „cum classe" scripturum fuisse. Voluit quidem Lipsius „centum *et* viginti" poni, sed posteriores particulam *et* melius omiserunt. In minore edit. scribi iusseramus „cum classe navium cxx", quod hoc altero loco, cum *e* sequeretur, facilius videretur is numerus excidere potuisse: sed cum idem post *e* fieri posset et prior constructio per se magis placeret, priorem iam verborum structuram recepimus. — Pal. 3. Gärtn.: „circumuertit". — Paulo ante P m. 1.: „en.seruiliumsgeminus": sed altera manu *m* inductum est. — PC: „et obsidibus *utrimque* acceptis": i. e. ex utraque insula. *Utrimque* „ab vel ex utraque parte" significat: sed eo sensu, quo huius loci ratio postulat (an beiden Orten), positum me hoc adverbium legere non memini.

8. *et priusquam — escensionem faceret:* P m. 1.] et

escensionem faceret, Menige insula vastata et ab incolentibus Cercinam, ne et ipsorum ureretur diripereturque ager, decem talentis argenti acceptis ad litora Africae accessit copiasque exposuit. inde ad populandum agrum ducti milites navalesque socii iuxta effusi ac si insulis cultorum egenti-

priusquam — exscensiones faceret. — In P m. 1. scriptum erat „in|contionentem escen|sion*em*faceret“: quod cur alteri librario ita displicuerit ut „escensiones“ scribi vellet, non intelligo. hinc tamen factum est ut vel in CM „escensiones“ reciperetur, in rell. etiam codd. „descensiones“. Cf. 8, 17.: „adversus regem escensionem — facientem“. Et cum „contionentem“ nihil videretur esse, eadem manus 2. *a* supra *e* in P posuit, ut „contionantem“ fieret, quod in C receptum non est. Pal. 3.: „in concinantem descensiones faceret“.

1. *ab incolentibus Cercinam* rectissime a C. Sigonio et I. Lipsio secundum Polyb. 3, 96. 12.: (καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῆς Σικελίας Λιλυβαίῳ προσέσχεν, μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας τῆς Λιβύης ὡς ἐπὶ τὴν τῶν Κερκινητῶν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν, ἀπηλλάγη') restitutum videtur. nam m. 1. in P non „*circa eam*“, quod in rell. codd., sed „abinco lentibus*circanā*|neetipsorum“ cet. scriptum erat, quod, cum litterae *o e i* persaepe inter se permutarentur, facillime pro „cercinā“ scribi potuit. altera tamen manus in eodem P litteram *e* supra *n* inductum posuit ut „circaeā“ fieret. — Paulo ante PCM: „*menige* insula uastata“. Pal. 1. Cant. Voss. Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „menie insula“ (alii „moenie“). Recan. Ox. L. 1. cod. Sig.: „menia“. Pal. 3.: „media“. Pal. 2.: „incenis“. Ed. Mogunt.: „Meninge“. Cf. Plin. 5, 7. 41.: „clarissima (insula) est Meninx (Snak. „menix“) —: oppida habet duo, Meningem ab Africae latere, et altero Thoar: ipsa a dextro Syrtis minoris promunturio passibus cc sita“. — Dein C m. 1.: „diripereturque ager“. C m. 2. ut P: „diripereturq;“. — P: „ad litora“. C: „ad littora“.

5. *iuxta effusi ac si insulis cultorum egentibus praedarentur:* PCM al.: nisi quod in P „*a*gentibus“ scriptum est. Voss. Lov. 1.: „insulas cultorum egentibus“. Lov. 2.: „insulas cultorum agentibus“. Rell. codd.: „insulas cultorum egentes“. Plerumque scriptum legitur „*iuxta at-*

bus praedarentur. itaque in insidias temere inlati, cum a frequentibus palantes et ignari ab locorum gnaris circumvenirentur, cum multa caede ac foeda fuga retro ad naves conpulsi sunt. ad mille hominum, cum iis Sempronio Blaeso

que“ (ex. gr. 3, 33.: in re iuxta manifesta atque atroci: „eben so — als“:), sed pro *atque* etiam *et*, *que*, *cum*, et *dativum* (24, 19.) positum videmus. Praeterea *iuxta* cum „quam cum“ iunctum est ut temporis ratio haberetur (10, 6.: iuxta eam rem aegre passi patres quam cum consulatum vulgari viderent:), et cum „*ac si*“ ad condicionem aliquam exprimendam, id quod supra scriptum est. cf. Sall. Jug. 45, 2.: „cotidie castra movere iuxta ac si hostes adessent“. Eodem sensu condicionali „perinde ac si“ scriptum est et „perinde ac“ (28, 38.: perinde ac debellatum in Italia foret:). — Ablativus autem „insulis — egentibus“ quibusdam ita improbatus est ut eum nisi particula *in* addita ferri non posse censerent. sed ut praepositiones *ab* et *cum* omitti poterant et ablativus absolutus poni, si nominibus substant. aut adiectiva aut participia adiecta essent, sic etiam *in* deesse poterat, cuius dicendi generis exempla ubique leguntur. — Lov. 2.: „ad depopulandum“. P: „militesinaualesquesocii“. C:„nauales socii“.

1. *cum a frequentibus palantes et ignari ab locorum gnaris circumuenirentur*] cum a frequentibus palantes, ab locorum gnaris ignari circumvenirentur (ex coni. I. Fr. Gronovii). — In minore edit. scribi iussimus „et ab locorum gnaris ignari circumv.“, quod in antt. codd. verborum metathesi erratum esse constaret: sed iam illam alteram rationique latinae linguae non minus aptam structuram verborum recepimus, quod ea ex antiquissima P scriptura etiam facilius evenire videretur, cum verba „*et ignari*“, quae primo librarium fefellerant, reliquis non suo loco interserta esse appareret. P (M): „palantes ad locorū | *et ignari* gnariscir cum|uenirentur“. Altera manu cum „gnaris“ inductam esset, in C scriptum est „palantes id locorum & ignari circumuenirētur“. Rell. codd.: „et locorum ignari circumuenirentur“. Berol.: „ita (Lov. 1.) in insidias illati a frequentibus palantes et locorum ignari circumueniuntur et cum multa caede“ cet.

4. *ad mille hominum cum iis Sempronio Blaeso praetore amisso:* C m. 2. omnesque Drak. codd.: nisi quod in Drak. „cum *his*“ inesse vi-

quaestore amisso, classis ab litoribus hostium plenis trepide soluta in Siciliam cursum tenuit traditaque Lilybaci T. Otacilio praetori, ut ab legato eius P. Sura Romam reduceretur. ipse per Siciliam pedibus profectus freto in Italiam traiecit, litteris Q. Fabii accitus et ipse et conlega eius M. Atilius, ut exercitus ab se exacto iam prope semenstri imperio acciperent. — Omnium prope annales Fabium dictatorem adversus Hannibalem rem gessisse tradunt, Coelius

detur. In C m. 1. perinde atque in P scriptum vidimus „*amissum*“, quod ad „ad mille hominum“ referri potest, sed propter ea, quae medio loco leguntur, probari non potest, nisi pronomen *iis* tollatur: ut dubitari non possit, quin hoc quoque loco *um* vel *ū* pro *o* librarii mendo positum sit: nam quamquam 43, 23. scriptum est „ibi ad mille occisis“, tamen supra „amisso“ ad praetoris nomen rectissime applicari potuit: „nachdem an tausend Mann, mit ihnen der Prätor S. B. eingebüsst waren“. — PC: „*ab* litoribus“. Rell. codd., ut videtur: „*a* littoribus“. P: „traepidaesoluta“. PC: „in siciliam *circ*um tenuit“. — Dein rectissime P m. 1.: „traditaquelilybaei.t.o taciliopraetori“. sed cum in praetoris nomine alterum *a* supra *a* m. 2. positum esset, factum est ut in C scriberetur: „traditaque lilybęi tota acilio p̄tori“: idemque „tota acilio“ in Pall. 1. 3. Harl. Lovell. 1. 3. 5. repertum est. Hafn.: „tota accilio“. M: „t. acilio“. Ox. N.: „tito acilio“. Lov. 4.: „tota otacilio“. Pal. 2.: „lilibei tito attilio“. — P m. 1.: „utablegatocius. p.circiromamreduceretur“. P m. 2. C: „eius. p. circa romam“.

5. *litteris Q. Fabii accitus*: P(Harl. Berol.). C rell.: „litterisque fabii“. — Quae sequuntur, brevitatis studio cum praecedentibus iuncta sunt, iungique poterant, cum nihil in eis esset, quod latinitatem offenderet: „durch ein Schreiben des Q. Fabius dahin beschieden, sowohl er als auch sein Amtsgenosse M. A.“ — C: „m. attilius“. — Dein PCM Hav.: „ut exercit*us* ab se — acciperent“. Rell. codd.: „exercitum“: quod h. l. vel ob id verum esse non potest, quod suus utrique consuli exercitus tradendus erat. — P m. 1. litteris *a t* omissis: „exc*o*iampropesem*e*stri imperio“. dein P m. 2. C: „exacto iam prope“ cet. Cf. 21, 43.: „cum semenstri hoc — duce“.

8. *Coelius etiam cum primum a populo creatum dictato-*

etiam eum primum a populo creatum dictatorem scribit: sed et Coelium et ceteros fugit uni consuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, ius fuisse dicendi dictatoris: quam moram quia expectare territa iam clade civitas non poterat, eo decursum est ut a populo crearetur 5

rem scribit: PCM Pall. aliique codd. In aliis recc. Drak. codd. „primum" omissum est. Berol.: „primo". Lov. 1.: „creatum a populo dictatorem". — C: „sed coelium et coeteros fugit". Lov. 3.: „sed et coelius et ceteri scribunt". — PCM et plerique Drak. codd.: „qui *tum* procul" cet. Recc. quidam codd.: „qui tunc procul". — C: „in galliā prouinciā aberat". Si idem accusativus in P esset, non dubitarem eum h. l. recipere. cf. 22, 25.: prope in custodiam habitum. — In Lov. 2. excidit „prouincia".

5. *eo decursum est:* M m. 2. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol.] eo decursum esse. — P (M m. 1. C Lov. 5.): „eo| demcursumestutapopulo" cet. Gärtn.: „eo concursum est". Optimos quosque scriptores variandae orationis causa a directo ad indirectum et ab indirecto ad directum dicendi genus transire solere notum est. cf. simillimus locus 6, 20.: „ad hoc servatos ex hostibus cives produxit". — Syllaba *re* praetermissa P: „creatur". — Deinde in P et in M Exc. Pith. et m. 1. in C levi mendo scriptum est: „etaugen*di*stitulumimagine*s*posteros": in quo si „augen*t*is" pro „augendis" et „imagin*a*s" pro „imagines" positum esset, nihil desiderari potuit. his tamen duobus mendis librariis posterioribus occasio data est multis modis antiquam orationem corrumpendi. Lov. 3.: „et augendi titulum imagines posteros". Lovell. 1. 4. Hav.: „et augendis titulum imagines posteris". Ox. N.: „et augendis titulis imaginum posteros". Lov. 5.: „et augendis titulorum imagines posteris". Ox. L. 1.: „et augendis titulis imagines posteris". Recan.: „et augendis titulis et imagines posteris". Lov. 2.: „et augentibus titulum et imagines posteris". Brancal. Lat.: „et augendas titulis imagines posteris". Hafn. Berol.: „et augendae titulum imaginis posteris". Harl.: „et in augendis titulum imagines posteris". C m. 2.: „et ad augendas titulorum imagines aꝑ posteros". De hoc posterorum studio imaginum titulos augendi cf. Liv. 8, 40. — In seqq. verbis „*ut qui pro dictatore* (scil. fuerat) *dictator crederetur*" „dictator"

qui pro dictatore esset: res inde gestas gloriamque insignem ducis et augentis titulum imaginis posteros ut, qui pro dictatore, dictator crederetur facile obtinuisse.

XXXII. Consules Atilius Fabiano Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto hibernaculis mature communitis — medium autumni erat — Fabi artibus cum summa inter

in omnibus antiquioribus codd. praetermissum est. P: „utqui prodictatorecaederetur|". C m. 1. M: „ut qui pro dictatore cederetur". C m. 2. Berol.: „ut qui pro dictatore crederetur". Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 4. Hafn. Rec. Gärtn. Branc. Lat.: „ut qui pro dictatore diceretur". Hav.: „ut qui dictator diceretur". Lov. 2. Ox. N.: „ut pro dictatore diceretur". Lov. 5.: „ut quasi pro dictatore diceretur". Denique margo Ox. N.: „qui ut dictator crederetur": et proxime vero Lov. 3.: „ut qui pro dictatore *dictator* diceretur". — P: „facile optinuisse".

4. *consules Atilius Fabiano Geminus Seruilius Minutiano exercitu accepto:* Lov. 3. — P: „consulesatiliofabia noge|minusseruilianusmu|sica noexercitusaccepto". Idem in C m. 1. M Pal. 2. scriptum est, nisi quod C „atilius", Pal. 2. „attilio", omnesque tres „exercitu" habent. C m. 2.: „seruilius". Berol. „consules attilius fabiano seruilianus minuciano exercitu accepto". Pall. 1. 2.: „consules atilius fabianus geminus seruilianus musicanus exercitu accepto". Pal. 3.: „attilius fabianus cn. seruilius musicanus". Quid in rell. suis codd. inventum sit, Drak. non scripsit.

6. *medium autumni erat:* ex coni. I. Fr. Gronovii] extremum autumni erat (cod. recentior Paris. teste Creviero:). — P: „quomau|tumnierat". P m. 2. CM: „cum autumni erat". Pal. 2. Oxx. L. 1. N.: „tum autumni erat". Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn.: „cum autumni erat tempus". Pall. 1. 3. Lov. 5. Hav.: „tum autumni erat tempus". Berol.: „tum autumni tempus erat". Lov. 3.: „cum autumni esset tempus". C m. 2.: „autumni iam tempus erat". Cum hibernacula mature communita dicantur, „*extremum*" vix integra scriptura esse potest. extremum enim autumni tempus in mensem decembrem cadere oportuit. Cf. 38, 27.: „ipse — iam enim medium autumni erat — locis gelidis excedere properans" cet. Quodsi in antiquiore cod. non *medium* sed „mediom" scriptum erat et litterae *me* exciderant, facillime

se concordia bellum gesserunt: frumentatum exeunti Hannibali diversis locis opportuni aderant carpentes agmen palatosque excipientes: in casum universae dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non veniebant: adeoque

fieri potuit ut in P „quom" scriberetur. — P: „fab*i* artibus". C m. 1.: „fabi artus". m. 2.: „fabii artibus". — Pal. 3.: „bellum ge*reb*ant". — Pal. 1.: „frumenta hinc exeunti". — PCM al.: „opportun*i* aderant". Voss. m. 1. Pal. 1. Hav.: „opportuna aderant". Pal. 2.: „opportune". Pal. 3.: „opertum". Lov. 3.: „uariis locis opportunis aderant". — Codd.: „in casum uniuersae dimicationis — non ueniebant": „zur Entscheidung einer Hauptschlacht — *liessen* sie es nicht kommen". — Omnia, quae ab „*consules Atilius*" ad „*non veniebant*" scripta sunt, non eo, in quo nos posuimus, loco sed quinque versibus post in PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. posita sunt, ut verba ita se excipiant: „facile obtinuisse adeoque inopiae" — „bellum gererent consules atilius" — „non veniebant cum ad Gereonium" cet. In meliorem ac sine dubio verum ordinem haec omnia primus redegit Frobenius in edit. a. 1531.

4. *adeoque inopiae' st coactus Hannibal ut nisi cum fugae specie* (m. 1.: speciem) *abeundum timuisset Galliam repetiturus fuerit:* P] eoque inopiae est redactus Hannibal, ut nisi tum fugae speciem abeundo timuisset, Galliam cet. — CM rell.: „adeoque inopia est coactus hannibal". C Pal. 2.: „nisi cum fugae specie abeundum timuisset". Pall. 1. 3.: „nisi cum fugae speciem abeundi timuisset". Pal. 1.: „repeturus fuerat". — Quem ad modum „adhuc *locorum*" (i. e. ad hoc locorum), „quoad *eius* fieri potest", „eo *furoris*", al. latine dicebantur, sic h. l. „*adeoque inopiae*" (bis zu dem Grade der Noth) rectissime dici potuit. Et quod I. Fr. Gronovius „redactus" pro „*coactus*" poni voluit, in eo vehementer erravit. nam praeterquam quod interdum haec duo verba prope idem dicebant (ex. gr. *in ordinem* vel *redigere* vel *cogere:*), propria eorum verborum significatio docet, *cogere* multo fortius aptiusque huius loci rationi esse quam *redigere*. „redigere" enim exprimit aliquem aliquo repellere, unde se vix removere possit, „*cogere*" aliquem ex omni parte ita comprimere ut se nullo modo expedire possit. Et quod ad *abeundum* attinet, Livium non-

inopiae'st coactus Hannibal ut, nisi cum fugae specie abeundum timuisset, Galliam repetiturus fuerit nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent. — Cum ad Gereonium iam hieme inpediente constitisset bellum, Neapolitani legati Romam venere. ab iis quadraginta paterae aureae magni ponderis in curiam inlatae atque ita verba facta ut dicerent, scire re

numquam infinitivum cum verbis timendi iungere inprimis in locis condicionalibus notum est: cf. ex. gr. 10, 36.: „diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent". Vernaculo igitur sermone: „und H. sah sich durch Mangel an Mundvorrath so ganz auf das Äusserste gebracht, dass er nach Gallien zurückmarschirt sein würde, wenn er nicht gefürchtet hätte, dass ein solcher Abzug den Schein einer Flucht auf ihn werfen müsste". — P m. 1: „nullarelictaspe|*relicta*alendi exercitus | ineiuslocis" cet.: sed altera manu alterum „relicta" inductum est. P m. 1.: „eidemartibus". m. 2.: „eisdem".

4. *cum ad Gereonium iam hieme inpediente constitisset bellum:* PC] cum ad Geronium cet. Cf. 22, 18. I. Fr. Gronovius in melioribus codd. h. l. „ger*i*onium" invenisse vult. In recc. codd. videtur „gerionem" fuisse. — „Impediente" (scil. bellum) in M quoque et in Voss. Lovell. 1. 2. Oxx. aliisque Drak. codd. repertum est: in aliis recentioribus codd. „impendente". — P m. 1.: „romae mue|nere". sed altera manu *e* inductum est. Pal. 2.: „neap. legati uenerunt romam".

7. *scire re sese populi aerarium bello exhauriri*] scire sese Romani populi aerarium bello exhauriri. — P (C m. 1. M Voss. Pall. 1. 2.): „sciereses|*se*populiaerariumbello exauriri": nisi quod in C et fortasse in ceteris „ex*h*auriri" scriptum est. C m. 2.: „scire se populi aerarium" cet. Harl. Gärtn.: „scire sese populi aerarium bellis exhauriri". Lov. 1.: „scire res esse populi romani aerarium bello" cet. Lov. 4.: „scire res esse romani populi aerarium". Pal. 3. Berol.: „scire se populi romani aerarium". Lov. 2.: „scire res populi romani et aerarium". Hav.: „scire se res populi aerariumque bello". Ex his scripturis patet, recentiores librarios sibi persuasisse, „populi" per se probandum non esse nisi adderetur „romani": eodemque errore ductus in minore edit. scribi iussimus „scire

sese populi aerarium bello exhauriri, et cum iuxta pro urbibus agrisque sociorum ac pro capite atque arce Italiae, urbe Romana atque imperio, geratur, aequom censuisse Nea-

sese populi romani aerarium bello exhauriri". sed iam et illos et me errasse intellexi, nec quidquam in antiquissimo P mutandum esse nisi ut alterum *s* medium in „sesse" induceretur: „sie wüssten es aus der Erfahrung, dass durch den Krieg die Schatzkammer des Volkes erschöpft werde, und da er eben so für die Städte und Länder der Bundesgenossen wie für das Haupt und die Burg Italiens geführt werde, so" u. s. w. Nam etsi vix dubium esse potuit, quin, cum illi ita loquerentur, quidquam magis quam adversam reipublicae romanae fortunam ante oculos haberent, tamen non potuit fieri, quin multo urbanius egisse viderentur, si id, quod dicendum esset, ita dicerent, ut non modo ad praesentem Romanorum statum sed ad quemlibet populum referri posset. Elegantia enim quadam verborum legatos usos esse, vel „ita verba facta ut dicerent" („und gaben ihrem Vortrage die Einkleidung dass sie sagten") indicare videatur. — Paulo ante P: „abiisquadragintapa teraeaurae magni ponderisincu riaminlatae". m. 2.: „aureae". C: „ab his. xxx. paterae aureae" cet.

1. *et cum iuxta* cet.: P] id cum iuxta cet. (ex coni. I. Fr. Gron.). — Hac altera eiusdem loci parte iudicio Gronovii, cui difficilius videretur ex „bello" suppleri „id", me in errorem induci passus sum, ut in minore edit. scriberem „et cum *id* iuxta", quod facile *id* ante *iu* excidere potuisset. Idem quod in P videtur m. 1. in C scriptum fuisse: sed cum altera manu „iuxta" erasum esset, eius loco „bella" positum est, quippe quod sequens verbum „gera*n*tur" (PCM Harl. Lov. 5. Gärtn. Hav. Oxx. D. N. L. 1.) postulare videretur: quamquam vix dubitari potest, quin frequentissimo illo mendo et hoc loco „gera*n*tur" pro „*geratur*" scriptum sit. — Gärtn.: „que quum iuxta" cet.: quare Drak. „quod quum" scribendum esse coniecit. Rell. codd.: „et cum iuxta". — P: „pr*a*eurbibus agrisque sociorumac pro capite adq.arceitaliaeurberomanaadq. imperio" cet. C: „p urbibus" (i. e. *pro* urbibus).
3. *aequom:* P] aequum (C). — P m. 1.: „censuisse*nt*neapolitanos". m. 2. „nt" inductum est. — P: „*eum*adtem plorumorna*tum*|adsubsidium" cet. Idem „cum ad templo-

politanos, quod auri sibi cum ad templorum ornatum tum ad subsidium fortunae a maioribus relictum foret, eo iuvare populum Romanum: si quam opem in sese crederent, eodem studio fuisse oblaturos: gratum sibi patres Romanos

rum ornatum" in Harl. Lovell. 2. 3. 5. Hafn. Gärtn. Rec. Hav. Berol. Oxx. et in Pal. 2. repertum est. C: „*cum* ad temporum ornat*ū* ad subsidium" cet.: sed m. 2. alterum *tū* additum est. M Pal. 1. Lov. 1.: „cum ad temporum ornatum". hinc Pal. 3.: „tum ad temporis ornatum tum ad" cet. — Sequenti loco C. Dukerus scribi voluit „si quam *aliam* opem in sese crederent". sed vix dubium videatur, quin Neapolitani dicere voluerint, si sibi persuadere potuissent, tantam suorum armorum vim esse ut militibus etiam missis rem Romanam adiuvare possent, se non dubitaturos fuisse et eos mittere. Dukero videbatur subiectum verbi „crederent" *Romani* esse, sed in eo *Neapolitani* inesse, id quod sequitur „oblaturos *fuisse*" indicat: „wenn sie in sich die Kraft gefühlt hätten auch thätig mitwirken zu können, so würden sie sich mit derselben Bereitwilligkeit angeboten haben". Nihil igitur virum doctum ut ita censeret impulisse potest nisi *imperfectum* „crederent", quod h. l. ut multis aliis condicionalibus pro *plusquamperfecto* positum est. In *crederent* autem non modo id quod in „credidissent" inest, sed *crederent* plus dicit, cum id verbum et praesentis eius temporis, quo illi locuti sunt, rationem complecti videatur. Et maior orationis vis in „sese" posita est, utpote quod pronomen illi oppositum esse voluerint *auro*, quod obtulissent. — P m. 1.: „si*t*quamopē|insese" cet. m. 2.: „si quamopē".

4. *patres romanos populumque:* PCM rell. — Pal. 3.: „patres conscriptos". — Dein PC rell.: „*si* omnes res neapolitanorum suas *duxissent* dignosque *iudicauerint*" cet.: nisi quod in Harl. et in Lov. 3. „díxissent" scriptum est. Mirum videri potuit, qui Livius ex eadem structura modo „dux*issent*" modo „iudica*verint*" pendere voluerit, sed quod multis iam locis vidimus, non sine causa et tempora et modos verborum ab Livio mutari, id hoc quoque loco videre licet. nam quamvis verba „si duxissent" postulare videantur ut „gratum sibi facturum *fuisse*" scribatur, tamen „gratum facturum esse" positum est ut ea verba etiam ad „dignosque

opulumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas uxissent, dignosque iudicaverint ab quibus donum, animo e volunſate eorum qui libentes darent quam re maius amliusque, acciperent. legatis gratiae actae pro munificentia uraque, patera, quae ponderis minimi fuit, accepta.

XXXIII. Per eosdem dies speculator Carthaginiensis, ui per biennium fefellerat, Romae deprensus praecisisque

iudicaverint" referrentur: eoque magis ita scribendum fuit, quo maior verborum „dignosque iudicaverint" vis esse debebat, quippe in quibus omne Neapolitanorum studium versaretur, quam verborum „si duxissent", quae dicta non ita sunt, ut ea ab Romanis rata haberi posse putarent, sed quae eadem illa urbanitate adiecta sunt, quam toto loco in Neapolitanorum verbis deprehendimus. Et „iudicaverint" multo modestiore sensu („wenn sie sie für werth erachtet haben möchten") dictum esse quam si „iudicarent" scriptum esset, vel me iudicente quisque perspexerit. cf. 6, 40.: *si* hodie bella *sint* —, et consulatum cum hoc M. Furio — L. ille Sextius *peteret*, possetisne ferre cet. — Paulo post PCM: „qui *libentes* darent": multo fortius est quam quod in Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. et Brancal. Lat. est scriptum „qui *libenter* darent". Cf. quod in hoc cap. supra scriptum est „opportuni aderant". — Deinde PCM Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn.: „quam re*m* *m*aius" cet. — C: „ampliusque". m. 2.: „ampliusqu$\bar{a}$". P: „ampliusq. accirent" omissis litteris *pe*. — Denique Gärtn. Hav. Berol.: „quae minimi ponderis fuit". In Lov. 4. excidit „minimi".

7. *deprensus:* P] deprehensus (C). — Paulo ante P m. 1.: „pereodemdies". m. 2.: „eo*s*dem". P m. 1.: „spectator carthaginien*s*iquiperbiennium fefeller*e*at". m. 2.: „carthaginiensis". Similiter sed haud scio an nullo errore 30, 10. in P scriptum est „spectatoriae naues". In eodem P tamen 28, 1. invenimus „praemissis speculatoribus — ad hostem pergit". 28, 2.: „speculatores transfugarum dicta adfirmantes uenerunt": al. In Laurish. cod. 42, 13.: „speculator missus": al. Supra vero in CM Harl. Pall. Lovell. 2. 3. Gärtn. Hav. Berol. Ox. L. 1. N. receptum est „spectator carthaginiensis". Num in antiquiore cod. „specl'ator" scriptum fuerit? Lov. 1.: „spectaturos". — Dein Lov. 3.: „praecisis manibus dimittitur". Pall. duo

manibus dimissus, et servi quinque et viginti in crucem acti quod in campo Martio coniurassent: indici data libertas et aeris gravis viginti milia. legati et ad Philippum Macedonum regem missi ad deposcendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugisset, et alii in Ligures ad expostulandum quod Poenum opibus auxiliisque suis iuvissent, simul ad visendum ex propinquo, quae in Bois atque Insubribus gererentur: ad Pineum quoque regem in Illyrios le-

Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Berol. Oxx.: „dimittitur". Hav.: „dimitteretur". — P m. 1.: „etseruiquinque etuicis†tiincrucemacti". m. 2. *n* supra *s* posuit. C. Dukerus miratur, quod Livius illos servos in campo Martio coniurasse scripserit. nihil enim nec ad rem publicam nec ad criminis atrocitatem attinere, utrum in foro an in circo coniurassent. at non video, cur scriptor id, quod antiquis annalibus traditum esset, scribere non potuerit, quo potissimum loco servi in urbe congressus suos habuissent. Coniunctivo autem „*coniurassent*" haud scio an Livius usus sit, quod criminis, cuius arguerentur, servi parum convicti compertique fuerint. — P: „eterisgrauis.xx." C: „et aeris grauis xx". sic persaepe „milia" supplendum est.

4. *ad deposcendum Demetrium Pharium:* PC al. Cf. Polyb. 3, 18. 19. Lov. 4.: „demetrium phalereum" Gärtn.: „demetrium plinium". — Paulo ante PC: „machedonumregem". — Deinde Berol.: „ad eum cunfugisset". Lov. 2.: „ad eum confugisset". — PCM Cant. Voss. Harl.: „et ali*i* ligures". C m. 2. Lov. 2. Gärtn. Berol. et cod. Voss. margo: „et alii ad ligures". Lovell. 1. 3.: „et ad ligures". sed rectius in rell. codd. „et alii *in* ligures" scriptum videtur. — Codd.: „ad expostulandum": „um Genugthuung zu fordern": 21, 25. — Lov. 3.: „quod poenos" cet. — P: „simuladuisend*am*". P: „quae in bo*i*s adq. insubribus gereren tur". Hac forma contracta in his nominibus Livium uti solitum esse maximus antiquissimorum codd. consensus persuadet. cf. 21, 25.: Boi. 5, 54.: Veis. al. — C: „que inobs atque insubribus". Lovell. 4. 5.: „in boiis insubribusque". Verba ab „simul ad vis." ad „gererentur" in Harl. exciderunt.

8. *in Illyrios:* PM Harl. Lovell. 3. 4. 5. al. — C m. 1.: „in illyrico". m. 2.: „in illyricos". — C: „poscendum *ut* si diem" cet. Voss.: „ad

gati missi ad stipendium, cuius dies exierat, poscendum aut, i diem proferre vellet, obsides accipiendos. adeo, etsi bellum ingens in cervicibus erat, nullius usquam terrarum rei ura Romanos, ne longinqua quidem, ecfugiebat. in religio-

stipendium cum dies accipiendos et si diem proferre" cet. Cant. Harl. Lov. 1.: „ad stipendium cuius dies accipiendos" mediis praetermissis. Lov. 4. Hafn.: „ad stip. eius dies accipiendos". Lov. 3.: „ad stip. eius diei accipiendos". Gärtn.: „ad stip. cum dies accipiendos". Denique Lov. 2.: „ad stipendium cum die accipiendum".

3. *nullius usquam terrarum rei cura:* C. — Lov. 2.: „nullius unquam" cet. Hav. Ox. N.: „nullius usquam orbis terrarum rei". — PM Voss. Harl.: „*nulli us*quam" cet. Dubium igitur videri potest, cum Livius haud raro dativum cum nominibus iunxerit, num hoc etiam loco „cura *nulli rei* (für keinen auch noch so fern liegenden Gegenstand) Romanos effugiebat" scripserit, at codicis C librarium recte vidisse id docet, quod hoc loco dicendum non erat, Romanos ulli eius generis rei ita prospexisse ut aliorum causa quidquam facere voluissent, sed id curasse, ut sibi reique publicae ita consulerent, ne qua earum rerum, quae ad se pertinerent, esse fugere posset: qua re pro latinae linguae ratione genitivum cum „cura" iungi necesse erat. — P: „ne longinqua*e* quidem*et* fugiebat". C recte quidem emendavit „*et* fugiebat", cum „*ec*fugiebat" scriberet: verum ab eodem librario scriptum est „ne longinqu*e* quidem" (i. e. longinquae), scilicet quod id adiectivum non ad „cura" sed ad „nullius rei" referendum esset. hypallage tamen eius generis Livium uti solere iam 22, 26. „saevientem iniuriam" vidimus. — In Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. praetermissum in prima huius loci parte „*adeo*" est. Dein Lov. 1.: „etsi bellum ingens esset in cervicibus". Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „etsi bellum esset ingens in cervicibus".

4. *in religionem etiam venit:* C: „auch machte man sich darüber ein Gewissen". P: „inregionemetiam" cet. — Codd.: „*per* seditionem militarem": „während eines Aufruhrs unter den Soldaten". sic 2, 34.: „caritas annonae ex incultis per secessionem plebis agris". C. Heusing.: „auf Veranlassung eines Soldatenaufruhrs". — Codd.: „*biennio ante*". Sig. animadvertit, non *biennio* sed

nem etiam venit aedem Concordiae, quam per seditionem militarem biennio ante L. Manlius praetor in Gallia vovisset, locatam ad id tempus non esse: itaque duumviri ad eam rem creati a M. Aemilio praetore urb. C. Pupius et Caeso Quinctius Flamininus aedem in arce faciendam locaverunt. Ab eodem praetore ex senatus consulto litterae ad consules missae ut, si is videretur, alter eorum ad consules creandos Romam veniret, se in eam diem quam iussissent comitia edicturum. ad haec consulibus rescriptum, sine detrimento rei publicae abscedi non posse ab hoste:

anno ante id fuisse oportere, quod L. Manlius praetor anno ante cum exercitu in Galliam missus esset: 21, 17. at Livius videtur in eo iam anni sequentis, qui imminebat, rationem habuisse. — PC: „in gallia uo*bi*sset". — Paulo post P m. 1.: „itaqued*um*| uiriadeamremcreat|tia.m.aemi liopraetoreurb." eadem m. 1. alterum *u* additum est. M: „ambaemilio": in quo Drak. „*ab* m̄. aemilio" vidit. m. 2. *m* inducto: „ab aemilio". C: „ab emilio praetore *urbis*". Num Livius „praetore *urbis*" an „praetore *urbano*" h. l. dici voluerit dubito. in Put. quidem et Laurish. me nusquam „praetor urbis" sed „praetor *urb.*" invenisse memini. — P: „c.puppiusetcaesoquin*t*iusflamininus". C: „c. puppius & caeso quin*c*ius flamninus". C m. 2. M: „flamininus". Rell. codd.: „flaminius". Et M: „c. puppius". Lov. 4. Berol.: „c. pupius". Voss. Lov. 1.: „c̄. s. pupius". Lov. 2.: „con. pupius". Lov. 3.: „cris. pupius". Lov. 4.: „cossus papirius". Cf. 4, 54.

6. *ab eodem p. r. ex. s. c. litterae ad consules missae:* PC. — M: „ab eodem p. r." Lov. 3.: „ab eodem praetore aemilio". Berol.: „ab eodē inde praetore". Lov. 1. Gärtn.: „ab eodem pplo ro". — Mss. Lipsii: „ex senatus consul*tu*". — PC: „si *is* uideretur". Nihil hac synaeresi in antiquioribus codd. frequentius. cf. ex. gr. 30, 27. et Prisc. 7, 4. 14. — Paulo post Lov. 4.: „se in eamdem diem". Recan.: „quam dixissent". Lovell. 3. 4. Hav.: „qu*a* iussissent".

9. *ad haec consulibus rescriptum:* P et C m. 1.] ad haec a consulibus rescriptum (C m. 2. rell.). Dativum persaepe sic ab antt. scriptoribus positum esse notum est. Cf. ex. gr. 22, 47.: clamore sublato procursum auxiliis. — P: „absce*n*dinonposse". C: „abscedi nono posse".

itaque per interregem comitia habenda esse potius quam consul alter a bello avocaretur. patribus rectius visum est dictatorem a consule dici comitiorum habendorum causa: dictus L. Veturius Philo M'. Pomponium Mathonem magistrum equitum dixit. iis vitio creatis iussisque die quarto decimo se magistratu abdicare, res ad interregnum rediit.

XXXIV. Consulibus prorogatum in annum imperium. interreges proditi sunt a patribus C. Claudius Appi filius Cento, inde P. Cornelius Asina. in eius interregno comitia habita magno certamine patrum ac plebis. C. Terentio Varroni — quem sui generis hominem, plebi insectationi prin-

2. *consul alter:* PCM Voss. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Gärtn. Oxx.] consulum alter (rell. codd.). Cf. 9, 32. 21, 17. al. — Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hav.: „a bello uocaretur". Gärtn.: „a bello reuocaretur". — Paulo ante Lov. 3.: „habenda potius". — Paulo post P m. 1.: „aconsuledicio comitiorum" cet. m. 2. medium *o* inductum est. — In Cant. excidit „causa". — Dein PC: „m. pomponium mathonem mag. equitum". Hav. Berol.: „is m. pomponium". Harl. Lovell. 4. 5.: „matonem". Lov. 3.: „maconem". Hav. Lov. 2.: „machonem". Sigonius restituit „M'. Pomponium": 22, 35. — In Harl. Gärtn. excidit „dictus".

5. *iis uitio creatis:* P] his vitio creatis. — C: „iis uiciis ī creatis".

6. *res ad interregnum rediit:* Hav.] ad interregnum res rediit (recc. quidam codd.). In PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn. praetermissum „*res*" propter praecedentem syllabam *re* est. — PC: „ae mag̃ abdicare".

8. *interreges proditi sunt:* Lov. 3. et margo cod. Voss.] interreges proditi. — P (Lov. 4.): „interreges proditius a patribus". C (Lov. 2.): „interreges prodicius a patrib'." M: „interreges prodiutius". Voss. Lov. 1.: „interreges prouidit ius". — PC: „cn. claudius appi filius cento". Rell. codd.: „cn. claudius". Sigonius restituit „*c.* claudius", sed quod idem voluit „cen*th*o" recipere non ausim. cf. 25, 2.: „c. claudium centonem". 31, 14.: „c. claudius cento" (Bamberg.). — Voss.: „*m.* p. cornelius" pro „*inde*" cet. P: „inerisinterregno".

11. *plebi insectationi principum — conciliatum*] plebei insectatione principum cet. (Iac. Gron.). — PCM Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn.: „c. terentio uar-

cipum popularibusque artibus conciliatum, ab Q. Fabi opibus et dictatorio imperio concusso aliena invidia splendentem, volgus et extrahere ad consulatum nitebatur — patres summa ope obstabant, ne se insectando sibi aequari adsuescerent homines. Q. Baebius Herennius tribunus plebis, co-

rone quem" cet. Berol. omisso praenomine: „terentio uarroni quem". Lov. 2. Gärtn. Hafn. Hav.: „c. terentium uarronem quem". Pal. 2.: „c. terentius uarro ne quem". — PM: „plebisinsectationi". Cf. de illo interposito *s* 22, 25.: et in tempore. C: „plebsin sectationi". Lov. 1.: „plebes insectationi". Voss. Harl.: „plebes insectatione". Lov. 2.: „plebs insectationi". Lovell. 3. 4. Gärtn.: „plebs insectatione". Lov. 5.: „plebs insectationi*bus*". Cf. de huius ablativi „insectation*i*" forma 22, 27.: „in cunctation*i*". — Pal. 3.: „popularibusque auribus".

1. *ab Q. Fabi opibus et dictatorio imperio concusso*] ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis. — „*Concusso*" recte scriptum in Lov. 1. est, cum in PCM Cant. Voss. Harl. ceterisque prope omnibus Drak. codd. „concuss*um*" inventum sit. cf. 22, 31.: ad mille hominum cum iis Sempr. Blaeso quaestore amisso. Hav. tamen: „ab quinti fabii opibus e dictatorio imperio concuss*i*". — Praeterea P (M Gärtn.): „ab. q. fabio opibus *e*dicta|torio" cet. C: „ab. q. fabii opibus *t* dictatorio". Cant. Recan.: „ab quinti fabii opibus *et* dictatorio". Hafn.: „ab quinti fabii opibus ex dictatorio". Harl.: „ab q. fabio opibus dictatorio". Berol.: „a q. fabio opibus ex dictatorio". Lov. 1.: „atque fabio opibus et dictatorio". Voss.: „absque fabio opibus et dictatorio". Lov. 4.: „absque fabii opibus e dictatorio". Lov. 3.: „absque fabio opibus est dictatorio". — PC: „uolgus *et* extrahere ad consulatum" cet.: „auch bis zum Consulate zu erheben". L. autem non scripsit „et ad consulatum" sed „et extrahere ad cons.", ne vis orationis, quae in „consulatum" inesset, in „extrahere" minor videretur. Idem „et" in M Voss. Lov. 4. Hav. receptum est. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 5. Gärtn. Berol.: „uulgus extrahere". — *Aliena inv.:* durch die gegen jenen genährte Missgunst.

5. *Q. Baebius:* M. — PC: „que baebius herenicus". M: „q. baebius herenicus". Pal. 2.: „q. baebius herennicus". Lov. 4.: „q. bebius herentius". — PC: „cognatus. c. terenti". — Dein Hafn. et margo cod. Voss.: „cognato suo" pro „candidato suo".

natus C. Terenti, criminando non senatum modo sed etiam
ugures, quod dictatorem prohibuissent comitia perficere, per
ıvidiam eorum favorem condidato suo conciliabat: ab ho-
ıinibus nobilibus per multos annos bellum quaerentibus
[annibalem in Italiam adductum, ab isdem, cum debellari
ossit, fraude bellum trahi: cum quattuor legionibus univer-
s pugnari posse apparuisse eo quod M. Minucius absente
abio prospere pugnasset, duas legiones hosti ad caedem
biectas deinde ex ipsa caede ereptas, ut pater patronusque
ppellaretur qui prius vincere prohibuisset Romanos quam
inci: consules deinde Fabianis artibus, cum debellare pos-

5. *fraude bellum trahi:* M m. 2. Pal. 3. Lov. 2. Berol.] fraude id bellum trahi. — PM: „fraud*em* bellum trahi". C: „frade bellum trahi". Voss. Harl. Lovell. 3. 4. Gärtn. Hav.: „fraude in bellum trahi". Lov. 5.: „fraudibus iam bellum trahi". — Paulo ante Pal. 3.: „ab omnibus nobilibus". P: „quærentibus". PC: „in italiam a*b*ductum ab *h*isdem". Illud *h* in hac m. decade non recepi. Pal. 3.: „in italia abductum". — *cum quattuor legionibus universis pugnari posse:* („dass mit vier vollständigen Legionen der Krieg geführt werden könne")] cum quattuor militum legionibus universis cet. — PCM: „cum quattuor (C „quatuor") *milia* legionibus uniuersis pugnari posse*t* apparuisse eo". Nonnumquam ab librariis antiquis illud „milia" male adiectum integrae orationi esse, iam 22, 20. vidimus: „centum viginti". Inde tamen Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn.: „cum quatuor *militum* legionibus uniuersis pugnari posset" cet.: praeterquam quod in Harl. „poss*it*" est. Idem „militum" in rell. codd. receptum est. — C m. 2.: „*ex*pugnari". — Paulo post Voss. Harl. Lovell. Hafn. Rec. Gärtn. Hav.: „duas legiones hosti ab eodem obiectas". — P m. 1.: „consulesdeindefabian*i*artibus". m. 2.: „fabianis". Lov. 2. Berol.: „quum fabianis artibus". Lov. 1.: „fabiis artibus". cf. 22, 24.: artibus Fabiis. — M m. 1. Voss. m. 1. Harl. Hav. Berol. aeque ac P: „cum debellare posset". M m. 2.: „possent". Voss. m. 2.: „debellari". — P: „bellum traxis*set*". C: „bellum traxissēt". — PC: „inter omnes nobil*is*". Lov. 4.: „inter eos nobiles etam". Marg. cod. Lov. 2.: „inter omnes nobiles laitum".

sent, bellum traxisse: id foedus inter omnes nobilis ictum, nec finem ante belli habituros quam consulem vere plebeium id est hominem novum fecissent: nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris et contemnere plebem, ex quo contemni patribus desierint, coepisse: cui non id apparere,

4. *ex quo contemni patribus desierint:* PCM] ex quo contemni desierint a patribus (recc. quidam codd.). — M m. 2.: „contemni *a* patribus“: at Livium haud raro eum dativum non modo cum praeteritis sed etiam cum ceteris passivorum temporibus iungere notum videtur. — Voss. Harl. Pal. 3. Lovell. 1. 2. 4. 5.: „contemni desierint patribus“. — C: „*ce*pisse“. Paulo ante P: „iameisdemini tiatosessesacros“.

5. *cui non id apparere:* PC Pall. et margo Ox. N.] cui non apparere (ex coni. I. Fr. Gron.). — Facile intelligitur, Gronovium prius *id* deleri voluisse non modo quod idem pronomen paulo post legeretur, sed etiam quod in eis ipsis verbis, quibus Livius saepe usus esset, id omitti soleret. at invitis antiquis codd. nulla eius generis emendatio probari potest, nisi iusta aliqua causa accesserit. hoc autem loco etiam manifestum est, prius *id* adiectum esse, quo maior vis eius partis orationis fieret: „wem leuchte nicht *das* ein, dass man es auch jetzt wieder dahin zu bringen gesucht habe ein Interregnum eintreten zu lassen, damit die Comitien in der Hand der Väter wären“. Interreges enim creari non poterant nisi ex patribus. Deinde altero etiam loco idem Gronovius prius *ut* coniunctione *cum* mutari voluit, ne bis eadem particula posita esset: cuius modi emendandi studio si summus vir, cui Livius tantum debet, minus indulsisset, multis locis non peius orationi Livianae consultum esset. — Voss. Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N.: „cui non id appare*ret* id actum“ cet. M (?) Lov. 3. et Berol. m. 2.: „cui non id apparet id actum“. Berol. m. 1.: „cui non id apparet actum“ cet. Lov. 5.: „cui id non apparet id actum“. Lov. 4.: „cui id non apparet actum“. — P m. 1.: „comitis*e*ssent“. m. 2. prius *e* inductum est. — Recan.: „consules amb*o*“. — PCM al.: „ad exercitum morando“: „dadurch dass sie beim Heere blieben“: i. e. „dass sie vorgaben, sie dürften den Feind nicht aus dem Auge lassen“. Lov. 2.: „ad exercitum quaesisse morando“. Berol.: „morando ad

UNIVERSITY OF

id actum et quaesitum esse ut interregnum iniretur, ut in patrum potestate comitia essent? id consules ambos ad exercitum morando quaesisse, id post ea, quia invitis is dictator esset dictus comitiorum causa, expugnatum esse ut vitiosus dictator per augures fieret: habere igitur interregnum cos, consulatum unum certe plebis Romanae esse: populum

exercitum quaesisse". Lov. 4.: „exercitum morando quaesisse". P: „quesisse".

3. *inuitis is:* P] invitis iis (C). Cf. de hac synaeresi 22, 33.: si *is* videretur. — In „iis" inesse non *patribus* sed *consulibus*, utpote qui non dictatorem comitiorum causa sed interregem creari voluissent, neminem fugerit.

5. *habere igitur interregnum eos:* ex coni. Phil. Rubenii. Idem in CM Harl. Pal. 2. scriptum est, nisi quod in his codd. „haberet" inventum est. P etiam: „haberet igiturinregnū | eos": eodemque paulo post mendo idem P (et M m. 2. Harl. Lov. 2. Gärtn.): „plebis romanae esset". — Praeterea scriptum est pro „habere" in Pal. 1.: „haborret". Quod cum nihil videretur, Pal. 3. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn.: „abhorret". Voss. Lov. 1. Oxx. L. 1. N.: „abhorreret". Recan.: „aborreret". — Dein codd.: „populum *liberum* habiturum": „dies Consulat werde das Volk sich frei erhalten und dem geben" u. s. w. — PCM: „*qui magis uere uincere quam*" cet. Pal. 2.: „qui magis uero uim cere quam". Rell. codd.: „qui magis uincere quam". In Lov. 1. Berol. excidit „diu". PC: „imperare m*allit*". Livium verba ita inter se opponere solere ut particulis „magis quam" uteretur (cf. 9, 7.: tristior deinde ignominiosae pacis magis quam periculi nuntius fuit:), et „non magis quam" aut „magis non quam" (ex. gr. 1, 46. fin.), satis notum videtur. Quod si h. l. illis particulis etiam verbum „*malle*" adiecit, nihil aliud spectasse potest quam ut illo sensu maiore etiam vi verba „vere vincere" et „diu imperare" acciperentur: „der lieber *mehr wirklich siegen als lange an der Spitze stehen* wolle". Quod autem h. l. in PC „m*allit*" scriptum est, id non modo et aliis locis in PC sed etiam in primae decadis antiquioribus codd. repperimus: nihilo minus tamen dubium est, utrum L. vere „m*alit*" an „m*allet*" scribi voluerit. utrumque enim tempus h. l. poni potuisse patet.

liberum habiturum ac daturum ei, qui magis vere vincere quam diu imperare malit.

XXXV. Cum his orationibus accensa plebs esset, tribus patriciis petentibus P. Cornelio Merenda L. Manlio Volsone M. Aemilio Lepido, duobus nobilibus iam familiarum plebei C. Atilio Serrano et Q. Aelio Paeto, quorum alter pontifex alter augur erat, C. Terentius consul unus creatur ut in manu eius essent comitia rogando conlegae. tum experta nobilitas, parum fuisse virium in competitoribus eius,

4. *L. Manlio Volsone:* PC] L. Manlio Vulsone (ex coni. Sig.). Ox. D.: „manlio". — Paulo ante PC: „tribu*nis* patriciis petentibus". — Dein recte scriptum est in Lov. 5.: „*duobus nobilibus iam familiarum plebei*": „obgleich drei Patricier darum anhielten, und zwei schon zum Adel gerechnete Männer, die aus Plebejischen Familien herstammten". *Iam* enim sic, ut h. l. interpretati sumus, cum „nobilibus" iungendum videtur: nisi quis forte censet, eam particulam h. l. a Livio ita positam esse ut ea in narrando uti soliti essent, ut fortior celeriorque rerum descriptio ea interiecta fieret, aut ut idem prope quod „etiam" significaret: „ja ungeachtet sich auch zwei aus Bürgerfamilien stammende Adlige darum bewarben". — P levi mendo (et M Harl. Pall. 1. 2. Ox. L. 1.): „iam familiar*i*um plebei". C: „iam familiarum plebei'": i. e. plebeis. Lov. 4.: „iam familiarium plebeii". Gärtn.: „iam familiarium plebeis". Berol.: „iam familiarium plebis". Voss. Lov. 1.: „*ac* familiarium plebei". Cod. Lipsii: „ac familiarum plebei": quare Lipsius „*at* familiarum plebei" scribi voluerat. — PC: „et. q. *a*lio paeto". Oxx. D. N.: „et atilio paeto". Voss. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 4. Hav. Berol.: „et attilio paeto". Harl. Gärtn.: „et actilio paeto". Hafn.: „et atulio paeto". Pal. 3.: „et g. attilio peto". Ox. L. 1.: „et. a. paeto". Lov. 3.: „et aulio paeto". Pal. 2.: „et quintilio peto". — Pal. 3.: „ut cum in manus eius essent". — P: „comitia rogando collegaestum" cet.: sed m. 2. *s* inductum est.

9. *in competitoribus eius L. Aemilium Paulum* cet.: PC] in competitoribus L. Aemilium Paullum cet. (ex coni. I. Fr. Gron.). — *Eius* in Lovell. 1. 5. deesse videtur: rell. Drak. codd. et Oxx. D. N. id pronomen suo loco habent. — Paulo ante Lov. 4.:

L. Aemilium Paulum, qui cum M. Livio consul fuerat et damnatione conlegae et sua prope ambustus evaserat, infestum plebei, diu ac multum recusantem ad petitionem compellit: is proximo comitiali die concedentibus omnibus, qui

„cum experta nobilitas". Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. Gärtn. Hav. Berol.: „tum cum experta" cet. — PCM Pall. 1. 3. (Harl. Lovell. 2. 3. 4.): „qui cum. m. libio consul fuerat". Lov. 1.: „cum m. lanio". Berol.: „cum m. iulio". Pal. 2.: „cum m. bibulo consule". Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „consul *erat*". — Pal. 3.: „et a sua prope ambustus". Ad „*ambustus*" cf. 22, 40., quo loco L. Aemilius de se ipse dixisse perhibetur „se *popularе incendium* priore consulatu *semustum* effugisse", quod praedam in Illyrico bello (Polyb. 3, 16. fin. seqq.) partam non aequaliter divisisse argueretur. — C: „infestum plebei". — Quid pro „conpellit" (PC Pal. 2.) in plerisque Drak. codd. scriptum fuerit, sequens adnot. indicat.

4. *is proximo comitiali die* in nullo meliore cod. scriptum videtur. PC: „conpellit is *ius* proximo comitiali die" cet.: quo mihi vix dubium videatur, quin L. scripserit „is *igitur* proximo" cet. Simili coniectura codicis Sigon. librarius scribi voluit „ita is proximo" cet.: Pal. 2. „compellit. is uir proximo" cet. M: „compulsum is ius proximo" cet. Hafn.: „compulsum uiris proximo comitiali die". Pal. 1.: „compulsum uir is *prox*imo *pro* comitiali die". Voss. Harl. Lovell. 2. 4.: „compulsum iuris proximo comitiali die": (Voss. Gärtn. etiam „proximo pro comitiali die"). Lov. 5.: „compulsum uix proximo" cet. Lov. 1.: „compulsum. pro comitiali die". Pal. 3.: „compunctum iuris proximo" cet. Hav. Berol.: „l. aemilius paullus (in Berol. excidit „paullus") — infestus plebi diu ac multum recusans ad petitionem compulsus iuris proximo pro comitiali die". Itemque Lov. 3., sed praetermissis verbis „iuris proximo". — Dein P (cod. Sig.): „*par magis in aduersandum quam collega datur consuli*": „mehr um als ein demselben gewachsener Gegner entgegenzuwirken" u. s. w. M Pal. 2.: „*pars* magis" cet. C: „pars magis in aduersandum quam colle*gae* datur consuli". Lov. 5.: „parsque magis" cet. Lov. 3.: „partem magis". Pal. 3.: „partem magis in id uersa quam" cet. Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „parte magis in aduersa quam" cet.

cum Varrone certaverant, par magis in adversandum quam conlega datur consuli. inde praetoria comitia habita: creati M'. Pomponius Matho et P. Furius Philus: Philo Romae

2. *inde praetoria comitia habita.* — P (C): „indepraetoriumcomitia“ cet.: in quo *ū* pro *a* scriptum videtur. M (C m. 2.): „inde praetorum comitia“. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Ox. N.: „inde praetoriana comitia“. — Deinde scripsimus Gruterum ceterosque secuti „*Manius* Pomponius Matho“ (cf. 22, 33.). PC rell.: „*m.* pomponius matho“. *Marcus* Pomponius anno ante praetor fuerat (cf. 22, 7.). Hav.: „p. seruilius philo“.

3. *Philo Romae iuri dicundo urbana sors Pomponio inter ciuis romanos et peregrinos euenit*] Romae iuri dicundo urbana sors Pomponio, inter cives Romanos et peregrinos P. Furio Philo evenit (edit. Frob. et fortasse Lov. 5.). — Iam ab antiquis librariis hic locus ita corruptus est ut non scriberetur „p. furius *philus. philo* romae“, id quod scribendum erat, sed ut mendo, quo nihil saepius in codd. factum est, „philus“ praetermitteretur unumque „philo“ relinqueretur. id ita esse non modo ex illo „philo“ intelligi potuit, sed etiam quod altero loco in antiquioribus codd. nihil scriptum est nisi „inter ciuis (PC) romanos et peregrinos euenit“. cum hoc igitur loco nomen videretur deesse, in Lov. 1. scriptum est: „p. furio inter peregrinos euenit“. in Gärtn.: „p. furio philoni“. in Recan.: „p. furioni philoni“. Codicis Voss. margini adscriptum est „furio iterum“. Huius loci ratio ut melius perspiciatur, scriptura codd. PC haec est: „m. pomponius matho et p. furius *philo* romae iuri dicundo (P „dicum*do*“) urbana sors pomponio (P „pompeio“) inter ciuis romanos et peregrinos euenit. additi“ cet. Idem videtur in M repertum esse: sed iam in Harl. Lov. 4. Berol. scriptum est „philo romae urbana sors iuri dicundo“. dein Voss. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N.: „philo romae urbana sors iuridicum“: nisi quod in Lov. 3. „iuridica“: in Lov. 2. Hav. „uindicum“ pro „iuri dicundo“ positum est. *Pompeio* (pro „Pomponio“) receptum est in Harl. Lovell. 2. 4. 5. Hafn. Oxx. D. N. — Cod. Sig.: „inter ciues et peregrinos“. — I. Fr. Gron. potius habuit „iur*e* dicundo“, quod in Laur. cod. 42, 28. ita scriptum est: „his praetoribus prouinciae decretae duae *iure* romae *dicendo*“ cet. — Paulo post PCM Lo-

iuri dicundo urbana sors, Pomponio inter civis Romanos et peregrinos evenit: additi duo praetores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam: omnes absentes creati sunt, nec cuiquam eorum praeter Terentium consulem mandatus honos quem iam non antea gessisset, praeteritis aliquot fortibus ac strenuis viris, quia in tali tempore nullis novos magistratus videbatur mandandus.

XXXVI. Exercitus quoque multiplicati sunt: quantae autem copiae peditum equitumque additae sunt, adeo et nu-

vell. 1. 2. 5. Hav.: „*a.* postumius albinus". Berol.: „ac postumius". sed cf. 23, 24.: *L.* Postumius tertium absens (consul creatur), qui tum Galliam provinciam obtinebat.

7. *nullis nouos magistratus uidebatur mandandus:* P et M m. 1.] nulli novus magistratus videbatur mandandus (M m. 2. Pal. 2. Gärtn.). — C: „null' nouus magistratus uidebatur mandandus": i. e. *nullis:* ut in C quoque nihil mutatum sit nisi quod „nouus" pro antiquiore forma „nouos" positum est. Et cum pluralia praecederent, *nullis* aptissime scribi potuisse manifestum est. — Voss. Harl. Lov. 1.: „nulli nouus magistratus". Lovell. 2. 3. 4. 5. Rec. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „nullus nouus magistratus". Dein Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „uidebatur dandus". Hafn.: „uidebatur clausus". — Paulo ante P: „omnesapsentes". P: „necuiquameorum". Pall. 1. 3.: „nec quisquam praeter terentium consulem erat quem iam antea mandatus honos non gessisset". sic excepto Med. codice omnes prope et Drak. et Oxx. codd. — PC: „aliquod fortibus" cet.

8. *quantae autem copiae peditum equitumque additae sunt:* (P) C Lov. 2. Hav.] quantae autem peditum equitumque additae sint copiae. — P: „quantaeautemcopiae peditumequitumquaead | uitae sunt adeo *ut* numero etgenere" cet. Septem priora verba itidem in M reperta sunt, nisi quod m. 1. „adtutae sunt", m. 2. „adiunctae sunt", et in margine „additae" scriptum esse dicitur. Idem etiam in Pal. 2. inventum est, praeterquam quod altero loco non „autem" sed „*etiam*" positum est. Pal. 1.: „additae sunt copiae". Pal. 3.: „additae copiae". In Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. Berol. praetermissum „copiae" est: in reliquis recentioribus codd. videtur eadem quae in Pal. 1. constructio verborum fuisse. Indicativus „*sunt*" autem ex-

mero et genere copiarum variant auctores, ut vix quicquam satis certum adfirmare ausus sim. decem milia novorum militum alii scripta in supplementum, alii novas quattuor legiones, ut octo legionibus rem gererent. numero quoque peditum equitumque legiones auctas milibus peditum et centenis equitibus in singulas adiectis, ut quina milia peditum

cepto Pal. 3. et fortasse Lov. 5. Hafn. in omnibus codd. repertus videtur: eoque L. ita usus sit, ut verbum „*additae sunt*“ ex sequenti verbo *variant* pendere noluerit, sed illa priora verba ita scripserit ut indicativum in verbis „*quot* autem peditum equitumque copias additas esse *dicunt*“ in primo loco poni oportuerit. — C Pal. 2.: „adeo et numero et“ cet. Harl. Pal. 3.: „adeo numero“ cet. Voss. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „adeo ita numero“. — Paulo ante P: „exerci*ta*tusquoque“.

2. *adfirmare ausus sim:* PCM Pal. 2.] affirmare ausim (rell. codd.). — „Ausim“ et h. l. recentioribus librariis scribendum videbatur, quod Livium aliis locis (ex. gr. in prooemio) ea forma usum esse constaret. — In Lov. 4. excidit „quicquam“ (PC). Pal. 2.: „satis certi“.

4. *ut octo legionibus rem gererent:* C al. — Quem ad modum paulo ante in P „adeo *ut*numero“ scriptum erat pro „adeo*et*numero“, sic contrario mendo h. l. in P scriptum est „aliinouasquattuor legiones*et*um legionibus remgerent“ pro „*ut*umlegionibus“. Item M: „quatuor legiones *et* VIII legionibus rem gererent“. Quod cum probari non posset, in M m. 2. et in Pal. 2. non male ita scriptum est: „*et ut* VIII legionibus rem gererent“. Pal. 1. tamen numero „III“ praetermisso et Harl. Lovell. 1. 2. 4. Hafn.: „*et* quinque legionibus rem gererent“. Lov. 5.: „*ut* quinque legionibus“ cet. Lov. 3.: „et ut legiones rem gererent“. — Paulo ante P: „dec emmillia nouorummilitum alii*s* scripta“ cet. C: „quatuor“.

6. *ut quina milia peditum trecenie equites essent:* C: quam scripturam iam integerrimam habeo. Lipsius enim contenderat, non „treceni“ h. l. scribi oportere sed „quadringeni“, quod multi loci ostenderent persuasum Livium habuisse, iam ante id tempus singularum legionum trecenos fuisse equites: quibus si centeni adderentur, quadringenos fieri necesse esse: id quod mihi vir doctissimus ita persuaserat ut auderem in minore edit. „quadringeni equites“ scribere. at Polybius,

treceni equites essent, socii duplicem numerum equitum da-

quem potissimum Livius h. l. significarit, idem quod antiqui Livioni codd. dicit 3, 107., decresse senatum ut octo legionibus res gereretur, et ut singulis legionibus milleni pedites et centeni equites adderentur: quo facto legiones quina milia peditum trecenos equites habuisse. et ne cui in eo numero erratum videretur esse, idem Polybius adicit, ante id tempus singularum legionum romanarum quaterna milia peditum fuisse et ducenos equites. Veri simile igitur videtur, cum negari non possit, aliquot priorum Livianorum librorum locis trecentos equites in una legione fuisse tradi, etiam illis prioribus temporibus ab eo, quod fieri soleret, nonnumquam placuisse abiri, aut quod hostes, cum quibus pugnandum esset, equite valerent, aut quod bella, quae gerenda essent, gravissima futura viderentur: cf. 7, 25. 8, 8. Utut res se habet, non quadringenos sed trecenos equites singularum legionum hoc anno fuisse, etiam ex eo conici potest, quod Livius, licet peditum numerus postea interdum augendus visus esset, tamen equites nisi perraro et gravissimo demum reip. tempore (ut 23, 34. 40, 36.) numerum trecenorum non excessisse tradit. cf. 26, 28.: „exercitus — minui iussus ut ex duabus legionibus una legio, quinque milia peditum et trecenti equites essent“: 29, 24.: „supplevitque ita eas legiones ut singulae *sena milia et ducenos pedites, trecenos* haberent *equites*“. Huc accedit, quod numero trecenorum equitum probato numerus universi exercitus, qui paulo post sequitur, rectissime se habet. ibi enim in castris Romanis ad Cannas septem et octoginta milia et ducentos armatorum fuisse scriptum est, qui numerus efficitur, si ad quadraginta milia Romanorum peditum quadraginta milia sociorum addiderimus, et ad equites bis mille quadringentos Romanos duplicem sociorum numerum quattuor milium octingentorum. Praetermitti tamen non potest, in una re Livium a Polybio abisse, qui l. l. §. 12. scripserit, socios iussos esse peditum quidem numerum aequare, sed *triplicem* equitum dare numerum. nihilo minus idem Polybius 3, 117. dicit, ex *sex milibus equitum*, quot in pugna Cannensi fuissent, septuaginta tantum cum C. Terentio hostes effugere potuisse: nec ullos equites in castris relictos fuisse ex eo sequitur, quod idem refert castrorum praesidium nullum

rent, pediti aequarent: septem et octoginta milia armatorum et ducentos in castris Romanis, cum pugnatum ad Cannas est, quidam auctores sunt. illud haudquaquam discrepat, maiore conatu atque impetu rem actam quam prioribus annis, quia spem posse vinci hostem dictator praebuerat. Ceterum priusquam signa ab urbe novae legiones moverent, decemviri libros adire atque inspicere iussi propter territos volgo homines novis prodigiis: nam et Romae in Aventino

fuisse nisi decem milium peditum, quos proelio interesse Aemilius noluerat. — P: „auctas. mil*iti*bus peditum et centenis equitibus in singulas adiectis utquina milia peditum trecen*t*ie quites essent".

1. *peditī:* PC Cant. excc. Pith.] pedites (C rell.: nisi quod Lov. 4. „pedite*m*" habet:). — In minore edit. scribi iussimus „*peditis*", quod is quoque genitivus ex nomine „*numerum*" pendere videretur. sed cum Livius constructiones variare solitus sit, iam video non minus recte se habere posse „pediti": ut „*pediti aequarent*" idem fuerit quod „pediti romano aequarent suos pedites": i. e. peditum romanorum numero aequarent suorum peditum numerum. et Livium modo plurali modo singulari uti notum est: ex. gr. 31, 21.: et cornua ab *equitibus* et medii a *pedite* pulsi. — P m. 1.: „socii duplicem numerum equitum darent *equitum daren t* pediti aequar*u*nt sept*e* et octogi nta millia" cet. Altera manu alterum „equitum darent" inductum est. Lovell. 1. 4. 5. Oxx.: „septem et octoginta quinque millia". Pall. 1. 3.: „octoginta quinque millia". — Lov. 3.: „in castris romanorum". — Lov. 2.: „cum pugnatum est ad cannas". Gärtn.: „cum pugnatum ad cannas ēēt": i. e. esset. — Iac. Perizonius aut „*iidem* auctores sunt" scribi voluit, aut „— cum pugnatum ad cannas, *fuisse* auctores sunt". at sic ut dubium esse non potest, quin iidem auctores fuerint oporteat et huius omnium militum numeri et eorum numerorum, quorum modo mentio facta erat, sic illud „quidam" improbari non potest, quippe quod ad omnia ea, quae ab „numero quoque peditum" ad „Cannas est" scripta sunt, referendum sit. — P: „haudqua*m*quam". P: „maioreconatuadqueimpetu".

8. *uolgo:* PC] vulgo. — Paulo ante P: „noue legiones". Berol.: „ab urbe signa nouae legiones". Lov. 4.: „signa nouae legiones ab urbe". Lov. 5.: „signa nouae legionibus ab urbe". — Berol.

et Ariciae nuntiatum erat sub idem tempus lapidibus pluvisse, et multo cruore signa in Sabinis, Caeretes aquas fonte

omissis verbis „adire atque“: „libros inspicere iussi“. — P: „no*bis* prodigiis“. — Pal. 1.: „in auentino et *an*tiae nunciatum“. Berol.: „sub id tempus“. Lov. 1. praetermisso nomine *tempus*: „sub idem“. — PCM Pal. 3.: „plu*uisse*“. Rell. codd.: „pluisse“. Utraque huius infinitivi forma Livium usum esse antiqui codd. docent.

2. *et multo cruore signa in Sabinis, Caeretes aquas fonte calido gelidas manasse*] et multo cruore signa in Sabinis caedis, aquas e fonte calidas manasse. — Rectissime perspexit I. Fr. Gronovius, nec „caedes“, quae meliorum codd. omnium scriptura est, nec „caedis“ h. l. veram Livianam manum esse posse, sed „caeretes aquas“ ut 22, 1. scribendum esse. nam ut ex. gr. 22, 31. in optt. codd. „augen*dis*“ pro „augen*tis*“ positum est, sic h. l. „cae*des*“ pro „cae*tes*“, praesertim cum id omissa syllaba *re*, quo mendo tot loci in P corrupti sunt, nihil videretur esse. At virum ingeniosissimum fugit, cum calidae aquae Caeretes nobilissimae fuerint, prodigio esse non potuisse *Caeretes aquas* e fonte *calidas* fluxisse, nec id, quod saepius acciderit, magis terrere potuisse. cum igitur in P (M) scriptum sit „cae | desaquasfontecalli | dos manasse“, et nomine „caedes“ eraso in C „in sabinis †aquas fonte *calido* manasse“, manuque altera „sed et aquas fonte calido*s* manasse“, et cum in plerisque Drak. codd. non „calidos“ sed „ca*lidas*“ inventum sit, persuasissimum habeo a Livio scriptum esse „Caeretes aquas fonte *calido gelidas* manasse“. Crevierus coniecerat: „Caerites aquas e fonte *cruentas* manasse“: ut prodigium simile eius esset quod 22, 1. traditum est. — Lov. 2.: „signari in sabinis caedes“. Lov. 5.: „signa in sabinis cecidisse“. Harl.: „signa in sabinis sudasse“. Lipsius loco nominis „signa“ scribi voluit „*Signiae*“: sed cf. ex. gr. 23, 31.: signa Lanuvii — cruore manavere. Deinde Pal. 2.: „caedes aquas fonte ca*lidas* manasse“. Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Ox. N.: „caedes aquasque e fonte calidas manasse“. Berol.: „caedes aquasque ex fonte callidas emanasse“. At praepositione *ex* opus non esse, cum ablativus absol. „*fonte calido*“ („obgleich es eine warme Quelle war“) optime se habeat, vel me tacente quisque intellexerit. — Qui denique fieri potuerit, ut non

calido gelidas manasse: id quidem etiam quod saepius acciderat magis terrebat: et in via Fornicata, quae ad Campum erat, aliquot homines de caelo tacti exanimatique fuerant: ea prodigia ex libris procurata. Legati a Paesto pateras aureas Romam adtulerunt: iis sic ut Neapolitanis gratiae actae, aurum non acceptum.

XXXVII. Per eosdem dies ab Hierone classis Ostia cum magno commeatu accessit. legati in senatum introducti nuntiarunt, caedem C. Flamini consulis exercitusque adlatam adeo aegre tulisse regem Hieronem, ut nulla sua pro-

modo Iac. Perizonio sed etiam C. Dukero mirum videretur, quod a Livio scriptum esset, idem prodigium, cum saepius accideret, magis hominum imperitorum animos terruisse, id sane mirum videatur. — Recentes quidam Drak. codd.: „id quidem *et* quod" cet.

2. *Fornicata:* recc. quidam codd. — PCM Pal. 2.: „et in uia for*m*icata". Exc. Pith. Pal. 3. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. L. 1.: „fornicaria". Lov. 2.: „forcata". — Praeterea Lov. 2.: „et iam in uia". Lov. 4.: „etiam in uia". Lov. 5.: „quae ad capuam erat". — P: „aliquod homines". — Paulo post P: „legatia*pesto*". C: „legati a pto pateras" cet.: i. e. aperto.

7. *Ostia:* P Cant.] Ostiam (C). — Lov. 1. Hafn. Ox. L. 1.: „hostic*a*". Harl.: „hostic*ā*". Gärtn.: „hostium". Cf. 9, 19.: Ostiis. 27, 23.: Ostiis. — Pall. 1. 3. Lov. 3. Rec. Gärtn. Berol. Oxx. cod. Sig.: „cum magno apparatu". Hav.: „cum magno comitatu". Lov. 5.: „cum magno numero frumenti". In Voss. et Hafn. excidit „commeatu" (PCM Lovell. 1. 2. al.).

8. *legati in senatum introducti:* PCM Cant. Lovell. Gärtn. Oxx.] legati Syracusani in senatum introducti (cod. Sigon. inepto supplemento:). — Lovell. 4. 5.: „introducti in senatum". — C: „ñciarunt". Harl. Lov. 4.: „nunciauerunt". — PC: „caedem. c. flamini consulis" cet. In Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. excidit „consulis". Cod. Sig. Berol.: „exercitusque allatam adeo affecisse regem". Idem Hav. sed omisso „regem". Lov. 5.: „exercitus quae allata esset adeo affecisse regem". Pall. 1. 3. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Rec. Gärtn. Oxx.: „exercitus quae allata adeo affecit regem". — Pal. 3.: „ut nulla sua propriaque regni clade".

UNIVERSITY OF M

pria regnique sui clade moveri magis potuerit. itaque, quamquam probe sciat magnitudinem populi Romani admirabiliorem prope adversis rebus quam secundis esse, tamen se omnia, quibus a bonis fidelibusque sociis bella iuvari soleant, misisse, quae ne accipere abnuant magno opere se patres conscriptos orare. iam omnium primum ominis causa Victoriam auream pondo ducentum ac viginti adferre sese: acciperent eam tenerentque et haberent propriam et perpetuam. advexisse etiam trecenta milia modium tritici ducenta hordei, ne

5. *magno opere se. p. e. orare:* PCM] magnopere se cet. — Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „per se publice orare". Lov. 5.: „per se pir. ro. orare". Lov. 2. Oxx.: „se publice orare". — Paulo ante PC: „itaque quamquam probe sciat". P: „magnitudinem. pr. admirabiliorem" cet. — P m. 1.: „quamsecundisesse | *mens*comuiaquibus*adonibus* fidelibus | quesocilabellaiuuar*e* soleant*misisse*quaene" cet. Altera tamen manu inducta sunt „men" „donibus" „e" „misiase", et scriptum „secundis esse *missa* a se omnia quibus a *bonis* fidelibusque sociis bella iuuar*i* soleant quae" cet. Haec altera scriptura recepta est in C et in Pall. et Drak. et Oxx. codices. Praeterea Hav. Berol.: „a bonis amicis fidelibusque sociis". Berol. etiam: „iuuari soleant bella".

6. *uictoriam auream. p. CC. ac XX adferre sese:* P] victoriam auream pondo trecentum viginti afferre sese (recc. quidam codd.). — C: „uictoriam††p. c†ac p r adferre sese" mediis erasis. Gärtn.: „pondo ccxx". Lov. 1.: „p̄. cc. ccc". Lov. 4.: „pondo cxx". Berol.: „pondo cccLx". Ox. N.: „pondo trecentum uiginti lib." In Harl. excidit „pondo". — Praeterea P: „iamomniumprimumomnis causa". Lov. 2. Hafn.: „ominis causa coronam auream". Lov. 1.: „honoris causa uictoriam auream". Ox. N.: „bonoris causa coronam auream". — Dein Pal. 2.: „acciperent eam tenerent et haberent" cet. P: „et*a*berent". Pal. 3.: „acciperent eam tenerentque et acciperent propriam" cet. Berol.: „propriam atque perpetuam".

9. *CCC milia modium tritici CC hordei:* PC. — Voss. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „modiorum tritici". — P: „aduixissen*t*iam": dein *n* inducto „*et*iam". — Pal. 3. Hav.: „quantum postea

commeatus deessent, et quantum praeter ea opus esset, que iussissent subvecturos. milite atque equite scire nisi Romano Latinique nominis non uti populum Romanum, levium armatorum auxilia etiam externa vidisse in castris Romanis: itaque misisse mille sagittariorum ac funditorum aptam ma-

opus esset". Cod. Sig. Hav.: „et quo iussissent". C: „subuectur'": i. e. aut „subuecturis" aut „subuecturus".

3. *leuium armatorum:* PC rell.] levium armorum (ex. coni. I. Fr. Gronovii:). — „Levium *armorum* auxilia" h. l. scribi potuisse manifestum est, cum ita 22, 3. 22, 45. similique modo aliis locis in optt. quibusque codd. scriptum legatur. verum tamen nihil dubito quin etiam „levium *armatorum* auxilia" dici potuerit, non tam quod 43, 18. quoque in antiquissimo cod. Laurish. ita scriptum est quam quod non contra latinae linguae rationem videatur fuisse quo minus ita scriberetur. nam 8, 8., quo loco exercitus romani componendi ratio habetur, leguntur haec: „manipulus *leves* vicenos *milites* — habebat". quod si negari non potest, id quod nemo negat, „*armatos*" persaepe pro *militibus* positum esse, non modo „*leves milites*" sed etiam „*leves armatos*" scribi potuisse sequitur. — Paulo ante PC: „nisi romano latinique nominis". M (?) Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hav. Oxx.: „nisi romani latinique nominis". In Harl. Lov. 5. praetermissum est „populum romanum". — Dein Berol.: „in castris romanis uidisse".

5. *itaque misisse mille sagittariorum ac funditorum aptam manum aduersus Baliares* cet.: PC: nisi quod in C „ita misisse" et „balzares" scriptum est. cf. ex. gr. 23, 44.: „*mille* fere passuum". — Contra ea, et fortasse quod pronominis accusativus, qui cum „misisse" iungendus fuisset, desideraretur, Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. 5. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „itaque missi sunt mille sagittariorum ac funditorum apta manu" cet.: praeterquam quod in Lov. 5. Hav. Berol. pro loci ratione „apta manus" positum est: id quod in Recan. quoque in Pal. 2. et in margine cod. N. repertum est. Pall.: „itaque missi sunt millia sagittariorum ac funditorum apta manu". Pelus etiam Ox. D.: „itaque missa sunt mille — apta manu". — Phil. Rubenius laudavit Silium, qui poetica quadam licentia non „mille" sed *ter mille viros* a rege missos esse 8, 613. dicit.

UNIVERSITY OF M

num adversus Baliares ac Mauros pugnacesque alias missile telo gentes. ad ea dona consiliom quoque addebant ut praetor, cui provincia Sicilia evenisset, classem in Africam traiceret, ut et hostes in terra sua bellum haberent minusque laxamenti daretur his ad auxilia Hannibali submittenda. 5 Ab senatu ita responsum regi est, virum bonum egregium-

1. *pugnacesque alias missile telo gentes:* PM Pal. 1. et C m. 1.] pugnacesque alias missili telo gentes. — Quamquam levi mendo „missile“ pro *missili* scriptum esse potest, tamen illam alteram huius ablativi formam mutare ausi non sumus, cum ea et aliis locis antiquorum codd. conprobata videatur (cf. ex. gr. 4, 21:). — C m. 1.: „pugnacesque alios missiele telo gentes“. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „pugnacesque alias gentes“ mediis praetermissis. Pal. 3. Lov. 2. Hafn.: „pugnantesque alias gentes“. — Lov. 5.: „adversus baleares atque mauros“.
2. *consiliom*] consilium. — PCM Voss. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 4.; „consilio quoque“. C m. 2. Harl. Pal. 2. Lovell. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „consilio quoque“. — Praeterea C m. 1.: „ad ec dona“. m. 2.: „ad hec dona“. — P et M m. 2.: „cui prouincia sicilia euenisset“. C: „cui prouincia siciliae uenisset“. M: „sicilia uenisset“. Lovell. 3. 4. Hav.: „cui sicilia prouincia esset“. Harl.: „cui sicilia esset“. — P: „traiceret“. C: „traiceret“. Voss. Lov. 2.: „minusque laxamenti darent“. In Voss. Lovell. 1. 3. praetermissum „ad“ est ante „auxilia“. PC: „minusque laxamenti daretur *his* ad auxilia“. cet. In rell. codd. videtur „*iis*“, quod Bekkerus quoque recepit, inventum esse.
6. *ita responsum regi est:* C. — P: „itaresponsumregis est“: ut in antiquiore cod. videri possit „regi'st“ fuisse: nisi forte *s* eodem studio quo tot locis (22, 25.: et in tempore:) interpositum est. — P m. 1.: „egregiumquesocio rum“: sed *or* expunctum m. 2. est. — PC: „atque uno tenore — fidem *coluisse*“: P etiam „adque“. Pall. Voss. Harl. Lovell. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „fidem *tenuisse*“. Cf. ex. gr. Cic. or. pro Flacco 4, 9.: testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio coluit. — C: „ex quo in amicia populi romani uenerit“. — P: „munificaeadiuuisse“. Lov. 4.: „omni loco ac tempore mirifice adiuuisse“. In Lov. 3. excidit „munifice“.

que socium Hieronem esse atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluisse ac rem Romanam omni tempore ac loco munifice adiuvisse: id perinde ac deberet gratum populo Romano esse. aurum et a civitatibus quibusdam adlatum gratia rei accepta non accepisse populum Romanum: Victoriam omenque accipere sedemque ei se divae dare dicare Capitolium, templum Iovis optimi maximi: in ea arce urbis Romanae sacratam volentem propitiamque firmam ac stabilem fore populo Romano. Funditores sagittariique et frumentum traditum consulibus: quinqueremes ad † navium classem, quae cum T. Otacilio

5. *gratia rei accepta:* C. — P: „gratiareiacceptam". — Hav.: „non accepisse populum romanum. gratia regis uictoriam" cet. Oxx. L. 1. N.: „non accepisse. gratia regis accepta populum romanum uictoriam" cet. In Ox. N. m. 2. erasit „accepta pop. rom." In Ox. D. nihil hoc toto loco scriptum est nisi id: „gratiam regis acceptam". Drakenb. quoque in plerisque codd. invenit „gratia regis".

6. *uictoriam omenque accipere:* P. — C m. 1.: „omnemque". m. 2.: „omemque". — P: „sedemqueeisediuaes daredicare" cet. Ox. N. m. 2.: „sedemque ei se dare dicare". Berol. m. 1.: „sedemque ei dare dicareque". Hav.: „sedemque ei dare dicareue". — Dein P: „firmamaestabi lemforemp̃r.". C m. 1.: „firmam ac stabem fore populo romano". m. 2. posuit *li* supra *ab*. Lov. 1.: „stabilem fore romano populo". Gärtn. Lov. 5.: „fore r. p." Ox. L. 1.: „fore reip." Lov. 4.: „fore remp." Lov. 2.: „stabilem remp." — In recentissimis etiam codd. Drakenborchius „in ea arce urbis romae" invenisse vult.

10. *funditores sagittariique et frumentum traditum consulibus:* C. — P: „funditoressagittariosque" cet. Num Livius „*sagittarios*" nominativum singul. esse voluerit? cf. 22, 35. fin.: novos magistratus.

11. *ad navium classem:* codd. Hoc altero loco eadem qua 22, 31. librariorum negligentia numerum navium omissum esse I. Fr. Gronovium non praeterilt. classem illam T. Otacilio traditam fuisse 120 navium l. l. videmus. sed cum eam ipsam classem idem Otacilius Romam deducere iussus esset, antiquorum codd. auctoritate destitutus h. l. „*ad CXX navium classem*" scri-

UNIVERSITY OF M

propraetore in Sicilia erant, quinque et viginti additae, permissumque est ut, si e re publica censeret esse, in Africam traicerent.

XXXVIII. Dilectu perfecto consules paucos morati dies, dum socii ab nomine Latino venirent milites. 5

bere non ausim. — PC: „cum. m. optacilio. propr.“ Idem praenomen „*M.*“ in rell. codd. repertum est, cuius loco primus Aldus „Tito“ posuit (22, 31:). Harl.: „propraetore romano“. Lov. 1.: „propraetore. r.“ Lov. 5.: „prō p. ro“. Hav.: „pro ppr̃o romano“. — C: „in siciliā erant“: cf. 22, 31.: qui — in Gallia provincia aberat. I. Fr. Gronovius maluit scribi „*erat*“: quod mihi non probatur. — P: „sierem̃p. censeretesset | inafricam traice rent“. Hav.: „si e re populi romani“ cet. *Traicerent*, quod non modo in P sed etiam in C ac sine dubio in aliis bonis codd. scriptum est, pro „*traiceret*“, quae plurimorum et recc. codicum scriptura videtur esse, recepimus, cum L. et numeros variare solitus sit, fierique potuerit ut h. l. in *traicerent* non tam unum Otacilium quam omnes, qui cum praetore in classe fuissent, inesse vellet. nam hoc dicendi genere, ut ita pluralis poneretur, non minus saepe latinos scriptores quam nos pronomine „man“ usos esse constat.

5. *dum socii ab nomine latino uenirent milites:* (P)CM rell.] dum socii ab nomine latino venirent. milites cet. — Fieri potuisse ut Livio nihil h. l. scribendum videretur quam „dum socii ab nomine latino venirent“, neque, si ita scriptum esset, futurum fuisse ut quemquam vera horum verborum vis fugeret, non quemlibet Latinum expectatum esse sed milites, quos pro foedere Latini Romam mittere iuberentur, satis apparere videtur. non minus tamen verum est, eum sensum nomine „milites“ addendo etiam melius expediri: „bis die lateinischen Bundestruppen kämen“. Quod si hoc modo „milites“ cum praecedente loco iunxerimus, maior orationis vis in particula „*tum*“ poni poterit, id quod loci rationi aptissimum videtur. ne tamen dubitare possimus, ad utram partem Livius illud „*milites*“ pertinere voluerit, id facit, quod non modo in multis recentibus codd. sed etiam in PCM post „*adacti*“ iterum „*milites*“ positum videmus, id quod subiectum sequentis ab „tum“ incipientis loci esse oportere manifestum est. —

tum, quod numquam antea factum erat, iure iurando ab tribunis militum adacti milites, iussu consulum conventuros neque iniussu abituros. nam ad eam diem nihil praeter sacramentum fuerat, et, ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent, sua voluntate ipsi inter sese decuriati equites cen-

P: „dumsociisabnomine“ cet. cf. 22, 25.: et in tempore.

1. *tum — iure iurando ab tribunis militum adacti milites iussu consulum* cet.: PCM] m. tunc — iureiurando ab tribunis militum adacti, iussu consulum cet. — Vix fieri potuisse ut ab recentioribus „milites“ praetermitteretur, nisi proxime antecederet „militum“, videtur patere. cf. adnot. praecedens. — „*Tum*“ scriptum quoque est in Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn.: in rell. codd. „tu*nc*“. — „*Ab* tribunis“ inventum non est nisi in PCM. Rell. codd. habent „*a* tribunis“: praeter Vossianum cod., in quo „ac tribunis“. — „Adacti *milites*“ repertum est in Harl. Lovell. 3. 4. Gärtn. Hav.: in Berol. etiam „*sunt* adacti milites“, quamvis constet saepissime a Livio id verbum substantivum omissum esse. — P: „quodnumquamantea factumerat“. Berol.: „factum fuerat“. C: „quod nūquā antea *tum* erat“. m. 2. induxit „*tum*“. — Deinde C: „iussu cōsulū conuenturas“. m. 2. supra „iussu“ male adiecit „*sine*“. PC: „neque iniussu *h*abituros“.

5. *sua uoluntate ipsi inter sese decuriati equites centuriati pedites coniurabant* („so schwuren sie nach freiem Übereinkommen, die Reiter in ihren Decurien das Fussvolk in seinen Centurien, zusammen unter sich“): PCM] sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant (rell. codd.: nisi quod in Lovell. 4. 5. „ipsi“ praetermissum est.) — Sequentibus verbis „sese fugae — causa“ et „voluntario inter ipsos foedere“ id exprimi, quod Livius h. l. voce *sacramenti* („das gegenseitige Angelöbniss der Soldaten“) significatum voluerit manifestum est. At verba „ubi *ad decuriatum* aut *centuriatum* convenissent“ non omnibus interpretibus probanda videbantur. et C. Dukerus praepositionem *ad* deleri voluit, ut supina „decuriatum“ et „centuriatum“ passiva significatione idem dicerent quod „ut decuriarentur et centuriarentur“, nec tamen prioris supini eum sensum esse notum sit. cum igitur Livius permulta eius generis substantiva verbalia ad quartam

turiati pedites coniurabant, sese fugae atque formidinis ergo non abituros neque ex ordine recessuros nisi teli sumendi aut petendi et aut hostis feriendi aut civis servandi causa. id ex voluntario inter ipsos foedere ad tribunos ad legiti-

declinationem formaverit, facere non possumus, quin h. l. in his duobus substantivis eum sensum, quem res ipsa postulat et quem Dukerus in supinis esse sibi persuaserat, inesse censeamus: „jedesmal sobald sie, um sich in Decurien oder Centurien einreihen zu lassen, zusammen gekommen waren". Ad coniunctivum „*ubi* convenissent" cf. 21, 42.: ubi vero dimicarent. Non minus difficilia ad intelligendum videbantur verba paulo post sequentia „nisi teli sumendi aut petendi causa": et Crevierus aut verba „sumendi aut" tamquam ab imprudente librario adiecta deleri vult, aut pro *petendi* scribi „*re*petendi", quod in illis duobus verbis nihil discriminis inesset. at nisi omnia me fallunt, ex illa antiqua lege „telum *sumendum*" pertinet ad ea tela quae Romanorum fuerant, qui pugnantes cecidissent: „telum *petendum*" ad ea quae hostium fuerint: „und dass sie nicht aus Reih und Glied treten würden als um eine Waffe aufzunehmen oder von der feindlichen Seite zu holen". — Praeterea scriptum est „*nihil*" in PCM Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: at in rell. codd. „*nil*". — C: „ad decuriatum aut ẽturiatum". Harl. Lovell. 2. 3. Hav. Ox. N.: „ad decuriatum et centuriatum". Lovell. 4. 5.: „vel centuriatum". — P: „fugae adq.formidinisergo". Harl. Lovell. 2. 5. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. et Pal. 2.: „formidinis *causa*". In Pall. 1. 3. Voss. Lovell. 1. 4. Hafn. praetermissum „ergo" est. — PC: „non *h*abituros": ut paulo ante. — PC Voss. Harl. Lovell. 3. 5. Gärtn.: „*et* aut hostis" cet. In rell. codd. dicitur *et* omissum esse.

4. *ad tribunos ad legitimam iuris iurandi adactionem translatum:* PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Oxx. L. 1. N.] ad tribunos et ad legitimam cet. (cod. Gud. teste I. Fr. Gron.). — „Dies ward jetzt statt jenes freiwilligen gegenseitigen Gelöbnisses den Kriegsobersten zu einer vorschriftsmässigen Eidesabnahme übertragen". Qui sensus cum parum perspiceretur, vel Drak. scribi iussit „*a* tribunis": ita tamen ut „*ab* tribunis" potiorem etiam scripturam haberet.

mam iuris iurandi adactionem translatum. Contiones, priusquam ab urbe signa moverentur, consulis Varronis multae ac feroces fuere, denuntiantis bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus mansurumque in visceribus rei publicae, si plures Fabios imperatores haberet: se, quo die hostem vidisset, perfecturum. conlegae eius Pauli una pridie quam ab

3. *denuntiantis:* C m. 2. Ox. N. probante l. Fr. Gron.] denunciantes (rell. codd.). — PC: „denun*t*iantes": ut paulo ante P „con*t*iones": (C „conciones"). — Cum tot locis has syllabas *es* et *is* inter se ab librariis permutatas videamus, non dubitavimus h. l. „denuntiant*is*" recipere, quod fortasse mutatum non esset, si *Varronis* nomen propius afuisset. cf. 22, 40.: fatentis. — P m. 1.: „con*t*ulis". m. 2.: „consulis". In Lov. 2. excidit „consulis". — Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „ac feroces fuerunt". — C: „bellum arcesitum in italiam". M Harl. Gärtn. Berol.: „in italia". — P: „se*d*quodieho stemuidisset" cet. Pall.: „quo die uidisset hostem". — Dein PCM Harl. Hav. Berol. Oxx. et Pal. 2.: „*perfecturum*" (scil. bellum). Lov. 4.: „et perfecturum". Pall. 1. 3. Lovell. 2. 3.: „*pro*fecturum". Lov. 5.: „et profecturum". Gärtn.: „persecuturum". Lov. 1. et cod. Lipsii et Vossiani cod. margo inutili coniectura: „conflicturum". Cf. ex. gr. 5, 4.: aut non suscipi bellum oportuit aut geri pro dignitate populi r. et perfici quam primum oportet. perficietur autem, si urgemus cet.

6. *pridie quam ab urbe proficisceretur:* M m. 2.] pridie quam ex urbe proficiscerentur. — „Proficisce*retur*" cum PCM Gärtn. scripsimus, quod h. l., quo de uno Aemilio ageretur, singularis potior videbatur quam pluralis, quem in rell. codd. receperunt. „*Ab* urbe" scripsimus cum M m. 2. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Ox. N. In P (C et M m. 1.) inventum est: „pridiequa*m*| *in* urbe" cet.: quod cum huius loci esse non posset, m. 2. in C „*in*" inductum est, ut „pridie quam urbe" fieret, quae scriptura in Hav. reperta est et quam haud scio an Livius poni voluerit. cf. 2, 4.: consules — profecti domo cet. „*Ex urbe*" in recentibus quibusdam codd. inventum esse dicitur, et videtur in eis libris fuisse, ad quorum exemplum Lov. 3. et Berol. scripti sunt, in quorum priore „die *qua mox* urbe proficiscerentur", in altero „pridie quam mox urbe" cet. est. Voss.: „pridie quam inde urbe" cet. — P: „col-

urbe proficisceretur contio fuit, verior quam gratior populo, qua nihil inclementer in Varronem dictum nisi id modo, mirari se, quodne qui dux, priusquam aut suum aut hostium exercitum locorum situm naturam regionis nosset, iam nunc locatus in urbe sciret quae sibi agenda armato forent, et 5

legae eius pauliuna*m* — conti*nu*ofuit" cet. C: „pauli una — contio fuit". P m. 2.: „contio".

3. *quodne qui dux* („was wohl so ein Feldherr schon jetzt wissen könnte"): PM Lovell. 2. 5. Gärtn. Oxx.] quo modo quis dux (ex coni. L. Vallae:). — C: „mirari se quod neque dux". M m. 2. Hav. Berol.: „quod ne qui*s* dux". Cant.: „que ne qui dux". Lovell. 3. 4.: „quod nequit dux". — Harl.: „qui nedum aut suum" cet. (pro „priusquam"). — Cf. 3, 17.: si *qui* inpediat cet. 29, 21. al.

5. *locatus in urbe:* codd.] togatus in urbe (ex coni. M. Ant. Mureti:). — Coniecturam hanc Mureti, quam non dubitaveram in minorem edit. recipere, elegantissimam esse, verissimamque videri potuisse, quod haud raro ita „togatorum" et „armatorum" nomina apud Livium sibi opposita invenirentur, nemo est qui negaverit. nec magni momenti videtur esse, quod Crevierus et Conr. Heusingerus dixerunt, quamvis ea coniectura admodum placeret, tamen, si reciperetur, fore ut verba „in urbe" supervacanea viderentur. nam ut persaepe Livium aliis atque aliis verbis usum esse videmus ad vim alicuius rei augendam, sic quoque h. l. „togatus in urbe scire" scribi potuit. nihilo minus tamen illam coniecturam elegantiorem quam veriorem esse mihi iam persuasi. non enim tunc Terentius *togatus* videri potuit, cum iam in eo esset ut in bellum proficisceretur, sed *paludatus*. „locatus" autem est is, cuius res in aliquo loco ita collocatae sunt, ut vix umquam ab eo loco abire velle videatur. in hoc ipso igitur verbo aliquid eius, quo Aemilius in Varronem inclementer sit invectus, insit necesse videtur: et gravissimum sane id verbum videri oportuit, nisi additum esset „iam nunc": ut illud *locatus* nihil magis exprimere videretur quam praesentem Terentii condicionem. utut id est, tamen horum verborum vis videtur ea fuisse ut dicerent: „wie wohl so ein Kriegsführer, der nie aus den Mauern der Stadt hinausgekommen, schon jetzt in Rom wissen könnte, was er dem Feinde gegenüber würde zu thun ha-

diem quoque praedicere posset, qua cum hoste signis conlatis esset dimicaturus. se, quae consilia magis res dent hominibus quam homines rebus, ea ante tempus inmatura non praecepturum: optare ut, quae caute ac consulte gesta essent, satis prospere evenirent: temeritatem, praeterquam quod stulta sit, infelicem etiam ad id locorum fuisse. id sua

ben". — P: „quacumhoste*s* signis" cet.

3. *ea ante tempus inmatura non praecepturum:* codd. Videri potest „*prae*cipere" h. l. ita cum „*ante* tempus" iunctum esse ut „retro redire" (23, 28.) similiaque dicebantur: sed equidem „ante tempus" potius ad „inmatura" applicatum esse putem: „er wolle Bestimmungen dieser Art, die vor der Zeit als unreif erscheinen müssten, nicht vorher treffen". Cf. 35, 35.: ne se ad — rem ullam, quam sua quisque *opinione* praecipere posset, crederent missos esse.

4. *caute ac consulte:* Harl. Lovell. 2. 3. et Voss. m. 2.] caute atque consulte. — P: „optaretutquecau | tae*ac*consul taeagesta | essesatis" cet. Alterum igitur *c* in P praetermissum esse apparet. Altera tamen manu cum *t* supra *ac* positum esset, factum est ut in Cant. scriberetur „quae caute *atque* consulte gesta ea essent". Et ne quis dubitet an „caut*a* ac consult*a*" a Livio scriptum sit, vel id prohibere videtur, quod librariorum culpa in P saepissime *ae* pro *e* positum est. — Lovell. 4. 5.: „caute ac consulto". M: „caute ad consulta ea gesta". Voss. m. 1.: „caute ad consulta". — Paulo post P m. 1.: „ad id locarum fuisse". m. 2.: „locorum". Cf. 25, 22.: quia consules — ad id locorum prospere rem gererent. 25, 19.: quibus artibus ad id locorum nostri et duces et exercitus capti forent.

6. *id sua sponte apparebat:* codd.] et sua sponte apparebat (ex coni. I. Fr. Grou.). — Hafn.: „ad sua sponte" cet. — Cur Gronovius h. l. pronomen *id* coniunctione *et* mutatum voluerit, non intelligo, nisi forte ut particulae „et — et" sibi responderent. at non omnibus locis, quibus poni potuissent, eas coniunctiones ab antiquis scriptoribus ita positas esse satis notum videtur. et hoc loco, quo Livius ad directum iam dicendi genus pergit, *id* maiore vi scriptum erat: „*das* leuchtete von selbst ein". Nec probari potest quod invitis mss. Muretus „*eum* tuta — praepositurum" scribendum esse coniecit: persaepe enim

UNIVERSITY OF M

ponte apparebat tuta celeribus consiliis praepositurum, et, quo id constantius perseveraret, Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem adlocutus fertur.

XXXIX. „Si aut conlegam, id quod mallem, tui simi-
em, L. Aemili, haberes, aut tu conlegae tui esses similis, 5

eius generis pronomina ab optimo quoque scriptore non esse posita ut pro locorum rationibus supplerentur, meliores codd. persuadent. — Deinde PC Voss. Lovell. 2. 3. 4.: „et quo*d* id constantius perseueraret". Rell. codd.: „et *quo* id" cet. Berol.: „et quo id praestantius perseuer." Mirum sane videatur, qui Muretum sermonis latini peritissimum h. l. pronominis *id* vis ita fugere potuerit ut inutili interpretatione „et quo *in his* constantius perseveraret" scribi vellet. — PC: „*q.* fabius maximus". In Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N. praetermissum „*q.*" est. — P m. 1.: „sieum". m. 2.: „siceum".

5. *aut tu collegae tui esses similis:* C] aut tu collegae tui similis esses (recc. codd.). — P: „haber*e*auttucolleg*a*tui esse*s*imilis". m. 2.: „habere*s*". M: „aut tu nihil collega tui esset similis". — Paulo ante C: „si aut*ē* collegam" cet. Berol.: „si aut tu collegam". Pal. 1.: „si ait collegam". — Dein P m. 1.: „superuacaneaesset*m*ora tiomea". m. 2. medium *m* inductum est. Lov. 2. Hav.: „superuacua esset". Gärtn.: „superuacue esset". Berol.: „superuacua fuisset." — Quod sequitur et quod Drak. in uno Lov. 5. scriptum vidit „*etiam me indicente*" („auch ohne meine Aufforderung") verissima emendatione ab I. Fr. Gronovio restitutum videtur. nam cum in PCM Cant. Harl. Lovell. 2. 3. 4. Oxx. L. 1. D. inventum sit „etiam me indigentes", nec *indigere* huius loci esse possit, vix potest fieri ut *s* non eodem mendo inter vocales *e* atque *o* h. l. intersertum sit, quo 22, 25. „et in tempore" et tot iam locis erratum esse vidimus: nec quidquam facilius evenire potuisse quam ut litterae G et C inter se permutarentur quisque intellexerit. Cf. Terent. Ad. 3, 4. 62.: „non *me indicente* haec fiunt". Liv. 5, 15.: „ea — ut *indicta* sint" = non dicta. — Recan.: „et me indigentes". Gärtn.: „etiam me indignantes". Lov. 1.: „non me indigentes". Tres etiam recc. Drak. codd.: „etiam me tacente". — Deinde, cum saepius apud Livium (8, 4. 25, 7. 29, 10. 33, 31. 38, 8.) in orat. obl. scriptum legere-

supervacanea esset oratio mea: nam et duo boni consules etiam me indicente omnia e re publica fide vestra faceretis, et mali nec mea verba auribus vestris nec consilia animis acciperetis. nunc et conlegam tuum et te talem virum intuenti mihi tecum omnis oratio est, quem video nequiquam et virum bonum et civem fore, si altera parte claudet res publica, malis consiliis idem ac bonis iuris et potestatis erit.

tur „e republica fide*que* sua", Iac. Perizonius et h. l. „fide*que* vestra" scribi voluit. sed L. non id, quod illis nominibus ita iunctis exprimitur, h. l. dicere videtur voluisse et coniunctionem *que* omisisse, quo maior vis in *fide* poneretur: „würdet nur im Interesse des Staates vermöge der für das Wohl desselben euch leitenden treuen Gesinnung handeln". — Paulo post P: „et mal*em* nec mea verba". C: „et mallem nec mea" cet. In Lov. 2. excidit „uestris". Hav. Berol.: „animo". PCM Lov. 1. 2. al.: „*ac*ciperetis". Recc. quidam codd.: „*re*ciperetis".

6. *si altera parte claudet res publica*] si altera parte claudicet respublica (omnes prope et Pall. et Drak. codd.). — P(M): „sialteraparteclau|det reip." C m. 1.: „si altera parte clauderet reip." C m. 2.: „si alteri parti claudere,te reip." Non dubitavimus scripturam Puteani, in qua nihil desiderandum videtur si „re*s*p." pro „re*i*p." positum erit, recipere, cum non modo verbo „claudicare" sed etiam „claudĕre" antiquos scriptt. usos esse veri simile videretur: cf. Cic. or. 51, 170. Quae sequuntur tamen verba „malis consiliis — erit" cum praecedentibus coniungimus et ad eandem particulam *si* referimus, nec necesse videtur scribi „malis consiliis *si* idem" cet.: „wenn auf der anderen Seite der Staat schlecht bestellt sein wird und üble Rathschläge dasselbe Recht und denselben Einfluss wie gute haben werden". — Lov. 5.: „claudiret respublica". Berol. (Hav.): „claudicet respublica malis consiliis. idem malis ac bonis iuris et potestatis erit": Hav. etiam „idem bonis ac malis iuris potestatis erit". Idem „uiris" (pro „iuris") in Harl. Hafn. Gärtn. scriptum esse dicitur. Lov. 3.: „idem malis consiliis ac bonis uiris et prophanatis erit". — Paulo ante P: „intuente mihi". C: „intuentē m tecum" cet. P: „nequiquam". C: „nequicquam".

erras enim, L. Paule, si tibi minus certaminis cum C. Terentio quam cum Hannibale futurum censes, nescio an infestior hic adversarius quam ille hostis maneat, et, cum illo in acie tantum cum hoc omnibus locis ac temporibus si cer-

1. *L. Paule:* PC] L. Paulle. — „*Maneat*“ h. l. multo maiore vi dictum est quam si „*futurus sit*“ scriptum esset: „ja ich weiss nicht ob er dir nicht als dein *beständiger* Gegner gefährlicher werden wird als jener als Feind“. Hostis enim, si victus est, cedet, hic adversarius manebit semperque tecum erit, nec tibi licebit adversus eum graviter agere. Altero illo sensu eodem verbo et in eadem re Silius 8, 298. usus est: „si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella —, frustraris, Paule, Ausoniam: *te* proelia dira, *te*que hostis castris gravior *manet*“: „es wartet deiner ein gefährlicherer Feind und zwar in deinem eigenen Lager“.

3. *et — si certaturus es, aduersus Hannibalem — tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi sit, Varro dux tuis militibus te sit oppugnaturus*] et — sis certaturus, et adversus Hannibalem — tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi sit, Varro dux tuis te militibus sit oppugnaturus. — PC rell.: „*et* cum illo in acie tantum“ cet. P: „temporibus|*si*certaturus*est*aduersushannibalem“ cet. C: „tempori*b*' certaturus *es* aduersus hannibalem“. In rell. codd. videtur scriptum esse: „temporibus certaturus *es et* aduersus hannibalem“. PC (rell.): „tuis militibus te sit oppugnaturus“. — Difficiliori huic loco alii aliter interpretes mederi voluerunt. et mihi quondam suspicio in mentem venerat, fieri potuisse ut „*enim*“ inter *et* atque *cum* excideret, et ut restituendum esset „*etenim* cum illo — *si* certaturus es, aduersus Hannibalem — tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi sit, Varro dux tuis militibus te *erit* oppugnaturus“: quod quae h. l. scripta essent, ex eo, quod modo dictum esset, sequi viderentur. nam et „te*sit*“ facile ex „teerit“ fieri potuit, et *enim* saepe ab uno alteroque librario praetermissum esse constabat (cf. ex. gr. 6, 7.: neque enim:): „*denn* wenn du mit jenem nur in der Schlacht, mit diesem überall und zu allen Zeiten zu kämpfen hast, so magst du gegen H. mit deinen Truppen den Kampf bestehen, Varro *wird* dir mit deinen eigenen Soldaten entgegentreten“. Sed iam nec particula *enim* opus esse nec ut

taturus es, adversus Hannibalem legionesque eius tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi sit, Varro dux tuis militibus te sit oppugnaturus. ominis etiam tibi causa absit C. Flamini memoria: tamen ille consul demum et in provincia et ad exercitum coepit furere: hic prius quam peteret consulatum, deinde in petendo consulatum, nunc quoque con-

„teerit" pro „tesit" scriberetur intellexi. coniunctio *et* enim indicare videtur, etiam hunc alterum locum Livium ad praecedens *„nescio an"* referri voluisse, quo id, quod verbis „Varro dux te sit oppugnaturus" exprimitur, ita dictum videatur necesse est, ut Fabius vereretur ne Aemilio ita cum Varrone certandum foret, non ut pro certo affirmaret, rem aliter fieri non posse: „und (ob nicht), wenn dir dieser immer feindlich zur Seite stehen wird, du dich gegen H. wohl auf deine Truppen verlassen kannst, Varro dir aber mit deinen eigenen Soldaten wird entgegen treten wollen". Diligentissimo etiam scribendi genere h. l. „certa*turus es*" „oppugna*turus sit*", et „pugn*andum tibi sit*" scriptum esse apparet, quod pugna cum Hannibale ineunda ex rebus ipsis pendebat, sed nec Aemilius facere poterat ut se collegae eius ingenii non opponeret, et Varro noluit non certare cum collega, utpote qui nobilitatis partibus faveret. cf. 22, 28.: iniquiorem erat hosti locum facturus.

3. *ominis etiam tibi causa absit C. Flamini memoria:* P: „schon der üblen Vorbedeutung wegen möchte ich dich nicht gern an den Flaminius erinnern". Noluit enim Fabius Flaminii mentionem facere, ne veritus esse videretur, ne idem, quod Flaminio accidisset, futurum esset ut Terentio eveniret: quod consulis exercitusque caede fieri non posset quin et Aemilius collega et reip. status turbaretur. cf. 2, 47.: se — re publica ex parte orba consule altero omisso, publico privatoque deformem luctu lauream non accepturum. — M m. 1. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn.: „omnis". Harl. Lov. 1.: „*h*ominis". In Lov. 2. et Berol. exciderat „etiam". C: „absit assit c. flamin*i* memoria". m. 2.: „flaminii". Lov. 3.: „assit". Voss. Lovell. 1. 2. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „adsit". Lov. 4.: „sit". Lovell. 4. 5.: „consulis flaminii".

6. *in petendo consulatum:* P Voss. Lovell. 1. 2.] in petendo consulatu (C rell.). Quod idem nomen modo scriptum esset, nimio brevitatis studio

ul, priusquam castra videat aut hostem, insanit: et quia tan-
as iam nunc procellas proelia atque acies iactando inter
ogatos ciet, quid inter armatam iuventutem censes factu-
um et ubi extemplo res verba sequitur? atqui si hic, quod
acturum se denuntiat, extemplo pugnaverit, aut ego rem
ilitarem belli hoc genus hostem hunc ignoro, aut nobilior
lius Trasumenno locus nostris cladibus erit. nec gloriandi

ductus I. Fr. Gronovius hoc altero loco „consulatum" deletum voluit. De accusativo cf. ex. gr. 30, 13.: „*in* adloquendo victore*m*. — Paulo ante Lov. 5. Hav. Berol. et margo Ox. N.: „*tum* ille consul demum". Lov. 4.: „tunc ille" cet. — Dein P: „priusquampeteretc*ōs*.": „bevor er noch um das Consulat anhalten *konnte*". C: „priusquam peteret *cons.*" Hinc M: „priusquam peteret quos deinde in petendo consulatu". — Tum Cant.: „priusquam castra uideat *et ad exercitum ueniat* aut hostem" cet. Lov. 4. autem, ut huius alterius etiam loci verbum priori „peteret" responderet: „priusquam castra uideret". Melius Lov. 5.: „uiderit". — P: „*h*authostem".

1. *et quia tantas iam nunc procellas — ciet:* PC] et qui tantas iam nunc procellas — ciet (rell. ut videtur codd.). — „Quia ciet" videtur dicere „*quia* turbulentis suis contionibus *efficere potuit* ut tantopere vel togati irritarentur. Si L. „*qui* ciet" ponere voluisset, sua scribendi ratione ut etiam poneret „quid *eum* inter armatam iuventutem censes facturum" futurum fuisse putaverim. nec deerunt qui, si pronomen relat. probandum sit, non indicativum „ciet" sed coniunctivum desiderent. — P: „proeliaadq.aciesiactando". In Pall. Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. praetermissum est „iactando". Pal. 2.: „proelia atque iras inter togatos ciet". Ox. N.: „proelia atque rixas inter togatos suscitat". Margo eiusdem N: „facit". Gärtn.: „inter rogatos".

4. *res verba sequitur:* PCM Harl. Lovell. 3. 5.] verba res sequitur (rell. codd.). — Deinde P: „*ad*qui*sic*quodfacturumsedenuntiat" cet. Quem ad modum *h* in pronomine *hic* interdum negligebatur, sic quoque h. l. pro „*sihic*" facile scribi potuit „sic". In C illud „sic" omissum scriptumque est: „adq quod facturum se denunciat". — P: „trasume*n*o". C: „transumeno". Cf. 22, 4.

7. *nec gloriandi tempus aduersus unum est ut ego —*

tempus adversus unum est, ut ego contemnendo potius quam adpetendo gloriam modum excesserim: sed ita res se habet,

excesserim: Drak. codd.] nec gloriandi tempus adversus unum est et ego — excesserim (Ed. Frob. a. 1531. prob. I. Fr. Gronovio:) — Quod supra scribi iussimus, invenimus quoque in PC, praeterquam quod in his duobus codd. „*ne* gloriandi" cet. positum erat: quae scriptura, quamquam et apud Ciceronem et apud Livium ex optimorum codd. auctoritate nonnumquam „ne" pro „ne — quidem" restituendum esse scio, non vera videtur esse. maiorem enim orationis vim in verbis „adversus unum" quam in „gloriandi" inesse manifestum est. persuasum igitur habeo excidisse h. l. litteram *e*, praesertim cum G sequeretur. Sed utrum „adversus *unum*" referendum esset ad Terentium an ad Aemilium, docti homines ad modum dubitarunt. at quamvis res ipsa docere videatur, haec verba dicta esse non posse in Aemilium (cf. quod sequitur „sed ne adversus te quidem de me gloriabor"), tamen ne ad Terentium quidem ea ita pertinere posse censeo ut Fabius neminem nisi hunc unum ante oculos habuerit. nam Fabium occasionem adversus Terentium coram Aemilio gloriandi capere voluisse vix cuiquam veri simile videatur. itaque videntur haec verba ita dicta esse ut Fabius suam ipse gloriam noluerit extollere, si id fieri non posset nisi aliorum deprimeret: „indess ich bin nicht geneigt mich auf Unkosten Eines zu erheben". In „*unum*" igitur inest „quisquis ille unus est, sive bonus dux sive imperitus". Et haec erat causa quod Livius non scripsit „adversus *hunc*", quod I. Fr. Gron. scribi maluit. Quod autem *et* pro „*ut*" poni voluerunt, in eo vehementer interpretes errasse ex iis quae diximus sequi apparet: „so dass ich lieber in der Verachtung des Ruhmes das rechte Maass überschreiten möchte". — Tum scriptum est non modo in Harl. Lovell. 1. 2. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N. sed etiam in PCM: „sed ita res *se* habet". In recc. quibusdam codd. excidisse dicitur „se". — Berol.: „una ratio belliger*a*ndi": (cf. 21, 16.). Hafn.: „bene gerendi". P: „ aduersus*a*nnibalem". Voss. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hafn. Ox. N.: „quam ego gessi". — Dein Harl. Hav. et Berol. m. 2.: „nec euentus modo docet hoc". Berol. m. 1.: „doceat". Gärtn.: „nec euentus modo edocet hoc". Pal. 3.: „nec modo euentus doceat

ina ratio belli gerendi adversus Hannibalem est qua ego essi, nec eventus modo hoc docet — stultorum iste magiter est — sed eadem ratio, quae fuit futuraque, donec res aedem manebunt, inmutabilis est. in Italia bellum gerimus i sede ac solo nostro, omnia circa plena civium ac socium sunt, armis viris equis commeatibus iuvant iuvabuntue — id iam fidei documentum in adversis rebus nostris ederunt —, meliores prudentiores constantiores nos temus diesque facit: Hannibal contra in aliena in hostili est erra inter omnia inimica infestaque procul ab domo ab pa- ia, neque illi terra neque mari est pax, nullae eum urbes ccipiunt nulla moenia, nihil usquam sui videt, in diem ca-

hoc". Pal. 1. Voss. Lovell.: „nec euentus docet hoc". — Verbo „est" omisso M: „stultorum iste magister". — P: „quaefuitfutura quae donecres eademmanebunt". Eodem mendo idem P paulo post „inimicainfestaquae". C m. 1.: „quae fuit futuraque donec res eaedem" cet. m. 2. inductum „que" est. M: „sed eadem ratio quae fuit ratio futura quae donec res eadem manebunt". m. 2.: „res eaedem". Idem „res eadem manebunt" in aliis quoque codd. repertum videtur. Recan.: „res eodem".

1. *neque illi terra neque mari est pax:* PC] nec illi terra neque cet. (rell. codd.). — Paulo ante P m. 1.: „inde| acsolonostro". m. 2.: „insede" cet. — C: „cōmeantib' iuuant". — Codd.: „constantiores nos *tempus diesque* facit". non male C. Heusing.: „die Zeit mit jedem Tage". Cf. ex. gr. 42, 50.: multa diem tempusque adferre posse. — Pall. 1. 2.: „in aliena hostili est terra". — PCM Cant. Voss. Lovell. 2. 3. 4. Hav. Berol. Oxx. D. N.: „procul ab domo ab patria". Pall.: „procul ab domo a patria". Rell. codd.: „procul ab domo procul ab patria". — Deinde Pal. 2.: „nullae eum urbes *ex*cipiunt". Sic Silius 8, 321.: „non fidae moenibus urbes | excipiunt". Rell. codd. Liv.: „*ac*cipiunt". cf. 21, 44.

12. *in diem capto uiuit:* PCM Cant. Voss. Lovell. 1. 4. Ox. N.] in diem rapto vivit (rell. codd.). Utraque scriptura iuncta Lov. 5.: „in diem *cra*pto uiuit". Et „*c*apto" et „*r*apto" (cf. 22, 40.) verum esse posse manifestum est. sed est veri simile, recentioribus librariis „capto" parum forte visum esse. *In diem* tamen cum *vivere* („in

pto vivit: partem vix tertiam exercitus eius habet, q
Hiberum amnem traiecit: plures fame quam ferro ab
psit, nec his paucis iam victum suppeditat. dubitas
quin sedendo superaturi simus eum qui senescat in

den Tag hinein leben"), id quod interpretes quidam voluerunt, h. l. iungi non potest, ne securus de futuro tempore Hannibal fuisse dicatur. necessitate ipsa eum ad summam inopiam coactum esse 22, 32. legimus: ut „in diem" potius cum „capto" iunxerimus, et ut Fabius dixerit, nulla prorsus commeatus subsidia Hannibali esse, quippe qui nihil militibus suis ad famem sustentandam praebere potuerit nisi quod singulis diebus caperetur. sic 22, 40.: nihil ex raptis in diem commeatibus superabat. — Dein C al.: „quem hyberum amnem traiecit". at P: „quem hiberum agmen traiecit". Hav.: „quam iberum". Harl. Gärtn. Pal. 3.: „quae iberum". Lovell. 3. 4. Recan.: „quo iberum". Pall. 1. 2.: „qui iberum". Pal. 3. etiam: „exercitus sui habet".

2. *plures fame quam ferro absumpsit:* PCM (nisi quod h. l. in PM „absumsit":)] plures fames quam ferrum absumpsit (rell. codd.). Pal. 2.: „plures fames quam bellum absumsit". — Multa fortius haec dicta videri oportere, si Hannibal ipse tamquam auctor tantae calamitatis perhibeatur, nemo non videt.
quod dici potest, non
ex re esse ut Fabius
balis hostis vim ita loq
minuere videatur, prae
adversus ducem, cui
lum profecturo nihil
perniciosum esse p
quam si contemnere
gligere hostem iuberet
quidem per se veris
est, nec, si res cum
tio esset, ita a Fabi
potuisse patet: at alit
se habet h. l., quo
cum Aemilio prudenti
ac considerato loquitur,
animum augeri atque
non inutile videri pot

3. *uictum:* PCM al.]
(Pall. 2. 3. al. ut 8,
„materia crescendi — a
ditat" intransit. verbo
P (C): „nechispaucis
ctumsuppedia | dubitas"
M: „nec paucis is ia
ctum suppedia". —
post PC: „qui in se
superaturi sumus eum
Voss. Harl. Lovell. 1.
Berol.: „quin sedendo
superaturi simus". At
et in Pal. 2. inventum
dicitur: „quin sedendo
raturi simus eum". — A
nescat" cf. Cic. Tusc. 2
— P: „nonpecuniahab

non commeatus non supplementum non pecuniam habeat? quam diu pro Gereoni, castelli Apuliae inopis, tamquam pro Carthaginis moenibus —! sed ne adversus te quidem de me

2. *quam diu pro Gereoni castelli Apuliae inopis tamquam pro Carthaginis moenibus* in PCM melioribusque codd. scriptum est abrupto illo dicendi genere, quo ad vim rei augendam et Livium nonnumquam usum esse constat (cf. 4, 2.): nisi quod in PCM „pro gerini“ (cf. 22, 18.) et in C „carthaginiensis“ positum est. Gärtn.: „*gereoni*“. Voss. Harl. Pall. Lov. 1. Hafn. Rec. cod. Sig.: „gerioni“. Rell.: „geronii“. Et recte videtur I. Fr. Gron. animadvertisse, supplendum videri „eum tenui“, idque a Fabio omissum esse, ne nimis suae gloriae indulsisse videretur: quamquam eidem Gronovio et Laur. Vallae coniectura „tamquam pro Carthaginis moenibus *sedet*“ scribentis probanda videbatur, modo quod sequitur „sed“ induceretur. Ex Petrarchae sententia in Pal. 2. scriptum est: „tamquam pro carth. moenibus pugnatum“. Praeterea Gärtn. Recan.: „— moenibus pugnatum est“. Lov. 5.: „— moenibus pugnat“. Hav. Berol.: „— moenibus instat“. Ox. L. 1. etiam: „— moenibus pugnabimus“.

3. *sed ne aduersus te quidem de me gloriabor*] sed ne adversus te quidem ego gloriabor (C omnesque prope et Pall. et Drak. codd. excepto Gärtn., in quo „ego“ praetermissum est:). — In P hoc loco ita erratum est ut syllaba *dem*, quae bis ponenda erat, semel poneretur: „sed ne aduersus te qui*dem* e gloria bor“. quod mendum cum recentiores librarios falleret, ex *e*, praesertim cum *g* sequeretur, *ego* faciendum esse putarunt, propius tamen a vero et M et Pal. 2. afuerunt: nam in hoc scriptum est „sed ne aduersus te quid de me ego gloriabor“, in illo „sed ne aduersus te quid de me gloriandi“: quae coniecturae F. W. Ottoni ita probatae sunt ut ipse scribi vellet „sed ne adversus te quid de me ego glorier, Cn. Servilius atque Atilius“ cet. Cf. 38, 49.: longiorem orationem non cupiditas gloriandi *de me* sed necessaria criminum defensio fecit. Cic. Cat. mai. 23, 82.: ut de me ipso aliquid more senum glorier, cet. — Deinde scriptum est non modo in recc. codd. omnibus „*p̄*. seruilius“ sed etiam in PCM. Et cum in rell. codd. sequeretur „atque atilius“, in uno cod. Sigon. et in Hav. „atque *m̄*. atilius“, I. Fr. Gronovius dubitabat an restituendum esset „et *m̄*. atilius“.

gloriabor: Cn. Servilius atque Atilius, proximi consules, vide quem ad modum eum ludificati sint: haec una salutis est via, L. Paule, quam difficilem infestamque cives tibi magis quam hostes facient: idem enim tui quod hostium milites volent, idem Varro consul Romanus quod Hannibal Poenus imperator cupiet: duobus ducibus unus resistas oportet: resistes autem, adversus famam rumoresque hominum satis si

ita tamen interdum altero loco praenomen a Livio omissum esse, alios interpretes non fugit. sic enim vel seq. cap. legimus „consulum anni prioris *M.* Atilium Romam miserunt, Geminum Servilium legioni Romanae praeficiunt".

3. *quam difficilem infestamque cives tibi magis quam hostes facient* ex verissima Douiatii coniectura scriptum videtur: nam eadem iam antea librario codicis Lov. 5. in mentem venerat. In rell. codd. non „*t*ibi" sed „*s*ibi" inventum est, in PC etiam „cives sibi quam magis hostes facient": de qua particulae *quam* metathesi cf. 7, 12.: „adventus hostium fuit agris terribilior quam urbi". Difficilem enim illam salutis viam cives sibi ipsi facere poterant, infestam non sibi sed aliis. Fabio videbatur unus tantum vir ex universo exercitu prudenti consilio uti et posse et velle, ille ipse Aemilius cum quo loquebatur: itaque quem ad modum huic uni contra prava ceterorum omnium studia nitendum esse videbatur, sic eidem uni ne dux alter militesque ab eo male ducti viam salutis infestam facturi essent timendum erat. Videtur igitur h. l. eodem quo tot aliis locis mendo peccatum esse ut, cum prima littera pronominis *tibi* excidisset, ea quae proxime antecedebat ponerentur. — PC: „l. paule". — Dein Ox. D.: „idem enim cives quod" cet. Hav.: „quod hostis milites". Margo Ox. N.: „quod hostes". Tum Voss. „cupit", atque Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. D. N. et „uolunt" et „cupit". — Lov. 2.: „id uarro consul". — Paulo post P m. 1.: „unusresistat oportet". sed eadem m. 1. restituit „resistas". Nihilo minus in Voss. Harl. Lov. 1. et in Berol. a m. 1. receptum est „resistat oportet".

7. *satis si firmus steteris:* C] si satis firmus steteris (rell. ut videtur codd.). Scriptum quidem primo fuerat in C idem quod in P „satis firmus steteris", sed iam antiquior manus omissam particulam eo quo scripsimus loco et

UNIVERSITY OF MI

firmus steteris, si te neque conlegae vana gloria neque tua falsa infamia moverit. veritatem laborare nimis saepe aiunt, extingui numquam: gloriam qui spreverit, vere eam habe-

quo facillime ea excidere potuit, in C adscripsit. Et illa elegantiore particularum reliquae orationi interponendarum structura inprimis Livium uti solitum esse, peritos harum rerum homines non praeterierit. — P: „rumorisque hominum". — Dein P: „nequecollegaeunagloria" cet. Pal. 2.: „neque te tua infamia mouerit".

2. *ueritatem laborare nimis saepe aiunt* verissima coniectura in Pal. 2. scriptum est. nam ne „*ac* veritatem laborare" quidem probari posse, breve et ut ita dicam pressum dicendi genus, quo hac tota gravissimae orationis parte Livius usus est, docere videtur, quamvis in omnibus prope codd. inventum sit „*a* ueritat*e* laborare" cet. in uno tamen Pal. 1. scriptum est „mouerit. duritate laborare": et in Lov. 5. et in Berol. „mouerint a ueritate". ac ne quis a Livio scriptum esse opinetur, „a ueritate laborar*i*", id prohibet, quod hoc loco dicendum non erat, aliam quandam rem a veritate laborare, sed ipsam veritatem ab inconsultis hominibus negligi et despici solere: „nur leider allzu oft werde die Wahrheit verkannt, vertilgt könne sie nie werden". Tum in Cant. Harl. Lov. 1. Rec. Hav. scriptum est „laborare nimis saepe aiunt"; idemque in Voss. Lovell. 2. 3. 4. Hafn. Gärtn. repertum est nisi quod in his libris vel „nimis *his*" vel „nimis *iis*" vel „nimis *hos*" positum est, id quod ex antiquo fonte haustum esse oportet, cum in P etiam et m. 1. in CM scriptum fuerit „laborare nim*is is* saepe aiunt". at ibi *is* male bis positum esse vix cuiquam dubium videbitur. Praeterea C m. 2. Berol. „nimis his": M m. 2. „nimis *ius*": idque „laborare nimis *ius* saepe aiunt", ita ut „a veritate" cum priore sententia iungendum sit, Laur. Valla recipi voluit. Pal. 1.: „nimis id saepe". Pal. 3.: „nimis hic saepe". Lov. 5.: „laborare animos saepe aiunt". Gärtn. etiam „labore".

3. *gloriam qui spreuerit uere eam habebit*] gloriam qui spreverit, veram habebit (plerique codd. nisi quod pro „spreuerit" in P scriptum est „quispraeu*enen*rit", in C „quis preuenerit":). — Id quod h. l. in antiquis codd. inventum est, non ex omni parte integrum haberi posse, iam recentium quorundam codd. librarii perspexerunt.

bit. sine timidum pro cauto tardum pro considerato inbellem pro perito belli vocent: malo te sapiens hostis metuat quam stulti cives laudent: omnia audentem contemnet Hannibal, nihil temere agentem metuet. nec ego, ut nihil aga-

Non quod in Hav. et Berol. scriptum est „gloriam *quam* qui spreuerit“: nam in his duobus libris vox „gloriam“ cum antecedente loco iuncta erat ut pronomine relativo opus videretur, at in Lov. 3. loco vocis „gloriam“ inventum est „falsam“, et Muretus in suo libro scripto vidit recipique voluit „gloriam *uanam* qui spreuerit ueram habebit“: quam emendationem verissimam esse sibi F. W. Otto persuasit, modo poneretur „gloriam qui spreverit vanam, veram habebit“. nec negari potest, licet modo „vana gloria“ scriptum fuerit, tamen optime etiam hoc loco a Livio ita scribi potuisse. sed cum antiquis codd. testibus Livius in protasi nullo adiectivo usus sit, non adiectivum sed adverbium in apodosi desiderari necesse videbatur, et facillima coniectura scribi posse „uer*e* eam habebit“: „wer den Ruhm verachtet, dem wird er wahrhaft zu Theil werden“. facile enim alterum *e* ut multis similibus locis praetermitti potuisse, et, cum „ue*r* eam“ nihil esset, *ueram* videri scribendum esse, vel me tacente quisque viderit. — Gärtn.: „spreuit“. — Pro „considerato“, quod paulo post sequitur, librarius margini Ox. N. adscripsit „pro prouidente“. Voss. Lov. 1.: „no*c*are“.

4. *nihil temere agentem:* PC] nil temere agentem (rell. codd.). — Paulo ante P: „ma*l*lo“. Cf. 22, 34.: imperare ma*l*it. — C: „contempnet hannibal“. — Deinde ab priore „agentem“ ad alterum „agentem“ novem verbis praetermissis in C scriptum est: „nihil temere *agentē* te racio ducat non fortuna tue potestatis“ cet.

— *nec ego ut nihil agatur sed ut agentem te ratio ducat non fortuna:* P omnesque prope codd.] nec ego ut — non fortuna velim (ex coni. I. Fr. Gron.). — Videtur Livius ad „*nec ego*“ suppleri voluisse „suadeo“ „volo“ vel simile quid, quod, cum paulo ante „malo“ positum sit, nemini mirum videbitur. non enim eum verbum quoddam eius generis poni voluisse vel „ego“ indicet. non omnibus tamen interpretibus id dicendi genus, quamquam eo saepissime latini scriptores usi sunt ad vim orationis augendam, probatum est, et, quod Franc. Petrarcha scribi voluerat „nec ego ut

tur, sed ut agentem te ratio ducat non fortuna: tuae potestatis semper tu tuaque omnia sint, armatus intentusque sis, neque occasioni tuae desis neque suam occasionem hosti des: omnia non properanti clara certaque erunt, festinatio inprovida est et caeca". 5

XL. Adversus ea oratio consulis haud sane laeta fuit,

nihil agatur *moneo*", iam in Pal. 2. et in cod. Sigon. receptum est. nec I. Fr. Gronovius, cum in P inveniretur „nonfortuna*uaetuae*potestatis" cet., sibi persuadere potuit, ut persaepe in hoc antiquo libro, sic h. quoque l. „uae" male bis positum esse, id quod codicis C librarium non fefellit, sed in eo „*ue*lim" latere dixit. Laur. Valla non „nec ego" sed „nec *eo*" poni voluerat. Pal. 3.: „sed ut agentem ratio inducat non fortuna". — „Ut *nihil* agatur" rectissime h. l. se habet, cum, quod a nonnullis desideratur posset, „*ne quid* agatur" fortius sit, quam quod pro rei ratione a Fabio suaderi potuerit. „*Ne quid rei bellicae gereret*" dictator Fabius magistro suo equitum (22, 25.) imperarat Romam profecturus.

1. *tuae potestatis semper tu tuaque omnia sint:* P] tuae potestatis semper tuaque omnia sint (plerique ut videtur codd.). — „*Tuaque*" ex vulg. scriptura ferri non potest nisi ad „tuae potestatis" referatur: „erhalte Alles in deiner Gewalt u. von dir abhängig". at praeterquam quod ex hac interpretatione nihil discriminis inter *tua* et *tuae potestatis* inesse videtur, ne potuit quidem id a Fabio iuberi, quem fugere non posset, alteri consuli idem iuris atque Aemilio esse. sed ut Aemilius et se et milites suos in sua semper potestate haberet, ne quid se invito fieri posset, id Fabius suadere potuit. Quod cum alter codicis P librarius non perspiceret, litteram *u* in „tuaque" induxit: quo factum est ut in CM scriberetur „semper tutaque omnia sint", et si non in omnibus at in multis Drak. codd. „semper tuaque omnia sint". Conferatur cum hoc loco 32, 11. quo ita scriptum est: „Charopus renuntiari iubet, ita crederet ut suae potius omnia quam illius potestatis essent". — Paulo post in C quattuor verbis omissis scriptum est: „intentusque sis *neque* suam occasionem hosti des". P: „neque occasioni tuae desis ne que suam occa*n* | sionem hosti des". Lov. 3.: „ne occasionem". P: „inprouidæstet caeca".

magis fatentis ea quae diceret vera quam facilia factu esse: dictatori magistrum equitum intolerabilem fuisse — quid consuli adversus conlegam seditiosum ac temerarium virium atque auctoritatis fore? se populare incendium priore consulatu semustum effugisse: optare ut omnia prospere venirent, et, si quid adversi caperet, hostium se telis potius quam suf-

1. *quam facilia factu esse* cum m. 2. codicis C et nos scripsimus, quamvis in P et m. 1. in C esset „quam facilia factu esse*nt*". Num L. ad *quam* suppleri voluerit *ut* et ex eo pendere coniunctivum? At persaepe ita erratum est in P, ut aut coniunctivus imperfecti poneretur pro infinitivo praes. aut contra. Voss. Harl. Pall. duo Lovell. 1. 2. 4. 5. Recan. Gärtn. Hav. Berol.: „quam facilia *actu* esse". Et an paulo ante „consulis oratio" a Livio scriptum sit dubito. nam m. 1. in P scriptum est „aduersus ea *oratio* consulis *oratio* haud sane" cet.: altera tamen m. alterum „oratio" inductum est. Levi deinde mendo in P positum erat „magis*pa*tentis": ex quo m. 2. „petentis" fecit, quod in C receptum est. sed cum ne ea quidem vera scriptura videretur, m. 2. in C „magis putentis" posuit.
2. *quid consuli — uirium atque auctoritatis fore* elegantissima Florebelli emendatione restitutum est. P: „quid cons*i*lia *a*duersus colle gam seditiosum ac temerarium *uirium*atqueauctoritatisfore". sed iam in C ac sine dubio in multis Drak. codd. scriptum est: „quid cons*ilia* aduersus coll. sedit. ac temerarium *uirum* atque auctoritatis fore". Inde: „quid *consilii* aduersus" cet. In Sig. tamen cod. „uirium" repertum est.
5. *semustum:* P] semiustum (C al.). 26, 27. iam a Bekkero scriptum est „in semusto (PC) foro". sic 30, 6.: equites semermes (P): al. — M Gärtn.: „se semustum effugisse". Lovell. 1. 4. Hav.: „se inustum effugisse". Lov. 5.: „se iniustum effugisse".
— *prospere uenirent:* PCM Voss. Harl. Lov. 3. Hav.] prospere evenirent. — M m. 2. Lov. 4.: „prospera *e*uenirent". Berol.: „pro spe euenirent". Cf. 8, 1.: bellum Plautio sorte venit. 10, 11. al. 21, 21.: si cetera prospera evenissent. „Usu *venire*".
6. *et si quid aduersi caperet:* PC] at si quid adversi caderet (recc. quidam codd. cf. 35, 13.). — M Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Hav.: „caperet". Gärtn.: „caperent". *At* videtur iam in meliores codd. receptum ess-

UNIVERSITY OF MI

fragiis iratorum civium caput obiecturum. Ab hoc sermone profectum Paulum tradunt prosequentibus primoribus patrum: plebeium consulem sua plebes prosecuta, turba con-

— *Aliquid adversi* cum pariter in utrumque hostem cadere potuerit, Livius h. l. non verbo *cadendi* sed *capiendi* usus est, quod qui aliquid mali capit, ita necessitate rerum ipsa in malam condicionem actus sit oportet, ut adversum eius rei fortunam vix effugere posset. nec per se verbum *capiendi* ab huius loci ratione alienum esse quisquam putaverit: nam qui aliqua re capitur, tenebitur ea ita ut nec sui arbitrii nec potestatis suae esse possit, in quo ipso plerumque summum malum positum est. quominus tamen ex hoc sequatur, eum qui ita aliquid mali ceperit, sua ipsius voluntate in id incidisse, similia dicendi genera (ex. gr. detrimentum capere:) prohibent. *Et* autem a Livio positum est, quod in hoc loco non contrariam proxime praecedenti sententiam inesse voluit sed eum cum illo iungi: „er wünsche dass Alles gut gehe und, wenn ihn ein Unglück treffen sollte, so sei er entschlossen lieber" u. s. w.

3. *turba conspectior cum dignitates deessent:* PCM Harl. Pall. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hafn. Rec.] turba quam dignitate conspectior. — Antiqua scriptura iam ab recentium quorundam codd. librariis depravata est, quamquam difficile non erat intelligere rectissime omnia se habere, modo nomen „dignitates" significare videretur *homines alicuius dignitatis*, cuius simili sensu 22, 25. sub fin. „auctoritas deerat" scriptum vidimus. et hac interpretatione „turba" pro ablativo haberi posse patet, quamvis non repugnarim, si quis „turba conspectior" tamquam appositionem ad „plebes" referri malit. Nec Loveliani 3. librarium quidquam offendisse videtur nisi *cum*, cuius coniunctionis loco ipse *quam* posuit: „ein Haufe, *dem* — abging": quae emendatio improbanda non esset, si locus emendationis indigeret. sed eius relativi pronominis vis librarios codicum Hav. et Berol. prorsus fugit. illi enim cum „quam" pro coniunctione haberent, factum est ut in Berol. scriberetur „turba conspectior quam dignitate", et elegantiore etiam verborum structura in Hav. „*turba quam dignitate conspectior*": quam scripturam excepto Ed. Fabri omnes editt. receptam voluerunt. In Oxx. L. 1. N. tamen scriptum est „sua plebes prosecuta turba cum dignitates deessent"

spectior, cum dignitates deessent. Ut in castra venerunt, permixto novo exercitu ac vetere castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Hannibalem, in veteribus maior pars et omne robur virium esset, consulum anni prioris M. Atilium aetatem excusantem Romam miserunt, Geminum Servilium in minoribus castris legioni Romanae et socium peditum equitumque duobus milibus praeficiunt. Hannibal, quamquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat, tamen adventu consulum mire gaudere: non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne unde

omisso adiectivo verb. „conspectior“: „mehr in die Augen fallend“. cf. 6, 4.: opus conspiciendum „ein der Betrachtung würdiges Werk“. — Praeterea cum levi mendo in PCM Lov. 1. littera *s* excidisset „sua plebe prosecuta“, in Hav. quidem recte scriptum est „sua plebes prosecuta“: at in Pall. Harl. Lov. 2. Gärtn. Hafn. Rec. Berol. „sua plebs prosecuta“: in Lov. 5. etiam „sua plebe secuta“. — C m. 1.: „plebium consulem“. m. 2. „plebeium“. — Paulo post P: „propriushanniualem“. C: „propius hanniualē“. Voss. Oxx.: „propius annibalem“. M: „propius hannibale“. Rell. codd.: „propius hannibalī“. cf. 21, 1.: propius periculum. — P(M m. 1.): „consul|tumanniprioris“. C m. 2. M m. 2.: „consulem anni prioris“. Quid m. 1. in C scriptum fuerit, discernere non potui. Harl. Lov. 5. Gärtn.: „consulum tum anni“ cet. Voss. Lovell. 2. 3. 4. Hav. Berol.: „consulem tum anni“. Lov. 1.: „tum consulum anni“. — C: „romaene miserunt“. — PCM Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 3. 4. al.: „geminum seruilium“. Recc. quidam codd.: „cn. seruilium“. — Lov. 3.: „legionibus romanis“. — Voss. Lovell. 1. 2. 3.: „et sociorum peditum“ cet. — PC: „duobus mi*l*ibus“.

9. *tamen aduentu consulum mire gaudere* inventum non est nisi in recentioribus codd. In PM scriptum est „aduen*tum* consulum“: in C „aduentū consulum“. Num Livius accusativum h. l. cum *gaudere* iungere voluerit, (cf. Ter. Andr. 5, 5. 8. Cic. ad fam. 8, 14.), an librariorum errori illud *m* debeatur, nescio. — Paulo ante P: „quamquampartedi midiaauct*a* hostium copi*as* cernebat“. Deinde P: „mirae gaudere“. Berol.: „mire gaude*bat*“. Hav. et Ox. N. m. 2.: „mire gaudere *coepit*“.

raperet quidem quicquam reliqui erat omnibus undique frumento, postquam ager parum tutus erat, in urbes munitas convecto, ut vix decem dierum, quod conpertum post ea est, frumentum superesset Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporum expectata foret.

1. *omnibus undique frumento — conuecto*] omni undique frumento — convecto (omnes ut videtur et Pall. et Drak. codd.: nisi quod in Lov. 2. „euecto" positum est:). — In minore edit. et nos „*omni* undique frumento convecto" scribi iusseramus: at cum in PC „*omnibus*" esset, et Livius non modo omissa praepositione *ab* dativum cum passivis, sed etiam simili structura pluralia cum *undique* connectere soleret, non amplius dubitavimus antiquiorem scripturam recipere. cf. ex. gr. 8, 13.: ut — *undique ex omnibus populis* auxilium obsessis ferretur. — Paulo ante P: „sedsecundera perequidem". In Lov. 1. praetermissum est „quidem". Dein PC (M Cant. Voss. Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.): „quicquam reliquerat": ut dubium possit videri, utrum L. scribi voluerit „quicquam reliqui erat" (cf. 32, 13.: nec — reliqui quicquam fuit:), an „quicquam reliquerant" (cf. 23, 29.: ea pugna — spem reliquerat:): quae altera scriptura vel propter *omnibus* etiam potior videatur. — Paulo post P: „postquamagerurumtutuserat inurbemunitasconuectu". m. 2.: „in urbes". C m. 1.: „postquam ager uarū titus erat in urbes munitas conuecta". m. 2.: „ager uiarū titus" cet. — P: „frumentum superesse". C: „hyspanorumque". Hav.: „ab inopia". — P m. 1.: „simaturitatotempo rumexpectatoforet". Eadem tamen m. 1. restituit „maturitas" et „expectata". Cod. Sig.: „maturitas temporis". Recan.: „tempore". — Quem ad modum permultis locis videre licet non sine aliqua causa verborum modos et tempora a Livio mutata esse, sic h. quoque l. non temere scriptum est „ut superesset Hispanorumque transitio parata *fuerit*" (non fuisset"). apte enim imperfecto L. usus est, quod illo priore loco nihil dicendum erat nisi quod ex eo, quod modo traditum erat, sequi necesse esset: et altero loco perfecti coniunctivo usus est, ut ipse aliquantum dubitasse videretur, num id, quod suspicati erant, futurum fuisset: „und es aus Mangel wohl zu einem Übergange der Spanier möchte gekommen sein". Cf. 22, 32. sub fin.: si duxissent dignosque iudicaverint.

XLI. Ceterum temeritati consulis ac praepropero ingenio materiam etiam fortuna dedit, quod in prohibendis praedatoribus tumultuario proelio ac procursu magis militum quam ex praeparato aut iussu imperatorum orto haudquaquam par Poenis dimicatio fuit: ad mille et septingenti caesi non plus centum Romanorum sociorumque occisis.

1. *praepropero ingenio* in nullo prope meliore cod. scriptum est. P: „ceterumtemeritate consulisac | prosperoingenio“ cet. C: „ceterum temeritate cōsul' ac ꝑspero ingenio“. Idem „prospero“ repertum est in M Cant. Pal. 1. Lovell. 1. 2. manuque 1. in Voss. Dein C m. 2. Voss. m. 2. Lov. 3. Gärtn. Ox. N.: „propero“. Lov. 4.: „aspero“. Berol.: „perpropero“. Cf. 27, 33.: cum toto eo bello damnosa praepropera ac fervida ingenia imperatorum fuissent, tum eo ipso consules nimia cupiditate conserendi — in necopinatam fraudem lapsos esse. — Num potuit L. scribere „praepostero“?

3. *ac procursu magis militum quam* cet.: codd.: nisi quod P „procursum“:] ab procursu magis militum quam cet. (ex L. Wälchi coniectura). — Cum sua scribendi ratione L. paulo diligentius explicaret, qua re illud proelium *tumultuarium* videri potuisset, non sane timebat ne quando futurum esset ut sibi ingratum etiam asyndeton ab interpretibus suis obtruderetur. — P: „tumulua rioproelio“. m. 2.: „tumul*tuario*“. Pal. 2.: „ac procursu militum quam ex praeparato imperatorum aut iniussu“ cet. illud „aut *in*iussu“ etiam in PM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. inventum est. Lov. 4.: „aut etiam iussu“. P: „haudquamquam“.

5. *ad ∞ et dcc. caesi:* P. — C al.: „ad mille et septingenti caesi“. Hav.: „ad mille septingenti caesi“. Lov. 3.: „ad mdcc^{ti} caesi“. Berol.: „ad m & cc^{ti} caesi“. — Paulo post P: „effusaesequentibus“. — P: „*o*pstitit paulus“. M m. 1. Voss. m. 1. Harl. Pall. 1. 3. Rec. Hav.: „abstitit“. Gärtn.: „absistit“. Recte tamen C „opstitit paulus“: manuque altera „obstitit“. — P: „namalternisimperita bantimperitabantimperiumerat uarrone*m*indignante*ma* uocife rantem“ cet. M. 2. alterum „imperitabant“ inductum est. Gärtn.: „nam alterius“ cet. Pal. 3. Lovell. 4. 5.: „imperabant“. Pal. 2.: „nam alternis imperitabant uicibus“. — P: „deuellariquinicessa tumforet“ cet. Lovell. 4. 5. Hav.: „cessatum fuisset“. Berol.: „cessatum esset“.

ceterum victoribus effuse sequentibus metu insidiarum obstitit Paulus consul, cuius eo die — nam alternis imperitabant — imperium erat, Varrone indignante ac vociferante emissum hostem e manibus debellarique, ni cessatum foret, potuisse. Hannibal id damnum haud aegerrime pati, quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris consulis ac novorum maxime militum esse. et omnia ei hostium haud secus quam sua nota erant: dissimiles discordesque imperitare, duas prope partes tironum militum in exercitu esse. itaque locum et tempus insidiis aptum se habere ratus nocte proxima nihil praeter arma secum ferentis

7. *et omnia ei hostium haud secus quam sua nota erant:* C al. Idem P, nisi quod is: „quamsuanoctaerant". Pal. 1.: „et omnium ei hostium haud secus quam sua omnia nota erant". In Recen. quoque et in Pall. 2. 3. scriptum est „quam sua omnia nota erant". Lov. 2.: „quam omnia sua nota erant". Harl.: „haud secus quam omnia nota erant". Lov. 5. etiam: „quam sua omnia consilia nota erant". — Paulo post C: „duas *pro* partes tironū". m. 2.: „pro parte".

11. *nihil praeter arma secum ferentis educit milites*] nihil praeter arma ferentes secum milites ducens cet. — Vulgata scriptura non videtur inventa esse nisi forte in paucis recentibus codd. In Berol. tamen scriptum est: „nihil *secum* praeter arma ferentes milites *ducit*". in Hav.: „*nihil praeter arma ferentes secum milites ducit*": eamque scripturam in minorem edit. recepi, quod ea quamquam praetermisso verbo „ducit" meliorum codd. esset, locique ratio eius generis verbum ut adderetur postularet. In PCM Harl. Lovell. omissum verbum „*ducit*" est: et in Harl. quidem et in Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. „*secum* ferentis milites", in P et m. 2. in C „ferentis *secum* milites", in C m. 1. „ferent*i* secum milites" scriptum est. Iam pridem diversitas illa, quae in loco vocis „*secum*" statuendo in his codd. invenitur, me dubium fecerat, an in min. edit. non veram scripturam recepissem: sed cum in sequentibus quoque partibus huius loci verba in ultimo loco posita viderem, nec meliorum codd. ope certius quid expediri posse putarem, in re incerta nihil mutari satius videbatur. at cum diligentiore cura hunc locum

educit milites, castra plena omnis fortunae publicae privataeque relinquit, transque proximos montis laeva pedites instructos condit, dextra equites, impedimenta per convallem

perlustrarem et reputarem, nullo mendo saepius ab antiquis librariis erratum esse quam ut litterae quaedam male aut praetermitterentur aut bis scriberentur, et viderem in C primo fuisse „ferenti *secum milites*“, fieri potuisse conieci ut in P bis scriberetur et alterum illud *s*, quod unum fuisset, et *m* in fine vocis „secum“: quibus duabus litteris remissis „*ecu*“ evenit, quod facillime pro „ec*it*“ scribi potuit, quod si verum est, et syllabam *du* praetermissam esse oportet, et „*secum*“, quod primo testibus codd. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. ante „ferentis“ positum fuerat, ne bis scriberetur, priore et veriore loco omissum esse. — Paulo ante Pal. 3.: „itaque locum et tempus insidiis esse ratus“. C m. 1.: „se abere ratus“. m. 2.: „habere“. In Hav. „hinc“ positum est pro „habere“. — Paulo post Berol.: „fortunae publicae et priuatae“. P m. 1.: „priuataerque“. m. 2. *r* inductum est, Lovell. 2. 4. Gärtn.: „reliquit“. — PC: „transque proximos mont*is*“.

3. *inpedimenta per conuallem medium agmen traduxit* rectissime e I. Fr. Gronovio restitutum est ex eo, quod in P invenerat „impedimentaper cornu | allem medium amnem | traducit“. nam „amnem“ persaepe in hoc libro pro „agmen“ vel contra positum esse notum est, nec potest adiectum esse medium illud *r* nisi quod librario ibi „cornu“ scribendum videbatur. *Medium* autem *agmen* interpretamur quasi scriptum sit: „inpedimenta ita traducit per convallem, ut medio in loco inter pedites equitesque essent“. quod ut exprimeretur, L. non scripsit, id quod Drak. poni malebat, „inpedimenta medium agmen per convallem traducit“, sed „inped. per conv. medium agmen trad.“: ut *medium agmen* non id modo significaret, medio inter equites peditesque loco inpedimenta traducta esse, sed quid Hannibal, cum inpedimenta ita traduceret, spectasset, ut ea inter armatos utriusque generis in tuto loco essent. — Cum tamen in P m. 2. litterae *llem* in „cornua*llem*“ inducerentur et supra eas „*in*“ poneretur, factum est ut in C scriberetur „impedimenta p cornua medium amnem traducit“: manuque altera *g* poneretur supra *am* in „*am*nem“. in M et in Lov. 5.: „impedimenta per cornua in me-

medium agmen traducit, ut diripiendis velut desertis fuga dominorum castris occupatum inpeditumque hostem opprimeret. crebri relicti in castris ignes ut fides fieret, dum ipse longius spatium fuga praeciperet, falsa imagine castrorum, sic ut Fabium priore anno frustratus esset, tenere in locis consules voluisse.

XLII. Ubi inluxit, subductae primo stationes, deinde propius adeuntibus insolitum silentium admirationem fecit. iam satis conperta solitudine in castris, concursus fit ad

dium agmen traducit". in Cant.: „imp. per comu in medium agmen trad." in Pal. 3. Voss. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav.: „imp. per cornu in medium agmen producit". in Berol.: „imp. per cornu in mediam aciem ducit". in Harl. etiam: „imp. pecorum in medium traducit agmen". — Paulo post Pal. 2.: „dum ipsi longius spatium praeciperent". Recc. quidam codd.: „praeriperet". — C: „frustatus esset". — PCM: „*tenere in locis consules uoluisse*": i. e. in castris suis: neve Romani ex eo loco, in quo essent, progredi auderent. Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „in locis tenere consules uoluisse": sed L. „tenere" in priore loco posuit ut eius verbi vis augeretur.

9. *iam satis conperta solitudine:* P et ut videtur rell. codd. — C: „*tum* satis comperta" cet. — Ad „concursus nuntiantium" cf. 1, 41.: concursus mirantium. Quod dicendi genus cum recc. quidam librarii parum perspicerent, in Lov. 2. Hafn. Recan. scriptum est „nunciatum", in Hav. Berol. „nunciatumque". — Deinde recte scriptum est in C et in rell. codd. „castra *reliquerint*", cum perfectum ex praesente *fit* et *nuntiantium* penderet, nec aliud quid codicis P librarius scribi voluerit, quamvis ut saepe in antiquioribus libris poneret „reli*n*querint", illud *n* tamen videtur effecisse ut in Lov. 3. scriberetur „*relinquerent*", licet ex ea interpretatione potius „reliquissent" scribendum fuisset. verum tamen cum praesens historicum etiam praeteriti vim habere posset, non minus recte L. sequenti loco scripsit „quoque fuga *esset*". Illud „*quoque*" interdum et apud L. pro „*et quo*" positum videmus, aut si scriptor verba cum hac voce iuncta non maiore vi pronuntiari vellet aut artissime cum proximis connecti, structura tamen ea librarios nonnumquam in errorem inductos

praetoria consulum nuntiantium fugam hostium adeo trepidam, ut tabernaculis stantibus castra reliquerint: quoque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignis. clamor inde ortus ut signa proferri iuberent ducerentque ad persequendos hostis ac protinus castra diripienda. et consul alter velut unus turbae militaris erat, Paulus etiam atque etiam dicere providendum praecavendumque esse: postremo, cum aliter neque seditionem neque ducem seditionis sustinere posset, Marium Statilium praefectum cum turma Lucana exploratum mittit. qui ubi adequitavit portis, subsistere extra munimenta ceteris iussis ipse cum duobus equitibus vallum intravit speculatusque omnia cum cura. renuntiant insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, qua vergant ad ho-

esse 21, 56. „quoque novus terror additus" videre licet. — PC: „crebros etiam relictos ign*is*". — Paulo ante P: „prop*ri*usadeuntibus".

4. *ad persequendos hostis:* PC. Praepositionem *ad* non minus pertinere ad sequentia nomina „castra diripienda" manifestum est: similique modo L. altero loco particulas eius generis non scripsit, quo fortius rapidiusque oratio procederet. — P: „proferri iuuerent".

6. *Paulus:* PC. — P: „etiam adq. etiam". — Ad „*erat — dicere — mittit*" (PCM) cf. 21, 7.: animus erat. — Pal. 2.: „manium statilium". — M Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Rec. Gärtn.: „cum turma lucana". Levi mendo P: „cumturmalucana*ee*xploratum" cet. Hinc C Voss. Lov. 5.: „lucane". Voss. m. 2.: „lucanum". Berol.: „cum turma lucanorum equitum". — Recentiores codd. Drak. omnes: „misit". — Paulo post P: „adaequitauit". — Harl. Lovell. Rec. Gärtn. Hav. Berol.: „ceteris iubet ipse" cet. Voss.: „ceteris iubet et ipse" cet.

12. *renuntiant:* PC] renuntiat. — Singularis num. verbi „*renuntiat*" ab recentioribus positus videtur, quod id verbum cum „speculatusque" arte cohaerere putarent, praesertim cum verbum substantivum participio deesset, at peritos Livianae orationis fugere non debebat, id ipsum verbum substant. Livium omittere solitum esse, nec potest „renuntiant" scriptum esse nisi ut ne nihil vidisse aut egisse viderentur, si non omnes qui cum Statilio missi erant, at illi duo equites qui cum eo castra intraverant.

13. *qua uergant ad hostem*]


UNIVERSITY OF M

stem, relictos, tabernacula aperta et omnia cara in promptu relicta, argentum quibusdam locis temere per vias vel obiectum ad praedam vidisse. quae ad deterrendos a cupiditate animos nuntiata erant, ea accenderunt, et clamore orto a militibus, ni signum detur, sine ducibus ituros, haudquaquam dux defuit, nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi.

quae vergat in hostem. — In P(C) „quaeuergant|adin hostem“ scriptum erat: sed iam prima manu in C inductum est „in“: idemque „quae uergant ad hostem“ in M repertum est. Pall. Harl. Hav. Berol.: „quae uergant in hostem“. Gärtn.: „quae uergunt in h.“ Lov. 1.: „quae uergerat in h.“ Lovell. 4. 5.: „quae uergeret in h.“ Lov. 3.: „ad hostes“. Cf. ex. gr. 30, 19.: haec terra marique in parte Italiae, qua iacet ad Alpis, gesta (PC). — Paulo ante C: „in partes castrorum“. — Paulo post C: „impromptu“. — Deinde scripsimus cum PM „*uel* obiectum“, cum in C esset „*uelut* obiectum“, cf. 22, 44.: vel usu cepisset Italiam. In Pall. Voss. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. sive „uel“ sive „uelut“ praetermissum est.

3. *ad deterrendos a cupiditate animos* in nullo cod. inventum est. Proxime vero P: „addeterendos“ cet. Sed cum altera manu *n* supra *r* positum esset, factum est ut in M scriberetur „ad detenendos“, in C „que ad detinendos“: idque „ad detinendos“ in rell. codd. receptum est. — Berol.: „ea magis accenderunt“. — PCM: „*et clamore orto*“. Pal. 2.: „et clamore suborto“. Rell. codd.: „et clamore sublato“. — PCM Pall. 1. 3. et plerique Drak.: „*ni signum detur*“. Recc. quidam codd.: „nisi“. Quem ad modum h. l. „nisi *detur*“ pro „*daretur*“ scriptum est, sic et aliis locis Livium coniunctivo praesentis in orat. obl. usum esse reperimus, non modo quibus ille coniunctivus ad infinitivos aut praesentis aut futuri temporis referendus esset, — nam id improbari non potest, quod eodem dicendi genere optimi quique scriptores usi sunt —, sed etiam, quod mirum videatur, ubi illud praesens ex infinitivo praeteriti temporis aut coniunctivo imperfecti pendebat: cuius generis exempla 31, 32. leguntur. — P: „haudquamquam“. — PC(M): „*dux* defuit“. In Cant. Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. praetermissum „dux“ est. — C: „signum dedit proficiscendo“.

Paulus, cum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent, obnuntiari iam efferenti porta signa collegae iussit. quod quamquam Varro aegre est passus, Fla-

1. *auspicio:* PCM Pal. 1. al. Dubitarunt docti homines, quo modo ille ablativus interpretandus esset. et Drakenborchius „auspicio" pro „*in* auspicio" dictum esse voluit, ut id significaret, cum Paulus deos *auspicio* consuleret, utrum egrediendum esset necne. alii „auspicio" pro abl. instumenti habuerunt „durch ein Zeichen". nec deerunt fortasse, qui mecum „auspicio" dativum esse censeant, ut in eo insit „bono laetove auspicio": „sie sagten ihm nicht zu einem günstigen Zeichen zu" aut „für das zum Aufbruch nöthige Zeichen." Utut id se habet, recte certe ab interpretibus scriptum est „non addixissent", cum in omnibus prope codd. inventum sit „non adduxissent". Quae antiqua scriptura ne repudianda videretur, alter librarius codicis Voss. emendari voluit „auspici*um* non adduxissent". Nec male in Lov. 3. scriptum est „auspici*a* non addixissent": simili enim constructione Tac. Ann. 2, 14. usus est: auctus omine addicentibus auspiciis vocat contionem cet. Praeterea C m. 2.: „auspicio non ad*l*uxissent". Hav.: „auspicia addixissent". Gärtn.: „pulli quoque auspici adduxissent". Cf. 27, 16.: Fabio auspicanti priusquam egrederetur ab Tarento aves semel atque iterum non addixerunt. — Paulo ante scriptum est in P(C): „paulꝰ |cumeisuasponte" cet. C: „cuntanti". — Dein videtur Sabellicus recte restituisse verbum augurale: „*ob*nunciari — collegae iussit". cf. interprett. ad Cic. or. Phil. 2. 33. 83.: augur auguri, consul consuli obnuntiasti. P: „ | nuntiariisiefferentiportasi gnacollegius|sit". m. 2.: „collegeiussit". C: „nunciari iam effecti porta signa" cet. M Cant. Pall. 2. 3. Lov. 3. Gärtn. et Berol. m. 2.: „nunciari". Voss. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hav. Berol.: „nunciare".

3. *Flaminī tamen recens cōsus Claudique consulis* cet.: PC. — Codd.: „*memorata* naualis clades": i. e. *nobilis* illa clades. Cf. libri XIX Liviani argumentum. Lov. 2.: „claudii quoque consulis". Lov. 3.: „naualis clad*is*". — Deinde scriptum est in omnibus prope Drak. codd. et in Pall. 1. 3. et m. 2. in C: „religion*e* animo*s* incussit": in P et m. 1. in C etiam „regione": quae scriptura cum vix integra haberi possit, ex eo nata erit, quod illud *s* inter verba „animo"



mini tamen recens casus Claudique consulis primo Punico bello memorata navalis clades religionem animo incussit. di prope ipsi eo die magis distulere quam prohibuere inminentem pestem Romanis: nam forte ita evenit ut, cum referri signa in castra iubenti consuli milites non parerent, servi duo, Formiani unus alter Sidicini equitis, qui Servilio atque Atilio consulibus inter pabulatores excepti a Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: deductique ad consules nuntiant, ominem exercitum Hannibalis trans proximos montes sedere in insidiis. horum opportunus adventus con-

et „incussit“ interpositum parum recte interpretabantur (cf. 22, 25.: et in tempore:). simili mendo in fine huius cap. multisque aliis locis accusativum ablativo mutatum videmus. — Paulo ante in PC scriptum erat: „quod *quam* uarro aegre est passus“: in P etiam „aegrae“. C m. 2.: „quod quam*uis* uarro“ cet.: quae coniectura probari non potest.

2. *di prope ipsi:* PC] dii cet. — P m. 1.: „dipropeipseeo die“ cet. — P: „quamprohi *b*ereinmentem|pestem“. — P: „iu*u*enti consuli milites non pa rer*e*serui“ cet. — PC: „seruilioatqueatiliocōs.“ P etiam „adq.“ — P: „profuger*u*nt“. — Dein PCM: „*deductique ad consules*“ cet. Cant. omnesque rell. codd., fortasse quod librarii dubitabant an „nuntio*n*t“ pro „nuntia*r*ent“ nisi mutata constructione ferri non posset: „*qui* deducti ad consules“ cet. simili quadam coniectura ductus Iac. Gronovius „deducti ad consules“ omissa particula „*que*“ scribi voluit. PC: „sedere *in*sidiis“.

10. *consules imperi potentes fecit:* P m. 1. — P m. 2. C: „imperii“. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. Hav. Berol.: „imperio“. — In sequentibus verbis videatur „*suam*“ vix ad „*ambitio* alterius“ referri posse, quod, licet neminem fugere posset scriptum illud esse pro „*alter ambitione sua*“, tamen ea constructione grammaticam simplicitatem desiderari necesse esset. At L. hac synesi usus est non modo perspicuitatis causa, ne eodem loco duo ablativi inveniren tur, sed etiam quod nomina abstracta eius generis ab latina lingua aliena non essent (cf. 22, 29.: „temeritatem“. Phaedri fab. 3, 5. 9. al.), idque quod dicendum esset minore acerbitate dictum videri oporteret, si id, in quo peccatum esset, non tam ad consulem ipsum quam ad pravum illud studium, quod secutus esset,

sules imperi potentes fecit, cum ambitio alterius suam primum apud eos prava indulgentia maiestatem solvisset.

XLIII. Hannibal postquam motos magis inconsulte Romanos quam ad ultimum temere evectos vidit, nequiquam detecta fraude in castra rediit. ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequit novaque consilia in dies non apud milites solum mixtos ex conluvione omnium gentium sed etiam apud ducem ipsum oriebantur. nam cum initio

referretur. nihilo minus tamen, quamvis ita maxima loci vis in voce „ambitio“ posita videatur, fieri non potest quin maior vis in pronomine „alterius“ insit, ut L. etiam „*suam* maiestatem“ ponere potuerit, tamquam si non ita ut scriptum videmus sed „cum *alter* ambitione sua suam maiestatem solvisvisset“ scriptum legeretur. — PC: „aput eos“. — P (M m. 1. Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 4. Hafn.): „pra uam indulgentiam | maiestate soluisset“. C (Gärtn.): „prauã indulgentiã maiestatem soluisset“. Lov. 1.: „praua indulgentiam maiestate soluisset“. Pal. 2.: „prauam apud eos indulgentiam maiestatem soluisset“. In Cant. excidit „praua“. Vernaculo serm.: „während der Eine von ihnen in Folge seines zu weit getriebenen Strebens sich beliebt zu machen gleich anfangs durch verkehrte Nachgiebigkeit sein Ansehen untergraben hatte“.

6. *manere nequit:* C m. 2. Voss. Harl. Pall. Lovell. Gärtn.] manere nequibat. — P et C m. 1.: „manere nequid“. Hav. Berol.: „nequiuit“: secundum P, in quo m. recentior *ui* supra „quid“ posuit. Contracta forma *nequit* pro „nequi*it*“ scriptum esse patet. cf. 5, 43.: (M) „audit“: (P) „audiuit“. T. Livi l. xxx. p. xc. v. 24. „*Nequibat*“ autem scribendum videbatur ut tempus huius verbi responderet sequenti „orie*bantur*“. at „manere *nequit*“ ex Livii iudicio prodiit: „orie*bantur*“ id, quod non uno tantum tempore sed diversis temporibus et saepius fiebat, exprimit. — Paulo ante PC: „nequicquam“.

8. *apud ducem ipsum:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.] apud ipsum ducem. — Ad „*in dies*“ comparativum quendam suppleverimus, quasi scriptum sit „maiore in dies vi“. — P: „mixtosexconluionem“. C: „mixtos ex cluione“. Itemque M Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. In Lov. 3. „mixtos colluuione“ scriptum est.

fremitus deinde aperta vociferatio fuissent exposcentium stipendium debitum querentiumque annonam primo postremo famem, et mercennarios milites maxime Hispani generis de transitione cepisse consilium fama esset, ipse etiam interdum Hannibal de fuga in Galliam dicitur agitasse ita ut relicto peditatu omni cum equitibus se proriperet. cum haec consilia atque hic habitus animorum esset in castris, movere inde statuit in calidiora atque eo maturiora messibus Apuliae loca, simul quod, quo longius ab hoste recessisset,

1. *fuissent:* PC] fuisset. Cf. 22, 47.: claudebant. Etsi, si ad unum verbum duo nomina singularis numeri pertinebant, L. verbum ad proximum quodque nomen applicare solebat, tamen in his locis etiam plurali usus est, ubi neutrum eorum nominum minore vi proferri voluit. — Voss. Harl. Pall. 1. 2. Lov. 4. Gärtn. Hav.: „nam cum *in initio*“ cet. In Lovell. 4. 5. excidit „aperta“, in Voss. Lovell. 1. 2. „postremo“. — PC: „mercennarios milites“. — Deinde cum in P primo „detransi| tionem cepisse consilium“ scriptum esset, neque quidquam in eo delendum esset nisi illud *m:* tamen altera manu non modo *m* sed etiam *ns* inductum est et suprascriptum *d*, quo fieri necesse erat ut non tantum in Pall. et Drak. codd. verum etiam in CM Cant. scriberetur „de traditione“. C: „coepisse consilium“. — In PC mutata praecedentis nominis forma recte scriptum est „cum *equitibus* se proriperet“, idemque videtur in Cant. Voss. Berol. receptum esse: in rell. autem omnibus suis codd. Drakenborchius „cum equi*tatu*“ (10, 43.) invenit, quod nomini „peditatus“ melius respondere librariis visum erat.

9. *simul quod quo longius ab hoste recessisset* cet.] simul ut, quo longius cet. — PCM Pal. 2.: „simul *quod* longius ab hoste“ cet. Cant. Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „simul *quo* longius“ cet. — „Simul *ut*“ scribendum videbatur, quia h. l. id traderetur quod Hannibal longinqua loca petendo spectasset, nec quidquam facilius a librariis praetermitti potuisset quam *ut* post „simu*l*“. At media verba „quo longius ab hoste recessisset“ indicare videntur, scriptorem non tam finem, quem Hannibal ante oculos habuerit, quam causam, propter quam longinqua petenda essent, exprimere voluisse. qua igitur opportunitate et alii loci restitui poterant, ut inter se iungerentur

transfugia inpeditiora levibus ingeniis essent. profectus est nocte ignibus similiter factis tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par priori metus contineret Romanos. sed per eundem Lucanum Statilium omnibus ultra castra transque montis exploratis cum relatum esset visum procul hostium agmen, tum de insequendo eo consilia agitari coepta. cum utriusque consulis eadem quae ante semper fuisset sententia, ceterum Varroni fere omnes, Paulo nemo praeter Servilium prioris anni consulem adsentiretur, maioris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas urgente fato profecti sunt. prope cum vicum Hannibal

quae integra in uno alteroque cod. ex antiqua scriptura supererant, eadem hunc locum in integrum restitui potuisse apparet. cf. T. Livi l. xxx. p. xxiii. 3. — Paulo ante P m. 1.: „incalidioraad quaeomaturio | raeomessibus“ cet. m. 2. alterum *eo* inductum est.

5. *transque montis:* PC. — PC: „exploratius“. — Dein ex verissima J. Lipsii emendatione scriptum est „tum *de insequendo eo* consilia agitari coepta“. Lov. 1. Recan.: „tum die insequenti eo consilia agitari coepta“. PCM Voss. Pal. 1. Lov. 4. Hafn. Gärtn.: „tum die sequenti eo consilia“ cet. Pal. 2.: „tum die insequenti ea consilia“ cet.: itemque Ox. N. omisso prōnomine „ea“. Lov. 2.: „tum die sequenti ea consilia“ cet. Harl. Lovell. 3. 5. Hav. Pal. 3.: „tum die sequenti consilia“ cet. Berol. etiam: „tum die sequenti agitari consilia coepta“.

7. *eadem quae ante semper fuisset sententia:* PCM Harl. Pall. 1. 2. Lovell. 1. 2. 3. Gärtn. Hav.] eadem quae semper ante fuisset sententia. — C: „eadem q^{e} ante semper“ cet. Cant. Lov. 4.: „eadem quae semper fuisset sententia“. Lov. 5.: „eadem quae ante semper fuisset sententia esset“. Berol.: „eadem sententia quae semper ante fuisset“. Cod. Sig.: „eadem esset quae semper ante fuisset sententia“: idemque Pal. 3. praetermissa particula „ante“. — Dein P: „uarronifer|re omnes“. PC al.: „pau*l*o nemo praeter seruilium prioris anni consulem adsentiretur“. Lov. 5.: „assentiret“. Hav.: „assentirent“. — P: „maioris partissententiasadnoxilitandas |cladesromana“ cet. m. 2.: „clade“.

castra posuerat aversa a Volturno vento, qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit. id cum ipsis castris percommodum fuit, tum salutare praecipue futurum erat, cum aciem dirigerent ipsi aversi — terga tantum adflante vento — in occaecatum pulvere effuso hostem pugnaturi.

1. *a Volturno:* PC] a Vulturno. — Pal. 3. Lov. 5.: „auersa uulturno uento". — P et codd. Drak.: „qui campis torridis siccitate nubes pulueris uehit": „der ganze Wolken von Staub von den bei der Dürre glühenden Feldern mit sich führt": quamquam pro latinae linguae ratione ablativis absol. „campis torridis" praepositione opus non erat. C: „pulueris uehut'. cum ipsis castris" cet.: i. e. „uehu*tur*", quod ex omisso „id" ortum videtur. P: „*it*cumipsiscastrispercommodumfuit". Pal. 3. Lovell. 1. 4. 5.: „id tum ipsis castris prope percommodum fuit". — P: „praecipuae". — PC al.: „*futurum erat*": „und sollte ihnen dann besonders zu Statten kommen, wenn sie in die Schlacht gingen". cf. 22, 28.: erat — futurus. — Nominativi „*ipsi auersi*" et „*pugnaturi*" rectissime in PC al. positi sunt, quod „*ipsi*" potius ad subiectum verbi „*dirigerent*" (PC) quam ad „*salutare*" referendum erat: „indem sie nun abgewandt vom Winde kämpfen konnten". Voss. Harl. Pall. 1. 2. Lovell. 1. 2. Hav. et Berol. m. 1.: „ipsi aduersi terga" cet. Lov. 4. Pal. 3.: „ipsi auersa terga" cet. Hafn.: „ipsi auerso terga" cet.

5. *puluere effuso:* codd. Drak. et Pall.] pulvere offuso (ex I. Fr. Gron. et L. Walchi coni.). — P: „inoccecatum puluerem *effuso* hostem" cet. C: „in occaecatum puluerē *effuso*" cet. Quod l. Bekkerus 22, 19. ausus non est, ut Walchianam coniecturam „*offuso* terrore" pro „*effuso*" in Liv. orationem reciperet, id h. l. facere non dubitavit. nec dubitavit E. Fabri eum sequi, quod, si „*effuso*" (ein weit verbreiteter) scriberetur, pulvere non Romanum modo sed etiam Poenum occaecatum esse sequeretur. at quod de caligine quodam modo dici potest, non potest dici de pulvere tanti venti vehementia rapto. ut igitur in prima huius cap. parte „ad ultimum *evecti*" visi essent Romani, non si in omnes partes sed si a castris suis in Poenos se inmisissent, et ut „*effuse* sequuntur" et „*effunduntur*", non qui passim vagantur et in omnes partes se abripi si-

XLIV. Consules satis exploratis itineribus sequentes Poenum, ut ventum ad Cannas est, ut in conspectu Poenum habebant, bina castra communiunt eodem ferme intervallo quo ad Gereonium, sic ut ante copiis divisis. Aufidus amnis utrisque castris adfluens aditum aquatoribus ex sua cuiusque opportunitate haud sine certamine dabat: ex minoribus tamen castris, quae posita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hostium praesidium. Hannibal spem nanctus locis natis

nunt, sed qui ab eo loco, in quo versabantur, recta via in alium certum locum magno impetu feruntur: sic quoque h. l. *pulvis* ex ea regione, unde ventus flabat, de recto in eam regionem, unde Romani prodierant, *vento effusus* occaecaret oportuit solos Romanos, utpote quibus Volturnus adversum teneret: „der Römer, von dem heftig *daher* wogenden Staube geblendet." — Lov. 3.: „excaecatum".

2. *ut in conspectu Poenum habebant:* PCM Voss. Lovell. 1. 2. 3. Hav. Ox. N.] ubi in conspectu cet. (rell. codd.). — Paulo ante Lov. 3.: „statim exploratis". PC: „sequent*is*". — Dein Recan.: „eodem fere interuallo". PC: „ad ger*i*onium". cf. 22, 18.

5. *utrisque castris adfluens* recte videtur in recentioribus codd. scriptum esse, quod minoribus castris Geminum Servilium praepositum fuisse 22, 40. legimus, ut eius anni consules una in alteris versatos esse et, ut mos erat, in propinquo loco oportuerit. PC Harl. Gärtn. Ox. D.: „utri*us*que castris". — P: „opportunitat*em*". — Paulo ante P „aufid*ius* amnis": pauloque post idem P „trans aufid*ium*". C et „aufidus" et „aufidum".

9. *nanctus:* P] nactus (C rell.). Cf. 24, 31. sub fin.: militem nancti. Contra 1, 50.: nactus (PM): al. — Quae sequuntur, m. 1. recte in P scripta fuisse videbuntur, si unam litteram *u* littera *i* mutaveris: „hannibalspemnanctuslocisna tusadequestrempugnam" cet. Quod cum nihil videretur esse, m. 2. litteris „snatus" inductis scribi voluit „h. spem nanctus loci ad equestrem pugnam": idque in C omisso tamen *n* in „nanctus" receptum est ac sine dubio in reliquos meliores codd. Deinde in P invenimus: „quaparteni rium inuictus erat futuros | copiampugnandiconsules". in C: „futurus copiam" cet. Lov. 5.: „in futuros copiam pugnandi" cet. Lov. 3.: „facturus co-


UNIVERSITY OF M

ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat, facturos copiam pugnandi consules, derigit aciem lacessitque Numidarum procursatione hostis. inde rursus sollicitari seditione militari ac discordia consulum Romana castra, cum Paulus Sempronii*que* et Flaminii temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabium obiceret testareturque deos hominesque, hic, nullam penes se culpam esse quod Hannibal iam vel usu cepisset Italiam,

piam pugnandi in consules". Lov. 4.: „in facturos copiam pugnandi consules". In rell. et Pall. et Drak. codd. et in Lipsii cod. repertum esse dicitur „facturos copiam pugnandi consules".

2. *derigit:* P] dirigit (C). Cf. 22, 19.: derexerat (PC). — PC: „lacessitque numidarum procursatione hostis". Lovell. 2. 4.: „procursione".

5. *Paulus:* PC] Paullus. — P: „sempronii*queet* flamini | *e*tte meritatemuar | roniuarro" cet. C: „sempronii*que et* flamini temeritatem". Drak. codd.: „sempronii et flaminii". Ox. N.: „flaminii consulis anni praeteriti temeritatem". Saepe Livium particulis „*que et*" sic usum esse notum est. cf. 5, 51.: diique et homines Romani. 29, 22.: legatique et tribuni. al. — PCM Cant. Pal. 2.: „exemplum fabi*um* obiceret": den Fabius als ein — Beispiel vorrückte. Rell. codd.: „exemplum fabi*i*". Cf. ex. gr. 31, 12.: et ne Pleminium quidem tam clarum recensque noxae simul ac poenae exemplum homines deterrere. — Paulo ante P: „seditione *c̄* | militari" cet. Voss. Lovell. 2. 3. Hafn. Recan. Gärtn. Hav. Berol.: „discordia militum siue consulum".

8. *quod Hannibal iam uel usu cepisset Italiam:* PC] quod H. iam velut usucepisset Italiam (M). Cf. 22, 42.: „argentum — *vel* obiectum ad praedam". Quamquam syllaba *ut* sequente voce „*usu*" facile a librariis praetermitti potuit, tamen non ausim his locis et invitis optimis codicibus „u*elut*" „gleichwie" scribere, cum „*uel* usu" „wie durch Verjährung" etiam per se ferendum videatur. At cum illa verba significare viderentur „Italien zu *seinem* Besitzthum gemacht habe", recentioribus librariis pronomen possessivum deesse non placebat: quare in Lov. 1. Hafn. Recan. scriptum est: „iam uelut suam cepisset Italiam". idemque omissa particula „*iam*" repertum est in Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lov. 3. Hav. Praeterea Lov. 4.: „quod h. uelut si iam suam

se constrictum a conlega teneri, ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus, ille, si quid proiectis ac proditis ad inconsultam atque inprovidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpae exsortem omnis eventus participem fore diceret: videret ut, quibus lingua prompta ac temeraria, aeque in pugna vigerent manus.

cepisset i." Lov. 5.: „uelut iam suam cepisset i." Lov. 2. Gärtn.: „q. h. uelut si iam cepisset i." Berol.: „quod h. ueluti si iam cepisset i." — Paulo ante PCM Lov. 3.: „testareturque *deos hominesque*". Rell. codd.: „deos *et* homines". — Dein Lov. 4.: „se constrictum colle*ga* teneri": quamquam Drak. in eodem cod. invenisse vult „se constrictum colle*gae* teneri": ut vix dubium videatur quin alterum quendam cod. significatum voluerit. — P: „fer rumadq.armairatisetpugnarecupient*is*adimimilitibus": quod cum simili modo tot locis *s* interponeretur, pro „irat*i* et pugnare cupient*is*" ita scriptum videri posset, ut is genitivus ad Terentium ipsum referendus esset. sed cum patere videatur utroque loco utrumque consulem et sui et militum suorum rationem habuisse, „cupient*is*" ut aliis locis pro „cupient*ibus*" scriptum esse veri similius videtur.

2. *ille si quid proiectis* cet.: PC al. — Ox. D.: „ille paullus si quid" cet. Lov. 3.: „ipse paullus si quid". Harl. etiam: „item si quid". Lov. 2.: „si quid sic proiectis". — P: „acproditiisadcon|sultam adq.inprouidam" omissa syllaba *in*. m. 2.: „prodi!tis". C: „legionibus accder&. — PC: „seomnisculpaeexortem". PC Pall. 1. 2. omnesque prope Drak. codd.: „*omnis euentus* participem" cet. M Pal. 3. inutili supplemento: „omnis *tamen* euentus" cet. Harl.: „omnis euentus tamen". Gärtn.: „omnis tum euentus".

5. *quibus lingua prompta ac temeraria:* P omnesque et Pall. et Drak. codd.] quibus lingua tam prompta ac temeraria (C et I. Fr. Gronovio teste Put. et magnus numerus codicum:). — P: „uide retutquibuslinguapromp|taac" cet. C: „foredic*eret*. ut qb lingua *tam* prompta ac" cet. praetermisso verbo „uideret". Cum omissa particula „*tam*" oratio lenior ideoque Aemilii ingenio accommodatior fiat, nec raro ad vim locorum augendam sine iusta quadam causa similes particulas ab recentioribus interpositas esse constet, satius videtur non

UNIVERSITY OF MI

XLV. Dum altercationibus magis quam consiliis tempus teritur, Hannibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, cum in castra ceteras reciperet copias, Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit. quam inconditam turbam cum vix dum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, stationem quoque pro vallo locatam atque ipsas prope portas

modo tantum codd. Drak. numerum sed etiam antiquissimum P sequi, quamvis illo potissimum loco „tam“ neglegentia quadam facile excidere potuisse concesserim. *Videret* h. l. significare „er möchte dafür sorgen“, idemque quod imperativum in orat. dir. exprimere vix quemquam fugerit. — PC rell.: „aeque in pugn*a* uigerent manus“.

3. *Numidas ad inuadendos — aquatores trans flumen mittit:* PC al. Hannibalis enim castra ut maiora Romanorum in citeriore Aufidi ripa posita erant, ut ad eos qui ex minoribus castris romanis aquatum egressi erant, turbandos flumen Numidis transeundum esset. — Pal. 1.: „ad inuadend*um* — aquator*es*“. Berol.: „misit“.

6. *stationem quoque — atque ipsas prope portas euecti sunt:* PCM Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol.: nisi quod in P „*ad*que“:] in stationem quoque — euecti sunt. — Non adorti sunt Numidae stationem, sed cum aquatores turbassent fugassentque, adequitarunt stationi atque ipsis prope portis castrorum Romanorum, vehementique cursu etiam supra ea ad terrorem iniciendum lati sunt. certamen enim quoddam consertum ibi esse non est traditum. rectissime igitur habet, quod in nullo meliore cod. praepositio *in* h. l. inventa est. et „evehi aliquam rem“ non minus dicebatur quam „egredi urbem“ similiaque: „so ritten sie auch an dem vor dem Walle aufgestellten Posten vorbei und fast über das Röm. Lager hinaus“. Cf. Tac. Ann. 12, 36.: unde fama eius evecta insulas et proximas provincias pervagata per Italiam cet. — Voss. Hav.: „station*e*“. Berol.: „aduecti sunt“. In Lov. 3. excidit „sunt“. — Paulo ante Hafn.: „quam modicam turbam“. P: „in rip*ae* egressi*s* | clamore“ cet. C: „in ripa egessis clamore“ cet. Hinc M: „in ripa egressi *sunt* clamore ac tumultu fugantes stationem“ cet. At illud *s* in „egressi*s*“ non consulto adiectum fuisse putem. cf. paulo post „eo die“. — Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol.: „in rip*a*“.

evecti sunt. id vero indignum visum, ab tumultuario auxilio iam etiam castra Romana terreri, ut ea modo una causa, ne extemplo transirent flumen derigerentque aciem, tenuerit Romanos, quod summa imperii eo die penes Paulum fuerit. itaque postero die Varro, cui sors eius diei imperii erat, ni-

1. *id uero indignum uisum:* PC: scil. Romanis qui in maioribus castris erant. Pal. 2.: „id uero adeo indignum" cet. Lov. 1.: „id uero indignum uisu". — PC al.: „*ab tumultuario auxilio iam etiam castra romana terreri*": „dass von einem muthwillig daherstürmenden Hülfscorps sogar schon das röm. Lager in Schrecken gesetzt werde". Voss.: „iam et castra romana terreri". Lovell. 4. 5.: „etiam castra romana" cet. omissa particula *iam*. Hav. Berol.: „iam etiam romana castra terreri". — Dein P: „deri gerentqueaciem". C: „dirigerentque aciem". Cf. 22, 44.: derigit aciem. — P: „quod sum | mamperiieodies pe | nes paulumfuerit". m. 2.: „summa imperii eo die". C: „penes paulum". *Fuerit* scriptum h. l. non esset pro „fuit", nisi L. hanc orationis partem ita positam voluisset, ut eius verba ex ipsorum Romanorum temeritatem Terentii probantium iudicio prodisse viderentur.

5. *itaque postero die Varro*] itaque Varro postero die (C rell. codd.). — P: „ita quauarro posterodieuarrocui sors" cet. Quamvis altera manu altero loco „uarro" inductum sit, ut id, quod in C receptum est, scribendum videretur, tamen h. l. facere non potui quin parum recte recentiorem illum librarium quid verum esset perspexisse putarem. nam cum persaepe antiqua manu duae eiusdem loci scripturae proponerentur, semper fere manus altera id quod in posteriore loco esset inductum voluit. non omnibus autem locis fieri potuisse ut illo uno emendationis genere vera integraque scriptura servaretur, cum vel per se veri simile videatur, tum loci quidam certissime indicant, ut 26, 33.: „*quae*que una secum dedidere". itaque cum illud „postero die", quo L. simili modo saepissime usus est, prope semper in priore locorum parte inveniri soleat, maximamque h. l. orationis vim in his ipsis verbis positam esse oporteat, quippe quae prioribus verbis „eo die" opposita sint, vix quisquam me errasse dixerit, quod alteram illam scripturam eiusdem P recipiendam esse censuerim. — Pal. 1.: „cui sors eius


UNIVERSITY OF M

hil consulto conlega signum proposuit instructasque copias flumen traduxit — sequente Paulo, quia magis non probare quam non adiuvare consilium poterat. transgressi flumen eas quoque, quas in castris minoribus habuerant, copias suis adiungunt, atque ita instructa acie in dextro cornu — id

diei erat". Berol.: „cui sors eius *imperii* erat". Lov. 4.: „cuius sors eius diei imperii erat". Pal. 2.: „cuius sors eius diei erat". — Recan.: „*in*consulto collega": pro „*nihil* consulto": ohne *im geringsten* zu befragen.

1. *signum proposuit:* PCM Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Berol. Oxx.] signum pugnae proposuit (cod. Sigon.). — *Pugnae* orationi addi necesse non esse, utpote quod nomen facillima coniectura suppleatur, nemo non videt. nihilo minus tamen, cum plerumque „signum *pugnae* proponere" et apud Livium scriptum legatur, omittendo etiam illo nomine scriptor praeproperam alterius ducis festinationem significare videtur voluisse. — P m. 1.: „instru ct*a*que". dein PCM Pal. 2.: „*instructasque copias flumen traduxit*". Voss. Harl. Lov. 1.: „instructasque copias flumen transiit". Lov. 2.: „flumen transuit". Hafn.: „flumen transiit". Lov. 3.: „instructasque copiis flumen transmisit". Transire autem Terentius flumen voluit, non tam ut facilius in altera ripa minorum castrorum copias secum iungere posset, quam quod ulteriores loci militi Romano ad pugnandum aptiores viderentur. — PC: „sequente paulo". — Dein C: „quia *magis non* probare *quam* adiuuare ĉsiliū poterat" omissa altera negatione, quae, quamvis persaepe illud „magis non — quam" apud Livium reperiatur, tamen nec hoc loco nec similibus deesse potuit, nam licet probare Aemilius Terentii consilium non posset, tamen non potuit non adiuvare rem Romanam et consilio et virtute sua. Hafn.: „quia magis non prohibere quam" cet. — Paulo post P: „easquoqueaquasincastris | minoribusquasha | buerant" cet.

5. *atque ita instructa acie:* C al. Haec verba h. l. nihil aliud significare possunt quam „atque ita iunctis utrorumque castrorum copiis", cum paulo post demum expositum sit, quo a consulibus ordine milites locati sint. — P: „adq.itainstr*un*ctaacie". — Unus Pal. 3.: „id erat flu*men* propius". P: „flumini „pro*p*rius". — Deinde rectissime se habet quod in PC ceterisque omnibus codd.

erat flumini propius — Romanos equites locant, deinde pedites: laevom cornum extremi equites sociorum, intra pedites ad medium iuncti legionibus Romanis tenuerunt: iacu-

inventum est „romanos equites locant *deinde* pedites“: nec quidquam, cur I. Fr. Gronovius scribi maluerit „r. equites locant: *medii* pedites“, invenire possum, nisi forte quod sibi persuasit, praetermitti a Livio non potuisse, qui milites in media acie positi fuerint. at h. l. Livius non ita ut solebat scripsit, sed variandae orationis causa primo eos qui in dextro, tum eos qui in sinistro cornu fuerint, commemorat: quo facto nihil adiciendum erat nisi id, instructa ita acie necesse fuisse ut sociorum pedites in medio loco se applicarent legionibus Romanis. locati igitur erant milites sic: in dextro cornu, quod Romanis prope in meridiem versis, ut castra sua minora ab tergo haberent, proximum fuit ripam Aufidi, Romani equites collocati erant primi, tum steterunt legiones Romanae, quibus iuncti erant sociorum pedites ita, ut equites sociorum in extrema parte sinistri cornus ab flumine remotissimi aciem clauderent. — Voss. Lovell. 3. 4. 5.: „romanos milites locant“.

2. *laeuom cornum*] laevum cornu (C rell.). P m. 1.: „laeniom cornum“. m. 2.: „laeuum“.

3. *iaculatores ex ceteris leuium armorum auxiliis prima acies facta:* PC rell.] iaculatores cum ceteris levium armorum auxiliis prima acies facti (ex Drak. coni.). C m. 2.: „iaculatoribus ceteris l. a. auxiliis prima acies facta“. — I. Fr. Gronovius scribendum esse coniecit: „iaculatores *et* cetera l. a. auxilia prima acies facta“. Drakenborchius faciliorem coniecturam visum iri ratus est, si *ex* mutaret praepositione *cum*. nam ut „facti“ scriberetur, rationem grammaticam postulare censebat. At eam, quae antiquis codd. tradita est, verissimam habendam esse scripturam iam intellexisse mihi videor. dicunt autem Liviana verba non modo hoc, levium armorum auxilia in prima acie collocata esse, sed etiam ex eis ipsis auxiliis iaculatores principes fuisse, id quod dicendum erat: „unter den leicht bewaffneten Hülfstruppen wurden die Schleuderer in die erste Reihe gestellt“. et Livium non „facti“ sed „facta“ posuisse, qua scribendi ratione verborum participia saepissime non ad subiecta ipsa sed ad praedicata applicari solebant, id sane nemini harum rerum perito mirum videri debuit.

UNIVERSITY OF MI

latores ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta: consules cornua tenuerunt, Terentius laevum Aemilius dextrum, Gemino Servilio media pugna tuenda data.

XLVI. Hannibal luce prima Baliaribus levique alia armatura praemissa transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie locabat, Gallos Hispanosque equites prope ripam laevo in cornu adversus Romanum equitatum, dextrum cornum Numidis equitibus datum, media acie peditі-

2. *consules cornua tenuerunt:* M m. 2. C Ox. L. 1. al. — P: „tenuerent“: ut, cum *nt* saepe etiam infinitivis librariorum errore additum videamus, dubium esse oporteat, utrum L. „tenuere“ an „tenuerunt“ scripserit. M m. 1.: „tenererent“. P m. 2. Voss. al.: „tenerent“. Alii codd.: „tenent“. — Lov. 3.: „l. paulus aemilius“. Lov. 1.: „terentius dextrum aemilius laeuum“. Berol.: „cn. seruilio pugna media“ cet. In Hafn. excidit „media“. Lov. 3.: „tenenda data“. — Observarunt docti homines, Polybium 3, 114. scripsisse, non Cn. Servilio modo sed etiam M. Atilio, quem aetatem excusantem Romam missum esse L. 22, 40. tradit, in pugna Cannensi mediam aciem tuendam datam esse.

4. *Baliaribus leuique alia armatura praemissa:* PC al.: nisi quod in C „balsaribus“. Pal. 2.: „leuique armatura alia“. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „leuiq̃ue armatura praemissa“. — P: „trasgressus“. — C: „utq; traduxerat“: omissa syllaba „quos“.

7. *dextrum cornum:* P] dextrum cornu (C). — Paulo ante Gärtn.: „laeuo cornu“. P m. 1.: „laeuoincornum“. m. 2.: „cornu“. — PC: „aduersus romanos equitatum“. Num „romanoR̃“? i. e. romanorum. — Pal. 2. Recan. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. et cod. Sig.: „media acies peditibus firmata“: quae scriptura vera esse potest, cum haud raro in antiquioribus codd. littera *s* in nominum fine praetermissa sit. verum tamen, cum mutandis dicendi generibus L. orationem ornare soleret, ab optimis codd. recedendum non videbatur. — P: „ita|autafrorum“ cet. P: „galli adq. hispani“. Medii igitur erant in Hannibalis acie Gallorum atque Hispanorum pedites: cumque eis iuncti ab utraque parte, ut pars eorum mediae aciei pars cornuum esset, steterunt Afrorum pedites, et prope hos in dextro cornu Numidae, in sinistro Gallorum Hispanorumque equites collocati erant.

bus firmata ita ut Afrorum utraque cornua essent, interponerentur his medii Galli atque Hispani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem, ita armati erant armis et ad Trebiam ceterum magna ex parte ad Trasumennum captis: Gallis Hispanisque scuta eiusdem formae fere erant, dispares ac dissimiles gladii, Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispano — punctim magis quam caesim adsueto petere hostem — brevitate habiles et cum mucronibus. sane et alius habitus gentium harum cum magnitudine corporum

2. *Afros:* recc. codd. — P: „*afro roma*nam magna ex parte“ cet.: ut dubitari possit, num L. „afrorum“ scripserit. C: „afr*i* romanam“ cet. — P: „armissetatre|biaceterum magnaexparte attrasume | num captis“. m. 2.: „armis etatre|bia“. C: „armis & a trebia ceterum“ cet. C: „ad trasumenū“. — Paulo post PC: „scuta eiusdem romae fere erant.“. C: „dispares ac dissimilis“. m. 2.: „dissimiles“. PC: „gladii*s*“. — P: „hi spanopunc | ti*m*agisquamcaes*i* adsueto petere hostem bre*v*ita te“ cet.

8. *sane et alius habitus gentium harum* cet. recte videtur ab I. Fr. Gronovio restitutum esse. P m. 1.: „mucroni | bus*an*tetaliusha*n* | ni*v*a tusgentium harum tum magnitudine“ cet. Litteris *n* et *v* inductis m. 2. scripsit: „an tetaliusha|nimatus“: quod in M receptum est. idem „hanimatus“ videtur primo in C fuisse: sed voce erasa m. 2. scriptum est „mucronib' ante talis *habitus* gentium harum *cū* magnitudine“ cet.: idque „habitus“ m. 2. quoque in M restituit. Pal. 1.: „ante taleus armatus gentium harum tum“ cet. Pal. 3.: „ante talem aiatus gentium“ cet. Pal. 2.: „talis habitus gentium harum cum magnitudine“ cet. Quid in suis codd. invenerit, Drakenborchius non scripsit. Laur. Valla scribi voluerat vel „ante alia habitus“ vel „inter alia ipse habitus“. Lipsius: „ante alia ornatus gentium harum“ cet.: nec negari potest, videri etiam in Put. scriptura „hannibatus“ „hannimatus“ tale quid latere: „*habitus ornatusque*“: nam quod Pal. 1. librarius voluit „armatus“ reliquae orationi non convenit. — Deinde scripsimus cum C et Pal. 2.: „*cum* magnitudine corporum *tum* specie“: quod saepe in his particulis scribendis, quibus inprimis L. usus est, vel in antiquioribus codd. erratum esse constat.

tum specie terribilis erat: Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis praetextis purpura tunicis candore miro fulgentibus constiterant. numerus omnium peditum, qui tum steterunt in acie, milium fuit quadraginta, decem equitum. duces cornibus praecerant sinistro Hasdrubal dextro Mahar-

1. *Galli:* recc. codd. — P (C): „gallis *s*uper umbilicum erant nudis | hispanislinteis“ cet. C m. 1.: „praetectis“. dein „praetextis“. P: „consis | terant“. C: „constiterant“: i. e. sie standen.

4. *millium fuit quadraginta* rectissime I. Fr. Gronovius scripsit. P: „numerumō | nium peditumequiti | tumsteterentin aci | c*millum*fuitquadra | ginta decemequitum“: ut in „mil*l*um“ nihil erratum sit nisi quod *l* pro *i* poneretur. sed cum m. 2: „inaci | e*s*illumfuit“ scriptum esset, „acies“ in CM, et „illum“ in recentiores omnes codd. receptum videtur. C m. 1.: „numerus omnium peditum equitū steterent in acies illa fuit quadraginta. x. equitum“: ut in antiquiore libro „milia“ videatur fuisse. C m. 2.: „numerus omnium peditum equitūq; q steterunt in acies“ cet. Pal. 3.: „numerum omnium equitum peditumque qui tum in acie steterunt illum ferunt quadraginta millia peditum et xx millium equitum“. Drak. ex suis codd. scripturas non excerpsit.

5. *sinistro Hasdrubal dextro Maharbal:* CM. Polybius autem, quod nec Glareanum nec Sigonium fugit, non Maharbalem sed Hannonem dextro cornu praefuisse 3, 114. scripsit. — P: „sinixtrohas drubal dextro*rema* | harbal'me diam“ cet. Illud *rs*, quod male ex praecedente *ro* natum videtur, fecit ut in omnibus et Drak. codd. et in Oxx. scriberetur „sinistrum hasdrubal dextrum *re*gebat maharbal“. — Paulo post P: „*sol*seunde industriaita locatis seuquodforteita*state* | *re*perop portunae | utriusquepartiobliqu oserat“. m. 2. „sol*us*“ et „stare“. Hinc CM Cant.: „solus seu de industria ita locatis“. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 3. 4. 5. Recan. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „solus seu de industria ita locatus“. itemque Pal. 2. et Voss. Berol., hi tamen omissa particula „de“, ille praetermissa voce „solus“. Lov. 2.: „sol seu de industria ita locati“. Lov. 1.: „sol seu industria ita locatus“. Dein C: „seu quod forte ita stare popportune utrīque parti obliquos erat“. M Lov. 5.: „seu quod forte ita staret“. Lov. 2.: „seu quod forte ita starent“.

bal, mediam aciem Hannibal ipse cum fratre Magone tenuit. sol — seu de industria ita locatis seu quod forte ita stetere — peropportune utrique parti obliquos erat, Romanis in meridiem, Poenis in septemtrionem versis: ventus — Volturnum regionis incolae vocant — adversus Romanis coortus multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit.

XLVII. Clamore sublato procursum auxiliis et pugna levibus primum armis commissa: deinde equitum Gallorum Hispanorum laevum cornum cum dextro Romano concur-

Voss. Harl. Pall. 1. 2. Lovell. 1. 3. Hav. Ox. N.: „seu quod forte ita stare". Berol.: „seu quod forte stare ita". Lov. 4.: „seu quia forte ita stare". Recan. Gärtn. Pal. 3.: „seu quod forte ita stans". — PC: „in meridie". PC: „in septentrionem". at 26, 45. PC: „septemtrio".

4. *Volturnum regionis incolae uocant:* PCM (Cant.)] Vulturnum incolae regionis vocant. Cf. 42, 43. sub fin. Drak. codd.: „quem uulturnum regionis incolae uocant". — P m. 1.: „aduers*is* roman*is* coortus": quam scripturam propter „coortus" veram non habeam. P m. 2. CM Lov. 1.: „aduers*us* roman*is* coortus": nisi quod C „cohortus". Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „aduersus romanos". Gärtn.: „aduersus romanus". — P m. 1.: „uolendo", dein „uoluendo". M m. 2. Harl. Pal. 2.: „mult*um* pulueren in ipsa ora *uoluendo*": quod an ab ipso Livio scriptum sit ad modum dubito. — Berol.: „conspectum ademit".

7. *procursum auxiliis:* PCM omnesque prope et Pall. et Drak. codd.] procursum ab auxiliis. Cf. 22, 40.: omnibus undique frumento — convecto. 22, 48.: Romanis — consertum proelium erat. al. — In Pal. 1. Voss. Lovell. 1. 3. 4. 5. praetermissum est „sublato".

8. *deinde equitum Gallorum Hispanorum laeuum cornum* cet.: P (nisi quod „callorum" m. 1. scriptum est:)] deinde equitum Gallorum Hispanorumque laevum cornu. — C: „deinde equitum gallorum hyspanorum leuū cornu". — Lov. 3.: „frontibus tantum aduersis". Pal. 2.: „occurrendum erat". Lov. 5.: „ad uagandum". PC et M m. 1.: „in *de*rectum utrimque nitentes": i. e. quia hinc amnis hinc peditum acies ita claudebant ut in derectum utrisque nitendum esset. Cf. 22, 45.: derigerentque aciem.

UNIVERSITY OF

rit, minime equestris more pugnae, frontibus enim adversis concurrendum erat, quia nullo circa ad evagandum relicto spatio hinc amnis hinc peditum acies claudebant in derectum utrimque nitentes. stantibus ac confertis postremo turba equis vir virum amplexus detrahebat equo: pedestre magna iam ex parte certamen factum erat: acrius tamen quam diutius pugnatum est, pulsique Romani equites terga vertunt. sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna. primo et viribus et animis parum constabant ordines Gallis

4. *confertis postremo turba equis* cet.: P: „als die Pferde standen und zuletzt im Gedränge dicht an einander geriethen.“ Scriptum quidem est in eodem P „stantibus| *ad*confertis“, sed id potius levi mendo pro *ac* positum putem quam ut syllabam *que* excidisse censeam, quamquam in P „*ad*que“ pro „*at*que“ poni solebat. C: „stantibus *ac* confertis postremo turb*e* quis uir uirum amplexus“ cet.: in quo *e* pro *ae* positum erat. Altera autem manu scriptum est „turbe*s*quis“: postremo „turb*is*quis“. Pelus etiam Pall. et Drak. codd.: „stantibus ac confertis postremo turba*tis* equis“. In Lov. 1. tamen et in cod. Lipsii omissa sunt verba „postremo turbatis“. — Dein P: „pedestre*s*magna*m*iamex | par te*c*ertamen“ cet. C: „pedestre magna iam parte certamen“ cet. — Berol. m. 1. Lov. 2.: „acrius tamen quam *diu* pugnatum est“. Lov. 5.: „acrius iamque diutius“ cet. — Paulo post C Lovell. 3. 4. 5.: „sub equestris fin*e* certaminis“. Lov. 2. Berol.: „exorta est peditum pugna“. P: „coorta *est* peditum *est* pugna“. m. 2. alterum „*est*“ induxit.

9. *parum constabant ordines* cet.: PC Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. Gärtn.] pares constabant ordines. — In P tamen primo scriptum erat „constab*at*“, in C „co*s*tabant“. — Quem ad modum „*ordines*“ plerumque Romanorum esse solebant, sic etiam hoc loco: „zuerst vermochten die Legionen es mit den Galliern und Spaniern an Kraft und Muth kaum aufzunehmen“. nec id mirum videri potest, nam praeterquam quod Volturnus ventus Romanis iniquus erat, cum legiones iam equites suos ab equitibus Gallis Hispanisque pelli viderent, Romanorum peditum animos minui, Gallorum Hispanorumque augeri necesse erat. ac nisi fallimur, idem quod haec Liviana verba significant Po-

Hispanisque: tandem Romani diu ac saepe conisi aequa fronte acieque densa inpulere hostium cuneum nimis tenuem eoque parum validum a cetera prominentem acie: inpulsis

lybiana (3, 115.): ἐπὶ βραχὺ μὲν οὖν τῶν Ἰβήρων καὶ τῶν Κελτῶν ἔμενον αἱ τάξεις καὶ διεμάχοντο τοῖς Ῥωμαίοις γενναίως. verum enim vero Romani, quos iamiam pigritiae suae taederet, et cum diu nequiquam conisi essent hostium aciem perrumpere, pristinae maiorum virtutis memores magno impetu in hostium cuneum feruntur, fortunaque eos adiuvare videbatur. — Gärtn.: „primo ex uiribus et animis parum“ cet. — Quae sequuntur „tandem Romani diu ac saepe *conisi aequa fronte* acieque densa *inpulere* hostium *cuneum*“, elegantissima emendatione ab I. Lipsio et ab I. Fr. Gronovio in integrum restituta sunt: nam cum Lipsius „*obliqua* fronte“ scribi vellet, Gronovius ex Put. persuasit „*aequa* fronte“ a Livio scriptum esse. P: „diuac saepeconsili*ae*|*qua*fronte“cet. sed cum m. 2. *ae* inductum proque eo *o* positum esset, factum est ut in CM Cant. Harl. Pal. 1. Lovell. 2. 4. Gärtn. scriberetur „diu ac saepe consili*o* qua fronte“ cet. Voss.: „consilio quam fronte“. Lov. 1.: „consilio ac fronte“. Quod cum nihil videretur esse, in Hav. Berol. scriptum est „diu ac saepe consilio *agitant* qua fronte“ cet.: in Hafn. „consilio suo agitant qua fronte“ cet.: quas coniecturas secutus Sigonius „consili*a* agitabant“ scribendum coniecit. Eadem tamen qua Lipsius coniectura usi iam antea erant codicum Lovell. 3. 5. librarii, quorum prior „connisi aequa fronte“, alter „connixi aequa fronte“ scripserant. Cf. 3, 63, quo loco simili librariorum mendo „co*nsii*“ in optt. codd. pro „conisi“ frequentissima illa litterarum metathesi scriptum erat. — „Acieque densa“, quae omnium codd. scriptura est, significare „compressis ordinibus“ neminem fugerit. — „*Inpulere*“ in P recte scriptum est et in plerisque Drak. codd. C Pal. 1.: „inpul*u*ere“. — Tum positum est in PC Pal. 1. ac sine dubio in antiquioribus Drak. codd.: „hostium cune*is* nim*is* tenuem eoque parum ualidum“. Postremo PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Pal. 3.: „a cetera prominente acie“. Pal. 1.: „ac cetera prominente acie“. Lov. 1.: „a prominente acie cetera“. Mendo autem perspecto Lovell. 3. 5. Hav. Berol.: „a cetera prominente*m* acie“.

deinde ac trepide referentibus pedem insistere, ac tenore uno per praeceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem inlati postremo nullo resistente ad subsidia Afrorum pervenerunt, qui utrimque reductis alis constiterant, media, qua Galli Hispanique steterant, aliquantum promi- 5 nente acie. qui cuneus ut pulsus aequavit frontem primum, dein cedendo etiam sinum in medio dedit, Afri circa iam

1. *insistere:* P. Quid m. 1. in C scriptum fuerit, discerni in loco raso non potuit. C m. 2.: „instare". Propter sequens verbum „pervenerunt" I. Fr. Gronovius „institere" poni maluit. sed cf. 21, 7.: animus erat. — Paulo ante P „trepidae". — Paulo post PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 4.: „fugientium *sgmine*": quo errore ut peccaretur, sequens particula *in* fecerit. — Cant.: „postremo nullo *existente*". — PC: „utri*m*que". P: „reductis ali*is* constiterant." — Dein P: „mediaquaefalli | hi spaniquesteterant" cet.: quod dubium facit an L. „media*que qua* galli" cet. scripserit. cf. tamen 22, 26.: qu*a* gravitat*e*. CM Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. et Lipsii cod.: „media*que* galli" cet. Pal. 1. m. 1.: „mediasque". Lovell. 1. 5.: „calli".
7. *dein cedendo etiam sinum in medio dedit*] deinde nitendo etiam cet. (P m. 2. CM Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 4. Hav.). — Pulsi Galli Hispanique pedites primo frontem aequarunt, quod, qui ab utroque eorum latere positi erant, Afri reductis alis steterant: deinde etiam sinum in medio dederunt. at id fieri non potuit nisi cum ipsi cedere pergerent, non cum in adversum niterentur. *Nitendo* igitur probari non potest, nisi id verbum ad Romanos pertinere arbitramur, quod ne grammatica quidem ratio satis patiatur. Verum ut h. l. „*cedendo*" restitueremus, non coniectura solum factum est, sed etiam eo, quod quamquam levi mendo antiquiore manu in P scriptum est. ibi enim m. 1. positum vidimus „dein*det*endo", quod vix dubitemus quin pro „dein*ce*dendo" scriptum sit. cf. ex. gr. 22, 31. quo loco in optt. codd. contrario mendo „augen*dis*" pro „augen*tis*" positum est: ac paulo post „quo*t*" pro „quo*d*": paulo que ante in eodem P „a*d*" pro „a*c*": multaque similia. sed cum illud „deindetendo" nihil videretur esse, m. 2. in P syllabam *ni* suprascripsit, quo factum est ut in recentiores omnes codd. recipere-

cornua fecerant inruentibusque incaute in medium Romanis circumdedere alas, mox cornua extendendo clausere et ab tergo hostis. hinc Romani defuncti nequiquam proelio uno omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, et adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantum in eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

XLVIII. Iam et sinistro cornu Romanis, ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, consertum proelium erat,

tur „deinde *nit*endo". — PC Pall. 1. 3. omnesque prope Drak. codd.: „etiam *in* sinum in medio dedit". Pal. 2.: „nitendo in sinum & in medium dedit". — P m. 1.: afri*ca*circ*ea*iam cornua fecerant i*bru*|entibusquaeincautaeinmedium" cet. m. 2.: „afri circa" cet. C: „fecerant ruentibusque" cet. — PC: „clausere et ab tergo host*is*". — Paulo ante P „equauit".

4. *et aduersus Afros integram pugnam ineunt:* PC (M Cant.?)] et adversus Afros pugnam ineunt. — Non minus particula *et* addita quam voce „*integram*" loci vis aliquantum augetur: „beginnen selbst gegen die Afrer, die noch gar nicht gefochten hatten, den Kampf". Quod cum Crevierum fugeret, ipse non „*et*" sed „*iam* adversus Afros pugnam ineunt" scribi voluit. In Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. praetermissum est „integram", at „*et*" ante „aduersus" non excidit nisi in Lov. 2. Gärtn. et in Pall. 2. 3. — Paulo ante PC: „*de*functinecquic quam*de*proeliouno". C etiam „p̄lio": i. e. praelio. — P: „quorumtergacaeciderat".

5. *non tantum in eo iniquam* (nicht blos darin ungleich): PCM] non tantum eo iniquam (nicht blos dadurch ungleich). — Harl.: „non tantum in eo quicquam iniquam". Itemque Voss. Pall. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: nisi quod in his codd. „iniquum" scriptum est. Lov. 5.: „non tantum eo quicquam iniquam". — PC: „aduersus circumf*essos*". Voss. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „aduersus circumsessos". Pal. 2. 3.: „aduersus numidas circumfusos". — P: „sedetiamquotfessi" cet. — Berol.: „recentibus ac uigentibus". Ox. N.: „recentibus ac *in*tegris".

8. *iam et sinistro cornu Romanis — consertum proelium erat:* C] iam et in sinistro cornu Romano cet. — Idem fere quod in C invenimus quoque in P: „iametsi

UNIVERSITY OF M

segne primo et a Punica coeptum fraude. quingenti ferme Numidae, praeter cetera arma telaque gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum cum ab suis parmas post terga habentes adequitassent, repente ex equis desiliunt parmisque et iaculis ante pedes hostium proiectis in me-

nixtro cornu romani — conser tumproeliumerat": quamquam in eo *s* praetermissum erat, quo mendo ab antiquo eius codicis librario non minus saepe erratum vidimus quam contrario ut eadem littera nominibus male adderetur. Et „*Romanis*" recte se habet, sive dativum eius nominis ex „*cornu*" pendere vis sive omissa praepositione *ab* ex verbo „*consertum*": nisi forte ex hac altera interpretatione eam vim in eo sibi videntur videre, quam dativi commodi esse dicunt. — M Voss. Pall. Gärtn.: „iam et sinistro cornu". Harl.: „iam e sinistro cornu". Lov. 4.: „iam in sinistro cornu". Lovell. 1. 2. 3. 5.: „iam et in sinistro cornu". Hav.: „iam cum sinistro cornu". — Lovell. 1. 5.: „romanis". M Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn.: „romani". Lov. 3.: „romanorum". — P: „segnae primo" cet.

2. *praeter cetera arma telaque*] praeter solita arma telaque (ex coni. Nic. Heinsii:). — *Cetera* h. l. scripsimus non tantum quod ea vox loci rationi quam maxime respondere videbatur, sed etiam quod ea propter praecedens „praeter" facillime excidere potuit, praesertim cum nihil saepius quam syllaba *er* praetermitteretur. In P enim (et in CM Cant.) invenimus „praeteri | taarma telaque". Rell. codd.: „praeter consueta arma" cet. I. Fr. Gronovius „praeter *iusta* arma", W. Weissenbornius „praeter *suo* arma" scribendum coniecerant. — Paulo ante Harl. Pall. Lovell. 3. 4. 5. Oxx.: „quingenti ferme milites numidae". Lov. 1.: „quingenti ferme numidarum". Voss. Hafn. Gärtn.: „quingenti ferme numidarum milites". Lov. 2.: „quingenti fere numidarum milites". — Dein Lov. 3.: „gladios acutos". P: „speciem transfugarum". — P m. 1.: „armas post tergahabentes". dein eadem, nisi fallor, antiqua manu *p* suprascriptum est ut „parmas" fieret. C tamen ac sine dubio antiquiores Drak. codd.: „arma post terga habentes". — P: „adequi | tasent". — P (Voss. Harl. Pal. 1. Lov. 2.): „parmisque et *iamia*culis". C: „parmisque eciam iaculis". — Pal. 3.: „ante pedes hostium iactis".

diam aciem accepti ductique ad ultimos considere ab tergo iubentur. ac dum proelium ab omni parte conseritur, quieti manserunt: postquam omnium animos oculosque occupauerat certamen, tum arreptis scutis, quae passim inter acervos caesorum corporum humi strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem tergaque ferientes ac poplites caedentes stragem ingentem ac maiorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala iam spe proelium esset, Hasdrubal, qui ea iam parte

2. *ac dum proelium ab omni parte conseritur:* PC al.: nisi quod C „praelium". Cum primo proelium in dextro cornu Romano ab equitibus consertum esset, legionesque demum equitibus iam fugatis cum media acie Hannibalis manus conseruissent, et postremo ab sinistro cornu Romanorum pugna coepisset, nihil aliud illa verba significare possunt quam „dum sinistro quoque Romano cornu proelium consertum esset, quieti manserunt".

4. *quae passim — humi strata erant*] quae passim — strata erant. — Ut h. l. nomen „humi" („die überall an der Erde zerstreut lagen") adiciendum videretur, factum est antiqua Put. scriptura: „— corpor*um* | *is*trataerant". saepissime enim ita et litteras singulas et integras syllabas vocesque propter circumstantium litterarum vocumque similitudinem negligenter ab librariis praetermissas esse milibus locis videre licet. cf. ex. gr. 22, 35.: Philus: Philo. 22, 28.: quem semper: al. — Paulo ante in Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hav. et in duobus Pall. scriptum est „oculos animosque": nimirum quod, antequam animi occuparentur, oculos occupatos fuisse necesse esset. at falsa veri specie illos bonos librarios deceptos esse vel me tacente quisque viderit. — PC Voss. Harl. Pal. 1. Lov. 1. Hav.: „tum *ab*reptis scutis". Lov. 2.: „*a*reptis". Simili modo saepe „*ab*uersus" pro „*ad*uersus" et contra scriptum esse notum est. — Deinde PCM Voss. Harl. Pall. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „uersam adoriuntur romanam aciem": scilicet „pedites sociorum", qui cum equitibus sociorum in sinistro cornu positi fuerant. — P: „poplitescedentes".

9. *qui ea iam parte praeerat*] qui ea parte praeerat. — Hasdrubalem primo praefuisse sinistro cornu et Livius 22, 46. dicit et Polybius 3, 114. at idem Polybius 3, 116. tradit, equitibus Romanis in fu-

praecerat, subductos ex media acie Numidas, qua segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fu-

gam versis Hasdrubalem ad dextrum Poenorum cornu accessisse, ut ibi quoque adversam Romanam aciem sterneret. nec L. Aemilium in suo cornu mansisse sed equitibus fugatis in media acie legionibus, quibus cum Hannibale ipso pugnandum erat, adfuisse et Polyb. l. l. et Livius 22, 49. referunt. Quamquam igitur hic sensus ne Livianorum quidem verborum cuiquam dubius esse potest, tamen ut id, quod dicendum erat, etiam melius perspiceretur, particulam „*iam*“ inseruimus, quae propter circumstantium litterarum similitudinem h. l. aeque omitti potuit atque contrario mendo eadem vox paulo ante adiecta erat („parmisque et *iaculis*“) et 22, 49. m. 1. in P („iam haud dub*ia* hostium victoria“): „der jetzt auf dieser Seite commandirte“. Quo facto necesse non erit contendi, aut Livium ipsum sibi non constitisse aut multa verba, id quod et I. Fr. Gron. et Conr. Heusingerus et alii sibi persuaserunt, librariorum culpa ex Liviana oratione excidisse. Deinde prius „*alibi*“, quod paulo ante legitur, ad sinistrum Romanorum cornu pertinere, alterum „*alibi*“ ad legiones, quae ab Afris inclusae iam in mala spe pugnabant, vix quemquam fugerit. Difficilia interpretibus etiam erant intellectu verba „subductos *ex media acie* Numidas“, nec ob ullam aliam causam, quam quod Numidae h. l. *in media acie* locati fuisse dicerentur, quos in dextro cornu cum Maharbale fuisse 22, 46. scriptum esset. at quem ad modum paulo ante verba „in mediam aciem“ non ad mediam universae aciei partem referri poterant sed ad mediam partem sinistri cornus Romanorum, sic quoque h. l. Livius illis verbis nihil aliud significare potuit quam mediam partem illius dextri cornus Poenorum: „nahm die Numider mitten aus der Schlachtreihe“: id quod ab Hasdrubale nullo negotio fieri potuit, utpote qui et in sinistro cornu Romano omnia iam terrore fugaque profligata videret, et qui Numidas magis valentes libera procursatione ad persequendos fugientes socios Romanorum equites mitteret, quo tumultum paventium hostium augeri necesse erat. Tum scripsimus „*qua* segnis — pugna erat“, cum in P esset „*qui*segniseorum“ cet., et quod haud raro litterae *a* et *i* ab illo antiquo librario mutatae essent, et quod „*qua*“ multo melius ad verba „ex

diam aciem accepti ductique ad ultimos considere ab tergo iubentur. ac dum proelium ab omni parte conseritur, quieti manserunt: postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum arreptis scutis, quae passim inter acervos caesorum corporum humi strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem tergaque ferientes ac poplites caedentes stragem ingentem ac maiorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala iam spe proelium esset, Hasdrubal, qui ea iam parte

2. *ac dum proelium ab omni parte conseritur:* PC al.: nisi quod C „praelium". Cum primo proelium in dextro cornu Romano ab equitibus consertum esset, legionesque demum equitibus iam fugatis cum media acie Hannibalis manus conseruissent, et postremo ab sinistro cornu Romanorum pugna coepisset, nihil aliud illa verba significare possunt quam „dum sinistro quoque Romano cornu proelium consertum esset, quieti manserunt".

4. *quae passim — humi strata erant*] quae passim — strata erant. — Ut h. l. nomen „humi" („die überall an der Erde zerstreut lagen") adiciendum videretur, factum est antiqua Put. scriptura: „— corpo*rum* | *is*trataerant". saepissime enim ita et litteras singulas et integras syllabas vocesque propter circumstantium litterarum vocumque similitudinem negligenter ab librariis praetermissas esse milibus locis videre licet. cf. ex. gr. 22, 35.: Philus: Philo. 22, 28.: quem semper: al. — Paulo ante in Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hav. et in duobus Pall. scriptum est „oculos animosque": nimirum quod, antequam animi occuparentur, oculos occupatos fuisse necesse esset. at falsa veri specie illos bonos librarios deceptos esse vel me tacente quisque viderit. — PC Voss. Harl. Pal. 1. Lov. 1. Hav.: „tum *ab*reptis scutis". Lov. 2.: „*a*reptis". Simili mendo saepe „*ab*uersus" pro „*ad*uersus" et contra scriptum esse notum est. — Deinde PCM Voss. Harl. Pall. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „uersam adoriuntur romanam aciem": scilicet „pedites sociorum", qui cum equitibus sociorum in sinistro cornu positi fuerant. — P: „poplitescedentes".

9. *qui ea iam parte praeerat*] qui ea parte praeerat. — Hasdrubalem primo praefuisse sinistro cornu et Livius 22, 46. dicit et Polybius 3, 114. at idem Polybius 3, 116. tradit, equitibus Romanis in fu-

praeerat, subductos ex media acie Numidas, qua segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fu-

gam versis Hasdrubalem ad dextrum Poenorum cornu accessisse, ut ibi quoque adversam Romanam aciem sterneret. nec L. Aemilium in suo cornu mansisse sed equitibus fugatis in media acie legionibus, quibus cum Hannibale ipso pugnandum erat, adfuisse et Polyb. l. l. et Livius 22, 49. referunt. Quamquam igitur hic sensus ne Livianorum quidem verborum cuiquam dubius esse potest, tamen ut id, quod dicendum erat, etiam melius perspiceretur, particulam „*iam*“ inseruimus, quae propter circumstantium litterarum similitudinem h. l. aeque omitti potuit atque contrario modo eadem vox paulo ante adiecta erat („parmisque et *iaculis*“) et 22, 49. m. 1. in P („iam haud dub*ia* hostium victoria“): „der jetzt auf dieser Seite commandirte“. Quo facto necesse non erit contendi, aut Livium ipsum sibi non constitisse aut multa verba, id quod et I. Fr. Gron. et Conr. Heusingerus et alii sibi persuaserunt, librariorum culpa ex Liviana oratione excidisse. Deinde prius „*alibi*“, quod paulo ante legitur, ad sinistrum Romanorum cornu pertinere, alterum „*alibi*“ ad legiones, quae ab Afris inclusae iam in mala spe pugnabant, vix quemquam fugerit. Difficilia interpretibus etiam erant intellectu verba „subductos *ex media acie* Numidas“, nec ob ullam aliam causam, quam quod Numidae h. l. *in media acie* locati fuisse dicerentur, quos in dextro cornu cum Maharbale fuisse 22, 46. scriptum esset, at quem ad modum paulo ante verba „in mediam aciem“ non ad mediam universae aciei partem referri poterant sed ad mediam partem sinistri cornus Romanorum, sic quoque h. l. Livius illis verbis nihil aliud significare potuit quam mediam partem illius dextri cornus Poenorum: „nahm die Numider mitten aus der Schlachtreihe“: id quod ab Hasdrubale nulle negotio fieri potuit, utpote qui et in sinistro cornu Romano omnia iam terrore fugaque profligata videret, et qui Numidas magis valentes libera procursatione ad persequendos fugientes socios Romanorum equites mitteret, quo tumultum paventium hostium augeri necesse erat. Tum scripsimus „*qua* segnis — pugna erat“, cum in P esset „*qui*segniseorum“ cet., et quod haud raro litterae *a* et *i* ab illo antiquo librario mutatae essent, et quod „*qua*“ multo melius ad verba „ex

pus e manibus hostium evadendi absumas: abi nuntia publice patribus, urbem Romanam muniant ac prius quam hostis victor advenit praesidiis firment: privatim Q. Fabio Aemilium praeceptorum eius memorem et vixisse ad huc et mori: memet in hac strage militum meorum patere expi-

corneli". — Gärtn.: „macte uirtutis esto". Lov. 3. Hav. et m. 2. Ox. N.: „caue *ne* frustra miserando" cet.

2. *prius quam hostis uictor aduenit:* P et C m. 1.] priusquam hostis victor adveniat (C m. 2. et rell. codd.). Cf. 22, 50. *Advenit* a Livio scriptum est ut Aemilius nihil dubitasse videretur quin Hannibal primo quoque tempore Romam oppugnaturus esset. — P: „nuntiapublicaepatribus". — PCM Harl. Lovell. 4. 5. Hav. Ox. N.: „urbem romanam". Lov. 2. Gärtn.: „urbem ro". Pal. 2.: „*ut* urbem *r.* statim muniant". — M Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn.: „uictor hostis". In Ox. N. praetermissum „uictor" est. — Ox. D.: „praesidiis firmetur".

3. *Aemilium praeceptorum eius memorem et uixisse ad huc et mori*] L. Aemilium praec. eius mem. — et vixisse et adhuc mori. — PM Harl. Gärtn.: „priuatim q. fabio aemilium". C: „priuatimq; fabio emiliū". Voss. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Berol.: „priuatimque fabio aemilium". Oxx.: „priuatimque q. fabio aemilium". Tum P: „etuixis *seet*adhucetmori". Melius autem videtur codicis C librarius alterum *et* praetermisisse, quamvis ipse contrario quodam mendo scriberet: „et uisse adhuc et mori". Exceptis libris PCM Lovell. 4. 5. in omnibus et Pall. et Drak. codd. scriptum est: „memorem extitisse et uixisse" cet. Pal. 2.: „memorem extitisse et iussisse, ut adhuc mori". Pal. 1.: „et adhuc mori me". — Qui librarii „et adhuc mori" scribi maluerunt, exprimere videntur voluisse ex recentiorum temporum ratione „und bleibe ihnen *noch* im Tode treu". at Livius illis verbis significavit „Aemilius, so wie er seine Lehren bis diesen Augenblick im Leben vor der Seele gehabt, so sterbe er jetzt ihnen gemäss": quamquam „*ad huc*" non modo „ad hoc temporis" sed etiam „ad eum locum exitumque vitae" significabat.

5. *memet in hac strage* cet.] me in hac strage cet. (Pal. 2.). — P(CM Gärtn.): „*me*|*et*in hac strage". Voss. Lovell. Berol.: „me et adhuc in hac strage". Ox. D.: „me adhuc in hac strage". Pal. 1.: „et adhuc in hac strage". In Harl. Hav. exciderunt „mori

UNIVERSITY OF MI

rare, ne aut reus iterum ex consulatu sim, aut accusator conlegae existam ut alieno crimine innocentiam meam protegam". haec exagentis prius turba fugientium civium deinde hostes oppressere: consulem ignorantes, quis esset, obruerunt telis, Lentulum inter tumultum abripuit equus. 5

me". — Maiorem quandam vim in pronomine *me* h. l. inesse oportere cum manifestum sit, et cum nullo loco saepius litteram *m* aut praetermissam aut adiectam esse quam in versuum fine antiquiores codd. doceant, nihil dubitavimus „*me*met" restituere. — P: „milit*um*eorum patere*rex*|pirare". m. 2. alterum *r* inductum est. — Quae sequuntur, in nullo antiquo cod. integra servata sunt. P: „neautreus*in*|terum *e*consulatusim *a*ccusator colle gaeexistam". C primo: „ne aut reus iterum *et* cōsultu sim accusator" cet. dein eadem antiqua manu: „*ex* cōsultu": idque *ex*, cum in P *x* propter sequens *e* excidisset, recepi, quod Dukero teste ab optimis quibusque scriptoribus non „*e*" sed „*ex* consulatu" (i. e. postquam magistratu abierunt) scribi solebat. In M inventum esse dicitur: „ne aut reus iterum e consulatu *aut* accusator" cet. Pall. duo: „ne tu ut reus intereas". Quid Drakenborchius in suis codd. invenerit, relatum non est. Dein PC: „*a*ut alieno crimine innocentiam meam protegam". Drakenb. tamen in omnibus melioribus codd. „existam *ut*" invenisse vult. I. Fr. Gron. scribendum coniecit: „ne aut reus iterum e consulatu sim aut accusator collegae alieno crimine innocentiam meam protegam". Drak. id quod vulgo probatum est, recepit, quamquam et ipse malebat ut aut *sim* expungeretur aut *sive* pro eo scriberetur. Ant. Perizonius „innocentiam meam purgem" (cf. 9, 26.) scribi maluit: sed aliud esse „innocentiam suam *purgare*" aliud „innoc. *protegere*" vix quemquam fefellerit.

3. *haec exagentis:* PM Voss. Harl. Pal. 1.] haec exigentes. — C m. 1.: „hec exigentis
1
pus turba" cet. m. 2.: „exigentē": idque „exigentem" in Oxx. L. 1. N. receptum est. Pal. 2.: „exagentes". Pal. 3. Berol.: „exagentem". Lov. 3. Hav.: „exaggerantem". Lov. 2.: „ex ingenti". Gärtn.: „eis agentibus". Lov. 5.: „agentem". Hafn.: „aggerantem". — Codd.: „*oppressere*": „während sie so sprachen, nöthigte sie abzubrechen zuerst ein Haufe" u. s. w.

5. *obruerunt:* M] obruere (I. Fr. Gronovio teste optt. codd.).

tum undique effuse fugiunt. septem milia hominum in minora castra, decem in maiora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt, qui extemplo a Carthalone atque equitibus nullo munimento tegentes vicum circumventi sunt. consul alter, seu forte seu consilio nulli fugientium insertus

— PC: „obruerent telis". Rell. codd.: „obruerunt telis". — Paulo ante P: „ignorantesquisessent". — Dein PCM Cant. Harl. Pall. Lov. 4. Gärtn. Hav. Oxx.: „lentulum *in tumulum*" cet., quamquam in C „in" m. 2. et in raso loco positum est. I. Fr. Gronovius restituit „*inter tumultum*". — C: „abripui'sequus". Voss. Lov. 1. et Lipsii cod.: „lentulum abripuit equus". Berol.: „lentulum abripuit equus in tumulum".

1. *tum undique effuse fugiunt*] tum inde effuse fugiunt (recc. codd.). — PC: „tum *u*nde effus*a e*fugiunt". Pal. 3.: „timide effusa fugiunt". Voss. Harl. Pal. 1. Hav. Gärtn.: „timide effuse fugiunt". Lov. 3.: „timide effuseque fugiunt". Lovell. 4. 5.: „tunc effuse fugiunt". — Mirum videri debebat, cur *inde* potissimum i. e. ex eo loco, quo Lentulus Aemilium allocutus erat, effuse fugissent, tamquam non omnibus partibus, posteaquam medio quoque proelio Hannibal legiones Romanas viserat, ab Romanis effuse fugitum esset. cum illis igitur verbis L. relationem suam de pugna Cannensi finiret, et in optt. codd. non „*i*nde" sed „*u*nde" scriptum sit, nec quidquam saepius quam syllaba *que* praetermitteretur, nobis persuasimus non „*inde*" sed „*undique* effuse fugiunt" a Livio positum esse.

4. *nullo munimento tegentes uicum:* PCM Harl. Pall. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.] nullo munimento tegente vicum. — Lov. 3. Hafn.: „tenentes". Non minus „tegentes" quam „tegente" veram scripturam esse posse appareret. — Paulo ante PC: „septem mi*l*ia hominum". — Pal. 2. Berol.: „profugerunt". Lov. 3.: „profugere". Pal. 3.: „effugerunt". — C: „extimplo". P: „adq. equitibus". Hafn.: „aliisque" pro *atq. equitibus*.

5. *nulli fugientium insertus agmini*] nulli fugientium infestus agmini (codd.). — „*Infestus*" a Livio h. l. scribi non potuisse facile apparet. nam licet illa verba significare possent, Terentium nulli fugientium agmini infestum fuisse, ne videretur prohibere voluisse quo minus cives socilque, qui hostium manus effugissent, fuga salu-

UNIVERSITY OF M

agmini, cum septuaginta fere equitibus Venusiam perfugit. quadraginta quinque milia quingenti pedites, duo milia se-

tem peterent, tamen ea interpretatio propter praecedens „seu *forte*“ probari non potest. recte igitur interpretes viderunt, verbum h. l. desiderari quod Terentium se nulli fugientium agmini inmiscuisse exprimeret. Et I. Fr. Gronovius „in*mis*tus“, alii „infertus“ „ingestus“ „comitatus“ „cinctus agmine“ al. scribi voluerunt. magis mihi placuit „in*ser*tus“. cf. ex. gr. Ovidi ars am. 1, 605.: insere te turbae. — P m. 1.: „infestus ac mini*nimi* cū | quin quagintafer*equi*|tibus“. altera manu „nimi“ inductum et alterum *e* ad *equi* adiectum est ut „fere *e*quitibus“ fieret. — Quod ex P excerpsimus „cum *quinquaginta* fere equitibus“, in omnibus codd. repertum est. at illud „quinquaginta“, nisi omnia me fallunt, male et in hunc locum et paulo post in cap. seq. ab docto quodam librario ex 23, 11. translatum videtur, quamquam illo tertio loco apte ita dici potuisse rationes ipsius loci persuadent. veri simillimum igitur videtur, prioribus his duobus locis Livium cum Polybio (3, 117.) „*septuaginta*“ scripsisse, praesertim cum 25, 6., quo loco eorundem fugae equitum mentio fit, hunc numerum omnes prope codd. habeant. — PM Harl. Lovell. 3. 4. Hav. Oxx.: „uenusiam perfugit“. C: „uenusiam pfugit“: i. e. „*pro*fugit“, quod in rell. codd. Drak. receptum est, nisi quod Voss. Lov. 1. „uenusiam fugit“ praebent.

2. *xxxxuδ. pedites duo milia. δcc. equites:* P m. 1.] quadraginta quinque millia peditum, duo millia septingenti equites (M Pal. 2.). — Ut h. l. antiqua scriptura pessumdaretur factum est quod altera, nisi fallor, manus in P lineolam quandam per priorem litteram δ transmisit: quod scribendi hos numeros genus cum a posterioribus non perspiceretur, iam in C omisso δ scriptum est „xxxxv. pedites duo milia cesi dicuntur“ novem insuper verbis praetermissis: similique errore quod ad priorem peditum numerum attinet in rell. codd. scriptum videtur. Excc. Pith.: „xxxv pedites“. Cf. T. Livi l. xxx. p. lxxv. 3. — Quae sequuntur „*et tanta prope ciuium sociorumque pars*“ (i. e. et [und zwar] tanta prope civium quanta sociorum pars: nam sociorum numerum maiorem fuisse quam civium et Livius ex quorundam scriptorum fide 22, 36. et Polyb. 3, 107. tradunt:) recte ex Put. transcripta sunt, quamquam ibi

ptingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars, caesi dicuntur: in his ambo consulum quaestores, L. Atilius et L. Furius Bibaculus, et viginti unus tribuni militum, con-

levi mendo alterum ǂ omissum scriptumque est „etan| taprope“ cet. Pal. 2.: „et tanta pars ciuium sociorumque“. Pal. 3.: „et tota prope ciuium sociorumque pars“. — Quod autem ad hos numeros ipsos attinet optimorum codd. consensu probatos, vehementer dubitarunt docti homines an non a Livio ita positi viderentur. Livium enim Polybianam auctoritatem sequi solere, et Polybium 3, 117. scripsisse ad *septuaginta* milia Romanorum cecidisse: nec Polybium modo falsum illum numerum apud Livium refellere, sed Livium ipsum 22, 36. dixisse septem et octoginta milia armatorum et ducentos in castris Romanis fuisse. quod si ei militum numero parvus numerus eorum, qui hostium ferrum fugissent, subtraheretur, multo maiorem numerum eorum, qui in proelio cecidissent, effici quam quem vel optimi Liviani codd. postularent, manifestum esse. at illos bonos homines, id quod inprimis spectandum erat, fugisse videtur, l. l. Livium non eum, quem ipse verum censuerit, militum numerum referre voluisse sed qui ab aliis scriptoribus allatus esset: ipsumque, cum adeo et genere et numero copiarum variarent auctores, in re incerta vix quidquam satis certum adfirmare ausum esse. inter illos vero scriptores principem fuisse Polybium nemini dubium esse potest. numerum autem ex antiquissimis etiam codd. supra relatum vere a Livio scriptum esse, alii loci et Liviani et aliorum scriptorum, in quibus eaedem res tractantur, extra omnem dubitationem ponunt: apud Livium 22, 60.: quinquaginta milia civium sociorumque — eo ipso die caesa iacent. 25, 6.: Cannensem vero quisquam exercitum fugae aut pavoris insimulare potest, ubi plus quinquaginta milia hominum ceciderunt. Cf. Plut. Fab. Max. c. 16.: λέγονται δὲ πεσεῖν μὲν ἐν τῇ μάχῃ Ῥωμαίων πεντακισμύριοι, ζῶντες δ' ἁλῶναι τετρακισχίλιοι· καὶ μετὰ τὴν μάχην οἱ ληφθέντες ἐκ' ἀμφοτέρους τοῖς στρατοπέδοις μυρίων οὐκ ἐλάττους. Eutr. 3, 5.: (perierunt in Cannensi pugna) militum XL milia, equitum II milia et quingenti. al.

3. *et uiginti unus tribuni militum*] unus et viginti tribuni militum. — In P scriptum erat „etuigintiunudecetr̃.mil.“: unde factum est ut in C scriberetur „et uiginti unus de

UNIVERSITY OF MIC

sulares quidam praetoriique et aedilicii — inter eos Cn. Servilium Geminum et M. Minucium numerant, qui magister

tr̄. mil." Persuasit sibi quidem I. Fr. Gronovius antiquiorem aliquem librarium scripsisse „et xxix. tribuni militum", ut *undetriginta* tribunos mil. cecidisse dicere voluerit: eisque signis male intellectis Puteani librarium id, quod modo rettulimus, scripsisse. quod quamvis veri simile videri possit, tamen mihi ob duas causas non ad modum probatur: et quod in antiquissimis codd. maiores numeros semper fere signis illis, quibus uti solebant, expressos videmus, raro minores eius generis, quod supra habemus: et quod in rell. prope omnibus codd. „xxi" inventum est, quorum antiquiores ex suis quemque fontibus eandem, quam supra secutisumus, numerorum structuram hausisse oportet. erratum tamen ab antiquiore quodam librario ita videtur esse, ut *x* poneretur pro *s* in „unu*s*", quod mendum sexcentis locis videre licet: quod cum librarius Put. ante oculos haberet, ipse non „unu*s*" sed „unudece" vel „unu*decē*" scripsit. eodem mendo in sequentis cap. initio in PC „haec e*x* pugna" positum est pro „haec *est* pugna". — Praeterea M: „et uiginti decem tr. mil." Harl. Lovell. 1. 4. 5. Hav. Oxx. L. 1. N.: „et uiginti unus de tribunis militum". Berol.: „xxi de tribunis militum". Gärtn.: „et xxi de tribunis militum quinquaginta millia". Lovell. 2. 3.: „et uiginti unus de tribunis milites quinquaginta". Excc. Pith.: „uiginti una de cc^te mil." Ox. D.: „xii de tri. mil." Denique Voss.: „unus et uiginti de tribunis militum": quae scriptura Drakenborchio verissima videbatur. — Paulo ante scriptum est in Voss.: „in his ambo consules quaestores". in Lov. 2.: „in his ambo quaestores". in Lov. 4.: „in his amborum consul quaestores". in Lov. 5.: „in his amborum consilium quaestores". in Lov. 3. Hafn.: „in his consul et ambo quaestores". in Berol.: „in his consul et ambo consulum quaestores".

2. *qui magister equitum priore anno aliquot annis ante cōs. fuerat*] qui magister eq. priore anno, aliquot ante consul fuerat (ex coni. Iac. Gronovii). Consul enim fuerat M. Minucius a. u. 533. — PC (M Cant.): „qui magister equitum priore anno aliquot annis ante fuerat": nisi quod in P „aliquod", in C „fuerant" invenimus. Rell. codd.: „aliquot diebus ante fuerat". I. Fr. Gron. scribi

equitum priore anno aliquot annis ante consul fuerat —, octoginta praeter ea aut senatores aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, cum sua voluntate milites in legionibus facti essent. capta eo proelio tria milia peditum et equites mille et quingenti dicuntur.

L. Haec est pugna Cannensis, Aliensi cladi nobilitate par, ceterum ut illis, quae post pugnam accidere, levior,

voluerat „qui magister eq. priore, *consul* aliquot annis ante fuerat". — Paulo ante PC: „et aedilic*i* inter eos" cet. Excc. Pith.: „cn. seruilium minimum et m. minucium numerant". P et M m. 2.: „cn.serui|liusminimumet m̄minuciumnumerant". M m. 1.: „cn. seruilius minimum et m. minucius uero numerant". C: „cn. seruilius minimu & m. minucius numerant". m. 2.: „cn. seruilius mummius & m. minucius numerius qui" cet. Voss. Harl. Ox. D. et Pall. 1. 2.: „cn. seruilius minimus et m. minucius numerantur": praeterquam quod Pal. 2. „g. seruilius", Pal. 1. (Lov. 3.) „seruilius minutius" habent. Lov. 2. post „seruilius" habet „numinus", Gärtn. „miramus": et Lovell. 2. 3. Gärtn.: „et m. minucius numerantur qui". Lov. 5. Oxx. L. 1. N.: „cn. seruilius et m. minucius numerantur qui": nisi quod Lov. 5. „numeratur". Lov. 1.: „cn. seruilius minucius numerantur qui". Lov. 4.: „cn. seruilius et m. minucius qui". Hav.: „ cn. seruilius minutius numantius qui". Denique Berol.: „cn. seruilius geminus et m. minucius numeratur qui" cet. — Dein PM: „aut senatores". C: „praeterea autem senatores". In rell. codd. prius *aut* omissum est. P: „autquieosmag.gessissent". M: „aut qui eum mag. gessissent". C: „gesissent". Lovell. 4. 5.: „gesserant". Berol. m. 2.: „ut in senatum" cet. Lov. 4.: „facti fuissent".

4. *capta eo proelio tria mil. peditum et equites ∞ et δ dicuntur:* P (M m. 2.)] capta eo proelio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur. — M m. 1.: „et equites ∞ & dicuntur". C (excc. Pith.): „& equites ∞ dicuntur". In P enim δ lineola illa, de qua paulo ante diximus, transmissa positum fuerat, ut imperitioribus littera inducenda videri posset.

6. *haec est pugna Cannensis* cet. — P: „haec|expugna aliiensi'cla|denobilitateparcet| terumutilisquae|postpugnam", cet. m. 2.: „ nobilitat∞" et „cet|erum". C: „haec ex pugna cannensi clades nobilitate par ceteris utilis que

UNIVERSITY OF MICH

quia ab hoste est cessatum, sic strage exercitus gravior foediorque. fuga namque ad Aliam sic ut urbem prodidit, ita exercitum servavit: ad Cannas fugientem consulem vix septuaginta secuti sunt, alterius morientis prope totus exercitus fuit. Binis in castris cum multitudo semiarmis sine du-

post pugnam" cet. Pal. 1.: „haec ex pugna cannensi clade nobilitata par". Pal. 2.: „haec est pugna alliensi cladi nobilitate par". cod. Sig.: „haec est pugna cannensi clade nobilitata par aliensi ceterum ut haec illa" cet. Drakenborchius in melioribus suis codd. „aliensi" excidisse dicit, in recentioribus „cannensis", at in illis se „cannensi" et in utrisque „nobilitata" reppererisse. — Lov. 5.: „ceterum ut illis quae" cet., quem admodum L. Valla scribendum coniecerat. Pal. 1.: „ceterum utilis et quae post pugnam accidere leuiora" cet. Pal. 3.: „ceteris utilis quae post pugnam accidere leuiora". PC etiam: „leuiora".

1. *est cessatum:* C] cessatum est. — P: „quiaabhos|teest censatum".

2. *ad Aliam:* PC] ad Alliam. Cf. 5, 37. al. — PC rell.: „uix *quinquaginta* secuti sunt". cf. 22, 49.: cum septuaginta fere equitibus. — CM Lovell. 4. 5. aliique pauci Drak.: „*alterius morientis prope totus exercitus fuit*". Item P, nisi quod is „totius" habet. In rell. recc. codd. non „*fuit*" sed „fugit" „fugiit" „fugerat" scriptum erat. I. Fr. Gron. quidem scribendum esse persuasum habuit: „alterius mortem prope totus exercitus luit": at genitivus „alterius morientis fuit" rectissime se habet significatque non tam, quod Crevierus censebat, „alterum *consulem morientem* prope totus exercitus secutus est", quod Aemilius hostium telis obrutus est, cum romanus exercitus aut iam caesus aut fugatus erat, quam *rationem* consulis, qui dulce et decorum haberet pro patria mori, exercitum secutum esse. sic saepe „totum alicuius esse" (3, 36. 3, 59.) legi notum est.

5. *semiarmis:* PC] semiermis. Cf. semianimis al. 22, 49.: „exegere". detractare et detrectare: al. — PCM: „qui in maioribus erant". Pal. 2.: „qui in maioribus praeerant": quamquam modo dictum erat, multitudinem sine ducibus fuisse. Voss. Harl. Lovell. 1. 4. 5. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol.: „qui maioribus praeerant". Lov. 3.: „qui maioribus ex se praeerant". Lov. 2. cod. Sig.: „qui maioribus castris praeerant".

cibus esset, nuntium qui in maioribus erant mittunt, dum proelium, deinde ex laetitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine Canusium abituros esse. eam sententiam alii totam aspernari: cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire, cum aeque coniungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent et aliorum quam sua corpora tanto periculo mallent obicere. aliis non tam sententia displicere quam animus

2. *proelium:* P] proelio (C rell.). — *Proelio* scribendum videbatur, quod et is ablativus ex „fatigatos" penderet. at „dum *proelium* hostes premeret" significat „dum lassitudo et vulnera sua quemque morarentur". — P: „praemeret utabsetransirent". — PC: „uno agmine canusium habitu ros esse". Hav. et Sig. cod.: „uno agmine inde canusium" cet. Lov. 2. Berol.: „inde canusium" cet. sed omissis verbis „uno agmine". Lov. 1.: „uno agmine una canusium" cet. — Paulo post Lov. 3.: „cur enim qui se" cet. Lovell. 4. 5.: „cur illos qui se" cet. — PCM Pal. 1.: „qui se arcessant". Rell. codd.: „accersant". — In Lo[illegible] 4. excidit „ipsos": quod pronomen deesse non potest, quamquam verbis „qui se arcessant" interpositis constructio paulo insuavior facta est, ut non admodum repugnarem, si quis „non ipsos" scriptum vellet. — Lov. 2.: „coniungi possunt". — Dein Pall. simplicitate constructionis antiquae repudiata: „quam sua periculo tanto corpora mallent obicere". Voss. Lovell. 1. 2. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „quam sua periculo corpora tanto mallent obicere": nisi quod Lov. 3. „suo". Lov. 4.: „quam sua corpora obicere periculo tanto mallent". Harl. ab PCM non recessit nisi quod scripsit „periculo tanto". C: „tantū periculo".

8. *aliis non tam sententia displicere* cet. in nullo meliore cod. inventum est. PCM Cant. Voss. Harl. Lov. 3.: „sententia *est* displicere". Hinc Gärtn.: „sententia *uisa* est displicere". Ox. N.: „sententia est uisa displicere". Lov. 5.: „sententia haec displicere". Lovell. 1. 2. Hav. Berol.: „sententiam displicere". Num Livius scripserit „non tam sententia *ipsa* displicere"? — Lov. 3.: „quam animos deesse". — Paulo post Lov. 1.: „ab amarissimo et crudelissimo hoste". — P m. 1.: „aestimarique captaenestra", sed iam eadem m. 1. videtur *i* adscripsisse ut „capita" fieret. — In

UNIVERSITY OF MI

deesse. P. Sempronius Tuditanus tribunus militum „capi ergo mavultis“ inquit „ab avarissimo et crudelissimo hoste, aestimarique capita vestra et exquiri pretia ab interrogantibus, Romanus civis sis an Latinus socius, ut ex tua contumelia et miseria alteri honos quaeratur? non tu, si quidem

Lov. 3. excidit „pretia“: in Voss. „et miseria“. — Deinde codd.: „*alteri* honos quaeratur“: i. e. *hosti*. Censuerunt quidem nonnulli interpretes, his verbis respici ad Latinos socios, ut qui post pugnam ad Trasumennum aut sine pretio ab Hannibale ad suos dimissi essent aut minore quam Romani pretio. at E. Fabri recte vidit eam interpretationem huius loci esse non posse. nam licet verba ita a Tuditano facta videri possint ut potius civium quam sociorum rationem habuerit, tamen, cum non cives modo sed etiam socii latini in castris minoribus essent, non decebat probum hominem postulare ut cives ab sociis, qui fidem populo romano datam violare noluerant, consilia sua separarent. et praeterquam quod is hostis sociis non poterat avarissimus videri, qui Latinos sine pretio dimittere solitus esset, ne civibus quidem ex eo contumelia aut maior aliqua miseria fieri potuit, si ad pretia statuenda socii ab civibus romanis disiungerentur, quod qui maiore pretio redimerentur, etiam pluris ab hoste aestimatos esse necesse videretur. itaque verba „ut ex tua contumelia honos quaeratur“ non ad proxime antecedentia „civis sis an Latinus“ referri possunt sed ad omnia ea quae a Tuditano dicta erant, ut is exprimere videretur, se sperare neminem fore, qui capi ab Hannibale mallet quam liberum evadere, nisi qui captus contumelia sua hosti victori honorem fieri vellet.

5. *non tu:* PCM Pal. 2. (Cant. Voss.): scil. id volueris. cf. 22, 39. sub fin.: nec *ego*. — PCM Pal. 2. (Cant. Voss.): „si quidem l. aemili consulis — ciues estis“: nisi quod C „emili“ habet, et rell. Drak. et Pal. 2. „aemilii“ habere videntur. Nec ingratum est quod L. ad singularem „non *tu*“ pluralem „cives *estis*“ adiecit. illud enim dictum videri debet fortissimo cuique prope adstanti et ex cuius vultu voluntas erumpendi eluceret, hoc ad omnes, qui aderant, referri et potuit et oportuit, ne Tud. de suorum studiis male opinatus videretur. — Cod. Lipsii et Lovell. 1. 2. 4. Hav. Berol.: „non si quidem l. aemilii qui

L. Aemili consulis, qui se bene mori quam turpiter vivere maluit, et tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati iacent, cives estis. sed, antequam opprimit lux maioraque hostium agmina obsaepiunt iter, per hos, qui inordinati atque inconpositi obstrepunt portas, erumpamus. ferro atque audacia via fit quamvis per confertos hostis: cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen ut si nihil obstet

se — ciues estis". Harl. Pal. 1. Lov. 5. Gärtn.: „non tua si quidem l. aemilii qui se — ciues estis". Itemque Lov. 3., praeterquam quod is „nec tua" praebet. Lov. 5.: „qui bene mori" cet. omisso pronomine *se*. — C Pal. 2. Lov. 5.: „qui circa eum tumulati iacent". Lov. 2. Berol.: „qui circa tumulati iacent". Gärtn.: „cumulate iacent". Hav.: „uulnerati iacent".

5. *obstrepunt portas:* PCM Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn.] obstrepunt portis (recc. quidam codd.). — Lov. 2. Hafn. Hav. Berol.: „porta". Videtur L. non *portis* scripsisse, ne diceret hostes etiam portis ipsis castrorum adequitasse, sed *portas*, ut exprimeret, eos libero cursu circum portas vagatos esse „welche um die Thore herumstreifen". Et accusativum id verbum sequi potuisse, vel passivae constructiones eius generis docere videntur, ut in orat. pro Marcello 3, 9.: „res — obstrepi clamore militum videntur": al. — Praeterea P: „maioraquae": „obsaepiunt": „adque". Indicativus „opprimit" et „obsepiunt" in CM quoque inventus est, cuius loco in rell. codd. coniunctivus „opprimat" et „obsepiant" eodem errore positus est, quo 22, 49. „postquam hostis victor adveniat" pro „advenit" scribi voluerant, cum nemo dubitare posset quin id vere futurum esset.

5. *ferro atque audacia via fit:* M. Cf. 4, 28.: ferro via facienda est. — PC Cant. Lov. 3.: „ferro atque audacia fit quamuis" cet. C m. 2.: „fit *uia*": quae constructio non minus quam Medicei cod. vera esse potest. — Pall. 1. 3. Lovell. 1. 4. 5.: „ferro atque audacia fiat". Gärtn.: „f. atque audacia ea fiat". Harl. Pal. 2. Hafn. Oxx.: „f. atque audacia uia fiat". Lov. 2.: „ferro audacia fiat". Voss.: „ferroque atque audacia fiant". Hav.: „ferroque atque audacia iter fiat". — Dein PC: „per confertos hostis". Lov. 2. Hafn.: „per confertos hostium". Voss. Harl.: „per conferto hostium". Lovell. 4. 5.: „pro conferto hostium".

UNIVERSITY OF MI

disicias: itaque ite mecum, qui et vosmet ipsos et rem publicam salvam vultis." haec ubi dicta dedit, stringit gla-

1. *disicias* rectissime ab I. Fr. Gronovio scriptum videtur pro eo quod h. l. in PCM Cant. Excc. Pith. Voss. Lovell. 1. 4. 5. Hafn. Ox. L. 1. inventum est „*uiss*cias". Quae antiqua scriptura cum nihil videretur significare, in Harl. Pall. Lov. 2. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N. scripserunt „transeamus", in Lov. 3. „transeat": unde posteri „transibimus" finxerunt. Nullius enim momenti esse, quod in tot recentibus codd. non „dis" sed „*trans*" scriptum est, nec id ex antiquo aliquo fonte haustum videatur necesse esse, si quis ex aliis locis corruptis pravum emendandi morem recentium librariorum cognoverit, persuasum habebit. conferto igitur cuneo ait Tuditanus id solutum agmen facile disiciemus „werden wir auseinander sprengen", quo facto nullo negotio ad maiora castra pergi poterit. secunda autem persona inprimis Livium ita solitum esse uti notum videtur: cf. quod modo scriptum erat „civis sis" „non tu": 2, 3. al. neque quemquam praeterierit, percleganter h. l. eundem non singulari modo sed plurali nec secunda modo sed etiam prima persona plur. ad vim impetumque tribuni gravius exprimendum usum esse. — „*Ut si* nihil obstet" („wie wenn nichts im Wege wäre") omnium codd. scriptura est. Postremo P m. 1.: „itaque ite*m*mecum". m. 2.: „ite mecum". P m. 1.: „quiet*us* metipsos". m. 2.: „quietuos metipsos". C m. 1.: „quiuis metipsos". m. 2.: „quiuos metipsos".
2. *haec ubi dicta dedit stringit gladium cuneoque facto per medios uadit hostis:* PC (rell.): nisi quod in C „strigit", in P „hosti" positum est. Ut prioribus illis quattuor verbis Vergilius, quem L. persaepe ante oculos habuisse videtur, uti solebat (cf. ex. gr. Aen. 6, 628. 7, 323. 471.), sic dubito an non inscio scriptore quae sequuntur ita evenerint ut unum hexametrum integrum, alterum dimidium habeamus, quod scribendi genus et aliis locis (ex. gr. 2, 12. 6, 3. 9, 41.) reperitur. Et M. Quintiliano teste (instit. orat. 10, 4. 74.) Livius exordio hexametri coepit „facturusne operae pretium sim": ut Cornelius Tacitus non dubitaverit integrum hexametrum in principe Annalium suorum loco ponere, quo gravitatem orationis quantam maximam fieri necesse erat. Nec fugere voluisse numerosa verba Li-

dium cuneoque facto per medios vadit hostis: et cum in latus dextrum, quod patebat, Numidae iacularentur, translatis in dextrum scutis in maiora castra ad sexcenti evaserunt, atque inde protinus alio magno agmine adiuncto Canusium incolumes perveniunt. haec apud victos magis impetu animorum — quod ingenium suum cuique aut fors dabat — quam ex consilio ipsorum aut imperio cuiusquam agebantur.

vium, si res maioris momenti nec a poetica ratione abhorrentes tractandae erant, locis quibusdam apertissime videre licet: cf. 27, 37. sub fin.: „in foro pompa constitit: et per manus reste data" cet. nam iambos in latina oratione vitari vix posse iam inter antiquos scriptores constabat (cf. ex. gr. 21, 4.: discriminata tempora:).

3. *ad sexcenti evaserunt:* ex Iac. Gron. interpretatione] ad sexcentos evaserunt. — PC al.: „*ad. &c. evaserunt*". cf. 3, 15.: ad duo milia hominum et quingenti. Drakenborchius in multis recc. codd. invenisse vult aut „ad sex millia hominum" aut „ad sex hominum millia". Voss.: „ad &c^ta^ hominum millia". Harl.: „ad tria millia &c hominum". Gärtn.: „ad tria millia &c". Berol.: „ad tria millia". — Quod paulo ante scriptum est, Romanis dextrum latus patuisse, ratum esse non potest, nisi qui e castris cum Tuditano eruperunt, statim Aufidum transgressi sunt, ut proficiscentes fluvium ad sinistram manum haberent. Cf. quae 22, 44. 45. scripta sunt. — P: „adq. inde". Gärtn.: „peruen*erunt*".

6. *quod ingenium suum cuique aut fors dabat:* PCM omnesque prope et Pall. et Drak. codd.] quem ingenium suum cuique cet. (Gärtn. et Victori cod.). — Mirum sane videatur, quod tot homines doctos vis eius accusativi neutrius generis fugere potuerit. *Quod* ne ad praecedens quidem „haec" referendum est, sed absolute dictum significat „was gerade" aut „wie es gerade jedem Neigung oder Zufall an die Hand gab". *Quem* vel ob id improbari oportuit, quod eorum, qui ignavi se hosti Hannibali tradere quam fortiter erumpere maluerunt, nullus prorsus impetus fuerat. — Pal. 2.: „haec apud multos uictos magis" cet. Dein Harl.: „ex consilio aut imperio cuiusque". Lov. 2. Gärtn.: „ex consilio eorum ipsorum aut imperio cuiusquam".

UNIVERSITY OF MIC

LI. Hannibali victori cum ceteri circumfusi gratularentur suaderentque, ut tanto perfunctus bello diei quod relicum esset noctisque insequentis quietem et ipse sibi sumeret et fessis daret militibus, Maharbal praefectus equitum minime cessandum ratus „immo ut, quid hac pugna sit actum, scias, die quinto“ inquit „victor in Capitolio epulaberis. sequere: cum equite, ut prius venisse quam venturum sciant, praecedam.“ Hannibali nimis laeta res est visa maiorque quam ut eam statim capere animo possent: ita-

2. *relicum:* PC et M m. 1.] reliquum. Lov. 2.: „diei quod relictum esset“. — *Noctisque insequentis* scriptum putarunt pro „noctemque insequentem“: at E. Fabri perspexit, *noctis* pendere ex „*quietem*“, quamquam L. non eum modo genitivum ex ea voce pendere voluit sed etiam verba „quod relicum esset“, ut, si fieri potuisset, etiam haec verba in genitivo posita essent. nam licet dici possit, vere finitum videri tum demum diem, cum ad naturalis diei tempus nox insequens accesserit: tamen, si L. ita *noctis insequentis* ex *relicum* pendere voluisset, non „quietem sumeret“ sed „quieti daret“ scripturus fuisset. — Berol. m. 1.: „et ipsemetsumeret“. Harl. Lov. 2. et Berol. m. 2.: „et ipse sibi met sumeret“. P: „etipsesibi sume|*ret*fessis“ cet. — Paulo ante P: „per*f*runctusbello“. Bello enim ipsi videri potuit tanta victoria finis impositus esse: nisi forte et h. l. *bellum* pro proelio dictum ma-

vis. Quem h. l. Livius Maharbalem, eum Plutarchus in Fab. Max. c. 17. Barcam Carthaginiensem, Florus 2, 6. 19. Maharbalem Himilconis nominant. — Lov. 3. Hafn.: „praefectus militum“. — P m. 1.: „quidhacpugnasitacum scias die quinto inquid“ cet.: dein „actum“. PC: „epula*ueris*“. Multo fortius futurum huius loci esse quam si L. imperativo usus esset, manifestum est. — Quamvis in uno Pal. 1. „die quint*o*“, in rell. omnibus codd. „die quinto“ inventum sit, tamen non videtur praetereundum, A. Gellio teste in eadem re tradenda et M. Catonem in Originibus et Coelium in secundo historiarum libro scripsisse „die quinti“: de quo dicendi genere cf. Gellius 10, 24. — Paulo post PCM: „ut prius uenisse“ cet. Rell. codd.: „ut prius *te* uenisse“: quo pronomine opus non est. — PC Pall. ac sine dubio alii codd.: „praecedam“. C m. 2.: „p̄cedat“.

9. *quam ut eam statim capere*

que voluntatem se laudare Maharbalis ait, ad consilium pensandum temporis opus esse. tum Maharbal: „non omnia nimirum eidem di dedere: vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis.“ mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi atque imperio. Postero die ubi primum inluxit, ad spolia

animo possent: C Pall. 1. 3.] quam ut — posset. — Fugerat me, cum minorem parabam editionem, si „*posset*“ scriberetur, Hannibalem ipsum dicere se tardioris esse ingenii hominem, qui ea, quae alii perspicerent, ne capere quidem posset. nihil eius meliores codd., qui „*possent*“ prae se ferant. Nequaquam enim Hannibalem praeterierat, eam rem fore tantae molis, ut verendum esset ne irrita re ab Roma recedendum foret: monet igitur et Maharbalem et ceteros maioris alacritatis quam prudentiae homines, ne tale quid postularent, quod maius esset quam ut iam statim animo capere possent. — Cetera ab I. Fr. Gronovio restituta sunt. nam in P inventum est: „hanni| balinim*ic*is.l.aetare| *set*uisama iorquae| quamuteamstatim| ca p*ite*animopossent|“. C m. 1.: „hannibal inimicis leta ē res & maior quę quā ut eam statim“ cet. m. 2. inductum est *ē* et *quę*. Pall. 1. 3.: „annibal inimici letales et uia maior quae quam ut eam statim capere animo possent“. Pal. 2.: „annibal inimicus laetares ut nulla maior. quae quam ut statim animo capere possent“. In M quoque „et nia“ pro „est uisa“ repertum esse dicitur. Quae in rell. suis codd. invenerit, propter errorum multitudinem Drakenborchius non excerpsit. — P m. 1.: „selau dareharbalis“. dein „maharbalis“. Voss.: „ad consilium prensandum“. PCM et Pall. et Drak. codd.: „*temporis* opus esse“. sic 23, 21. scriptum est: „quant*i* argent*i* opus fuit“. — P: „opuses set*cum*“: deinde *e* inductum est.

3. *di dedere*] dii dedere (C). — P: „nimirumeidemindede| reuincere“ cet. — Ad seqq. conf. Plut. Fab. Max. c. 17.: σὺ νικᾶν οἶδας, νίκη δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. — Paulo post P: „urbiadq.imperio“.

5. *postero die ubi primum inluxit:* PC al.: nisi quod C „illuxit“. Voss. Lov. 1.: „ut illuxit“. Recan. etiam: „postremo die“. — PC: „foedam*q*ue etiam hostibusspectan *dains*trag*e*| insistunt“: cum *in* ut sexcenties scriptum esset pro *m*. Pal. 1. Lov. 3.: „foedamque in hostibus“. Lov. 4.: „foedamque etiam hostium“. M m. 1. Pal. 1.:

UNIVERSITY OF M

legenda foedamque etiam hostibus spectandam stragem insistunt. iacebant tot Romanorum milia, pedites passim equitesque, ut quem cuique fors aut pugna iunxerat aut fuga.

„spectandam in stragem insistunt". Gärtn.: „spectabant in stragem". Plerumque quidem et Livius *insistere* cum infinitivis iungit (ex. gr. 42, 59.: „Euander — ad regem adcurrit et monere institit ne" cet.), quem ad modum hoc quoque loco scribi potuisset „ubi inluxit, spolia legere et spectare stragem insistunt": sed cum dativus quoque id verbum sequi soleat, pro eo etiam praepositio *ad* poni potuit: „sie machen sich auf um das auch dem Feinde furchtbare Bild des Schlachtfeldes in Augenschein zu nehmen". hosti enim non minus quam Romano foedam videri stragem oportuit, aut quod ex suo quoque exercitu tot milites ea perissent, aut quod tantum Romanorum numerum ibi occidisse viderent, ut vel victores eius rei adspectum horrere deberent.

3. *fors aut pugna iunxerat aut fuga:* C al. Secutus erem in minore edit. scripturam codicum PM Voss. Harl. Lov. 1.: „ut quem cuique fors aut pugna iunxerant aut fuga": cum et in nominibus „pugna" „fuga" nominativum mihi viderer videre, eademque interpretatione Conr. quoque Heusingerus scripsisset: „wie Zufall, Kampf oder Flucht sie neben einander gebettet hatte". pluralem enim verbi sequi posse singularia eius generis et multis aliis locis videre licet et 22, 43.: „fuissent": vidimus. at me errasse iam intellexi, et *pugna* atque *fuga* ablativos esse persuasum habeo: „wie gerade den Einen mit dem Andern der Zufall entweder in der Schlacht oder bei der Flucht zusammengeführt hatte". nam ne in pugna quidem ita ex omnibus partibus milites concurrisse, ut duces, cum aciem instruerent, voluerant, pluribus locis supra relatum legimus. — In C tamen exciderat pronomen „quem": „ut cuique fors" cet. — Praeterea PC: „tot romanorum milia". Voss. Harl. Pall. Lovell. Gärtn. Hav.: „pedites et equites passim". Berol.: „peditum equitumque passim". — Paulo post scriptum est in PC: „adsurgent*is* quidam". C Berol.: „*e* strage media". Gärtn. „de strage media". Hav.: „ex media strage". In Harl. excidit *ex.* — Dein P m. 1.: „quostractā|aututinofrigore": sed quae errata erant, iam m. 1. ita emendata vidimus, ut in C recte scriberetur: „quos stricta matutino fri-

adsurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera, ab hoste oppressi sunt. quosdam et iacentis vivos succisos feminibus poplitibusque invenerunt, nudantis cervicem iugulumque et relicuum sanguinem iubentes haurire. inventi quidam sunt mer-

gore" cet.: „welche der Reiz ihrer durch die frische Morgenluft zusammengezogenen Wunden wieder belebt hatte". simili enim sensu etiam „stringere vulnera" „Wunden verbinden" dicebant. — Harl. Lovell. 4. 5. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol.: „matutino tempore". Recan.: „excitauerunt".

3. *quosdam et iacentis uiuos succisos feminibus poplitibusque inuenerunt:* PC] quosdam et iacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt. — Utrumque dici potuisse, quosdam inventos esse aut „succisis feminibus" aut „succisos feminibus" „zerhauen an den oberen Schenkeln", nemo negaverit. — Lovell. 2. 5. Gärtn.: „quosdam etiam iacentes". Lov. 1.: „quosdam et uinos". Lovell. 3. 4. 5. Recan. Hav. Berol. Ox. D.: „femoribus". — PC: „nudant*is*". — Dein PC: „relicuum sanguinem *li*bentes haurire". M: „libentes". Exc. Pith. Voss. Harl. Pall. Lovell. Hafn. Gärtn. Berol. Oxx. L. 1. N.: „libantes". Hav.: „liberantes". I. Fr. Gron. restituit „*iubentes*". — Ad „*relicuum*" cf. 30, 24. et T. Livi l. xxx. p. xcm. 11. et C. L. Schneideri lat. gramm. 1, 2. 591.

5. *inuenti quidam sunt:* PC Harl. Lov. 2. Gärtn. Hav. Berol.] inventi sunt quidam. — Lovell. 3. 4.: „inuenti quidam submersis" cet. Lov. 5.: „inuenti sunt quidam submersis" cet. — P: „mersis ineeffossamterramcapitibus": fortasse pro „in *ec*fossam terram". C: „mersis in effossa terra capitibus". — — Tum P (C m. 1.): „quo*d*] *s*iipsosfecisse" cet. Dein in C „si" inductum est, atque itidem in Harl. Lov. 3. Hav. „sibi" excidit. In M quoque et in Lov. 4. „quo*d*" pro „quos" inventum est. Lov. 5.: „que sibi ipsos" cet. — PC: „obruent*is*que". PCM Voss. Harl. Pall. 2. 3. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Hav. Oxx. L. 1. N.: „ora *sub*iecta *super* humo": in quo duas latere scripturas, et „subiecta" et „superiecta" I. Fr. Gron. perspexit. Berol.: „ora subiecta sub humo". Lov. 5.: „ora iniecta super humo". Pal. 1.: „ora subiecta super humero iniecta interclusisse" cet.

UNIVERSITY OF MICH

sis in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse foveas obruentisque ora superiecta humo interclusisse spiritum apparebat. praecipue convertit omnes subtractus Numida mortuo superincubanti Romano vivus naso auribusque laceratis, cum manibus ad capiendum telum inutilibus in rabiem ira versa laniando dentibus hostem expirasset.

LII. Spoliis ad multum diei lectis Hannibal ad minora ducit castra oppugnanda, et omnium primum brachio ob-

3. *subtractus Numida mortuo* cet.: P m. 1. et Cant. Harl. Pall. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Ox. N.] substratus Numida mortuo cet. — Cum inter pugnandum luctandumque aut lapsi essent Romanus et Numida, aut alter alterum humi iecisset, ne dici quidem potuit substratum fuisse Numidam Romano, verissimumque „subtractus" est: „ein Numider, der unter einem darüber liegenden todten Römer hervorgezogen wurde": quamquam „sub*tractus*" etiam id exprimit, tanta vehementia Numidam a Romano retentum fuisse, ut nisi magna vi ne mortuo quidem vivus eripi posset. — M: „subractus". Voss. Berol.: „substractus". C: „subtractus numidę": cum m. 2. in P *e* supra *a* in nomine „numida" positum esset. — PCM: „superincubanti". Rell. codd.: „superincumbenti".

5. *in rabiem ira uersa:* C Lov. 3. Hafn.] in rabiem ira versus. — P: „uersae": quo errore sexcenties ab antiquo eius codicis librario peccatum esse satis superque diximus. Ablat. abs. „ira versa", quem et I. Fr. Gronovius vix dubitabat pro vero habere, rectissime se habet: non enim Romanus ira in rabiem verti potuit, sed ira, quae ab initio hosti fuerat, Romano in rabiem versa est: „nachdem sein Grimm in Wuth übergegangen war". — PC: „expirasse".

7. *spoliis ad multum diei lectis:* Pal. 2. — PC omnesque prope rell. codd.: „spoliis ad multum *de*lectis": ut dubium sit an Livius *die* scripserit. Pal. 3.: „ad multum deductis". Lov. 5.: „ad multum delectis". — P: „oppugnando". Lovell. 4. 5. Gärtn.: „expugnanda". — Deinde cum in PCM Voss. Harl. Lovell. Hav. scriptum esset „*brachio flumine obiecto eos excludit*", in PC etiam „bracchio": in Pal. 2. „brachio flumine adiecto": in rell. codd. „brachio fluminis obiecto": Sigonianam coniecturam „brachio flumi*ni* obiecto" in minorem edit. recepi, ne antiqua ver-

iecto flumine eos excludit. ceterum ab omnibus labore vigiliis vulneribus etiam fessis maturior ipsius spe deditio est facta. pacti, ut arma atque equos traderent, in capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis, et ut eo pretio persoluto cum singulis abirent vestimentis, in castra hostis acceperunt, traditique in custodiam omnes sunt seorsum cives sociique. dum ibi tempus teritur, inter ea cum ex maioribus castris, quibus satis virium

borum structura mutaretur. sed me errasse vidi et, si illa constructio integra est, aut „brachio *a* flumine obiecto" „nachdem von der Seite des Flusses her ein Wall aufgeworfen worden", aut cum I. Fr. Gronovio scribendum esse „*brachio obiecto flumine eos excludit*"; quem ad modum etiam ab codicis Ox. N. librario hic locus emendatus erat: non quod ablativus verbo „excludit" deesse non posset, sed quod brachium ab Hannibale non *flumini* sed *castris* hostium obiectum fuisse oportet. — Paulo post P: „maturior ipsius spediditio est facta". C: „expedicio ē facta". Pal. 1. multique Drak. codd.: „dedicione facta". Lov. 5.: „maturiore ipsorum spe deditione facta".

3. *pacti — in castra hostis acceperunt:* PC (rell.: nisi quod cod. Sigon. „hostes receperunt" habet:). — P: arma adq. equos". — PC omnesque prope Drak. codd.: „tricenis nummis quadrigatis": quod verum esse non posse sequentia docent. Cf. Festus (ed. Müll. p. 98.): „grave aes dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum. sed bello punico populus romanus pressus aere alieno ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantumdem ut illi valerent. item nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti". — P: „praetio". — P: „seor sumeiuessociiquidumibi" cet. CM Lovell. 2. 4.: „omnes sunt se eorum ciues" cet. Lov. 3. Gärtn.: „omnes sunt sed eorum ciues" cet. Harl.: „omnes sunt eorum ciues" cet. Rell. Drak. codd.: „omnes sunt sed seorsum ciues" cet.: nisi quod in Lov. 1. „omnes" excidit.

8. *quibus satis uirium animique fuit*] quibus satis virium aut animi fuit (Drak. ut videtur codd.). — Ut ad rem perficiendam nihil valuissent vires sine animo, sic ne animus quidem sine viribus sufficere potuit, id quod particulam *aut* huius loci ess

UNIVERSITY OF MICHI

animique fuit, ad quatuor milia hominum et ducenti equites, alii agmine alii palati passim per agros — quod haud minus tutum erat — Canusium perfugissent, castra ipsa ab sauciis timidisque eadem condicione qua altera tradita hosti. praeda ingens parata est, et praeter equos virosque et si quid argenti — quod plurimum in phaleris equorum erat, nam ad vescendum facto perexiguo utique militantes utebantur — omnis cetera praeda diripienda data est. tum sepeliendi causa conferri in unum corpora suorum iussit: ad octo milia fuisse dicuntur fortissimorum virorum. consulem quoque Romanum conquisitum sepultumque quidam

non posse persuadet. cum igitur paulo post non timidi solum sed etiam saucii, ut necesse erat, remansisse hostique sese tradidisse dicantur, et in PC ac sine dubio in aliis melioribus codd. non „aut animi“ sed „satis uirium *ut* nimi*s* fuit“ inventum sit, litteraeque *s* et *q* nonnumquam a librariis permutatae sint, „quibus satis virium *animiq.* fuit“ restituendum videtur. — P m. 1.: „ad quattuormillia hominumet ducen|ti*amilla*equitesaliiagmine“ cet. sed m. 2. litterae „amili“ inductae sunt. M: „et ducenti iam equites“. C: „ad quatuor milia hominum et ducenti equites“ cet. — C: „haut minus“. C: „pfugisset“. Lov. 3. Berol.: „profugissent“. — Pal. 3.: „ab sauclis et timidis eadem conditione qua altera tradita sunt“. Gärtn.: „a sauclis et timidis etiam eadem“ cet. Voss. Harl. Lovell. Hav. Berol.: „a (vel *ab*) sauciis et (vel *ac*) timidis“ cet.

5. *praeda ingens parata est:* PC Voss. Lov. 2. („eine ungeheure Beute wurde zusammengebracht“)] praeda ingens parta est. — Lov. 1.: „praeda ingens aperta est“. Recan.: „praeterea ingens parta est praeda“. — In Gärtn. sequens *et* excidit. — Lov. 3.: „uiros equosque“. C: „uiros equos & si quid argenti“ cet. Lov. 3.: „frumento perexiguo“. Pal. 2.: „utebantur omnes cetera praeda“. Lov. 2.: „diripienti data est“. Lov. 3.: „diripienda tradita est“.

10. *ad* VIII *fuisse dicuntur:* PC. — Lovell. 4. 5.: „ad VIIII millia“. Ox. N.: „ad VII millia“. — Paulo ante P m. 1.: „sepeliiendo|causa“, dein „di|causa“. — Tum Berol.: „consulemque romanum“. Hafn.: „consulisque romani corpus“. Pal. 2.: „auctores ferunt“.

auctores sunt. Eos, qui Canusium perfugerant, mulier Apula nomine Busa, genere clara ac diuitiis, moenibus tantum tectisque a Canusinis acceptos, frumento veste viatico etiam iuvit: pro qua ei munificentia post ea bello perfecto ab senato honores habiti sunt.

LIII. Ceterum cum ibi tribuni militum quattuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cuius pater priore anno dictator fuerat, et de legione secunda L. Publicius Bibulus

1. *mulier Apula nomine Busa* ex Lipsii emendatione scriptum est: eamque verissimam esse ostendit scriptura codicis P: „mulier*apaula*nomine busa“: in quo nihil erratum est nisi quod in medio nomine *a* pro antiquiore altero *p* ponebatur: „appula“. sed cum prius *a* ante „paula“ m. 2. inductum esset, factum est ut in rell. codd. „mulier paula“ reciperetur. — Gärtn.: „nomine dusa“. Berol.: „nomine birsa“. Lov. 5.: „nomine burtia“. Hafn.: „nomine busti“. 22, 54. eadem mulier in PC „bussa“ nominatur. — PCM et pauci alii: „genere clara *ac* diuitiis“. In rell. codd. *ac* praetermissum est. — Paulo ante Lov. 2. Ox. N.: „qui canusium perfugerunt“. Berol.: „profugerunt“.

4. *ab senato:* P] ab senatu (C rell.). Cf. C. L. Schneideri lat. gramm. II, 1. 471. et L. Spaldingius ibi laud., qui ad Quintil. 1, 6. 27. contenderat, ex formis secundae declin. unam genitivi *senati* antiquorum codd. auctoritate firmari.

8. *L. Publicius Bibulus:* PC al. — Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „l. publius bibulus“. Sigon. ex Capit. fragm. „L. Poblicius Bibulus“ scribi voluerat. Comp. Poplicola et Publicola: al. — Paulo ante C: „quatuor“. — P: „delegionesprima“. — Dein C: „et de legione tertia app. claudius purcher“. Qui h. l. *legio tertia* a Livio nominari potuerit, cum ipse eam in M. Claudii Marcelli classe fuisse 22, 57. scripserit, se expedire non posse Drakenborchius dicit. at non solum navalis exercitus legionem tertiam fuisse sed alteram etiam eiusdem numeri terrestris exercitus ex eo apparet, quod 22, 27. ex quattuor legionibus primam et quartam Minucio, secundam et tertiam Fabio evenisse, 22, 36. copias multiplicatas esse neque quidquam de legione tertia mutatum relatum est. 22, 57. autem non „legione classis“ sed „le

UNIVERSITY OF MICH

et P. Cornelius Scipio, et de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, qui proxime aedilis fuerat, omnium consensu ad P. Scipionem ad modum adulescentem et ad App. Claudium summa imperii delata est. quibus consultantibus inter paucos de summa rerum nuntiat P. Furius Philus consularis viri filius, nequiquam eos perditam spem fovere, desperatam conploratamque rem esse publicam: nobiles iuvenes quosdam, quorum principem L. Caecilium Metellum, mare ac naves spectare ut deserta Italia ad regum aliquem transfugiant. quod malum, praeterquam atrox, super tot clades etiam novum cum stupore ac miraculo torpidos defixisset

gione classica — ea tertia legio erat — praemissa" scribendum esse l. l. ostendimus. — Tum P: „quiproxi maesaedilisfuerat". Lov. 3.: „proximo". Lov. 2.: „qui maxime fuerat aedilis". — Dein tribus vocibus praetermissis in PCM scriptum est „ad p. scipionem ad modum ap. p. claudium summa imperii" cet., in P etiam „at modum": eodemque errore in Cant. excidit „adulescentem".

4. *quibus consultantibus:* P m. 2. C: cum m. 1. in P fuisset „consulantibus". — C m. 1.: „nequiquam". P et C m. 2.: „nequicquam". P: „fobere". Voss. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „eos perditam spem fore". Lov. 2.: „nequidquam per eos proditam spem fore". Pal. 2.: „nequiquam eos agere perditam spem f." Recc. quidam codd.: „nequidquam eos consultare perditam spem fouere": quamquam in Voss. Harl. Lovell. illud „consultare" non est, nisi quod margo Lov. 3. „consulere" habet. — Lov. 3.: „desperatam deploratamque". Harl. Gärtn. Berol.: „rem publicam esse".

9. *ad regum aliquem:* PC] ad regem aliquem. — Recan. Hav. et margo Ox. N.: „ad regnum aliquod". — PM Voss. Harl. Lovell. 1. 2.: „transfugiat". C al.: „transfugiant". — Paulo ante P m. 1.: „ l.caeciliusmmetellum". dein *s* inductum est. Tum P: „spectaret | utdeserta" cet.: quo dubium fieri potest, num L. „spectare *et* ut deserta italia transfugiant" scripserit.

11. *cum — torpidos defixisset qui aderant et — censerent:* PC] cum — torpidos defixisset et qui aderant — censerent (rell. ut videtur codd.). — Et hoc loco antiquiorem scripturam integerrimam esse nunc demum in-

qui aderant et consilium advocandum de eo censerent, negat consilii rem esse Scipio iuvenis, fatalis dux huiusce belli: audendum atque agendum non consultandum ait in tanto malo esse: irent secum extemplo armati, qui rem publicam salvam vellent: nullo loco verius quam ubi ea cogi-

tellexi. nam si recentiores codd. sequimur, inter eos, quos tantus nuntius obstupefecerit, etiam Scipionem fuisse concedimus, quod et re ipsa refellitur et meliorum librorum auctoritate. ex hac veriore interpretatione verba „qui aderant" significare idem quod „ceteros quidem" nemo negaverit. — Praeterea in recc. quibusdam codd. scriptum esse dicitur „praeterquam *quod* atrox", quod nisi addatur verbum substantivum „erat", ne ferendum quidem h. l. esse iudico. — Lovell. 3. 4. 5.: „trepidos defixisset". — Supra *ss* in „defixisset" m. 2. in P scripsit „it", quasi ille alter librarius *defixit* scribi voluerit, quod *cum* non coniunctio esset sed praepositio. — PCM Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „consilium adnocandum": iidemque codd. paulo post cum Voss. Lov. 1. „consilii rem esse". Rell. codd. et „concilium" et „concilii". — Dein P: „audendum adque agendum". — PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 4.: „ait in tanto malo *esse scipio*". Cum dubitari non posset quin nomen „*scipio*" h. l. temere adscriptum esset, simili errore etiam „*ait*" adiectum esse Iac. Gronovius contendit delendumque utrumque verbum esse. at quamquam negari non potest, haud raro et ab Livio et ab aliis bonis scriptoribus ita scriptum esse, ut ex praecedente verbo negandi supplendum fuerit ad sequentia verbum quoddam dicendi, tamen vix cuiquam dubium videatur, quin L., cum h. l. verbum affirmandi adderet, in hac sequenti sententia maiorem etiam vim quam in priore ponere voluerit. nomen „scipio" autem h. l. scriptum non videremus, nisi antiquioris cuiusdam librarii oculi in priorem locum, quo „esse scipio" recte scriptum est, aberrassent, quo modo tot locis antiqua oratio corrupta est. nec tamen id ex ea verborum constructione intelligi potest, quae in recentissimis quibusdam codd. h. l. inventa est. in Lov. 2. enim Drak. vidit „non consultandum esse ait in tanto malo scipio": in Gärtn. „non cons. esse in tanto malo ait scipio". Berol.: „non consultandum esse ait in tanto malo": omisso nomine „scipio".

5. *nullo loco*: Lov. 4.] u

UNIVERSITY OF MICH

tentur hostium castra esse. pergit ire sequentibus paucis in hospitium Metelli et, cum concilium ibi iuvenum de quibus adlatum erat invenisset, stricto super capita consultantium gladio „ex mei animi sententia“ inquit, „ut ego rem publicam populi Romani non deseram, neque alium civem Romanum deserere patiar: si sciens fallo, tum me, Iuppiter

(PC et plerique et Pall. et Drak. codd.). — Pal. 2. Hafn. Rec. Gärtn. Berol.: „nullo in loco“. — Persuasit sibi I. Fr. Gronovius „*nullo*“ pro „nusquam“ aut „nullo loco“ dici potuisse, quod mihi non probandum videtur. cum igitur nullo mendo asepina in antt. codd. peccatum sit, quam ut similes litterae vocesque propter circumstantium similitudinem praetermitterentur, nihil equidem dubito quin in Lov. 4. rectissime Liviana manus restituta sit. — P: „quam|bi| cogitentur“.

4. *ex mei animi sententia inquit ut ego* cet.: PCM Cant.: „aus vollster Seele erkläre ich hiermit dass, so wie ich nicht —, ich auch nicht zugeben werde dass“ u. s. w. In rell. Drak. codd. inter *inquit* et *ut* additum est verbum „iuro“, quod persaepe esse ab similibus sententiis notum est. Contenderunt quidem nonnulli interpretes, *neque* h. l. nihil aliud esse quam particulam copulativam, ut apodosis ab scriptore omissa supplenda sit. at illos hominem praeterierit, non modo ab Quintiliano et ab inferioris aetatis scriptoribus sed etiam ab Cicerone et Livio nonnumquam *neque* pro „ne — quidem“ positum esse: cf. T. Livi l. xxx. p. xii. 28. ac vere a nobis huius loci naturam perspectam esse id quod sequitur ostendit. sunt enim duae sententiae, quas h. l. Scipio animo complectitur et in quarum utraque eandem a scriptore vim poni necesse fuerat: una, ne quis Scipionem rem publicam deserturum esse putet: altera, ne quis opinetur, eundem ab aliis rem publicam deseri tacitum passurum esse. et his duobus rationibus elegantissime sequente oratione responderi nemo non videt. — Paulo ante C: „paucis inohospiciū metelli“ cet. — Lovell. 2. 3. Gärtn.: „et cum consilium ibi“ cet. — P: „gladios|exmeianimisententia inquid“ cet. — P: „rempu blicam.pr.“ C: „rem publicam populi romani“. in plerisque Drak. codd. verba „populi romani“ excidisse dicuntur. — Lov. 5.: „*non* alium civem romanum“ cet.

6. *tum me Iuppiter optime*

optime maxime, domum familiam remque meam pessimo leto adficias. in haec verba, L. Caecili, iures postulo ceterique qui adestis: qui non iuraverit, in se hunc gladium strictum esse sciat.“ haud secus pavidi, quam si victorem Hannibalem cernerent, iurant omnes custodiendosque semet ipsos Scipioni tradunt.

LIV. Eo tempore, quo haec Canusii agebantur, Venusiam ad consulem ad quattuor milia et quingenti pedites equitesque, qui sparsi fuga per agros fuerant, pervenere. eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos curan-

maxime — pessimo leto adficias in nullo antiquo cod. scriptum videtur. nam in Harl. Lov. 2. Gärtn. Ox. N. inventum est „*tu* me iupiter“, quod lac. Gronovio praeferendum videbatur (cf. 1, 24.: tum tu ille diespiter — sic ferito:): et in PM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. „adficiat“: qua re Drakenborchius verissime dubitat an ab Livio „tum me iuppiter optimus max. — pessimo leto adficiat“ scriptum fuerit. in P tamen vidimus „iuppiter optime maxime“: in C „iuppiter obtime maxime“: et in eodem C primo „adfaciat“, dein „adfacias“. — Paulo post Hafn.: „l. caecili metelle“. Berol.: „l. metelle“. Rell. Drak. codd. aut „l. caecili“ aut „l. caeli“ aut „l. teli“. — PCM et fortasse Cant. et Lov. 1.: „iures postulo“. Rell. codd.: „iures expostulo“. — Postremo Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N. et cod. Sigon.: „custodiendosque semet ipsos hannibalem contra scipioni tradunt“.

8. *ad IIII milia et δ pedites equitesque:* PC] ad quattuor millia peditum equitumque. — M Voss. Lovell. 4. 5. Hav. Berol.: „ad quatuor millia et pedites equitesque“. Pal. 1. Lov. 3. Gärtn.: „ad quatuor millia pedites equitesque“. Cf. 22, 49. sub fin.: et equites ∞ et δ. — Paulo ante P: „eotemporequo*et*canusiia ce|bantur“. Ut haud raro in antt. codd. „*et*fugere“ pro „*ec*fugere“ al. scriptum legitur, sic h. l. *et* pro *ec*, idque pro *hec* positum esse librarius codicis C perspexit, quamquam ipse alio errore scripsit „quo haec canusi iacebantur“: dein „iaciebantur“.

10. *per familias:* P. C: „p familiam“. — Pal. 3.: „benigne acceptos curandosque“ cet. — C: „et tuinicas“. — PCM: „et pediti“. Rell.

UNIVERSITY OF MICH

dosque cum divisissent, in singulos equites togas et tunicas et quadrigatos nummos quinos vicenos et pediti denos et arma quibus deerant dederunt: ceteraque publice ac privatim hospitaliter facta certatumque, ne a muliere Canusina populus Venusinus officiis vinceretur. sed gravius onus Busae multitudo faciebat, et iam ad decem milia hominum erant: Appiusque et Scipio, postquam incolumem esse alterum consulem acceperunt, nuntium extemplo mittunt, quantae secum peditum equitumque copiae essent, sciscitatumque simul, utrumne Venusiam adduci exercitum an manere iuberet Canusi. Varro ipse Canusium copias traduxit: et iam aliqua species consularis exercitus erat, moenibusque

codd.: „et peditibus". Verba ab „et pediti" ad „dederunt" praetermissa in Hav. sunt: pauloque post in Voss. ab „officiis" ad „Busae". — Dein P: „ceteraquepublicae acpriuatim". — Ox. D.: „beneficiis uinceretur".

5. *sed grauius onus bussae multitudo faciebat:* PC: nisi quod C „busse" habet. Berol.: „birsae". Cf. 22, 52. sub finem. Psl. 3. Rec. Gärtn. Ox. D.: „sed (Pal. „set") grauius onus busse in se multitudo faciebat". Hafn.: „sed grauius multitudo faciebat". Haec sex verba exciderunt in Lov. 1. — P: „addecemmil liahominum". C: „milia".

10. *utrumne Venusiam adduci exercitum an manere iuberet Canusi*] utrum Venusiam a. e. an m. i. Canusii. — „Utrumne" scripsimus pro eo quod in PC inventum est „utrum*que* uenusiam" cet., cum persaepe syllabas *ne ue que* ab antiquis librariis inter se permutatas esse constaret. — PC: „canusi". — Paulo ante PC al.: „appiusque et scipio". Lov. 4.: „appius uero et scipio". Lov. 5.: „appius uero scipio". Cod. Sig.: „appius et scipio". Berol.: „appius scipioque". — In Lov. 3. excidit „esse". — Ox. N.: „quantae copiae". — Berol.: „sciscitatum simul". — In Lov. 2. et Berol. praetermissum „exercitum" est.

12. *moenibusque se certe ii et si non armis ab hoste uidebantur defensuri*] moenibusque se certe, si non armis, ab hoste videbantur defensuri. — P: „moenibusque secer*nei* | e*i*sinonarmis" cet. C: „moenibusque se certe & si non armis" cet.: cui nihil deesse videtur nisi pronomen *i*, quod persaepe ab antiquis pro „*ii*" positum esse notum est: „und es

se certe ii et si non armis ab hoste videbantur defensuri. Romam ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque sed occidione occisum cum duobus consulibus exercitum deletasque omnes copias adlatum fuerat. numquam salva urbe tantum pavoris tumultusque intra moenia Romana fuit. itaque succumbam oneri neque adgrediar narrare quae edissertando minora vero faciebant. consule ex-

schien dass sie sich, wenn auch nicht im offenen Felde, doch hinter Mauern würden halten können". M Harl. Pal. 3.: „moenibusque secerni etsi non armis". Voss. Pal. 1.: „moenibusq. secerni et sine armis". Cant. Lov. 4.: „moenibusq. secerni si non armis". Lov. 1.: „moenibusq. secerni sine armis". Pal. 2. Rec. Gärtn.: „moenibusq. se teneri etsi non armis". Lov. 3.: „moenibusq. se tueri etsi non armis". Hafn.: „moenibusq. se tueri si non armis". Hav.: „moenibusq. uel se tueri etsi non armis". Lov. 2.: „moenibusq. securi etiam sine armis". Lov. 5.: „moenibusq. se certe cerni etsi armis". — Paulo ante in P scriptum est „etiam*aliquaspecie*consularis exercituserat", quod quodam modo probari potest, quamquam „*species*" (C rell.) verius videtur.

3. *sed occidione occisum cum duobus consulibus exercitum:* ex coni. I. Fr. Gronovii] sed occidione occisos cum duobus exercitibus consules (ex coni. Sig.). — In P et m. 1. in C in M Cant. Voss. Harl. Pall. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Oxx. scriptum est: „sed occidione occi*sum* cum duobus exercitibus deletasque" cet.: nisi quod in Pal. 2. „occisas" et in P „delectasque" est. at cum m. 2. in C „occi*sos*" ex „occisum" factum esset, nec id, quod non et „coss." additum esset, temere factum videretur, in minore edit. „occisos consules" cum Berol. scripsimus, quod „coss." post „occi*sos*" facile praetermitti potuisset. verum tamen multo magis placet Gronoviana emendatio, non modo quod „occisum" prope omnium codd. scriptura est, sed etiam quod ex ea non tam *consules duo* quam *exercitus occidione occisus* dicitur, quae verba vix aliter quam ubi de magnae militum multitudinis strage refertur, posita inveneris. nec maiore negotio ex antiqua scriptura Gronovianam quam Sigonianam emendationem fieri apparet. Hav.: „occidione occisas cum duobus exercitibus duos consules".

7. *quae edissertando minora*

UNIVERSITY OF MICHI

rcituque ad Trasumennum priore anno omisso non vulnus uper vulnus sed multiplex clades — cum duobus consuli-

uero faciebant] quae edissertando minora vero fecero. — Num Drak. in suis codd. „fecero“ invenerit nescio: nos id tempus nec in PC repperimus nec grammatica ratione probari posse putamus. *edissertando* tamen non in M modo sed in PC quoque positum est: in rell. codd. „disserendo“. Cum igitur in P scriptum esset „minorauero | *facie*consule“ cet., in C id, quod m. 1. loco verborum „uero facie“ fuerat, erasum esset, in minore edit. scribi iussimus „quae edissertando minora vero faciam“, ut id verbum praecedentibus „succumbam“ et „adgrediar“ responderet. sed cum ne id quidem etiam nunc satis placeret, facere non potuimus quin reciperemus manus 2. codicis C scripturam „faciebant“, et quod in ea codicis P scriptura inesset et quod hoc dicendi genere L. videri posset ad ceteros scriptores spectasse, qui ante se de eisdem rebus rettulissent: „ich will mich nicht an eine Schilderung dessen wagen, das auch bei denen, die darauf genauer eingegangen sind, hinter der Wahrheit zurückgeblieben“. non dicit igitur L. „quae minora vero sive faciam sive fecero“, quod id iam in verbis „succumbam oneri“ inesse videretur: nec hypothetica ratione „occumberem oneri, si id narrare adgrederer“: sed futuro tempore usus „occumbam oneri nec adgrediar narrare, quod ut dictis aequaret nulli scriptori contigisse video“.

1. *omisso:* PC] amisso. — Non dubitavi antiquiorem scripturam recipere, quod verbum „*o*mittere“ non prorsus abhorrere ab ea significatione, quam verbum „*a*mittere“ haberet, alia cum eadem praepositione *ob* iuncta verba (cf. ex. gr. *ob*ire:) persuadebant. ac nescio an L. verbo „omisso“ h. l. usus sit, ut non modo exprimeret, priore quoque anno consulem exercitumque perisse, sed etiam vulnus illa clade acceptum iam quodam modo obductum videri potuisse. Quem ad modum autem I. Fr. Gronovius sequentia verba corrupta habere potuerit, ut scribi vellet „consule exercituque — amisso *nunc* vulnus super vulnus *et* multiplex clades — nunciabantur“, non intelligo, cum, praeterquam quod „nunc“ vix ita probandum est, eum fugere non potuerit Livium in voce „multiplex“ maiorem quandam vim ponere solere, et cladem multo minoris exercitus, qui ad Trasu-

bus duo consulares exercitus amissi nuntiabantur nec ulla iam castra Romana nec ducem nec militem esse, Hannibalis Apuliam Samnium ac iam prope totam Italiam factam. nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta esset: conpares aut cladem ad Aegatis insulas Carthaginiensium

mennum cecidisset, vix comparari cum Cannensi clade potuisse: „jetzt hiess es nicht blos dass nach dem Verluste des vorigen Jahres am Trasumennus den Staat eine Wunde über die andere (i. e. vulnus priori vulneri simile), sondern ein vielfach schwereres Unglück getroffen habe". et ad „vulnus super vulnus" Ant. Perizonius apte laudavit 25, 22.: hae clades *super aliam alia* Romam — nuntiatae. — PC: „ad trasumennum". — C: „ī uulnis super uulnus". — Deinde PCM Harl. Lovell. 1. 2.: „cum duobus consulibus *cum* consulares exercitus". Lov. 3.: „cum duobus consulibus modo consulares exercitus". Hav. Berol.: „cum duob. consulibus *duo* consulares exerc." — Voss. Harl. Pall. Lovell. 4. 5. Rec. Gärtn. Hav.: „hannibalis / apuliam samnium esse ac iam prope" cet. Lov. 2.: „apuliam samniumque esse". Berol.: „apuliam esse". P: „samnitium". P: „italiamfac | tanulloprofecto" cet. m. 2.: „nulla".

5. *conpares aut cladem ad Aegatis insulas*] compares cladem ad Aegates insulas (CM: nisi quod in C „aegatis":). — Cum in P inventum esset „comparessetcla demadaegatisinsulas", nec dubium esse posset quin antiquiore manu inter „compares" et „cladem" aliquid positum fuisset, I. Fr. Gronovius „compar*es et* cladem" scribi voluit, at particulam *et* sequente *aut* vix huius loci esse posse nemo non videt. cum igitur *aut* sequeretur, nec pro rerum et ratione et magnitudine alia proelia cum Cannensi conferri possent quam prius illud, quo primum, et alterum, quo Punicum bellum alterum finitum est, nec quidquam saepius in antt. codd. permutatum videretur quam *et* atque *ut*, non dubitavimus scribere „conpares *aut* cladem" cet. Nam quod externa quidem specie scripturae P etiam magis responderet „*seu* cladem — *aut* pugnam" recipere non audeam, quamvis Vergilium in Aen. 12, 685. ita scripsisse sciam. — Rell. et Pall. et Drak. codd.: „comparem cladem". Recentissimus cod. Sigon.: „ad aegat*eis* insulam". P: „proelionaualiacceptum": dein „acceptam".

UNIVERSITY OF MI

proelio navali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cesere, inde vectigalis ac stipendiarios fieri se passi sunt: aut pugnam adversam in Africa, cui post ea hic ipse Hannibal succubuit: — nulla ex parte conparandae sunt nisi quod minore animo latae sunt.

LV. P. Furius Philus et M'. Pomponius praetores senatum in curiam Hostiliam vocaverunt, ut de urbis custodia consulerent: neque enim dubitabant deletis exercitibus hostem ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli restaret, venturum. cum malis sic uti ingentibus ita ignotis

2. *inde uectigalis ac stipendiarios fieri se passi sunt*] hinc vectigales ac stipendiarios cet. (Drak. ut videtur codd.). — PC: „cessere. inuecti gallis ac stipendiarios" cet. Cum saepe hoc mendo erratum sit ut *in* poneretur pro *inde*, tum h. l. ita errari potuit, quo *ue* sequeretur. — PCM Voss. Lovell. 1. 2. 3.: „in africam". — In Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. nescio quo casu praetermissa sunt pronomina „hic ipse". — C: „quod minore animo lete sunt".

6. *P. Furius Philus:* C. — P: „p.furiuspilus". — PC rell.: „et *m.* pomponius". Cf. 22, 35. — P m. 1.: „praetores *esse*|natum" cet. m. 2. litterae mediae *es* inductae sunt. — P: „deurbiscustodiam|". — Hav.: „ad oppugnandum romam". Lov. 3.: „ad expugnandam romam". — Livium cum „non dubito" infinitivum iungere solere notum est: nec id mirum videri potest, cum nullo prope loco ita scriptum videamus nisi quo „non dubito" urbanitate quadam pro „persuasum mihi est" dicendum videbatur.

10. *cum malis sic uti ingentibus ita ignotis nec consilium quidem satis expedirent*] cum in malis sicut ingentibus ita ignotis ne consilium quidem satis expediret. — *Malis*, sive dativum ex verbo *expedirent* pendentem habere vis sive ablativum absol., non grammatica modo ratione probatur sed etiam in M et m. 1. in Berol. positum est. nec potest aliter in antiquioribus codd. scriptum fuisse, cum in PC Harl. Lovell. 1. 2. 4. inventum sit „cum*in*aliis", persaepe enim *in* et *m* ita commutata esse constat. illud *in* tamen fecit ut in rell. Drak. codd. scriberetur „cum *in* malis" cet. — P(M): „si|cutiingentibus". C: „sicuti gentibus". — PC Cant. Voss.

nec consilium quidem satis expedirent, obstreperetque clamor lamentantium mulierum et — non dum palam facto — vivi mortuique et per omnes paene domos promiscue con-

Lovell. 2. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. ac sine dubio M: „*nec* consilium quidem“: *auch* nicht einmal einen Rath auffinden konnten. Cf. ex. gr. 1, 10.: nec Crustumini quidem. 22, 59. Dicant per me quidem licet, futurum non fuisse ut *nec* scriberetur, nisi littera *c* sequeretur: qua perversa artis criticae lege non modo quidquid velis probari poterit, sed etiam verissimae et rationis et linguae ipsius leges ad tempus neglectae sunt. — C: „expediret“. Dein idem C mediis verbis omissis: „obstreperetque & pene ōnes pene domos ꝑmiscue conplorarentur“. m. 2. alterum *pene* inductum proque eo *p* scriptum est.

3. *uiui mortuique et per omnes paene domos promiscue conplorarentur*] vivi mortuique per omnes pene domos cet. — P: „uiuimortui queetpaeneomnespaene domos præ | miscue conplorarentur“. Sequens *paene* fecisse ut priore quoque loco pro *per* ita scriberetur manifestum est. „*Et*“ tamen integerrimum esse et PC docent et Livianum dicendi genus, quo saepissime eam particulam hac eadem significatione positam videmus: „*und zwar* fast ohne Ausnahme durch alle Familien hin“. — Quod sequitur „tum Q. Fabius“ I. Fr. Gron. rectissime ex P restituit, in quo m. 1. noto illo mendo scriptum erat „tumquefabius“. at cum illud *que* m. 2. induceretur, non modo in recentioribus codd. sed etiam in CM signum praenominis praetermissum est. — P: „etappia et latinauiam mittendos“. — PCM: „*qui obuios percunctando — referant*“: nisi quod C pcuntando“. In rell. codd. scriptum videtur „qui obuios percontar*entur*“: et in cod. Sigon. et in Hav. Berol.: „si forte referant“. Pal. 2.: „qui obuiam euntes percunctando aliquos profectos ex fuga passim dissipatos forte referant“. Media verba „*aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore*“ facillima et verissima emendatione ab Iac. Gronovio restituta sunt: eademque coniectura codicis C librarium antiquae scripturae mederi voluisse magnopere gaudeo. non enim ex antiquiore aliquo fonte hunc hausisse vel id indicet, quod non modo in plerisque Drak. codd. sed etiam in P scriptum est „aliquos profecto*s* ex fuga pas simdissipatos*for*te“: excepto Pal. 1., in quo „*fore*“, s[illegible]

UNIVERSITY OF MICHIGAN

lorarentur, tum Q. Fabius Maximus censuit equites expeditos et Appia et Latina via mittendos, qui obvios percuntando — aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore — referant, quae fortuna consulum atque exercituum sit et, si quid dii inmortales miseriti imperii relicum Romani nominis fecerint, ubi eae copiae sint: quo se Hannibal post proelium contulerit, quid paret quid agat acturusque sit. haec exploranda noscendaque per inpigros iuvenes esse. illud per patres ipsos agendum, quoniam magistratuum parum sit, ut

autem ab librariis ita peccatum esse ut *s* inter duas vocales interponeretur, cum aliis locis tum 22, 25. „et in tempore" vidimus. dicit quidem Dukerus, ex Gronoviana coniectura videri „*profecto*" frigere et aliud quid in „profectos" latere, sed non video cur h. l. *profecto* magis frigeat quam ex. gr. 22, 61. aliisque locis. „*profectos ex fuga*" certe sic cum „*dissipatos*" iungi non potuisse manifestum videtur. — Denique P m. 1.: „consul|*t*um adque exercituum". m. 2. *t* inductum est.

4. *si quid dii inmortales miseriti imperii relicum romani nominis fecerint*] si quid dii — reliquum romano nomani fecerint. — P m. 1.: „reliqumroman nomi | nisfecerint". m. 2. cum *o* supra *n* in „roman" positum esset, factum est ut m. 1. in M scriberetur „romano nomi*nis*". sed recte m. 2. in M restituit „romani nomi*nis*", quod iam m. 1. in C scriptum erat. Lov. 1. Gärtn.: „reliquum romanum nomini". Rell. codd.: „si quid dii immortales *miseri imperii* reliquum romano nomini fecerint": cum opinarentur eo dativo significari *populum romanum*, qua re, ne genitivus pronomini *quid* deesset, etiam „*miseri* imperii" scribendum esse. at ex „*si quid*" pendet genitivus „*romani nominis*", ut exprimatur „si quos militum romanorum ex duobus illis exercitibus dii servaverint". *Miseriti imperii* (von Mitleid gegen den Staat getrieben) non modo in PC sed m. 1. quoque in M scriptum est. M m. 2.: „miserti". — Dein P m. 1.: „qu*ae*sehanni bal post proelium contulerit": eodem mendo, quo in eodem P paulo ante „pr*ae*miscue" positum erat. P m. 2. CM Harl. Lovell. 3. 4.: „qu*a* se hannibal" cet. C: „quid *a*paret". m. 2.: „apparet". — P m. 1.: „perinpigrosiuenes". m. 2.: „iuuenes".

9. *quoniam magistratuum parum sit:* C Pal. 1. et recc.

tumultum ac trepidationem in urbe tollant, matronas publico arceant continerique intra suum quamque limen cogant, conploratus familiarum coerceant, silentium per urbem faciant, nuntios rerum omnium ad praetores deducendos curent, suae quisque fortunae domi auctorem expectent: custodesque praeter ea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbem cogantque homines nullam nisi urbe ac moenibus salvis salutem sperare: ubi conticuerit recte tu-

codd. — PM Cant.: „quoniam magistratuum parum sic ut tumultum“ cet. In C Pal. 1. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. excidit „ut“ ante „tumultum“. Berol.: „parum sint qui tumultum“ cet. — P: „intra suum quamque limē | cogant“. Hav. Berol.: „uam quamque“. — P et „conploratus“ et „nuntios“. C et „comploratus“ et „nuncios“. — P: „suaequisquefortunae domiauctoremexpectent“: jeder solle in seinem Hause sichere Kunde über das Schicksal der Seinen abwarten. C: „expectet“: quod Crevierus praelatum voluit, quamquam pronomina *quisque* et *nemo* et pluralem sequi potuisse notum est: cf. ex. gr. 45, 9. 5, 39. — PCM: „custodesque praeterea“ cet. Rell. codd.: „custodes praeterea“. In Harl. excidit „praeterea“.

8. *ubi conticuerit recte tumultus tum in curiam patres revocandos:* PCM Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.] ubi conticuerit tumultus, recte tum in curiam cet. — Cum metathesi quadam vocum h. l. erratum ab antiquis librariis videretur, *recte* post „tumultus“ posuerunt, quod probari non potest. nam etsi dici potuit „*recte* tum in curiam patres *revocari posse*“, tamen non potuit scribi „recte patres revocandos esse“, quod id ipsum, quod h. l. particula *recte* exprimitur, iam in partic. fut. pass. inerat. Itaque cum *recte* ut permulta similia propter circumstantium litterarum similitudinem male ab aliquo librario additum videretur, in minore edit. „*recte*“ omisi. sed me vehementer errasse intellexisse mihi videor, nec amplius dubito quin eo loco, quo in antt. codd. legitur, *recte* a Livio positum sit. haec vox enim non modo significat, aliquid eo, quo par aequumque est, ordine fieri factumve esse, sed etiam id, quod ita factum est, sic ut fieri oportuit, factum esse et quodam modo absolutum videri posse, ut ea idem exprimatur quod vernaculo sermone verbis „richtig, gehörig, vollstän-

UNIVERSITY OF MI

multus, tum in curiam patres revocandos consulendumque de urbis custodia esse.

LVI. Cum in hanc sententiam pedibus omnes issent, submotaque foro per magistratus turba patres diversi ad sedandos tumultus discessissent, tum demum litterae a C. Terentio consule adlatae sunt, L. Aemilium consulem exercitumque caesum, sese Canusii esse reliquias tantae cladis velut ex naufragio colligentem: ad decem milia militum

dig". quod ut probetur h. l. ita dici potuisse, praetermittendum non est, conticiscere tumultum non potuisse nisi magistratuum patrumque opera: ut h. l. *conticiscere* idem significare necesse sit quod *sedari*. — Berol. m. 2.: „revocandos ad consuleudum de urbis custodia esse".

4. *per magistratus* in nullo antiquo cod. scriptum videtur. P m. 1.: „summotasque foromagistratustur|ba". C m. 1. omnesque prope rell. codd.: „summotaque foro magistratus turba". Quod cum probari non posset, C m. 2. scripsit „magistratu": Pal. 1. „magistrat*ibus*" (dativus): Lov. 3. „summotaque foro turba magistratus et patres" cet. At cum nihil saepius praetermitteretur quam syllaba *er*, nec raro littera *p* (cf. ex. gr. 22, 28.: inpavida:), „per magistratus" Livianam manum fuisse persuasum habemus. — P m. 1.: „discessiscent". m. 2.: „discessissent". C: „discessent".

5. *C. Terentio:* P] Terentio. — P m. 1.: „litteraeacterentio consallataesunt". sed cum m. 2. littera *e* induceretur, factum est ut ea in nullum recentiorem cod. reciperetur. — Ox. D.: „p. aemilium". — Dein P: „aesecasus|ii esse". in hoc nihil desiderari nisi ut *n* poneretur pro *s*, librarium codicis M non fugit: at in C id, quod urbis nominis loco m. 1. scriptum erat, erasum est. Hinc Lov. 1.: „se esse". Hav.: „euasum sese esse". Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lov. 4. Recan. Gärtn.: „euasum se esse". Berol. m. 1: „euasum se". Pal. 2.: „sese euasum esse". Lovell. 3. 5.: „se euasum esse". Lov. 2. Hafn. et Berol. m. 2.: „euasisse se". Rell. codd.: „canusiique se esse".

8. *ad decem milia militum ferme esse:* PC (rell.). Cum 22, 54. relatum sit, Venusiam ad Varronem ex fuga venisse ad quattuor milia et quingentos milites, eodemque loco Canusii ad decem milia Romanorum fuisse, h. l. „ad *decem* milia" vix iustus numerus esse potest: et l. Fr.

ferme esse inconpositorum inordinatorumque: Poenum sedere ad Cannas, in captivorum pretiis praedaque alia nec victoris animo nec magni ducis more nundinantem. tum privatae quoque per domos clades vulgatae sunt, adeoque totam urbem opplevit luctus ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit, quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. itaque ne ob eandem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatus consulto diebus triginta luctus

Gronovius „ad quattuordecim milia", C. Heusingerus „ad quindecim milia" scribendum esse dixerunt. Si „ad decem milia" vere a Livio scriptum est, duae rationes eius difficultatis expediendae iniri possunt, ut aut censeamus, litteras a consule Terentio Romam missas esse ante quam certo sciret, quantus militum numerus reliquus esset, aut de industria numerum militum a consule minutum esse, quod multos eorum ita et belle et vulneribus affectos videret ut eorum opera ad bellum gerendum nullius momenti esse posset, et ut senatus intelligeret, omnes imperii vires intendendas esse, si rem publicam salvam vellent. — Quod sequitur, I. Fr. Gronovius ex Put. vere restituit, in quo m. 1. levi mendo scriptum erat: „inordinatorumquaeme num / sedereadcannas". sed cum m. 2. alterum *m* in „menum" inductum et *nc* supra positum esset, in CM scriptum est: „me nunc sedere ad cannas". Quod cum verum esse non posset, Voss. Pall. 1. 3. Gärtn. scripserunt: „se nunc sedere" cet. Lov. 1.: „se nec sedere". Lov. 4.: „se sedere". Harl.: „sedere". Lov. 3.: „nunc sedere hostem ad c." Pal. 2.: „annibal nunc sedere". Lov. 2.: „hannibalem sedere". Hafn.: „hannibalem uero nunc sedere". Hav. Berol.: „sed hannibalem nunc sedere". — PC: „*an*captiuorum pretiis": P etiam „praetiis". P: „nec magniducesmorenuntiantem". Idem „nuntiantem" in C et in rell. codd. repertum est. Pal. 2.: „more morantem". — Paulo post Lov. 4.: „adeoque urbem oppleuit luctus". Lov. 3.: „adeoque totam urbem compleuit" cet. — C: „sacrum anniuersium cereris".

9. *se. diebus XXX luctus est finitus:* PC (rell.). Minus veri simile Festus (ed. Müll. p. 97.): „Graeca sacra festa Cereris ex Graecia translata, quae ob inventionem Proserpinae matronae colebant, quae

UNIVERSITY OF M

est finitus. ceterum cum sedato urbis tumultu revocati in curiam patres essent, aliae insuper ex Sicilia litterae adlatae sunt ab T. Otacilio propraetore: regnum Hieronis classe Punica vastari: cui cum opem inploranti ferre vellent, nun-

sacra, dum non essent matronae quae facerent propter cladem Cannensem et frequentiam lugentium, institutum est ne amplius *centum diebus* lugeretur". Cf. Liv. 34, 6.: quia Cereris sacrificium lugentibus omnibus matronis intermissum erat, senatus finiri luctum triginta diebus iussit. Plut. Fab. Max. c. 18.: κἀνδρὸς δὲ καὶ τόκου καὶ χρόνον ὥρισε καθ' οἰκίαν ἀποδρηναῖν κελεύσας ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα τὸν βουλόμενον. — Paulo ante Lov. 4. Berol.: „ne ob eam causam". Berol.: „alia quoque publica sacra aut priuata". In Voss. et Gärtn. excidit „sacra". — Voss.: „senatus consultu".

6. *cui cum opem inploranti ferre uellent nuntiatum his:* PC (M Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn.)] cui cum opem imploranti ferre vellet, nunciatum sibi. — „Ferre uellent" scriptum quoque est in Hav. Berol. Ox. N.: et „ferri uellent" in Lov. 2. Dein in Voss. Harl. Lov. 1.: „nunciatum his *esse*". in PC (M Lovell. 3. 4. 5. Gärtn.) levi mendo: „nuntiatum his *est*". in Hav. Berol. etiam „nunciatum est his". — *Vellet* et *sibi* scriptum voluerunt, quod haec omnia ex uno Otacilio pendere necesse esset. sed cum propraetor Lilybaeum non ipse relinquere posset, subiectum verbi „vellent" nihil aliud esse potest quam *milites Romani*, qui cum parte classis ad Lilybaeum stantis regi opem ferre ab Otacilio iussi erant. nec mirum videri potest quod *se* sequitur, cum nisi iubente propraetore nihil ab eius militibus agi posset, et si quid eius iussu fiebat, ad eum ipsum ut ad rei auctorem referendum esset. In PC tamen et in Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. scriptum non est „ubi se uersum *ad*" cet. sed „ubi se *ad*uersum tuendam" cet. Hinc Lov. 1.: „ubi se aduersu*s* tuendam" cet. Lov. 3.: „ubi se aduersum tueri". Lov. 5. Berol.: „ubi se aduersum iri ad tuendam". — Praeterea Lovell. 4. 5. Berol.: „litterae ex sicilia". — PC: „ab. t. octacilio propr." Drak. codd.: „octacilio" „octalicio" „octocilio" „otalicio". cf. ex. gr. 23, 21. ubi PC recte „otacilius". — Berol.: „praetore". — PC: „ad aegat*is* insula*m*". cf. 22, 54. sub fin. — P: „parataminstruct*aq.*" — P m. 1.: „poenis*sensis*-

tiatum his esse aliam classem ad Aegatis insulas stare paratam instructamque ut, ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram Poeni sensissent, Lilybaeum extemplo provinciamque aliam Romanam adgrederentur: itaque classe opus esse, si regem socium Siciliamque tueri vellent.

LVII. Litteris consulis praetorisque perlectis M. Claudium, qui classi ad Ostiam stanti praeesset, Canusium ad

sent". m. 2. prius *s* inductum est. — „Provinciamque *aliam*" h. l. significare non potest id quod „provinciamque *ceteram*" sed „*aliasque partes* provinciae Romanae".

4. *itaque classe opus esse si— tueri uellent* in C et in rell. codd. scriptum est. At in P m. 1. scriptum vidimus „itaque classeopusesse*t*isi regem" cet. m. 2.: „opus esset si regem": quo dubium fit an antiquiore manu inter *esse* et *si* aliud quid interpositum fuerit, non enim classe caruisse propraetorem ex 22, 31. patet, quo loco classem cxx navium ab Servilio consule T. Otacilio praetori Lilybaei traditam esse legimus: nec eam ab eius legato Sura Romam reductam esse ex eo veri simile fit, non tam quod 22, 37. scriptum est quinque et viginti quinqueremes ad Otacilii propraetoris classem additas esse, quam quod ibidem legimus permissum esse ut, si e rep. censeret, etiam in Africam traicerent. denique cum fieri non possit quin Otacilius iam ante consulis adventum naves ad tuendum Lilybaeum provinciamque habuerit, posteriore illo tempore, cuius supra mentio fit, vix minorem quam CLXX navium romanam classem fuisse oportet, quamvis autem veri simile sit, aliquid a Livio ad verba „*classe* opus esse" (ut „altera" „nova" „maiore") adiectum fuisse, tamen difficile est pro certo adfirmare, quid non modo loci rationi sed etiam externae circumstantium litterarum speciei quam maxime respondere videatur.

6. *litteris consulis praetorisque perlectis M. Claudium — ad exercitum mittendum censuerunt*] litteris consulis propraetorisque lectis M. Claudium — ad exercitum mittendum. — Hic locus ex numero eorum est, qui numquam ita restitui poterunt ut certe dici possit quid ab ipso Livio quid aliena manu scriptum sit. nam quamquam cum Pal. 2. Lovell. 3. 5. „*perlectis*", quod verbum in nullo antiquiore cod. inventum est, quarto loco adiecimus, verique simile videri



exercitum mittendum censuerunt, scribendumque consuli ut, cum praetori exercitum tradidisset, primo quoque tempore, quantum per commodum rei publicae fieri posset, Romam veniret. territi etiam super tantas clades cum ceteris prodigiis tum quod duae Vestales eo anno, Opimia atque Flo- 5

potest id propter litterarum vocis *praetorisque* similitudinem excidisse, praesertim cum eo verbo Livius non raro ita usus sit (ex. gr. 23, 38.), tamen eisdem causis non minus veri simile potest videri Livium scripsisse „*lectis litteris* consulis praetorisque“: et quamquam Hafn. codicem secuti „mittendum *censuerunt*“ scripsimus, quod eius generis verbum deesse non posset, idque eo potissimum loco facillime praetermitti potuisset, tamen, cum *censuerunt* vel simile quid nullius melioris cod. auctoritate firmetur, contendi non potest, nos magis verum reperisse quam codicis Berol. librarium, qui scribi voluit „literis consulis praetorisque lectis censuerunt“, aut librarium Lov. 5., qui „literis consulis praetorisque perlectis censent“ scripsit. *Praetorisque* tamen, quae omnium codd. scriptura est, recepimus, quod praepositionem *pro* persaepe ita ab antiquis neglectam esse constabat, nec dubium ex proxime praecedente loco esse poterat, cuius h. l. mentio fieret. Praeterea in CM scriptum est „apium claudium“, in Pal. 2. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Berol. „appium claudium“, quod, cum m. 1. in P scriptum esset „litteriscō | sulispraetorisque m|arciumclaudium“ nec id propter *i* male adiectum intelligeretur, m. 2. supra litteras *rc* inductas *p* positum fuerat ut „mapium“ fieret. Pal. 1.: „literis consulis praetoris quem appium claudium qui classis ad ostiam stantis esset“ cet. nec in nomine „marcium“ aliud quid latere videri debet, quod iustis integrisque litteris praenomen scriptum esse mirum sit, cum eadem praenominum scribendorum ratio multis aliis locis in P reperiatur. — PC: „ad *h*ostiam“. — P: „cum p̄r.exercitumtradidisset“. C: „cum pr. exercitum“ cet. — C: „quantum — fieri posset“: „in so weit“ i. e. „wenn anders dadurch das Wohl des Staates nicht anderweitig gefährdet werden könnte“. P: „quantum — fieriposse|“.

5. *Opimia atque Floronia:* PC al.: praeterquam quod in P „adque“ scriptum est. Voss. Hav.: „florania“. Harl.

ronia, stupri conpertae: et altera sub terra, uti mos est, ad portam Collinam necata fuerat, altera sibimet ipsa mortem consciverat: L. Cantilius scriba pontificis, quos nunc minores pontifices appellant, qui cum Floronia stuprum fecerat, a pontifice maximo eo usque virgis in comitio caesus erat ut inter verbera expiraret. hoc nefas cum inter tot, ut fit, clades in prodigium versum esset, decemviri libros adire iussi sunt, et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est sciscitatum, quibus precibus suppliciisque deos pos-

Pal. 2.: „duo uestales". Gärtn.: „eo anno". — C: „strupri cõpte. & *altera* sibimet ipsi mortẽ cs̃ciuerat" undecim mediis verbis praetermissis. — „Sub terra" non modo in rell. codd. sed etiam in P inventum est: in uno fortasse Lov. 5. „sub terram". — P: „*uti*mosest": quod recepimus. Rell. codd.: „ut mos est": nisi quod Berol. „ut est mos", et quod in M „est" excidisse dicitur. — P: „sibimetipsamort*e*con| sciuerat". cf. 22, 61. 3, 58. al. Ox. N.: „sibimet ipsi". Lov. 1.: „sibimet ipsam". Hafn.: „semet ipsam". — Ox. N.: „scriba pontificum". — P Voss. Harl. Lovell. 2. 4.: „quos *non* minores pontifices appellant". Item C: „quos n̄minores" cet. *Quos* = cuius generis scribas. — C: „struprum fecerat". — P: „eous que uirgi*nis* | in comitio caesus erat": sed m. 2. litterae *ni* inductae sunt. Lovell. 2. 3. Hav.: „caesus est". Berol.: „in comitio uirgis caesus est". — P: „expiraret". C: „exspiraret".

7. *Xuiri libros adire iussi sunt et Q. Fabius Pictor* cet.: P. — Paulo ante P: „in prodigium uer*b*um esset", dein „uersum". Lovell. 4. 5.: „in prodigium quoque uersum". In Pal. 3. excidit *in* ante „prodigium". — Tum Lov. 5. Gärtn.: „adire libros". — C: „iussi s̄. q. q. fabius pictor". Voss. Harl. Lovell. Hav. Ox. N.: „et fabius pictor". Branc. Lat.: „et q. fabius praetor delphos" cet. Ox. L. 1.: „et praetor delphos". — P: „qui bus praecibus suppliciisque de ospossentplace|re". dein „placare": „durch welche Gebete und Büssungen man die Götter besänftigen könnte". Ox. L. 1.: „supplicationibusque". Cod. Sig. Berol. et margo cod. Voss.: „quibus precibus supplices deos possent placare". — Gärtn.: „et qui*nam futurus finis*": sed cf. 4, 2. 9, 26. al.

UNIVERSITY OF MI

sent placare et quae nam futura finis tantis cladibus foret. interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta, inter quae Gallus et Galla, Graecus et Graeca in foro bovario sub terra vivi demissi sunt in locum saxo consaeptum, et iam ante hostiis humanis — minime Romano sacro — inbutum. Placatis satis, ut rebantur, deis M. Claudius Marcellus ab Ostia mille et quingentos milites, quot in

3. *in foro bouario:* PCM Harl. Lovell. 1. 2. 3.] in foro boario. Cf. 10, 23. — Paulo ante P: „sacrificiaaliquod". — Lov. 3.: „extraordinaria facta sunt". — P m. 1.: „in terquaecallus | *g*alia*g*raecuset graeca": in quo nihil est erratum nisi quod c pro g, *e* ut persaepe pro *et*, *i* pro *l* positum est. sed cum m. 2. *i* ad *e*, et *n* inter *i* et *a* adderetur, factum est ut in CM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Rec. Gärtn. scriberetur „gallus et gallina". — „Sub terr*a*" omnium codd. scriptura est: nec melior est quam C. Dukerus praelatam voluit „sub terram". *sub terra* enim non pendet ex „demissi sunt" sed pertinet ad „in locum". — *Consaeptum*, quod ed. Frob. a. 1531. restituit, in nullo ant. codice inventum est, sed in PCM Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 2. 4. Rec. Gärtn. scriptum „conse*c*tum", quo errore et aliis locis *ct* cum *pt* aut contra permutatum videmus", ex. gr. 30, 15.: ereptusque (PC) = erectusque. Lov. 5.: „confectum". — In Harl. excidit „uiui". — Quod sequitur, in P m. 1. ita scriptum erat: „*u*iaman|tehosti*s*huma nis — inbutum": dein eadem m. 1. „hostiis". Quae antiqua scriptura cum ferenda non videretur, m. 2. inter *u* et *i* positum est *ō:* quam emendationem posteriores librarii omnes ita receperunt ut litteris *em* inductis scriberent „ubi ante hostiis humanis — imbutum". I. Fr. Gron. igitur „*iam ante*" ex Put. restituit. Quaerendum tamen est, quid loco litterae *u* ante *iam* antiquiore manu scriptum fuerit. Persuasum habemus a Livio ibi aut *ut*, qua particula ita uti solebat, positum fuisse hoc sensu „utpote qui locus iam ante hostiis humanis imbutus fuisset": aut *et*, quod cum magis placeret, recepimus: „an einen Ort, der auch schon früher Menschenopfer nach einem keineswegs römischer Sitte entsprechenden Cultus aufgenommen hatte". De re ipsa h. l. commemorata cf. Plut. Marc. c. 3. Oros. 4, 13. Zonar. 8, 19.

7. *ω et ō milites quod in*

classem scriptos habebat, Romam ut urbi praesidio essent mittit: ipse, legione classica — ea legio tertia erat — cum

classem scriptos habebat: P] mille et quingentos milites, quos in classem scriptos habebat (C). — Cum in P non „quo*t*" sed antiqua scribendi ratione „quo*d*" positum esset, eaque vox pro coniunctione, quae h. l. probari non posset, haberetur, non *quot* sed *quos* iam in C scriptum est. Praeterea in omnibus Drak. codd. in numeris scribendis peccatum est. M m. 1. Voss. m. 1. Harl. Lovell. 3. 4. Gärtn.: „ab ostia & milites". M m. 2.: „ab ostia & δ milites". Voss. m. 2. Lovell. 1. 2. 5. Hav. Berol. Ox. N.: „ab ostia milites" cet. — Paulo ante C: „*ut* rebantur". PM Cant. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav.: „*ue*rebantur". Lov. 3.: „urebantur". Hafn. Berol.: „utebantur". Lov. 5.: „uenerabantur". Lov. 1.: „uidebantur". — Postremo P „mitt*i*" pro *mittit*.

2. *legione classica (ea legio tertia erat) — praemissa*] legione classis (ea tertia legio erat) — praemissa. — Primo restituimus antiquam verborum structuram „ea legio tertia erat", ut quae non modo codicum Pall. Harl. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Hav. sed etiam PCM auctoritate niteretur. Lov. 2.: „ea legio trina erat". Sed cum tertia legio 22, 27. ex terrestri exercitu Fabio evenisse, eademque 22, 53. in acie Cannensi adfuisse diceretur, coniecturis suis docti homines superiori loco, quippe quo „tertia" male scriptum esset, mederi voluerunt. res tamen ita videtur se habere. cum non solum in Italia bellaretur verum etiam in Hispania, et in Sicilia nonnumquam tantae militum copiae essent ut praetores cum classe in Africam traicere a senatu iuberentur, cumque ad Ostiam, in Sardinia aliisque locis maritimis milites haberentur, non modo terrestrem exercitum sed etiam navales copias suas legiones habuisse oportet. ex his navalibus copiis tertia legio Teanum missa est: ac ne quis de ea legione dubitaret, Livius adiecit eam legionem tertiam classicam fuisse. *classica* enim *legione* h. l. a Livio scriptum fuisse, codicis P scriptura persuadet: „ipselegio|nemclassiscae alegio|tertiaerat". Quod „classisca" cum nihil videretur esse, in C et in aliis codd. scriptum est litteris *ea* omissis „legione classis", in Pal. 1. „legionem classi", in Pall. 2. 3. „legionem classis", similique mendo sine dubio in aliis codd. At ibi ab antiquo librario voci „classi", quae h. l. videbatur ponenda,

tribunis militum Teanum Sidicinum praemissa, classe tradita P. Furio Philo conlegae paucos post dies Canusium magnis itineribus contendit. Inde dictator ex auctoritate patrum dictus M. Iunius et Ti. Sempronius magister equitum dilectu edicto iuniores ab annis decem septem et quosdam praetextatos scribunt: quattuor ex his legiones et mille equites effecti. item ad socios Latinumque nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt: arma tela alia parari iubent, et vetera spolia hostium detrahunt templis porticibusque.

litteram *s* male adiectam esse, eis facile persuadebitur, qui milliens ita ab librariis erratum esse cognoverint. cf. sub fin. huius cap.: pretio minore. Tac. hist. 1, 31.: legioni classicae diffidebat. 1, 36.: classicorum legio. — Pal. 3. Lov. 5. Hav.: „cum tribuno militum". — PC: „*the*anum sidicinum". M m. 1. Lov. 3. Berol.: „theano sidicino". Cf. 23, 24. ubi PC „*t*eanum". — P: „classem traditamp.furiophilo". Pal. 2.: „p. furio filo". Pal. 3. Lov. 4.: „p. furio filio".

3. *inde dictator:* ex coni. Crevieri] dictator (C rell.). — P m. 1.: „*indi*ctator". m. 2. *in* inductum est. — Dein P m. 1.: „exauctoritatepatrum *ductum* iunius et t. sempronius magisterequitum". m. 2.: „dictusiunius". Qua coniectura cum signum praenominis *m* praetermissum esset, in M ceterisque et Pall. et Drak. codd. scriptum est „ex auctoritate patrum dictus iunius": in C etiam „dictus iunius ē semproni magist equitum". Pal. 3.: „dictus iunius brutus". In Gärtn. verba „dictus m. iunius" exciderunt. — *Tiberius* restitutum a Sigonio est, cum h. l. in codd. mss. non *ti* sed „t. sempronius" esset: in Voss. etiam „l. sempronius", at 23, 19. et 24. in PC semper *ti* positum est. — Dein P: „dilectusedictoiu niorissebannisxvuet quosdam" cet. Hinc C: „dilect' edicto iuniores ab annis xvii" cet. *Iuniores* (non „minores") rell. omnium codd. scriptura videtur esse. *Decem septem* cum Lovell. 3. 4. Recan. scripsimus. Gärtn.: „decem *et* septem".

6. *quattuor ex his legiones:* P al. — C: „iui ex his legionib'." Idem „legionibus" in Voss. Harl. Lov. 1. repertum est. — P: „itemadso cius" cet. — P m. 1.: „ex formäula". m. 2. *a* inductum est.

9. *et vetera spolia hostium:* CM Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.] et vetera hostium spolia. — P m. 1.: „et|uespaspoliahostium". dein

et aliam formam novi dilectus inopia liberorum capitum ac necessitas dedit: octo milia iuvenum validorum ex servitiis prius sciscitantes singulos, vellentne militare, et empta publice armaverunt: hic miles magis placuit, cum pretio minore redimendi captivos copia fieret.

LVIII. Namque Hannibal secundum tam prosperam ad Cannas pugnam victoris magis quam bellum gerentis intentus curis cum captivis productis segregatisque socios sic ut

p priore inducto *te* positum est supra *s*. — P: „templis porcibusque". — Paulo ante P m. 1.: „armate|laliaparari iuuent". alterum deinde *a* supra scriptum est. CM: „arma tela alia". Voss. Harl. Lov. 1. Gärtn.: „arma tecta alia". Hav.: „arma & tela alia". Lov. 3.: „arma ceteraque alia". — Lovell. 4. 5.: „parare".

1. *et aliam formam noui dilectus:* C. — P: „etaliafor|mamnouidilectus". — PC omnesque prope rell. codd.: „inopia liberorum capitum *ac* necessitas dedit". Lov. 4. omissa particula *ac* „inopia lib. cap. necessitas dedit", ut *inopia* ablativus abs. esset.

3. *et empta*] empta (C rell.). — P: „militare*et*emptapubli cae" cet. Non dubitavimus *et* recipere, cum L. simili modo aliorum atque aliorum temporum participia iungere solitus sit: „nachdem sie dieselben um ihre Zustimmung gefragt und auf öffentliche Kosten losgekauft hatten". Neque quemquam fugerit particula *et* addita maiorem fieri vim verborum „empta publice", id quod reliqua postulare videantur. praesentis autem participium „sciscitantes" pro praeterito positum non magis h. l. mirum videbitur quam eadem scribendi ratio multorum aliorum locorum: ex. gr. 22, 24. init.: „sequentes". — Lov. 1.: „armarunt". — Paulo ante P „octomilia". C: „octo millia". — PC al.: „ex seruitiis". Harl. Ox. N.: „ex seruis". Cf. 3, 15. — Paulo post P: „hicmelles". dein „milles". C: „hic miles". — P m. 1.: „cumpraetio|minore*s* redim*e* captiuos copia fieret". P m. 2. (CM Voss. Harl. Pall. rell.): „redim*i*". Ed. Asc. restituit „redimendi", quem ad modum in cap. seq. scriptum est. Nihilo minus cf. Sall. Cat. 17.: quibus in otio vel magnifice vel molliter vive*re copia erat*.

8. *cum captiuis productis segregatisque socios — benigne adlocutus sine pretio dimisisset:* C Lov. 3. — PM Cant. Harl. rell.: „cum captiuis productis segregatis-

ante ad Trebiam Trasumennumque lacum benigne adlocutus sine pretio dimisisset, Romanos quoque vocatos — quod numquam alias antea — satis miti sermone adloquitur: non internecivum sibi esse cum Romanis bellum, de dignitate

que soci*is* sicut ante" cet. P: „sinepraetio". — Praeterea P: „uirtorismagis". dein „uictoris". — P: „tran sumendumque". P m. 2. C: „transumenumque". — Lovell. 4. 5.: „romanos quoque aduocatos". — Pal. 2.: „quod numquam alias antea fecerat". Pal. 3.: „quod numquam antea". — Voss. Harl. Pal. 3. Lovell. Gärtn. Hav.: „miti satis sermone". In Berol. excidit „satis".

3. *non internecium sibi esse cum Romanis bellum:* PC excc. Pith.] non internecinum sibi esse cet. (Dan. Heinsius). — „Internecin*u*m" nulla antiquiorum codd. auctoritate firmari posse videtur. *internecivum* ab *internecare* derivatum est ut *subsecivum* ab *subsecare* (subcisivum ab sub et caedere). Cf. 9, 25.: „deletaque Ausonum gens —, perinde ac si internecivo bello certasset". Sed cum eius vocis vis recentiores librarios fugeret, scriptum in Voss. Harl. Pall. Gärtn. est: „non internitione ciuium sibi esse" cet. in Lov. 5. Hafn.: „non internetione ciuium". in Hav. Berol.: „non internectione ciuium". in Lov. 3.: „non internecionem ciuium". in Lov. 2.: „non internicione sibi esse". in Lov. 4.: „non interemtorum sibi esse". — Paulo post P: „adque imperio". — Non est scriptum „de dignitate atque imperio *certari*", quod expectari potuit, sed „*certare*" scil. *se*, ut Hannibal, qui tanti belli auctor fuisset, suo unius ingenio virtuteque bellum cum populo romano gerere videretur. „*Et* patres cessisse *et* se id aduniti": „so wie früher seine Vorfahren der röm. Tapferkeit den Vorrang eingeräumt hätten, so gehe jetzt sein Streben dahin" u. s. w. — P (et m. 2. C): „uirtu tis|romanae". Pal. 2.: „et ad id se anniti". Pal. 3.: „et ad id niti". Harl.: „ut suae insimul uirtuti". P: „caedatur". Lov. 3. Berol. m. 2.: „cedant". — Postremo Berol. m. 1.: „redimendis captiuis copiam facere". m. 2.: „r. c. se copiam facere". P: „praetiumfore". Lov. 4.: „quingenos nummos". Harl. Lov. 2. Gärtn. Berol.: „quingentos" cet. P m. 1.: „trecenios". Berol.: „ecc^{tos} peditі". — PC rell.: „seruo centum". Cf. 22, 52.: pacti — in capita romana trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis.

atque imperio certare: et patres virtuti Romanae cessisse, et se id admiti ut suae in vicem simul felicitati et virtuti cedatur. itaque redimendi se captivis copiam facere: pretium fore in capita equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centenos. quamquam aliquantum adiciebatur equitibus ad id pretium quo pepigerant dedentes se, laeti tamen quamcumque condicionem paciscendi acceperunt: placuit suffragio ipsorum decem delegi qui Romam ad senatum irent: nec pignus aliud fidei quam ut iurarent se redituros acceptum. missus cum his Carthalo nobilis Carthaginiensis, qui, si forte ad pacem inclinaret animos, con-

6. *quo pepigerant:* PCM Voss. Lovell. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Oxx. N. L. 1.] quod pepigerant (M m. 2. rell.). — Ut *pacisci* non modo *aliquod pretium* (22, 59.) sed etiam *aliquo pretio* dicebatur (21, 61. 22, 52.), sic *pangere* quoque aut *pretium* aut *pretio* dici potuit. — Paulo ante in C quidem scriptum est „*quamquam aliquantum adiciebatur*“: sed in P Harl. „quamquam *in* aliquantum adiciebatur“: ut dubium esse possit, utrum *in* ut multis aliis locis ex praecedente *m* ortum sit, an aliud quid eius loco antiquiore manu scriptum fuerit: forsitan „quamquam *ita* aliquantum adiciebatur“: i. e. ex hac nova condicione. Et in Lov. 4. inventum est: „quamquam *et* aliquantum“ cet. in Lov. 3. Berol.: „quamquam enim aliquantum“. — P: „ad id praetium“. Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn. et m. 1. Berol.: „ad pretium“. — M (?) Lov. 4.: „laetus tamen quacumque conditione paciscendi acceperunt“. P: „quamcumquecon dicionepaiscendi“. — Deinde P m. 1.: „delegitqui“ cet. P m. 2. M m. 1. Voss. Harl. Lov. 1. Gärtn.: „delegi“. C rell.: „deligi“. — In Berol. m. 1. praetermiserat vocem „fidei“.

11. *si forte ad pacem inclinaret animos:* PCM Harl. Lovell. 2. 3.] si forte ad pacem inclinarent animos. — Verbi „inclinarent“, quod recentiores poni volŭerunt, subiectum nec *Romani* nec *delecti ex captivis* esse potest. nam captivi patribus suadere poterant ut redimerentur, non poterant pacis causam agere. et ut translatae orationis sensu dicebatur „aliquis aut aliqua res animum meum ad aliquid inclinat“, sic dubito an dictum non sit „inclino *me* ad aliquid“ pro „*inclino*“ aut „*animus inclinat* ad ali-

diciones ferret. cum egressi castris essent, unus ex iis, minime Romani ingeni homo, veluti aliquid oblitus iuris iurandi solvendi causa cum in castra redisset, ante noctem comites adsequitur. ubi Romam venire eos nuntiatum est, Carthaloni obviam lictor missus, qui dictatoris verbis nuntiaret ut ante noctem excederet finibus Romanis.

quid". proprio tamen sensu „se inclinare in aliquid" dictum esse (ex. gr. 2, 50.: in unum locum se omnes inclinant:) me non fugit. Videtur igitur *animos* nominativus sing. num. esse. hoc quoque dicendi genere multo saepius *inclinare* quam *se inclinare* scriptum est (ex. gr. 28, 25.: inclinavit sententia —, universos ire. 32, 13.: inclinavit sententia ut in Thessaliam agmen demitteret. al.). sic certe Loveliani 5. librarius hunc locum interpretatus est, cum scriberet: „si forte ad pacem *inclinaret animus*": cf. 3, 7. init.: animo*s*. Potest autem subiectum verbi *inclinaret* etiam Carthalo esse, ut *animos* acc. plur. sit: quem ad modum scriptum est 8, 21.: „in hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos". nam cum non modo de captivis redimendis agendum videretur sed etiam de pace, non potest Hannibal voluisse nihil ab Carthalone fieri, sed ut, si posset, pacem quodam modo suaderet. — Harl. Lovell. Hafn. Hav. Berol.: „nobilis carthaginiensium". — P: „condicionesferet".

2. *ueluti aliquid oblitus*] velut aliquid oblitus (C rell.). — Cum in P scriptum esset „u*e*l*uti*ill*ut*aliquidoblitus", et altera syllaba *lut* nullo alio modo nata videretur, quam quo persaepe quae iam scripta erant inconsulte denuo scriberentur, litteram *i* praecedenti voci detrahere noluimus. In M, cuius librarium id fugerat, inventum est „uelut illu*d* aliquid oblitus". Ox. N.: „uelut ibi aliquid oblitus": quod non magis placet quam quod I. Fr. Gronovius coniecit „uelut illic aliquid oblitus". — P: „cumegressi*s* castrisessent". — P: „mini*mi*". PC: „romani ingeni homo". — Gärtn. Berol.: „rediisset". P: „redissent".

4. *ubi Romam uenire eos nuntiatum est:* M Lov. 1.] ubi eos Romam venire nunciatum est. — P: „urbiromamuenere eosnuntiatumest". C: „ubi romā uenere eos nuntiatum ē". Berol.: „eos uenire romam". — P: „carthalonis| obuiam" cet. — Lov. 2.: „obuiam missus lictor". Be-

LIX. Legatis captivorum senatus ab dictatore datus est. quorum princeps M. Iunius „patres conscripti“ inquit, „nemo nostrum ignorat nulli umquam civitati viliores fuisse captivos quam nostrae. ceterum, nisi nobis plus iusto nostra placet causa, non ali umquam minus neglegendi vobis quam

rol.: „missus obuiam lictor“. — Gärtn.: „dictatoris uerba nunciaret“. Cf. ex. gr. 6, 17.: denuntiatum senatus verbis, facesserent propere ex urbe.

2. *quorum princeps M. Iunius. pc. inquid nemo nostrum ignorat* cet.: C. — „Nemo nostrum“ in PM quoque scriptum est: in reli. codd. „nemo uestrum“. Priora tamen verba in P ita scripta sunt: „quorum prin*cipes*. m. iunius*q*. pc. inquid“. Quid illud *q* sibi velit, expedire non possum: quamquam pluralis *principes* indicare videtur, non unum Iunium h. l. a Livio nominatum fuisse sed alterum quendam legatum, cuius praenomen *Q.* fuerit, ut, cum alterum utrum orationem habuisse oporteat, aliquot verba inter *Iunius* et *pc.* excidisse videantur. sed num *principes* pro nominativo plur. habendum sit, magnopere dubitandum est. antiquiores enim codd. multo plures formas illorum nominum in *ceps* proferunt quam in vulgatis recentiorum libris reperiri solent. iam in tricesimo libro Liviano p. xcm. 13. diximus, 30, 33. meliorum codd. scripturam non esse „ancipitia“ sed „*ancipia* tela“, quo C. L. Struvii coniectura (Lat. Decl. u. Coniug. p. 21.), alteram formam eius vocis videri fuisse „anceps an*cipis*“, valde comprobatur. et apud Plaut. Rud. 4, 4, 114. (v. 1060.) nominativum sing. „an*cipes*“, et in eadem fabula 3, 3. 8. (v. 574.) nominativum sing. „prae*cipes*“ inveniri, Priscianoque teste (6, 18. 95.) ab Livio Andron. „praecipem“, et ab Ennio „praecipe“ scriptum esse idem vir doctissimus docuit. — Pal. 2.: „nul*lae* umquam ciuitati“. Berol.: „nulli usquam ciuitati“. P m. 1.: „uiliaresfuisse“. m. 2.: „uiliores“.

5. *non ali umquam minus neclegendi* cet.: PC] non alii unquam minus negligendi cet. — Cum contracta forma huius pronominis *ali* in nominativo plur. haud raro in antiq. Liv. codd. (24, 26. ter) inveniatur, non dubitavimus h. quoque l. *ali* recipere. eorundem librorum auctoritate *i* pro *ii*, *idem* pro *iidem*, et nominativum plur. nominum sec. declin. in *ius* eadem forma contracta qua genitivum sing. ab antiquis scriptum esse notum est. — M

nos in hostium potestatem venerunt. non enim in acie per timorem arma tradidimus sed, cum prope ad noctem superstantes cumulis caesorum corporum proelium extraxissemus, in castra recepimus nos, diei relicum ad noctem insequentem fessi labore ac vulneribus vallum sumus tutati, postero die, cum circumsessi ab exercitu victore aqua arceremur nec ulla iam per confertos hostis erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus quinquaginta milibus hominum ex acie nostra trucidatis aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare, tunc demum pacti sumus pretium quo redem-

m. 1.: „neclegendi". m. 2.: „neglegendi". — Deinde in C quidem emendate scriptum est „quam *nos*", quae duo verba in Lov. 2. praetermissa sunt: at in P (M Cant. Harl. Lov. 4.) miro errore positum est: „quam*ali* | osinho stiumpotestatem" cet. Hav. Berol. m. 1.: „quam nos qui in hostium" cet.: quod ut ferri posset, m. 2. in Berol. scripsit „minus negligendi erant nobis". Lov. 3.: „qui alios in hostium" cet. — Paulo post in Lov. 4. excidit „enim". — C.: „superstantes *tumulis*". — P: „diei reliquum". C: „diei reliqū". — P m. 1.: „uallumsumus mutati". m. 2.: „tutati". — Pal. 3.: „postero die circumsessi ab exercitu victore aqua arcemur cum nec ulla iam per confertos hostes erumpendi spes esset". Simili errore omissum est *cum* ante „circumsessi" in Harl. Pall. 1. 2. Lovell. Gärtn. et inductum est m. 2. in Berol. at in Harl. Lov. 5. Gärtn. perinde atque in Pal. 3. scriptum est „*cum* nec ulla iam" cet.: ut vix dubitandum sit quin in eisdem etiam „arcemur" fuerit. — Berol.: „circumfusi" (pro „circumsessi"). — PC: „per confertos hosti*s*". — P: „quinquaginta millibus homi numexaciemnostratrucidatis". Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „ex acie trucidatis nostra". — Lov. 4.: „militem romanum restare". Lov. 5.: „militem restare romanum". — PCM Voss. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „*tunc* demum". Rell.: „tum demum". — P: „pactisumusretiumquod redempti" cet. dein „pretium". In Hafn. excidit „redempti". — PC: „nihil iam auxili erat". Harl. Berol.: „iam nihil auxilii erat". Lov. 3.: „iam auxilii nihil erat". Lov. 4.: „nihil auxilii erat". — C: „hosti tra*dimus*". In Harl. Lov. 2. Berol. praetermissum „hosti" est.

pti dimitteremur, arma, in quibus nihil iam auxili erat, hosti tradidimus. maiores quoque acceperamus se a Gallis auro redemisse, et patres vestros, asperrimos illos ad condiciones pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum misisse: atqui et ad Aliam cum Gallis et

2. *maiores quoque acceperamus se a Gallis auro redemisse:* PC: quamquam primo in P fuerat „aurodemisse". — Hafn. Hav. et m. 2. Berol.: „maiores nostros quoque". Lovell. 4. 5.: „accipimus". Lov. 3.: „se auro a gallis redemisse". Berol.: „auro a gallis se redemisse". — PCM: „*et patres uestros*". Rell. codd.: „et patres *nostros*". — P: „asperrimosil losadcondicionepacis". Hinc C Harl.: „ad condiciones pacis": quae emendatio verior videtur quam quae in rell. codd. recepta est „ad conditionem". non enim *condicionem pacis* i. e. pacem ipsam respuerant sed propositas ab hostibus pacis condiciones: „sie, die mit solcher Strenge die ihnen vorgelegten Friedensbedingungen zurückwiesen" u. s. w. In Lov. 2. excidit „illos". — PC: „legatos tamen *ad* captiuorum redimendorum gratia tarentum misisse". Quem ad modum haud raro *ad* pro *ac* in antt. codd. positum legitur, sic etiam h. l. a Livio „*ac* captivorum redimendorum gratia" „und zwar nur um die Loskaufung der Gefangenen zu bewerkstelligen" scriptum videtur. Hac particula addita sequentium verborum vim augeri, idque ipsum rationibus legatorum quam maxime convenire oportuisse, vix quemquam praeterierit. sed cum *ad* etiam ex praecedente loco irrepere potuerit, particulam *ac* in orationem Livianam recipere dubitavimus. Cant. Voss. Harl. Pall. Lovell. Recan. Gärtn.: „*ad* captiuorum redimendorum gratiam".

5. *atqui et ad Aliam cum Gallis* ex P ab I. Fr. Gron. verissime restitutum est. in P enim cum m. 1. scriptum esset „atquietaliamcumgallis", nihil erratum ab librario erat, nisi quod particulam *ad* (vel *at*) praetermiserat, quod cum *et* praecederet et *al* sequeretur, facile evenire potuit. altera tamen manus in P litteram *i* in „atqui" induxit eandemque litteram supra *et* posuit, quo factum est ut iam in CM reciperetur „atque italiam cum gallis". Hafn. Rec.: „atque in italiam". Lov. 4.: „atqui in italiam". — P: „etadheracleamcumpyrro". C: „et ad heraclaeam cum pirro". Cf. Liv. libri XIII. argum.: Valerius Laevinus consul pa-

ad Heracleam cum Pyrrho utraque non tam clade infamis quam pavore et fuga pugna fuit. Cannensis campos acervi Romanorum corporum tegunt, nec supersumus pugnae nisi in quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt. sunt etiam de nostris quidam, qui nec in acie quidem refu- 5

rum prospere adversus Pyrrhum pugnavit elephantorum maxime invisitata facie territis militibus. „Pyrrho“ scripsimus, quod ita hoc nomen 29, 18. et in PC scriptum vidimus. cf. 7, 29. — Deinde restituimus „pavore *et* fuga“, ut non modo in PC sed etiam in plerisque Drak. codd. scriptum est. „Pavore *ac* fuga“ in recc. quibusdam codd. positum videtur, quo maior fieret vis nominis *fuga*.

2. *Cannensis campos:* C m. 1. — P et C m. 2.: „cannenses“. — P m. 1.: „tegu*ment*“. dein litteris *me* inductis „tegunt“. — Hav. et m. 2. Berol.: „nec super*sunt*“: quod, cum is qui dixit ceterique legati ex eorum ipsorum numero essent qui pugnae superfuerant, latine scribi non oportuit. — Hav.: „nisi quibus trucidandis“. — Voss. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol. Ox. N. praetermissa voce *hostem:* „et ferrum et uires defecerunt“. Harl. Pal. 3. Lov. 5. Recan. Gärtn. Brancal. Lat.: „— hosti defecerunt“.

5. *qui nec in acie quidem refugerunt:* PC omnesque prope et Pall. et Drak. codd.] qui ne in acie quidem cet. (ex. coni. I. Fr. Gron.). — Lov. 3.: „qui nec acie quidem“ cet. — „*Nec* in acie *quidem*“ multo fortius dictum est quam quod Gron. scribi voluit: „die gar nicht einmal in der Schlacht die Flucht ergriffen haben“. cf. 22, 55.: *nec* consilium quidem. Eodem pravo emendandi studio I. Fr. Gronovius et I. A. Ernesti Taciteam scripturam Ann. 4, 35. „*nec* victor *quidem*“ aliisque locis similibus deletam voluerunt. Ant. Perizonium autem non modo *nec* sed etiam *in* offendebat, ut, quod in cap. seq. legitur, scribi vellet aut „ne in *castra* quidem“ aut „ne *ex* acie quidem“. Neque nego et me aliquantum temporis de antiquae huius loci scripturae integritate dubitasse, ut, cum nonnumquam „fuisse“ et „fugisse“ ab librariis permutata esse scirem (cf. ex. gr. 22, 50.: totus exercitus fuit:), et h. l. poni mallem: „qui nec in acie quidem *fuerunt*“. sed me, cum haec conicerem, id quod Livio ante oculos fuerat, prorsus fugisse iam intellexisse mihi videor. nam

gerunt sed praesidio castris relicti, cum castra traderentur, in potestatem hostium venerunt. haud equidem ullius civis et commilitonis fortunae aut condicioni invideo, nec premendo alium me extulisse velim —: ne illi quidem, nisi

quamquam dubium esse non potest quin id, quod ego scribi volueram, in antiqua scriptura certe insit, tamen haec antiqua scriptura multo plus dicit. cum enim non honori sed dedecori esse debuisset, si qui in acie refugissent, legatus non tam potest laudare voluisse qui praesidio relicti finito proelio castra deserere noluerant, quam carpere eos, quos, cum media ex acie et ex castris Venusiam Canusiumque fugissent, pluris ab senatu quam qui Hannibali castris obsessis se dediderant, haberi videbat. gravissima igitur ironia in his verbis inest, utpote quae exprimant: „qui cum in acie non fuerint, ne refugere quidem patriaeque salutem hostibus prodere poterant, id quod boni illi milites fecerunt, qui, cum nec in acie fortiter pugnare nec cadere cum consule suo vellent, nulla re ab nobis differunt quam quod maiore pedum pernicitate se usos esse gloriari possunt". — PC: „sed praesidio castris relictis cum castra" cet.

4. *ne illi quidem — se nobis merito praetulerint* („*aber doch* können nicht einmal jene, die meistentheils ohne

Waffen aus der Schlacht fliehend nicht eher als in V. oder C. Halt machten, sich mit Recht über uns erheben"), quae verba eadem gravi ironia, quam in verbis „qui nec in acie quidem refugerunt" deprehendimus, dicta sunt, nullius antiqui cod. auctoritate comprobantur. nam in PCM Harl. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn. Berol. Ox. N. scriptum est „ne illi*s* quidem nisi pernicitatis" cet.; et in Lovell. 2. 3. 4. Gärtn. „praetulerunt": in Voss. Harl. Lovell. 1. 5. Hav. Berol. etiam „praetulerunt gloriatique sunt." — PC: „canusi". — Paulo ante PCM: „ciuis *et* commilitonis", Rell. codd.: „ciuis *aut* commilitonis": quasi non iidem et cives et commilitones fuerint. — PC: „fortunae aut condicionis inuideo". — P: „praemendo". — PCM: „*extulisse uelim*". ut participia perf. pass., sic etiam h. l. infinitivus perf. act. cum *velle* iungi potuit, praesertim cum L. eo infinitivo uti solitus sit. cf. 2, 24.: nec posse — bello praevertisse quicquam. Harl. tamen et Lovell. 2. 3. 4. Hafn. Gärtn. Rec. Hav. Berol.: „extulisse uidear". Utraque scriptura iuncta Voss. Lov. 1.:

pernicitatis pedum et cursus aliquod praemium est, qui plerique inermes ex acie fugientes non prius quam Venusiae aut Canusi constiterunt, se nobis merito praetulerint gloriatique sint in se plus quam in nobismet praesidii rei publicae esse: sed illis et bonis ac fortibus militibus utemini et

„extulisse al' uelim uidear". Lov. 3.: „extulisse id uelim uidear". Praeterea Drak. in nonnullis codd. vidit „*ne* premendo": et in Berol. „non prius quam uenusium aut canusium uenere steterunt": in Hav. „quam uenusium aut canusium uenissent constiterunt": in Hafn. „quam uenusiam aut canusiam uenissent constiterunt": in Lov. 5. „quam uenusia aut canusium uenissent constiterunt." — Postremo scripsimus „quam in nobis*met* praesidii", cum in P m. 1. esset „quaminnobis *me*praesi|dii". Cf. 22, 49.: „m*emet* — patere expirare". Sed cum m. 2. in P litterae *me* male inducerentur, iam in C scriptum est „quam in *nobis* praesidii".

5. *sed illis et bonis ac fortibus militibus utemini:* PC: nisi quod P m. 1.: „*a*utemini":] sed illis et bonis et fortibus cet. — M Voss. Lov. 1.: „sed illis ut bonis et fortibus militibus utemini". Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „sed illis ut bonis ac fortibus uiris militibusque utemini". Pal. 1. etiam: „sed illis eius bonis ac fortunis ac fortibus uiris militibusque utemini". — Crevierus, quod milites qui cum Varrone erant et captivi h. l. inter se comparararentur, scribi voluit: „sed *et* illis bonis ac fortibus militibus utemini, *et* nobis" cet. Drakenborchius idem dicendi genus iam in priore loco sibi videbatur invenisse scribendumque esse coniecit: „sed illis *et* bonis *et* fortibus militibus utemini": quarum coniecturarum neutra comprobari potest. Particula *et* ante *bonis* non ita respondet sequenti *et*, sed nihil aliud sibi vult quam ut ea addita virtutes illorum militum tales quales futurae fuerint apparerent: „utemini illis militibus *et* bonis *quidem* ac fortibus": quo sensu Livium hac voce uti solitum esse constat. dixerat enim legatus, ne et ipse et qui cum eo se Hannibali dediderant, viliores quam qui aut castra deseruerant aut fuga salutem petiverant, viderentur, nulla maiore virtute illos usos esse quam pedum pernicitate. quod si negari non posset, et tamen populus rom. se illis militibus et bonis et fortibus usurum esse persuasum haberet, dubium esse non modo

nobis etiam promptioribus pro patria, quod beneficio vestro redempti atque in patriam restituti fuerimus. dilectum ex omni aetate et fortuna habetis, octo milia servorum audio armari: non minor numerus noster est, nec maiore pretio redimi possumus quam ii emuntur: — nam si conferam nos cum illis, iniuriam nomini Romano faciam. illud etiam in tali consilio animadvertendum vobis censeam, patres conscripti, si tamen duriores esse velitis, quod nullo nostro me-

non posse quin et ipsi eandem virtutem idemque studium probaturi essent, sed etiam futurum esse ut captivi etiam promptiores se praestarent, quod redempti se populi beneficio patriae suisque redditos esse scirent. ex hoc id quoque patet, recte in PCM scriptum esse „et nobis *etiam* promptioribus", cum rell. omnes librarii scripserint „et nobis *iam* promptioribus". „Quod restituti *fuerimus*" dubitantis est, sed ita dubitantis ut vix desperandum sit quin senatus legatorum precibus respondere voluerit: „weil wir uns sagen müssten (non „müssen"), dass wir unser Leben eurem Wohlwollen zu verdanken hätten". — Lov. 1.: „quod bono uestro redemti". Lov. 3.: „quod beneficio modo redemti". Harl. Gärtn.: „qui beneficio uestro redemti". P: „adque inpatriam" cet.

2. *dilectum:* PCM] delectum. — P et m. 1. C: „habitis", dein *be* in C supra *bi* positum est. — PC: „octo milia seruorum audio armari". Harl. Berol.: „—seruorum armari audio". Voss. Pall. Lovell. Gärtn. Hav.: „octo millia armari seruorum audio". — P m. 1.: „nonmiror numerusnosterest". m. 2.: „nonminor". — In Pal. 2. excidit „possumus". Pal. 3.: „redimi praesumus". — PC: „quam *hii* emuntur". — Codd.: „*nam si conferam nos cum illis*" cet. i. e. „nam si non pretium cum pretio sed homines cum hominibus, servos cum liberis et Romanis civibus conferre velim, iniuriam nomini romano faciam". expectari quidem pro indignitate rei dicentisque ingenio potest „nam si conferrem — facerem": sed L. praesente usus est, ne legatus videretur dicere, rem, quae iam acta videbatur, eius modi esse, ut fieri non posset ut perageretur.

8. *si tamen duriores esse uelitis:* C. — P omnesque prope et Pall. et Drak. codd.: „si *tam* duriores esse uelitis". Cod. Sig.: „si duriores esse uelitis". Codicis C librarius rectissime videtur vidisse,

ito faciatis, cui nos hosti relicturi sitis: Pyrrho videlicet, ui vos hospitum numero captivos habuit, an barbaro ac oeno, qui utrum avarior an crudelior sit, vix existimari otest. si videatis catenas squalorem deformitatem civium estrorum, non minus profecto vos ea species moveat quam i ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legio- es vestras. intueri potestis sollicitudinem et lacrimas in estibulo curiae stantium cognatorum nostrorum expectan- umque responsum vestrum. cum ii pro nobis proque iis ui absunt ita suspensi ac solliciti sint, quem censetis ani- ium ipsorum esse, quorum in discrimine vita libertasque st? sed si — me dius fidius — ipse in nos mitis Hanni-

quid huius loci esset. neque vero „si *tamen*“ id quod „si *quidem*“ exprimit, sed *tamen* ita scriptum est ut supplendum sit „quamvis ea quae dixi vos tam duros esse vix patiantur“. — „*Quod nullo nostro merito faciatis*“ („ohne dass wir es verdient haben“) modestius dictum est quam quod Iac. Perizonius poni voluit „faci*e*tis“. — P: „facia|tis*quinnos* hostirelicturisitis“. Simili errore 21, 63. *quiue* scriptum in antt. codd. est pro „*cuiue*“.

3. *qui uos hospitum numero captiuos habuit:* PC] qui nos hospitum numero habuit captivos. — M Gärtn. Hav.: „qui nos hospitum numero“ cet. *Nos* significaret quidem h. l. „Romanos“, sed multo praestare *uos* vix quemquam praeterierit: i. e. patres vestros: quem ad modum supra dictum est. — PC: „pyrro“. cf. quod supra de hoc nomine scribendo diximus. — Lovell. 2. 3.: „uix extimari potest“. Pal. 1. Gärtn. et Sig. cod.: „uix aestimari potest“. P: „uixexistimaripotes siuideatis“ cet. — Paulo post PCM Cant. exc. Pith.: „*deformitatem* ciuium“. Rell. codd.: „deformitatemque ciuium“. — P: „noseaspe*s*ci|es“. sed m. 2. medium *s* inductum est. Lov. 2. Hav. Berol.: „ea nos species“. In Lov. 3. excidit „nos“. — Deinde P: „ex*s*pectantium que“. — P: „quorumindis crimineuitaelibertas|queest“.

12. *sed si me dius fidius ipse in nos* cet.] si me dius fidius ipse in nos (C). — P: „set †simediusfidius“ cet. Quid medio loco fuerit, discernere non potui. num „set *etiam* si“? — Voss. Harl. Lovell. 2. 3. Hafn. Berol.: „in nobis mitis“. cf. 30, 42.: si non in *eo* quoque — saevire

bal contra naturam suam esse velit, nihil tamen nobis vita opus esse censeamus, cum indigni ut redimeremur a vobis visi sumus. rediere Romam quondam remissi a Pyrrho sine pretio capti: sed rediere cum legatis, primoribus civitatis, ad redimendos sese missis. redeam ego in patriam trecentis nummis non aestimatus civis? suum quisque animum

populus rom. vellet. — P: „esse u*ell*it".

2. *cum indigni ut redimeremur a uobis uisi sumus:* (P) CM Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav.] cum indigni ut a vobis redimeremur visi simus. — P m. 1.: „qum indigni | utredimeremusrauo | bisuisisumus". m. 2. medium *s* inductum est. Lov. 3. Berol.: „redimamur a uobis". — M. Ant. Muretus et I. Fr. Gron. „visi *s*imus" scribi voluerunt, quod, cum *velit* et *censeamus* praecesserit, posterioribus omnibus probatum est. At quem ad modum non minus latine esset *vult* et *censeo*, si legatus dicere voluisset primo dubitandum vix esse quin Hannibal eam clementiam prae se laturus esset, deinde vitam indignam ferendam nullo pacto esse: sic non sine causa L. posteriore loco videtur scripsisse „uisi sumus" (codd.), ut legatus exprimeret „dann, wenn man uns wirklich für unwerth erklärt losgekauft zu werden". — Num „indigni *ut*" h. l. a Livio scriptum sit, nonnihil dubito. cum sexcenties litterae *t* et *i* permutatae sint, tum h. l. praecedente syllaba cui facillime q praetermitti potuit. nam 23, 42.: „si modo, quos ut socios haberes, dignos duxisti, haud indignos iudicas quos — tuearis": scriptum videtur, ne pronomen relat. bis ponendum esset. et 24, 16.: „digna res visa ut simulacrum celebrati eius diei — pingi iuberet" relativum vix poni potuisset.

3. *rediere:* C m. 2. — P: „red*ire* romam *quam* remissia pyrrosine praetio | capti*ti*sed" cet. C m. 1.: „redire romam qu†remissi a pyrro sine pretio capti". m. 2.: „rediere romam qu*i* remissi" cet. Scriptura codicis P dubium facit num L. *capti* an „capti*ui*" scripserit. sed cf. 23, 42.: „— erga cives nostros, quos captos nobis remisisti". — Dein P et m. 1. C: „sed redire". C m. 2.: „rediere".

6. *suum quisque animum habet*] suum quisque habet animum. — PC: „suum quisque animum. p. c." C m. 2.: „suus cuique animus. p. c." Praetermissum in omnibus quoque et Pall. et Drak. codd. „*habet*" est: quare id ver-

habet, patres conscripti: scio in discrimine esse vitam corpusque meum: magis me famae periculum movet, ne a vobis damnati ac repulsi abeamus: neque enim vos pretio pepercisse homines credent".

LX. Ubi is finem fecit, extemplo ab ea turba, quae in comitio erat, clamor flebilis est sublatus, manusque ad curiam tendebant orantes ut sibi liberos fratres cognatos redderent. feminas quoque metus ac necessitas in foro ac turbae virorum inmiscuerat. senatus submotis arbitris consuli coeptus. ibi cum sententiis variaretur, et alii redimendos de publico, alii nullam publice inpensam faciendam nec

bum ante „*patres*", quod nomen non semper notis illis signis sed iustis litteris in P videmus scriptum, posuimus, utpote quo loco facilius quam priore loco excidere potuerit. — Paulo post Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Berol. m. 1.: „ultam corpus meum". — C: „monet si nobis damnati ac repulsi abeamus". P et M m. 1. Cant.: „repulsi *h*abeamus". M m. 2. rell.: „abeamus". — P: „*nequeenim*uosprae tio" cet. Lov. 2. Berol.: „neque enim pretio uos". Lov. 5.: „*non* enim uos pretio". Lov. 4.: „*nil* enim uos pretio". At „*neque* enim" a Livio scriptum videtur ut in his verbis inesset „denn das werden doch wohl schwerlich die Leute glauben": perinde atque „*nec* quidem" pro „ne quidem" 22, 59. aliisque locis positum videmus.

5. *ubi is finem fecit:* C rell. — P: „ubi*h*isfinemfecit". — C: „extemplo ab ea ta quę in cominitio erat". Pal. 3.: „quae a comitio erat". — P m. 1.: „maiusqueadcuriam tendebant", m. 2.: „manusque".

8. *in foro ac turbae uirorum inmiscuerat:* PCM] in foro turbae huic virorum immiscuerat. — In his verbis ellipsis quaedam videtur inesse: „auch die Frauen hatte Besorgniss und Freundschaft *auf das Forum geführt* und sich dort mitten unter den Haufen der Männer mischen lassen". Cf. ex. gr. 22, 55.: *et* per omnes paene domos. 22, 59.: legatos tamen (ac) captivorum redimendorum gratia — misisse. — Pal. 2.: „in foro ac turbae uirorum miscuerat". Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. Gärtn.: „necessitas turbae ac in foro uirorum immiscuerat". Berol.: „turbae necessitas in foro huic virorum immiscuerat".

prohibendos ex privato redimi, si quibus argentum in praesentiam deesset, dandam ex aerario pecuniam mutuam praedibusque ac praediis cavendum populo censerent, tum T. Manlius Torquatus, priscae ac nimis durae, ut plerisque videatur, severitatis, interrogatus sententiam ita locutus fertur: „si tantum modo postulassent legati pro his, qui in hostium

1. *si quibus argentum in praesentiam deesset:* P (für den Augenblick)] si quibus argentum in praesentia deesset (C rell.). Lovell. 2. 3. Hav.: „set quibus argentum" cet. — Paulo ante PM: „alii nullam public*ae* inpensam faciendam": quo mendo *ae* pro *e* scribi in P solebat. C Pall. et plerique Drak. codd.: „publice". Recentissimi quidam codd.: „publicam". — Codd.: „nec *prohibendos* ex priuato *redimi*": „jedoch ohne dass man sie daran hindern dürfe sich für ihr Geld loszukaufen". Simili dicendi genere scriptum est 3, 27.: se ad prohibenda circumdari opera — parabant. 6, 15. al. — Paulo post PC: „praedibusque ac praediis cauendum populo censer*et*": i. e. cavendum aerario. Cf. Cic. Verr. 1, 54. 142.: praedibus et praediis populo cautum est: durch Bürgen und die Grundstücke der Bürgschaft Leistenden. — Voss. Lov. 5.: „praedibus ac praediis". Gärtn.: „praedio ac praediis". Lovell. 2. 3. Hav. Berol.: „aedibus ac praediis".
4. *ut plerisque uideatur:* P m. 1. (scil. qui hoc legunt:)] ut plerisque videbatur (C). Positum enim erat m. 2. in P *u* supra *a*, at si iam tum maiori patrum parti sententia T. Manlii nimis dura visa esset, senatus triste responsum non redimi captivos dare noluisset. — Recan.: „rogatus sententiam". — P m. 1.: „italoc*a*utusfertur". m. 2.: „locutus".
6. *pro his:* PC] pro iis. — PCM: „sine *ullius* insectatione *eorum*": i. e. captivorum: „ohne irgend einem Einzelnen von ihnen zu nahe zu treten". In Voss. Pall. 1. 3. Lovell. Hav. Berol. praetermissum „sine" est, et in Lovell. 2. 4. 5. Hav. Berol. et in margine Voss. scriptum „nullius". Non Gebhardus modo sed etiam Crevierus „eorum" deleri voluerunt. — P: „breuis sententi*a* peregis sem". Si *s* post „breuis" non sequeretur, *breuis* pro *breuibus* videri posset scriptum esse ut 9, 8.: „sententiam de eo de quo rettulistis paucis peragam". C: „breui sentencia peregissem". Idem „sententi*a*" pro „sententiam" repertum est in M Harl. Pall.

potestate sunt, ut redimerentur, sine ullius insectatione eorum brevi sententiam peregissem: quid enim aliud quam admonendi essetis, ut morem traditum a patribus necessario ad rem militarem exemplo servaretis. nunc autem, cum prope gloriati sint quod se hostibus dediderint, praeferrique non captis modo in acie ab hostibus sed etiam iis, qui Ve-

Lov. 4. Gärtn. — Quae sequuntur verba „morem traditum a patribus“ explicat Id quod 22, 61. init. scriptum est: „(exemplum) civitatis minime in captivos iam inde antiquitus indulgentis“. — PC: „exemplo seruaretis“.

5. *quod se hostibus dediderint:* P m. 1. et C. Sed cum in P iam m. 1. *e* supra mediam syllabam *di* positum esset, factum est ut non modo in Pall. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. sed etiam in M scriberetur „dederint“. — PC: „sed etiam *ab* iis qui uenusiam“ cet. — C: „carnusiumque p̄uenerunt“ (i. e. *praev*enerunt:). — P: „ad que ipsi c. terentio con | sulese qumcensuerint“. C: „atque ipsi c. terentio consule sequum“ cet. Lov. 1.: „atque ipsi cum terentio consule“. Ox. D.: „atque ipsi c. terentio uarroni consuli“. — PC: „patres conscripti“. — Harl. Pal. 1.: „quae illi acta sunt“. Lovell. 4. 5.: „quae illis acta sunt“. Lov. 3.: „quae ibi“ cet. — Paulo post P: „adqueutinamhaec quae aput uos“ cet. P: „aputipsumexercitum agere“. C quoque „agere“: quasi *possem* excidisset. Berol. m. 1.: „apud exercitum“. Berol. m. 2. Hav.: „apud romanum exercitum“. — PCM: „saltem adesset p. sempronius“. In Lov. 2. excidit „saltem“. Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 2. Gärtn. Oxx. D. N.: „adesset p. c. sempronius“. Ox. L. 1.: „adesset patres c. sempronius“. Lov. 3.: „adesset patres conscripti sempronius“. Berol.: „adesset p. sempronius tuditanus“. In Lov. 4. praenomen *p* praetermissum est. — In Hafn. excidit „captiui“. Voss. Lov. 2. Gärtn.: „in potestate hostium“. Lov. 1.: „in potestate*m* hostium“. cf. 2, 14. — Mirum videri debet, quod et Iac. Gronovius et Crevierus sibi persuadere potuerunt, magnam orationi vim additum iri, si non „in castris romanis“ sed „milites hodie in castris Romani — essent“ scriberetur. *Romani* enim illi et antea fuerant et postea erant, quamvis in Hannibalis potestate essent: at non erant in *Romanis* sed in *hostium* castris. *Romani* igitur h. l. ne scribi quidem potuit.

nusiam Canusiumque pervenerunt, atque ipsi C. Terentio consuli aecum censuerint, nihil vos eorum, patres conscripti, quae illic acta sunt, ignorare patiar. atque utinam haec, quae apud vos acturus sum, Canusii apud ipsum exercitum agerem, optimum testem ignaviae cuiusque et virtutis: aut unus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si isti ducem secuti essent, milites hodie in castris Romanis non captivi in hostium potestate essent: et cum, fessis pugnando hostibus, tum victoria laetis et ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, et se-

8. *et cum fessis* cet.: PC rell.] sed cum fessis cet. (ex coni. I. Fr. Gron.). Arte cohaeret hic locus cum priore, licet modus dicendi mutatus sit: „*si* isti Sempronium secuti essent, in castris Romanis, non in hostium potestate essent: *et cum* — noctem ad erumpendum liberam habuissent, nec ipsi per se id facere nec alium sequi voluerunt“: „und obgleich sie unter lauter günstigen Umständen hätten ausrücken können, so wagten sie dies doch weder aus eigenem Antriebe noch“ u. s. w. Verba „et ipsis plerisque regressis in castra sua“ respiciunt ad Romanos in castra regressos: „und sich grösstentheils ebenfalls in ihr Lager zurückgezogen hatten“.

10. *et septem milia armatorum hominum erumpere etiam per confertos hostes possent*] et septem armatorum hominum millia perrumpere etiam confertos hostes potuissent. — Quem ad modum etiam recentissimi editt. „potuissent“ recipere potuerint, cum *possent* rectissime se habeat omniumque codd. auctoritate firmetur, equidem non intelligo. Tum scripsimus cum m. 2. codicis C „septem *milia* armatorum“, cum m. 1. in C perinde atque in P „milia“ positum non esset. nec aliud quid iam m. 1. in P voluisse potest, cum *a* poneret supra *m* in „septem“. Quod cum posteriores librarios fugeret, in M Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. scriptum est „et septa armatorum hominum erumpere etiam inter confertos hostes possent“: nisi quod „inter“ ab M abest. in Pall. 1. 3.: „et septa armatorum hominum etiam inter confertos hostes possent“. *Erumpere* igitur, quae omnium codd. scriptura est, restituimus, particulamque *per*, quae tot locis librariorum incuria praetermissa est (ex. gr. 22, 56.

ı armatorum hominum erumpere etiam per confer-
possent, neque per se ipsi id facere conati sunt
m sequi voluerunt. nocte prope tota P. Sempro-
ınus non destitit monere adhortari eos, dum pau-
um circa castra dum quies ac silentium esset,
inceptum tegere posset, se ducem sequerentur:
ı pervenire in tuta loca in sociorum urbes posse.
rum memoria P. Decius tribunus militum in Sa-
ut nobis adulescentibus priore Punico bello Cal-
amma trecentis voluntariis, cum ad tumulum eos
situm inter medios duceret hostis, dixit "moria-

ɛt h. l. nescio cuius ı sequentem versum ·at, ante „confertos" ıs. cf. 22, 50.: *per hos ıpamus.* 22, 59.: nec *pgr confertos hostis ndi* spes. — Deinde ı est in P: „nequeper ɔer|sefacere" cet. C: p se ipsi id p se fa- In P illud „per se" ·co, in C priore loco n est. Voss. Harl. 3. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Berol.: „neque psi hoc facere conati nisi quod in Harl. et l. „nec" est. Pal. 2.: ·r se ipsi facere co- t". — Hav.: „alium .

·x *inceptum tegere* PCM exc. Pith.] ıx inceptum tegeret dd.). — Paulo ante ndestititmonereadhor ·. C Cant.: „monere i". M Harl.: „mo- ·tare". Lovell. 1. 5. Gärtn. Berol. Ox. N.: „monere hortari". Lov. 4.: „monere et hortari". Pal. 1.: „amonere adhortare". Pal. 2.: „admonere et adhortari". In Lov. 5. excidit „eos". — Paulo post PC et rell.: „pervenire" scil. *eos.* I. Fr. Gron. malebat „perveniri" scribi.

9. *adulescentibus:* PCM] adolescentibus. — Paulo ante P: „memoriam". — PC: „insomniossicut" cet. — Lov. 3.: „calpurnius flamina". Berol.: „calpurnius flamia". Cf. argum. Liviani libri XVII. Zonar. 8, 12. init. Eundem tribunum mil. a M. Catone in origg. Q. Caedicium, et ab Claudio Laberium nominatum esse A. Gell. 3. 7. dicit.

11. *inter medios duceret hostis:* C m. 2.] inter medios hostes duceret. — P (C m. 1.): „intermedios|ducereho stis". Cur h. l. antiqua verborum structura ab recentioribus librariis mutata sit, cum

mur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones„ —: si hoc P. Sempronius diceret, nec viros quidem nec Romanos vos duceret, si nemo tantae virtutis extitisset comes: — viam non ad gloriam magis quam ad salutem ferentem demonstrat, reduces in patriam ad parentis ad coniuges ac liberos facit. ut servemini, deest vobis animus: quid, si moriendum pro patria esset, facere-

iidem librarii tot locis et invitis antt. codd. elegantiorem constructionem simplici Livianae orationi praetulerint, neque quisquam non potuerit offendi tribus verbis iunctis „duceret dixit moriamur", expedire non possum. — Lov. 1.: „eripiamus obsidione". — PC: „circumuenta legiones". — PC al.: „*nec uiros quidem nec romanos uos duceret*": „so könnte er er euch zwar weder für Männer noch für Römer halten". Haec verba artissime cum sequentibus cohaerent, et ante „viam non ad gloriam" cet. aliquid supplendum est: „*at id Sempronius nec dixit nec dicere potuit, sed* viam non ad gloriam magis quam ad salutem ferentem demonstravit, nec tamen eum sequi voluistis". I. Fr. Gron., quem horum verborum sensus fugeret, et qui in verbis „nec — quidem nec" sibi visus esset videre „so könnte er euch nicht einmal für Männer, geschweige denn für Römer halten", dubitabat an scribendum esset „*ne* viros *quidem nedum* Romanos". Hav.: „nec uiros quidem duceret nec romanos". Voss. Lov. 1.: „nec (Lov.: ne) uiros ratio uos duceret". Lov. 3.: „nec uiros romanos duceret". — PCM: „*extitisset*". Rell. codd.: „existeret".

4. *uiam — ad salutem ferentem demonstrat, reduces* cet. ex Lipsii coniectura scriptum est. Videtur enim iam in PC metathesi quadam litterarum peccatum esse, in quibus legimus: „— ferentem demonstra*ret* duces in patriam". simili certe mendo paulo post scriptum est in P „ut seruenimi" pro „seruemini". C m. 2.: „ducēs". Idem quod in P repertum est in M Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. et in cod. Lipsii. Alteram manum codicis C videtur Pal. 1. secutus esse: „demonstraret ducens in patriam". Pal. 2.: „demonstraret ducem se in patriam". Hafn. Hav. Berol.: „demonstrando ducem se in patriam". In Hav. excidit „ferentem". — PC: „ad parent*is*". Lov. 5.: „ad coniuges ad liberos".

tis? quinquaginta milia civium sociorumque circa vos eo ipso die caesa iacent—: si tot exempla virtutis non movent, nihil umquam movebit: si tanta clades vilem vitam non fecit, nulla faciet. et liberi atque incolumes desiderate patriam: immo desiderate, dum patria est, dum cives eius estis. sero nunc desideratis, deminuti cápite, abalienati iure civium, servi Carthaginiensium facti. pretio redituri estis eo, unde ignavia ac nequitia abistis? P. Sempronium civem vestrum non audistis arma capere ac sequi se iubentem: Han-

1. *quinquaginta milia civium sociorumque circa vos eo ipso die caesa iacent:* PC al.: „die an eben jenem Tage erst im Kampfe gefallen waren". Lov. 2.: „circa uos ea die caesa iacent". — P m. 1.: „uitantacla|desuelemuitamnon fecit". m. 2. tamen, cum nihil peccatum esset quam quod *e* pro *i* positum erat, *iu* supra *ue* adiecit. Hinc C m. 1.: „— cladcs inuellēuitā". m. 2.: „inbellē". M Voss. Lov. 1.: „clades in uilem uitam". Berol. m. 2.: „clades uobis uilem uitam non fecit". Gärtn.: „clades uirilem uitam non fecit nullam facient".
4. *et liberi* cet.: PCM Voss. Harl. Pall. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.] liberi cet. (ed. Froben. a. 1531.). — Sic Livium in primo loco particula *et* uti solitum esse, si quid maiore vi proferendum erat, milibus locis videre licet. — P: „adqueinco lumesdesideranlepatriā|". C Voss. Lovell. 1. 4.: „desiderantes patriam". — Deinde PC: „dum cines eius estis *des*ero nunc *des*ideratis". Nescio quo loco Lovell. 4. 5.: „desideranda patria est". — PM: „deminuti*s* capite". C et rell. codd.: „deminuti capite abalienati iure ciuium" cet.: „nachdem ihr eurer persönlichen Freiheit verlustig gegangen seid, nachdem ihr eurer Bürgerrechte euch entäussert habt".
9. *arma capere ac sequi se iubentem:* C Pall. 1. 3. al. — P m. 1.: „acsequiseiuuen|*tu*temhannibalem" cet. m. 2. *tu* inductum est. Pal. 2.: „atque sequi se iubentem". Lov 4. Gärtn. Hav.: „et sequi se iubentem". In Harl. et Lov. 5. praetermissum est „ac". — PC rell.: „*paulo post* audistis". Sic positum „post paulo" est ex. gr. 5, 55. et 2, 31.: post aliquanto pugnatum est. al. — PC: „et arma tradi iuuen*tu*tem quam ego" cet. — P m. 1.: „quamego *a*gnauiam" cet. m. 2.: „ignauiam". C: „accuso scelus possim accusare".

nibalem post paulo audistis castra prodi et arma tradi in bentem. quam ego ignaviam istorum accuso, cum scelu possim accusare! non enim modo sequi recusarunt bene monentem sed obsistere ac retinere conati sunt, ni strictis gladiis viri fortissimi inertis submovissent: prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen quam per hostium fuit erumpendum. hos cives patria desideret, et quorum si ceteri similes fuissent, neminem hodie ex iis qui ad Cannas pugnaverunt civem haberet? ex milibus septem armatorum sescenti extiterunt qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent, neque iis sescenti hostes

3. *non enim modo sequi recusarunt:* P m. 2. C al. — P m. 1. M: „non modo enim sequi". Berol.: „non enim sequi modo" cet. — Tum PC: „*ni* strictis gladiis uiri fortissimi inertis summouissent". P etiam „uiris". Nihil frequentius apud Livium hac ellipsi: „*nec destitissent retinere*, ni fortes viri eos strictis gladiis submovissent". — Lov. 4.: „per ciuium agmen quam hostium" cet.

7. *et quorum si ceteri similes* cet.: PCM] quorum si ceteri similes cet. (rell. codd.). — Coniunctione *et* hic locus cum praecedente sic iungitur ut id, quod uno pronomine *hos* priore loco significatum erat, nova iam integraque sententia amplificetur: „solche Bürger sollte das Vaterland sich zurückwünschen, und die so ihrer Pflicht gegen dasselbe vergassen, dass, wenn die Übrigen ihnen ähnlich gewesen wären, es von denen die bei Cannä fochten heut keinen mehr sein nennen könnte?" — P m. 1.: „ciuenhaberent". P m. 2. CM Voss. Harl. Lovell. 1. 3.: „ciuem haberent". Berol.: „ciuem haberetis". — Paulo ante P: „patria*m* desideret": quasi in antiquiore libro fuisset „hos ciues patria *iam* desideret".

11. *neque iis sescenti hostes obstitere*] neque iis quadraginta millia hostium obstitere. — „Quadraginta millia hostium" Sabellicus restituendum esse coniecerat, quod, cum ab Hannibale quinquaginta milia militum in aciem Cannensem ducta essent, octo milibus in proelio caesis tot fere milia superfuissent. Sed cum h. l. in melioribus mss. „*sexcenta milia hostium*" scriptum esset, nec aliud quidquam Livius his numeris significare videretur voluisse quam permagnum hostium numerum,

id quod numero „*sexcenta*“ latine exprimi solebat, Sigonium secuti in minore edit. „neque iis sexcenta milia hostium obstitere“ scribi iussimus. at iam tum, cum ita scriberemus, is numerus nobis tantus videbatur esse, ut vel illa interpretatione id dicendi genus vix probari posset. verum in PM et m. 1. in Voss. ne scriptum quidem ita est: sed in P „nequehiis ses | centa milia hostesob | sti tere“: in duobus reliquis „sexcenta millia hostes“. Quod cum grammatica ratione ferri non posse videretur, in C positum erat „neque hii lia sescenta. m. hostium obstitere“: manuque altera „hiis“: et in Cant. Gärtn. Recan. Oxx. „sexcenta millia hostium“. At id quod mendum videbatur, non mendum erat sed singularis quaedam virtus antiquissimi codicis P. nam quamquam negari non potest, permulta etiam in hoc libro sic scripta reperiri, ut ea ab Liviana manu vix ita profecta esse possint, tamen perraro de industria ab antiqua scriptura recessum videris, plerumque ita ut uno alteroque loco ea quae integra servata sunt id, quod librariorum mendis debeatur, redarguere atque refellere possint. sic h. l. nominativus „*hostes*“ nobis persuasit, „*milia*“ eodem vitio in hunc locum irrepsisse, quo idem numerus 22, 20. 34. 52. 24, 11. aliisque locis gravissimo antiqui cuiusdam librarii errore irrepsit. et hanc demum restitutam scripturam quam maxime et priori et sequenti orationi convenire pluribus me exponere necesse non videtur: „unter 7000 Soldaten fanden sich Sechshundert, die als freie Männer und mit ihren Waffen in ihr Vaterland zurückzukehren wagten, ohne dass ihnen eine eben so starke Zahl von Feinden den Rückzug wehrte. Wie sicher hätte nun nicht der Marsch eines Heeres von fast zwei Legionen sein müssen?“ — Quod ab antiquis librariis erratum h. l. videbatur, recentiores suo quisque ingenio emendare conati sunt. Itaque Lov. 1.: „sexaginta millia hostes“. Pall.: „sexaginta millia hostium“. Berol.: „neque his VI^ta millia hostium“. M m. 2. Harl. Lov. 4.: „neque his sexcentis millia hostes“. Lov. 2. Hafn. Hav.: „neque his sexcentis millia hostium“. Voss. m. 2.: „neque his sexcentis militibus hostes“. Lov. 5.: „neque his sexcentis tot millia hostium“. — Paulo ante PC: „ex milibus septem armatorum sescenti extiterunt“. Cf. 8, 11.: mille et sescenti. 10, 25.: sescentos equites. al. — P: „liberi adque armati“.

obstitere. quam tutum iter duarum prope legionum agminis futurum censetis fuisse? haberetis hodie viginti milia armatorum Canusii fortia fidelia, patres conscripti. nunc autem quem ad modum hi boni fidelesque — nam fortes ne ipsi quidem dixerint — cives esse possunt, nisi quis credere potest fuisse, ut erumpentibus, quin ecrumperent, obsistere conati sunt, aut non invidere eos cum incolumitati tum gloriae illorum per virtutem partae, cum sibi timorem

1. *tutum iter duarum prope legionum agminis futurum:* PM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Hav. et Berol. m. 1.] tutum iter — agmini futurum (C). — Genitivum *agminis* artissime cum *iter* cohaerere nemo non videt. — Paulo post P: „uiginti millia". C: „xx. m." Hav.: „triginta millia". — Lov. 3.: „fortium fideliumque". Lov. 4.: „fortium et fidelium". nec dubitabat I. Fr. Gronovius hunc genitivum antiquae scripturae praeferre. — P: „fortia fidelia. pc." C: „fortia fidelia patres conscripti". — Paulo post C: „hii boni fidelesque".

6. *ut erumpentibus quin ecrumperent obsistere conati sunt:* P: „es müsste denn jemand glauben sie seien es gewesen, als sie die Ausrückenden zu verhindern suchten abzumarschiren, oder sie hätten nicht scheel darauf gesehen dass diese sich retten und wohl verdienten Ruhm einernten würden, während sie doch wissen dass die Veranlassung ihrer entehrenden Gefangenschaft nur ihre eigene Furcht und Schlaffheit gewesen ist". Sed cum m. 2. in P *e* supra prius *r* in „rumperent" poneretur, factum est ut iam in C scriberetur: i „q nec erumperent". M: „qui nec erumperent". Lov. 5.: „qui ne erumperent". Harl. Pal. 1.: „qui erumperent". Lov. 3.: „ut erumpentibus ne erumperent". Pal. 2.: „fuisse ut erumpentibus ne erumperent obsistere conati *sint*". Lov. 2.: „ubi credere quis potuisset ut erumpentibus quin ne erumperent" cet. Ox. N.: „qui erumpentibus" (pro „ut"). Lov. 1. quoque cum Pal. 2.: „conati *sint*": quod ne Lipsius quidem pro vero habere dubitabat, cum scribi vellet: „— conati sint, at non invidere" cet. — Praeterea P m. 1.: „incolamni tati". m. 2. *n* induxit. P: „timor eignaniamque *seruituti* ignominiosae" cet. m. 2. litteris *tu* inductis „seruiti ignominiosae". at dativus „*seruituti*" ex „causam" pendens forsitan non displicuerit.

naviamque servitutis ignominiosae causam esse sciant. maerunt in tentoriis latentes simul lucem atque hostem exectare, cum silentio noctis erumpendi occasio esset. ad rumpendum e castris defuit animus, ad tutanda fortiter ca-ra animum habuerunt: dies noctesque aliquot obsessi val-

3. *ad erumpendum e castris defuit animus* cet.: PCM omnesque et Pall. et Drak. codd.] at enim ad erumpendum cet. (ed. Ascens. a. 1513.). — Posteriores edidit. illas particulas nullo mss. antiquorum auctoritate comprobatas omittere noluerunt, et Drakenborchius eas propter sequentium litterarum „aderum“ similitudinem excidisse opinabatur. at illi optimi viri nec vidisse videntur, longe alia vi a Livio „ad erumpendum defuit animus“ sine eius generis particula ita scriptum esse ut ea pro latinae linguae ratione in apodosi suppleretur („sich durchzuschlagen fehlte ihnen das Herz, *aber* das Lager zu schützen hatten sie Muth“): et particulas „at enim“ ne satis quidem accommodatas esse huius loci rationibus. illis enim vocibus latini scriptores uti solebant cum ellipsi quadam, si quis id, quod ab adversariis aut diceretur aut dici posset, refellendi causa ipse afferre ac praecipere vellet. cf. ex. gr. 6, 15.: „*at enim* quid ita solus ego civium curam ago?“ cet.: „aber freilich möchte es befremdend scheinen, warum ich mich denn so allein meiner Mitbürger annehme, worauf ich in der That nichts anders zu antworten wüsste als“ u. s. w. — P: „adtutandamfortiterca atra“.

5. *obsessi uallum armis se ipsi tutati uallo sunt* elegantissima emendatione ab I. Fr. Gronovio secundum Put. restitutum est. scriptum enim m. 1. in P fuerat „dies noctesque aliquod | obsessiбal lum armo | se ipsi tutati uallos sunt“, cum contrario quodam mendo priore loco *s* ante *se* excidisset, posteriore *s* ante *sunt* additum esset. sed id „ballum“, quod nihil videbatur esse, m. 2. inductum est. itaque C quidem „dies noctesque aliquot obsessi uallū arma se ipsi tutati uallo sunt“: at M Cant. Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. omissa voce *uallum* „obsessi arma se ipsi tutati uallo sunt“: Voss. etiam et Harl. Pall. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. „dies *ac* noctes aliquot“. Praeterea Berol. et Brancal. Lat.: „obsessi armis“. Hav.: „obsessi se ipsi“ cet. Lov. 5. Branc. Lat. et m. 1. Berol.: „se ipso*s* tu-

tati nullo sunt". Berol. n
„se ipso" cet. — Paulo
verba „*cum omnia su*
dia uitae abessent" in n
antiquo cod. inventa vid
tur. erratum enim cum m.
in P ita esset, ut litteris
mutatis cum *u* litteraque
quod „abesunt" nihil esse
male interiecta scriberet
„ultaeabdesunt| adfectisque"
et cum alterutra syllaba de
lenda videretur, m. 2. prio
rem syllabam *ab* induxit. quo
facto in CM Voss. Harl. Lo-
vell. Gärtn. positum est: „ui-
tae desunt". in Hav.: „de-
sint": in Cant. Berol., quod
loci ratio imperfecti coniun-
ctivum postularet: „deessent".
Abessent tamen verissimum
esse non est difficile intelli-
gere. non enim ita ex obses-
sorum sed ex Manlii senten-
tia ac non sine ironia dictum
est, nec ut is exprimeret, *de-*
fuisse quod

obis ipsorum per biduum militia fuit. cum in acie stare c pugnare decuerat, tum in castra refugerunt: cum pro allo pugnandum erat, castra tradiderunt neque in acie neue in castris utiles. et vos redimam? cum erumpere caris oportet, cunctamini ac manetis: cum manere castra turi armis necesse est, et castra et arma et vos ipsos tradis hosti. ego non magis istos redimendos, patres conscriti, censeo, quam illos dedendos Hannibali, qui per medios ostis e castris eruperunt ac per summam virtutem se paiae restituerunt".

LXI. Postquam Manlius dixit, quamquam patrum quoue plerosque captivi cognatione adtingebant, praeter exemlum civitatis minime in captivos iam inde antiquitus indulentis, pecuniae quoque summa homines movit, qua nec ae-

1. *et uos redimam*] vos redimam (M m. 2. et Lov. 2.). — PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Berol.: „quos redimam". quos = &uos. — Tum unus Hav.: „cum erumpere e castris oportet": quod haud scio an a Livio ipso hoc quoque loco scriptum sit. — Lov. 4.: „cunctamini ac panetis". — PM Harl. et m. 1. C: „cum manere castra tutare armis" cet. C m. 2. Voss.: „tutari". Lov. 2.: „manere ac castra tutari". Lov. 3.: „manere castraque tutari". Berol.: „munire castra et tutari". — Apte scriptum esse priore loco „*oportet*", altero „*necesse est*", neminem fugerit. Priore enim loco nihil dicendum erat, nisi quod a bonis militibus civibusque, qui se patriae servatos vellent, exspectandum fuisset: altero loco id quod, si castra relicta non essent, nisi refutata virtutis opinione praetermitti non debuisset. — Hav.: „tradidistis hosti".

7. *patres conscripti:* PC. — Lov. 2. Recan. Gärtn.: „reddendos hannibali". — PC: „per medios hostis". — P: „ecastriserumperunt". — Septem ultima huius cap. verba in Gärtn. exciderunt.

14. *qua nec aerarium exhaurire — uolebant:* Lovell. 1. 5. Hav. Berol.] quia nec aerarium cet. — P: „quam|nec aerariumexau|riremagnamiam summa" cet. Persaepe ita ab codicis P librario peccatum esse ut in fine versus adderetur *m*, notum videtur. C: „quā nec aerarium exhaurire" cet. Harl. Lov. 2.: „quam nec aerarium" cet. Cant.: „quam nec ad aerarium". Lov. 3.: „quem nec

rarium exhaurire — magna iam summa erogata in servos ad militiam emendos armandosque — nec Hannibalem maxime huiusce rei, ut fama erat, egentem locupletari volebant. cum triste responsum, non redimi captivos, redditum esset novusque super veterem luctus tot iactura civium adiectus esset, cum magnis fletibus questibus legatos ad portam prosecuti sunt. unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in castra iure iurando se exsolvisset. quod ubi innotuit relatumque ad senatum est, omnes censuerunt conprehendendum et custodibus publice datis deducendum ad Hannibalem esse. Est et alia de captivis fama: decem primos venisse: de eis cum dubitatum in senatu esset, admitterentur in urbem necne, ita admissos esse ne tamen iis senatus daretur: morantibus deinde longius omnium spe alios tris

aerarium". — Paulo ante PM: „postquam manilius dixit". — P: „cognationem attingebant". — Ox. L. 1.: „summa mouit". — Paulo post in Lov. 2. verba „ad militiam" omissa sunt. — Excc. Pith.: „huius aeris — egentem". — Praeterquam quod Livius et genera et modos et tempora verborum ornandae orationis causa mutare solet, tamen vel sine ea causa h. l. aptissime et „exhaurire" et „locupletari" scriptum esse nemo non videt.

6. *fletibus questibus:* C m. 1.] fletibus questibusque (C m. 2. et ut videtur rell. codd.). — P: „fletibusquaestibusle gatos" cet. — Paulo ante P m. 1.: „cumtristiresponsum". dein eadem m. 1.: „triste". — Pal. 2.: „luctus — adductus esset". — Paulo post P: „unusexhiisdomumabiit". — P m. 1.: „iureiurandose exuolu[isset". P m. 2. CM: „se exui uoluisset". Pal. 3.: „se absoluisset". Postea tamen in PC recte scriptum est „sese exsoluissent". — Lov. 1.: „et a custodibus" cet. — Unum ex decem legatis in castra ad Hannibalem ut religione se exsolveret regressum, eundemque, cum Romae manere vellet, vinctum ad Poenum reductum esse scripsit Polybius 6, 58, eiusque fidem secutus Cicero de off. 3, 32. Idem Cicero eodemque loco dicit, Acilium, qui graece historiam scripserit, rettulisse plures fuisse qui in castra revertissent ut eadem fraude iure iurando liberarentur, eosque a censoribus omnibus ignominiis notatos esse.

14. *alios tris insuper legatos uenisse:* PCJ alios tres in-

insuper legatos venisse, L. Scribonium et C. Calpurnium et L. Manlium: tum demum ab cognato Scribonii tribuno plebis de redimendis captivis relatum esse nec censuisse redimendos senatum, et novos legatos tris ad Hannibalem revertisse, decem veteres remansisse, quod per causam recognoscendi nomina captivorum ad Hannibalem ex itinere regressi religione sese exsolvissent: de iis dedendis magna contentione actum in senatu esse victosque paucis sententiis qui dedendos censuerint: ceterum proxumis censoribus adeo omnibus notis ignominiisque confectos esse, ut quidam eorum mortem sibi ipsi extemplo consciverint, ceteri non foro so-

super cet. — Harl. Lovell. Gärtn. Hav.: „alios insuper tres legatos uenisse". Berol.: „alios insuper tres uenisse legatos". — Paulo ante P m. 1.: „ita admissos esse | necta men*is* senatus daretur". m. 2.: „nectamen his" cet. Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Hav.: „nec tamen iis senatus" cet. C: „ne tamen his senatus daretur". — Paulo post PCM exc. Pith. Harl. Lovell. 2. 3. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „et l. manlium". C etiam „c. calburnium".

2. *tum demum:* PC rell. et margo Ox. N. — Oxx. D. N.: „tum deinde". — PC: „ab cognato*s* scribonii tribuno plebis" cet. C m. 2.: „ab cognati*s*" cet. — P: „nec censuisse redimendo*s* natum et nouos" cet. — PC: „legatos tri*s* ad hannibalem reuertisse". — PM: „ab hannibale ex itinere" cet. C: „ab hannibalē ex itinere" cet. — P: „reliones sese exsoluissent". m. 2.: „religionessese" cet. — Paulo post P: „de*is*de dendis". C: „de his dedendis". — PC: „actum in senatu*m* esse". — P m. 1.: „quidedend*um* | censuerint". m. 2. positum *s* est supra *m*.

9. *ceterum proxumis censoribus — confectos esse:* PC] ceterum proximis censoribus cet. — P: „ignominisquem confectos". dein eadem m. 1. „ignominiis". — Cod. Sig.: „ignominiisque adfectos esse", atque ita de eadem re Gellius 7, 18.: „censoresque eos postea omnium notarum et damnis et ignominiis adfecerunt". sed multo praestat „confectos": i. e. laceratos et discerptos.

11. *mortem sibi ipsi extemplo consciuerint:* PC] mortem sibi ipsi consciverint (I. Fr. Gronovii mss. et Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.). — Cur vocem „*extemplo*" deletam voluerint, equidem non intelligo, quippe

lum omni deinde vita sed prope luce ac publico carnerint mirari magis adeo discrepare inter auctores, quam quid veri sit discernere queas. — Quanto autem maior ea clades superioribus cladibus fuerit, vel ea res indicio est quod fides so-

quae nihil aliud dicat nisi quosdam eorum legatorum, cum se ab censoribus tristissimis ignominiis notari viderent, ne unum quidem diem tam ingrata turpique vita frui voluisse: quod quamvis vel sine ea voce oratione reliqua exprimatur, tamen eadem adiecta vim rei magnopere augeri manifestum est. — Pal. 2.: „ceteri uero non foro solum deinde omni uita“ cet. — PC rell.: „*dis*cernere queas“. I. Fr. Gronovius et hoc loco malebat „*de*cernere“. Cf. 21, 4.: itaque haud facile discerneres cet.

4. *uel ea res indicio est quod fides sociorum quae ad eum diem firma steterat tum labare coepit*] vel fides indicat sociorum, quae ad eam diem firma steterat, tum labare coepit. — P: „quanto autemmaior ea clades superiori buscladibusfue|ritueldeearesin di|*ciorum*quaeeadem|diemfir masteterattumlaborarecoepit“. M: „uel ea res inditiorum quae eadem die firma steterat tum laborare coepit“. Quid in rell. suis codd. invenerit, Drakenborchius propter multa eorum menda non scripsit. Pall. 1, 3.: „uel ea res indiciorum que eadem die firma steterat cum laborare ceperat“. Pal. 2.: „uel ea res indicio fuerit“. C: „quanto autem maior*a* clades superioribus cladibus fuerit uel ea res *iu*dicio que eadem die firma steterat tum labrare coepit“. m. 2. *a* et *r* inducta sunt ut et „maior clades“ et „labare coepit“ fieret. deinde iam m. 1. scriptum erat „est q$\bar{d}$“ (i. e. „est quod“) supra „que eadem“: idque „*est* quod“ recepimus, cum in minore edit. „*sit* quod“ scribi iusserimus. Salmasius hunc difficilem locum ita emendatum voluit: „vel fides indicat sociorum, quae ad eum diem firma steterat, tum laborare coepit“. I. Fr. Gron. primo: „uel det ea res indicium, quod fides sociorum, quae ad eam diem“ cet. postea: „vel declaret fides sociorum, quae eam ad diem firma steterat, tum labare coepit“. Vix dubium videatur quin in P propter syllabarum *cio* in „indi*cio*“ et „so*cio*rum“ similitudinem integer versus praetermissus sit: sed num is recte ita ut supra scribi iussimus restitutus videatur, peritiores et subtiliores viri videant. si *de* post *uel* in P vere a Liviana manu profectum est, scribendum videa-

ciorum, quae ad eum diem firma steterat, tum labare coepit, nulla profecto alia de re quam quod desperaverant de imperio. defecere autem ad Poenos hi populi, Atellani Calatini Hirpini, Apulorum pars, Samnites praeter Pentros, Bruttii omnes, Lucani: praeter hos Uzentini et Graecorum omnis ferme ora, Tarentini Metapontini Crotonienses Locrique, et Cisalpini omnes Galli. nec tamen eae clades defe-

tur: „vel de ea re iudicari potest, quod fides sociorum" cet. — P (M m. 1.): „quam quo*d*spe|rauerantdeimperio". C et M m. 2.: „quam quod desperauerant". — Paulo ante Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „maior haec clades". M: „ea clades".

5. *praeter hos Uzentini*: P] praeter hos Surrentini (P m. 2. C rell.). Lov. 5.: „surretini". — *Surrentinos*, Campaniae populum, h. l. a Livio vix nominari potuisse, I. Fr. Gronovium non fugit: qua re ipse „*Sallentini*", quippe qui Calabriae populus fuisset, scribi voluit. Verius videtur, quod antiquiore manu in P scriptum est. *Uzentini* enim vel secundum Ptolemaeum et Plinium *Uxentini* (quamquam apud Plinium 3, 11. 105. meliores omnes codd. „u*l*entini" habent) paulo infra Tarentum et ad sinum Tarentinum habitabant haud procul a promunturio Japygia. — Paulo ante P m. 1.: „calatini*h*il*h*irpini*p*a|pulo rumpars". sed m. 2. *hil* et *p* inducta sunt. — PC rell.: „samnites praeter pentros". cf. 9, 31. Pal. 2.: „praeter prentos". Pal. 3.: „praeter petros". Lov. 4.: „praeter paucos". — P: „etgraecorum omn*e*sfermeora". — PC: „crotonensis". Rell. codd.: „crotonenses". Sigonius verum nomen restituit. — P m. 1.: „locrique *ex* cisalpini": quo mendo et aliis locis *ex* pro *et* positum est. C: „et cisalpini". P m. 2. tamen supra *e* posuit *h* et *s* supra *al*, ut fieret „ex his salpini".

7. *eae clades:* PCM Voss.] hae clades (Berol. m. 1.). — Lov. 2. Gärtn.: „hee clades". Harl. Hav. et Berol. m. 2.: „hec clades". — Codd.: „*mouerunt*": scil. animos. — PCM: „ut pacis *usquam* mentio — fieret": i. e. nec in senatu nec a populo". Rell. codd.: „u*m*quam": praeterquam quod ea vox in Lov. 2. et in Berol. exciderat. — P: „aput romanos". — PCM: „neque ante consulis *romam* aduentum". Cod. Sig.: „neque ante consulis adventum romam". Rell. codd.: „neque ante consulis romani aduentum". Cf. 39, 35.: „ubi — legationem *Ro-*

ctionesque sociorum moverunt ut pacis usquam mentio apud Romanos fieret, neque ante consulis Romam adventum nec postquam is rediit renovavitque memoriam acceptae cladis. quo in tempore ipso adeo magno animo civitas fuit ut consuli ex tanta clade, cuius ipse causa maxima fuisset, redeunti et obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit et gratiae actae quod de re publica non desperasset: qui si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret.

mam — suscepissent". „Adventus Aeneae in Italiam". al. — P: „necpostquam|iis rediit". — Paulo post M: „quo in tempore ipsorum adeo magno" cet. — Berol.: „e tanta clade". — PC (M Cant. Voss. Lovell.): „cuius ipse *causa maxima* fuisset". Hav. Berol.: „maxima causa". Harl.: „causa magna". Gärtn.: „magna causa".

7. *qui si Carthaginiensium ductor fuisset* cet.: Lovell. 4. 5. Hafn. Hav. Brancal. Lat.] cui, si Carthaginiensium cet. (ex L. Vallae coniect.). Idem Valla praeterea coniecerat: „qui, si — fuisset, nihil *ei* recusandum" cet. verum eius generis pronomina ab optimis quibusque scriptoribus persaepe praetermissa esse notissimum videtur. — PC (M Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Hav.): „qui carthaginiensium ductor fuisset" cet. Lov. 2.: „quin uti carthaginiensium" cet. *Si* et post „*qui*" et ante „*fuisset*" facile excidere potuisse neminem praeterierit. — Ad „*ductor*" cf. 10, 21. sub fin. — In fine huius libri scriptum vidimus in P: „titi liuii. ab urbe condita liber xxii. explic. incipit lib xxiii". In C nihil eius generis invenimus.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER XXIII.

I. Et Hannibal post Cannensem pugnam castraque diepta confestim ex Apulia in Samnium moverat, accitus in

1. *Et Hannibal post Cannensem pugnam castraque diepta confestim* cet.] Aecis Hannibal post Cannensem pugnam captis ac direptis confestim cet. (ex I. Fr. Gron. coni.). — PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gürtn. Hav. Berol. Ox. D.: „*haec* hannibal post cannensem pugnam *capta ac* direpta confestim" cet. Idem in Cant. Recan. repertum est, praeterquam quod hi duo codd. ab „*nec* hannibal" incipiunt. Lov. 2.: „*nec* hannibal post cannensem pugnam *castra* directa confestim" cet. Ox. L. 1.: „*his* hannibal post cannensem pugnam capt*is* ac dirept*is* confestim" cet.: qui abl. abs. ab librario positus videtur, quod aliter antiquior scriptura probari non posset. Ob eandem causam I. Fr. Gronovius „Aecis — captis ac direptis" scribendum coniecit, non tam quod id Apuliae oppidum et a Polybio 3, 88. nominaretur, quamquam ibi codd. mss. omnes non Αἴκας sed Αἴγας habent, quam quod Livius ipse 24, 20. Aecas ab Q. Fabio cons. expugnatas esse scripsisset, quas expugnari necesse non fuisset nisi eadem urbs antea ab Hannibale capta esset. At recte iam Fabri animadvertisse videtur, Gronovianae coniecturae obstare cum structuram verborum tum Livianum scribendi genus, quo vel minoris momenti res diligentius tractari solitae essent: qua re ipse scribi voluit „Hannibal post Cannensem pugnam castraque capta ac direpta confestim" cet. Verum ne ita quidem vera

Hirpinos a Statio Trebio pollicente se Compsam traditurum. Compsanus erat Trebius nobilis inter suos: sed premebat

Liviana manus restituta videtur. nam quamquam persaepe apud Livium scriptum legimus *castra* ab hostibus *capta ac direpta esse*, tamen h. l. sic scribi non potuit, quod Romanorum castra ad Cannas ab Hannibale non capta sed ei tradita sunt ab ipsis Romanorum praesidiis: 22, 52. itaque quemadmodum et aliis locis in vocibus *castra* et *capta* ab antiquo librario in P peccatum videmus (ex. gr. 24, 16.: „casta" = castra. 24, 1.: „casto" = capto: al.), sic hoc quoque loco *capta* pro *castra* positum esse videtur: et cum non minus saepe ab eodem librario duplicatas esse litteras constet, facile et „captaac" pro „captae", praesertim cum id nihil videretur esse, scribi potuit. litteras *c* autem et *q* saepissime inter se permutatas esse notum est. veri simillimam igitur L. Vallae coniecturam „*castraque direpta*" recepimus, quo modo perinde hoc loco scribere licuit ac 37, 43.: „pergunt ad castra diripienda". Si quis vero „capta *ac*" pro „*ac* capta" metathesi illa scriptum contendit restituendumque esse „ac castra direpta", equidem non repugnarim. Deinde posuimus *et* pro *haec*. nonnumquam enim Livium initia librorum cum eis quae proxime antecedebant haud ineleganter coniunxisse neminem praeterierit: persaepe autem particulas *et ec nec* ab librariis commutatas esse, et *haec* pro *ec* aut contra positum esse constat: sic scriptum ex. gr. est 22, 54. in P „eotemporequo*et*canusii" pro „quo *haec* canusii agebantur". Magnopere etiam huic coniecturae codd. Cantabrigiensis et Lov. 2. scripturas favere nemo non videt. — Paulo post P et C m. 1.: „astatiopollicen|tessecompsam traditurum". C m. 2.: „a statio*ne* pollicentes se cōpsam tradituro*s*". In M et in Harl. praepositio *a* praetermissa esse dicitur. „A Statio *Trebio*" cum I. Fr. Gron. scripsimus, quod, cum *Statius* praenomen Italicum esset, nomen gentilicium h. l. deesse non potuit.

2. *et premebat eum Mopsiorum factio* m. 1. in P scriptum est, in quo nihil desideratur nisi *s* ante *et*, quod eadem littera praecedente exciderat. sed iam antiqua manu litterae *c m n* supra *m p o* in „*mopsiorum*" positae sunt, quo factum est ut iam in CM (Lovell. 2. 4. 5. Hafn. et m. 1. Voss.) scriberetur „sed premebat eum *compsi-*

um Mopsiorum factio, familiae per gratiam Romanorum po-
entis: post famam Cannensis pugnae volgatumque Trebi
ermonibus adventum Hannibalis cum Compsam urbem ex-
essissent, sine certamine tradita urbs Poeno praesidiumque
cceptum est. ibi praeda omni atque inpedimentis relictis 5
xercitu partito Magonem regionis eius urbes aut deficientis
b Romanis accipere aut detrectantis cogere ad defectionem
ubet, ipse per agrum Campanum mare inferum petit op-
ugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet. ubi
ines Neapolitanorum intravit, Numidas partim in insidiis 10

norum factio". Harl.: „composinorum". Excc. Pith. Lov. 3. Recan. Hav. Berol. Ox. N. et m. 2. Voss.: „compsanorum". Ox. L. 1.: „consinorum". Lov. 1. Gärtn.: „consanorum". Ox. D.: „cossmorum". In uno alteroque rec. cod. Drakenborchius priore quoque loco non „compsanus" sed „compsinus" invenisse vult.

3. *cum Compsam urbem excessissent:* (scil. Mopsii:): PC omnesque prope rell. codd.] cum Mopsiani urbem excessissent. — Pal. 2.: „cum compsam urbem accessissent". Pal. 1.: „cum compsni urbem excississent". — „Urbem excedere" perinde atque „urbem egredi" scriptum est. 2, 37: PM: ut urbem excederent Vulsci. 24, 3: PC: ita Crotonem excessum est. — Paulo ante P: „uolgatumque trebi sermonibus". C: „uolgatūq; trebi sermonib'." P m. 2.: „uolgatamque". — Paulo post P: „tradita urps". P: „traditumest sibipraeda" cet. sed m. 2. alterum *i* inductum est. Pal. 3.: „praeda omni impedimentisque relictis". — Deinde in PC scriptum est „deficient*is*" et „detrectant*is*": quamquam primo in P „detrectand*is*" fuerat. C m. 1. etiam: „ab romanos". M Lovell. 1. 2. Berol.: „detr*a*ctantis". Cant.: „detractis". Gärtn.: „retractantes". — „Ad *defectionem*", pro quo Dukerus „ad *deditionem*" voluit, quod *defectio* non detractantium sed volentium esset, non ex Hannibalis sed ex Livii Romanorumque sententia scriptum est et hoc loco Livium „defectionem" respondere voluisse antecedenti „deficientis" apparet. — P m. 1.: „per agrumcapanum". dein „campanum".

10. *in insidiis:* P m. 2. C. — P m. 1.: „in insid*is*". — Voss. Harl. Lovell. 2. 3. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „*ut* pleraeque cauae sunt uiae". *Et,*

— et pleraeque cavae sunt viae sinusque occulti — quacumque apte poterat disposuit, alios prae se actam praedam ex agris ostentantis obequitare portis iussit. in quos, quia nec multi et inconpositi videbantur, cum turma equitum erumpisset, ab cedentibus consulto tracta in insidias circumventa est: nec evasisset quisquam, ni mare propinquom et haud procul litore naves piscatoriae pleraeque conspectae peritis nandi dedissent effugium. aliquot tamen eo proelio nobiles

qua particula L. in his parenthesibus uti solebat, maiore vi dictum est: „und zwar sind dort meist Hohlwege und versteckte Schluchten". — „*Qua*cumque *apte* poterat disposuit" in omnibus prope codd. scriptum est. In Pal. 3. et in Lovell. 3. 4. 5.: „quacumque *arte* poterat". Pal. 3.: „disponit". Quem ad modum Livius ablativo *qua* utebatur (7, 33.), sic h. l. „*quacumque*" „wo es sich nur immer zweckmässig thun liess" poni potuit. — „*Partim — alios*": codd. *Alios* significare h. l. minorem Numidarum partem sequentia docent. Cf. contra 5, 24.: partem — partem. — PC: „ostentant*is*". — Hafn.: „obequitare portas". Gärtn.: „obequitare portus".

5. *ab cedentibus:* PC et plerique Drak. codd. — Harl.: „abs cedentibus". Pal. 1.: „abscendentibus". Pal. 2.: „accedentibus". — Codd.: „*tracta* in insidias *circumuenta* est". haec verba non idem dicunt quod „tracta *et* circumventa est". cum enim coniunctione L. non uteretur, in *tracta* inesse voluit „cum tracta esset", id quod res postulabat. simili modo paulo ante verba „*nec* multi *et* inconpositi" multo fortius rem expediunt quam si scriptum esset „*nec* multi *nec* conpositi". — Paulo ante P m. 1.: „uidebantu*m*cum turma" cet. m. 2.: „uidebantur".

6. *ni mare propinquom et haut procul litore naues* cet.: P. C: „ni mare propinquum et haud procul litore" cet. In recc. quibusdam Drak. codd. scriptum est „nisi". — *Pleraeque* cum *piscatoriae* arte cohaeret: „die meistens Fischern gehörten". P: „plaereque". C duobus verbis praetermissis: „piscatorie peritis nandi" cet. — Ox. D.: „dedissent refugium".

8. *aliquot tamen eo proelio nobiles iuuenes capti caesique:* PC] aliquot tamen — capti caesique sunt (M? Ox. D.). In Cant. quoque „sunt" omissum est. *Capti caesique*, quae verba L. ita iungere solebat, nihil aliud videntur

uvenes capti caesique, inter quos et Hegeas praefectus quitum intemperantius cedentes secutus cecidit. ab urbe ppugnanda Poenum absterruere conspecta moenia haud- quaquam prompta oppugnanti.

II. Inde Capuam flectit iter luxuriantem longa felici- ate atque indulgentia fortunae, maxime tamen inter corru- ta omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis. enatum et sibi et plebi obnoxium Pacuvius Calavius fece- at, nobilis idem ac popularis homo, ceterum malis artibus anctus opes. is cum eo forte anno, quo res male gesta ad rasumennum est, in summo magistratu esset, iam diu in- estam senatui plebem ratus per occasionem novandi res agnum ausuram facinus ut, si in ea loca Hannibal cum

significare quam „alii capti alii caesi, si qui ne caperentur fortius pugnabant". — C: „inter quos et hegeas" cet. lac. Gron. verbum „*cecidit*" inductum voluit. sed recte Drakenb. observavit, si id verbum deesset, sciri non posse, utrum Hegeas captus an caesus esset. — Sequenti loco in cod. Lipsii et in plerisque Drak. inventum est „poenum abst*i*nuere". PCM Cant. Ox. D.: „*absterruere*". — P: „hautquaquam".

5. *inde Capuam flectit iter:* P m. 2. C: cum m. 1. in P fuisset „flect*i*terluxurian tem" cet. Lov. 4.: „in capuam". — Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 5. Hav. Berol. Ox. N.: „*ac in*dulgentia": quem ad modum optimis codd. testibus a Livio nusquam scriptum videtur. — P et m. 1. C: „maxime tamen inter corrupt*ā* | omnia licentia plebis" cet.: i. e. corrupt*am:* quo mendo *m* in fine versuum vocalibus addi solebat. C m. 2. M: „inter corruptam omni licentia" cet. *Inter corrupta omnia* rectissime se habet significatque „quamvis Capuae omnia corrupta essent".

8. *obnoxium Pacuuius Calauius fecerat:* PCM. In Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. verbum „fecerat", quod Lov. 2. praetermisit, ante nomen proprium positum est. Pal. 2.: „fecerat pacinus calauius". Pal. 1.: „feceret pacunius clauius". Lov. 2. Gärtn.: „pacunius". Lov. 2.: „calanius". Voss. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Ox. N.: „clauius". Harl. Lov. 1.: „claudius". — In Lov. 2. excidit „homo". — P: „nanctusopussiscumeoforte" cet. M: „nanctus". C: „nactus". cf. 22, 44.

13. *Hannibal cum uictore ex-*

victore exercitu venissent, trucidato senatu traderet Capuam Poenis, inprobus homo sed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi quam eversa re publica dominari, nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem init qua et senatum servaret et obnoxium sibi ac plebi faceret. vocato senatu cum sibi defectionis ab Roma-

ercitu uenissent: PC] Hannibal — venisset (P m. 2. rell.). Pluralis verbi a Livio positus videtur, quod non minorem vim in „exercitu“ quam in „Hannibal“ poni volebat. Cf. 21, 60.: dux cum aliquot principibus capiuntur. — Paulo ante PC: „ad tbrasumennum“. cf. 22, 4. P m. 1.: „infestam cenatui“. dein „senatui“. — C m. 1.: „facinus *uisu* in ea loca“ cet.: deinde *u* inducto litteraque *t* adiecta „facinus is ut in ea“ cet. — Paulo post C: „incolomi“. m. 2.: „incolumi“. — Berol.: „orbatam patrum consilio“. Hav.: „orbatam rempublicam consilio“. Gärtn.: „orbatamque publico consilio“. — PM contracta forma: „rationem in*it*“. C rell.: „inlit“. Cf. 5, 51.: repet*imus*. — Codd.: „qua *et* senatum seruaret *et* obnoxium“ cet. Expectari poterat pro loci ratione „qua et *servaret* senatum et obnoxium“ cet.: sed hoc minus diligenti iungendi modo nonnumquam ea quae artius connectenda erant verbis quibusdam interpositis apud optimos quosque scriptores seiuncta videmus.

6. *uocato senatu cum — praefatus esset* cet.: codd.: nisi quod in P scriptum est „se natum*cum*“ cet. Dukerus quidem sibi orationem non satis apte cohaerere nec procedere videri scripsit, sed recte iam Crevierus intellexit haec omnia usque ad verba „cum omnes victi metu permitterent“ ita dicta esse ut demum ab verbis „claudam *inquit*“ apodosis inciperet: „als er nach der Zusammenberufung des Senates zuvor bemerkt hatte, dass er keinesweges auf den Plan von den Römern abzufallen eingegangen sein würde, wenn denselben nicht die Nothwendigkeit geböte, da er ja —: dass man übrigens mit einem für sie weit gefährlicheren Gedanken umgehe: denn das Volk beabsichtige nicht etwa — sondern wolle —: dass er sie aber aus dieser Gefahr retten könne, wenn sie ihm ihr Wohl anvertrauen wollten —: so sagte er, als Alle von Furcht überwältigt sich ihm in die Arme warfen, ich werde euch in der Curie einschliessen lassen und dadurch, dass ich mich gleich-

nis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium fuisset, praefatus esset, quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet filiamque Romae nuptum Livio dedisset: — ceterum maiorem multo rem magisque timendam instare: non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per caedem senatus vacuam rem publicam tradere Hannibali ac Poenis velle: eo se periculo posse liberare eos, si permittant sibi et certaminum in

sam zur Theilnahme an dem Complott bereit erkläre, einen Ausweg zu eurer Rettung finden". haud raro autem periodos tantae magnitudinis apud Livium reperiri, periti harum rerum non negaverint. — P m. 1.: „consiliumclaci turum". m. 2.: „placiturum". — PC: „ex appii claudii filia". — Deinde scriptum est in P (M m. 1. Voss. m. 1. Harl. Pal. 1. Ox. L. 1.): „filiamque roma" cet.: cuius generis ablativus cum non modo 5, 52.: „Lavinio": 25, 22.: „Casilino": sed antiquissimis codd. testibus multis aliis locis reperiatur, dubium potest fieri an etiam primae secundaeque declinationis nomina urbium singularis numeri in ablativo aeque ac pluralia eo, quem genitivo expediebant, sensu poni solita sint. in re incerta tamen saltus videbatur librarium codicis C, qui „romae" scribi volucrat, sequi, praesertim cum eum non modo m. 2. in M et in Voss. sed quoque Lovell. 1. 2. Hafn. Hav. Berol. Ox. N. librique Sigoniani scriba secuti essent. In rell. codd. videtur scriptum esse „romam", quod Bekkerus quoque recepit. — PCM al.: „nuptum — dedisset". Harl. Lov. 3. Hafn. Berol.: „nuptam — dedisset". Lovell. 4. 5.: „nuptui — dedisset". Cf. 30, 13.: filiam ei *nuptum* dederit. al. — Paulo post Lov. 3.: „non enim defectionem — plebem spectare sed caede senatus" cet. P: „attollendum". PC: „set per caedem" cet.

8. *si permittant sibi* cet.: PCM Cant. Voss. Harl. rell.] si se permittant sibi cet. (ed. Ascens. a. 1513.). — Quamquam *se* post *si* ab librariis parum diligentibus facile praetermitti potuit, tamen ab optimorum codd. auctoritate recedere ausus non sum, cum nihil saepius quam eius generis pronomina ab antiquis scriptoribus omissa esse constet, et hoc loco non modo *se* sed etiam *salutem suam* atque etiam *rem publicam* suppleri potuerit. — Pal. 3.: „oblitum".

tis: quippe aut rex, quod abominandum, aut, quod unum liberae civitatis consilium est, senatus habendus est. itaque duae res simul agendae vobis sunt, ut et veterem senatum tollatis et novom cooptetis. citari singulos senatores iubebo, de quorum capite vos consulam: quod de quoque censueritis, fiet. sed prius in eius locum virum fortem ac strenuum novom senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur". inde consedit et nominibus in urnam coniectis citari quod primum sorte nomen excidit ipsumque e curia produci iussit. ubi auditum est nomen, malum et inprobum pro se quisque clamare et supplicio dignum. tum

fere in M Lov. 5. Ox. D. inventum esse dicitur. Rell. codd.: „nam senatum omnino non habere non uultis". — Paulo ante Berol. m. 1.: „hos ut opinor odistis". m. 2.: „uos ut opinor hos odistis".

2. *itaque duae res simul agendae uobis sunt:* PCM] itaque duae res simul agendae sunt vobis (rell. codd.). Berol. tamen: „itaque due simul res". Gärtn.: „ita duae res" cet. — Dein P: „etno uō|cooptetis". C: „et nouum cooptetis". Voss. Lovell. 1. 2. 3. 5. Gärtn. Hav.: „coaptetis". Harl. Hafn.: „captetis". Cf. 3, 64.: „satisfactum legi aiebat, quae — *ab his* (tribunis pl.) *qui creati essent cooptari collegas* iuberet": eodemque loco paulo post. 4, 4.: „quam (nobilitatem) plerique oriundi ex Albanis et Sabinis — *per cooptationem in patres* habetis aut *ab regibus lecti* aut post reges exactos *iussu populi*" cet. — Paulo post P: „singulossenatoresiuuebo". Voss. Lovell. 1. 3. 5. Ox. D.: „iubeo".

6. *sed prius in eius locum* cet.: PC rell. excepto Gärtn. in quo „sed primo in eius locum" cet. scriptum est. — In Harl. excidit „uirum". — P: „uirumfortemacstrenumno uomsenatoremcooptabitiquam denoxio" cet. m. 2.: „no uum senatorem cooptabitis". Futurum „*cooptabitis*" h. l. non tam pro imperativo positum esse quam „cooptari necesse est" significare manifestum videtur.

8. *nominibus in urnam coniectis:* P m. 2. C rell. — P m. 1.: „nominibus inuinam" cet. — C Lov. 4.: „quod primum forte nomen excidit". Berol.: „qd primum nomen sorte exiit". — P: „ipsumque". m. 2.: „ipsumque". Lov. 3.: „ex curia produci iussit". Recanus „e curia produci iubet". —

Pacuvius: „video quae de hoc sententia sit: date igitur pro malo atque inprobo bonum senatorem et iustum". primo silentium erat inopia potioris subiciundi, deinde, cum aliquis

1. *uideo quae de hoc sententia sit: date igitur pro malo* cet.: C] video quae de hoc sententia sit data: eligite pro malo cet. — Antiquam scripturam significare „video quae vestra de hoc sententia sit, vestrum de hoc iudicium", neminem fugerit. Idem fere quod in C scriptum est in P, nisi quod ibi *ae* pro *e*, quo mendo in hoc praestantissimo cod. milliens erratum esse videmus, et *m* pro *r* positum invenimus: „quaedehoc sententia sit dat*ae* igi | tum pro malo" cet. m. 2. tamen restituit „igitur". Illud *ae* vero pro *e* positum fecisse ut *data* cum priore loco iungeretur eaque ceterorum omnium codd. scriptura fieret apparet. M Lov. 3. Gärtn.: „sit data eicitur". Berol.: „sit data, eiciam et pro malo". *Eligite* in nullo bono cod. priore quidem loco inventum videtur: certe nec in Cant. Pal. 1. Lov. 4. Recan. est nec in eis, quorum scripturas modo adtulimus. Illinc Pall. 2. 3. Berol. seq. loco: „et iustum *eligite*". Cod. Lipsii et Lov. 1. et margo Voss.: „et iustum substituite". Lov. 2.: „et iustum in huius locum sufficite". Lov. 3.: „et iustum coaptate". idemque „coaptate" in margine Pal. 1. adscriptum est. Pro „sit *d*ata", quod huius loci esse non posse Sigonium non fefellerat, ipse „sit *l*ata" scribi voluit, quod et ipsum frigidum videbitur. I. Fr. Gron. dubitabat, utrum „sit *data: eligite* pro malo atque improbo bonum", an „video quae sententia de hoc sit: *date igitur*" cet. scribendum esset. verum tamen id alterum unice verum esse iam optimus cod. docto homini persuadere debebat. Non autem „quae sententia *de hoc*" sed „quae *de hoc* sententia sit" in M Harl. Lovell. Hav. Berol. perinde atque in PC positum est. — Praeterea PCM Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „*tum* pacuuius". Rell. codd.: „t*unc* pacuuius".

3. *cum aliquis omissa uerecundia quempiam nominasset:* PCM. *Omissa verecundia* scil. num is quem nominaret senatorio loco dignus esset. Voss. Ox. N.: „cum aliquis — nominassent". Harl. Pal. 1. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Ox. L. 1.: „cum aliqu*i* — nominassen*t*". — Paulo ante M Berol.: „subiciendi". — Paulo post codd.: „et *pudendae artis aut quaestus* genus obicerent": „und das Entehrende seines Geschäftes oder Erwerbes vorhielten".

omissa verecundia quempiam nominasset, multo maior extemplo clamor oriebatur, cum alii negarent nosse, alii nunc probra nunc humilitatem sordidamque inopiam et pudendae artis aut quaestus genus obicerent. hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est factum, ut ipsius paenitere homines appareret, quem autem in eius substituerent locum, deesse, quia nec eosdem nominari adtinebat nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et multo humiliores obscurioresque ceteri erant eis qui primi memoriae occurrebant. ita dilabi homines, notissimum quodque malum maxume tolerabile dicentes esse iubentesque senatum ex custodia dimitti.

IV. Hoc modo Pacuvius cum obnoxium vitae beneficio senatum multo sibi magis quam plebi fecisset, sine armis iam omnibus concedentibus dominabatur. hinc senato-

Cf. ex. gr. 25, 6.: ut alias *pudendas* clades exercituum taceam.

4. *in secundo ac tertio citato senatore est factum:* PCM Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. Hav. Ox. N. — Rell. codd.: „factum est". — Paulo ante P: „hucmultomagis". C: „huc modo magis" cet. C m. 2.: „hic multo magis". — Deinde P: „ipsiuspenitere". C: „paenitere": „dass man ihn nicht haben wolle". — Codd.: „*nihil aliud* quam *ad* audienda probra nominatos". Cum „*nihil aliud*" in his locis a Livio ita scriptum sit ut idem prope quod „*tantum modo*" significaret, ne hoc quidem loco necesse erat „*ad* nihil aliud" poni, quamvis ea particula praecedente syllaba *at* facile praetermitti potuisset. — P: „adaudien damprobra". Num antiquiore manu „ad audien*dum* probra" scriptum fuit?

10. *ita dilabi homines:* codd. i. e. *ita factum est* ut homines dilaberentur. Lov. 3.: „ita dilabi *coeperunt* homines". — PC: „notissimum quoque malum maxume tolerabile". Berol.: „e custodia".

15. *dominabatur:* recentiores codd. — PCM Harl. Lov. 4.: „donabatur". — Paulo ante P m. 1.: „fexisset". m. 2.: „fecisset". — Dein PCM Harl. Lov. 1.: „iam *omnis* concedentibus" pro *omnibus*. Num id, quod multis locis videre licet, ut nominum omnis generis tertiae declin. dativi aut ablativi plur. num. ex antiquissimorum mss. fide non in *ibus*

es omissa dignitatis libertatisque memoria plebem adulari: alutare, benigne invitare, adparatis accipere epulis, eas causas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem udices dare, quae magis popularis aptiorque in volgus fa-

sed in *is* formarentur, librariorum mendis debeatur an latine dici scribique potuerit, equidem nescio. ex harum certe vocum numero esse quoque ablativos *quis aliquis* pro *quibus aliquibus*, quas formas contractas docti homines non dubitarunt in antiquam orationem recipere, notum est. cf. 30, 25.: *quis* deficientibus. al.

1. *plebem adulari* ex verissima Salmasii coniectura scriptum est. Littera *l* enim praetermissa cum m. 1. in P scriptum esset „plebemaduari", alteraque manu *f* pro *u* poneretur, factum est ut in CM omnesque reliquos codd. reciperetur „plebem *adfari*". Et Livium non modo dativum (36, 7.) cum *adulari* iunxisse sed etiam accusativum ex 45, 31. patet: „adulando aut Romanorum imperium aut amicitiam regum". — Tum Pal. 2.: „benigne *mu*tare". Pall. 2. 3.: „adparatis excipere epulis". *Adparatis* h. l. plus dicere quam quod prima specie videatur necesse est, cum nullae prorsus epulae esse possint nisi quae adparatae sint. significat igitur „*laute* adparatis". cf. 31, 4.: ludi Romani sceuici eo anno *magnifice adparateque* facti. — Deinde PCM: „eas causas suscipere ei semper parti adesse" (immer der Partei zur Seite stehen). Drak. prope omnes codd.: „eius causas suscipere". Lovell. 2. 3. Hafn. Gärtn.: „eius semper parti adesse". Berol. m. 1.: „eiusq. semper parti" cet. Berol. m. 2.: „parati". Rell. codd.: „ei semper parati adesse". — P: „secundum eam *i*litem iudices dare". Mendo perspecto CM Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. et Pal. 2.: „secundum eam litem iudices dare": i. e. senatores, cum iudices essent, litem (=sententias suas in litibus iudicandis aestimandisque) semper secundum eam partem dederunt quae cet. Apte Drakenb. laudavit Gell. 5, 10.: si contra te lis data erit —: sin vero secundum te iudicatum erit cet. — Lov. 1. et Lipsii cod.: „secundum ea militem iudices dare". Voss.: „secundum eam milites iudices dare". m. 2.: „iudicem". Lov. 2.: „secundum ea in litem iudices dare qui" cet. Pall. 1. 3.: „secundum eam in litem iudices dare quae" cet. — PC: „in uolgus".

vori conciliando esset. iam vero nihil in senatu actum aliter quam si plebis ibi esset concilium. prona semper civitas in luxuriam — non ingeniorum modo vitio sed affluenti copia voluptatium et inlecebris omnis amoenitatis maritimae terrestrisque — tum vero ita obsequio principum et licentia plebei lascivire, ut nec libidini nec sumptibus modus esset. ad contemptum legum magistratuum senatus accessit tum post Cannensem cladem ut, cuius aliqua verecundia erat,

1. *nihil in senatu actū aliter:* C m. 2. — P et m. 1. C: „nihilinsenatuactaliterquam" cet. — Cod. Sig. et Hav.: „ibi adesset". Pal. 2.: „quam si ibi plebis esset consilium". Lov. 4.: „consilium".

3. *set affluenti copia uoluptatium:* P. Verbum *affluere* (= abundare) optimorum codicum auctoritate ex *o* et *fluere* non ex *ad* et *fluere* compositum ab antiquis esse oportet: illaque antiquiore compositionis ratione non parum eius verbi vim expediri adiuvarique patet. id enim, ex quo aliquid afluit, illud ipsum, quod afluit, ita abunde habuisse debet ut totum capere non potuerit. itaque in minore nostra edit. ex PM codicum fide scribi iussimus 3, 26.: ubi effusae afluant opes. 6, 15.: ex eo quod afluit. — C (rell. codd.): „sed affluenti copia". CM: „uoluptatium". Rell. codd.: „uoluptatum. Cf. 7, 38.: Capua instrumento omnium voluptatium delenitos militum animos avertit a memoria patriae. — Lov. 4.: „omnis amoenitatis marinae terrestrisque". — P m. 1. M exc. Pith.: „et licentia plebeis lasciuire": qua forma librarium duas scripturas „plebei" et „plebis" iungere voluisse Drakenborchium non fefellit. C Voss. Pal. 1. Lovell. 1. 3. et m. 2. Berol.: „plebei". Rell. codd. videntur „plebis" habere. Cum m. 2. in P supra alterum *i* in verbo „lasciuire" positum esset *e*, factum est ut in C scriberetur „lasciuere". verum infinitivus histor. rectissime se h. l. habet, nec id dicit quod recentiores librarii eius loco scribere solebant „lascivire *coepit*", sed profert maiore vi integram verbi ipsius significationem: „versank jetzt vollends in Üppigkeit".

8. *ut cuius aliqua uerecundia erat romanum quoque spernerent imperium:* PC] ut cuius aliqua erat verecundia, Romanum quoque imperium spernerent (Drak. et Pall. codd.). — Eadem quae in PC verborum structura in M reperta est omissa tamen

Romanum quoque spernerent imperium. id modo erat in mora ne extemplo deficerent, quod conubium vetustum mul-

voce „quoque". Hav.: „cuius erat aliqua uerecundia". C m. 2.: „ut quorum aliqua uerecundia erat". — Verba „cuius aliqua verecundia erat" Fabri ita interpretatur ut in eis inesse dicat „ut eam rem, cuius aliqua verecundia erat, i. e. Romanum quoque imperium spernerent". at non video, quo modo *cuius* ad aliud quid quam ad *imperium romanum* referri possit. ex Fabri certe interpretatione non *quoque* sed *etiam* poni necesse fuit. *Quoque* autem dicit, Campanos et reliqua, quae homines venerari et vereri solent, sprevisse et Romanum imperium. Quae cum ita sint, facere non possum quin desiderem „cuius aliqua verecundia *fuerat*": nec male Heusingerus scribit „(wofür) sie *bis dahin* doch einige Achtung hegten". at Livius, si ipse scripsit „*erat*", videtur dicere voluisse, licet Campani iam spernere viderentur imperium Romanum, tamen tantam eius imperii magnitudinem memoriae infixam habuerunt, ut nullo modo omnem eius verecundiam ex animis eicere potuissent. ex hac interpretatione „*spernerent*" significaret „spernere *coepissent*": „dass sie nach der Schlacht bei Cannä auch auf die Herrschaft Roms, vor der sie noch immer eine gewisse Scheu hegten, mit gleichgültigerem Blick zu sehen anfingen".

2. *ne extemplo deficerent:* Pal. 2. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. — Berol.: „defficerent". Rell. codd.: „ne extemplo efficerent": qua re recentiores scribi voluerunt „ne *id* extemplo *efficerent*". — P: „quodconcu biumuetustum" cet. C: „qđ c̃cubium uetustum". *Conubium* (Berol.) una littera *n* scripsimus ex primae dec. codicum PM auctoritate: 4, 3. al. — Harl. Lövell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „maximum uinculum *erat*". — Crevierus, ut maior vis in hac altera orationis parte poneretur, alterum *quod* ante „cum militarent" omittendum esse censuit. verum Livius non peius coniunctionem eam bis posuit, quo factum est ut idem prope quod coniunctionibus „cum — tum" h. l. exprimeretur: „einmal weil seit alter Zeit her viele angesehene und mächtige Häuser durch eheliche Verbindungen an Rom geknüpft waren, andrer Seits weil man ausser einer nicht unbedeutenden Zahl Campaner, die in dem röm. Heere dienten, vor allem die 300 Ritter aus den vornehmsten Geschlechtern — Preis zu geben fürch-

tas familias claras ac potentis Romanis miscuerat, et quod, cum militarent aliquot apud Romanos, maximum vinculum erant trecenti equites, nobilissimus quisque Campanorum, in praesidia Sicularum urbium delecti ab Romanis ac missi.

V. Horum parentes cognatique aegre pervicerunt ut legati ad consulem Romanum mitterentur. ii nondum Canusium profectum sed Venusiae cum paucis ac semiermibus consulem invenerunt, quam poterat maxime miserabilem bonis sociis, superbis atque infidelibus — ut erant Campani — spernendum, et auxit rerum suarum suique contemptum consul nimis detegendo cladem nudandoque. nam cum legati aegre ferre senatum populumque Campanum adversi quicquam evenisse Romanis nuntiassent pollicerenturque omnia quae ad bellum opus essent, „morem magis“ inquit „loquendi cum sociis servastis, Campani, iubentes quae opus essent ad bellum imperare, quam convenienter ad praesentem fortunae nostrae statum locuti estis. quid enim nobis ad Cannas relictum est, ut, quia aliquid habeamus, id

tete“. — PC: „claras ac potent*is*“. — PC: „militarent aliquod“. P: „aputromanos“. — C: „*im*presidia sicularum urbium“.

5. *aegre peruicerunt:* C. — P: „aegr*ae*peruigerunt“. Eodem modo paulo post scriptum est in P „aegr*ae*ferre“ et „polligerenturq. omnia“. — C m. 1.: „ut legati ad *quos* romanum mitterentur“. m. 2. supra *quos* positum est „cosulem“. — P m. 1.: „ad consulem romanum mitte ren|iinondum“ cet. m. 2.: „mitterent|ii“ cet. Illud *ii* cum non recte interpretarentur, in Voss. Harl. Lovell. 2. 3. Hafn. Recan. Hav. Berol. scriptum est: „mitterentur *duo*. nondum“ cet. in Lovell. 4. 5. Gärtn. etiam „mitterentur *duo. hi* nondum“ cet. — Deinde PCM Harl. Lovell. 1. 2. 3. Gärtn.: „quam poterant maxime miserabilem“: quasi non *consul* sed *legati* subiectum verbi *poterat* esset. Errore perspecto rell. codd.: „quam *poterat* maxime“. — Berol.: superbisq.

14. *morem magis inquit loquendi* cet.: PCM Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Oxx.: nisi quod in P „inquid“ scriptum est. — Berol.: „inquit consul loquendi“ cet. — P: „iuuentes“.

18. *ut quia aliquid habeamus id quod est expleri ab sociis uelimus:* PCM] ut, quasi

quod est expleri ab sociis velimus? pedites vobis imperemus, tamquam equites habeamus? pecuniam deesse dicamus, tamquam ea tantum desit? nihil ne quod suppleremus quidem nobis reliquit fortuna: legiones equitatus arma signa equi virique pecunia commeatus aut in acie aut binis postero die amissis castris perierunt. itaque non iuvetis nos in bello oportet, Campani, sed paene bellum pro nobis sus-

aliquid habeamus, id quod deest expleri ab sociis velimus. — P tamen habet et „aliquis“ et m. 1. „expleri“, m. 2.: „expleri“. — Scriptum quoque in Cant. Pal. 2. Lov. 4. Gärtn. Berol. est: „*quia* aliquid habeamus“. Codicum Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 3. librarii, *a* in „quia“ ex sequente voce „aliquid“ profectum esse rati, scribi voluerunt: „*qui* aliquid habeamus“. Utramque scripturam veram esse posse vix quisquam negaverit, quamquam non defuturos esse arbitror, quibus pronomen relativum coniunctioni praeferendum videatur. Quod sequitur autem „id quod *est*“, quae scriptura in Lovell. 1. 3. quoque reperta est, ab ipso Livio scriptum censeam, nam quamvis utrumque, et „*explere* id quod *deest*“ et „*explere* id quod *est*“, nullo maiore sensus discrimine dici potuisse videatur, quem ad modum paulo post quoque in optt. codd. inventum est „nihil ne quod suppleremus quidem nobis reliquit fortuna“: tamen neminem contendere dubitaturum esse puto, multo accuratius dictum esse „*explere* quod *est*“ quam quod recentioribus librariis placuit „id quod *deest* explere“, quod, si quis quid explere velit, aliquid *esse* oporteat, quod expleri possit. *expleri* enim non potest nisi quod est et eis quidem partibus quae toti rei desunt, idque, quod ita deest, *suppleri* poterit. — Pal. 3.: „quam quod aliquid habeamus“. — Paulo ante P m. 1.: „quidenimno bisade|annasrelictumeat“. m. 2. littera *e* inducta: „ad|cannas“. — C: „reliquid fortuna“. — Paulo post P m. 1.: „autin aciesutuinis postero die missiscastris“ cet. Cum deinde *r* supra *u* in „uinis“ positum esset, factum est ut in CM Voss. scriberetur „aut ruinis“, in rell. etiam „aut in ruinis“. I. Fr. Gron. restituit *binis*.

7. *sed paene bellum pro nobis suscipiatis* vera manus Liviana videtur esse. In P enim m. 1. scriptum vidimus: „— oportetcampanis | etpoe nae bellum pro nobis suscipia tis“. alteraque manu alterum

cet. C m. 1.: „oportet cāpanis & poene bellum“ cet. m. 2. littera *s* inducta: „cāpani & poene“ cet. M Voss. Lov. 1. Gärtn.: „sed pene bellum“. Cant. Harl. Lov. 4.: „sed poeni bellum“. Lov. 5.: „sed pene bella“. Lov. 3.: „sed potius bellum“. In Lov. 2. excidit „bellum“. — Praeterea Berol.: „itaq. mo non iuuetis nos in bello oportet campani s; cū penis pro nobis bellum suscipiatis“. Brancal. Lat.: „itaque non iuuetis modo nos“. Pal. 3.: „itaque ut iuuetis“.

3. *ad Saticulam*, quem ad modum 7, 32. multisque aliis similibus locis scriptum est, hoc quoque loco restituimus, cum in PCM Cant. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Recan. Gärtn. „receptos in fidem *satricula* defenderimus“ inventum esset, et praepositio *ad* vel *at*

mnitibus bellum per centum prope annos variante fortuna eventum tulerimus. adicite ad haec, quod foedus aequom dediticiis, quod leges vestras, quod ad extremum — id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit — civitatem

eadem re 31, 31. dixit: „cum pro his (Campanis) bellum adversus Samnites per annos prope *septuaginta* cum magnis nostris cladibus gessissemus“ cet.

3. *dediticiis*] deditis. — Cum excepto uno Havercampiano in omnibus codd. esset „dedistis“, I. Fr. Gronovius „*deditis*“ (i. e. aut *qui dediti sunt* aut *qui se dediderunt*: 8, 13.) scribi voluit, recentioresque eum sequi non dubitarunt. sed quoniam 7, 31. 38. aliisque locis Campani, qui se eaque omnia in illo tempore in populi romani dicionem dediderunt, *dediticii* nominantur, idque ipsum nomen huius loci rationi quam maxime respondet, neque quidquam saepius *i* erratum est quam ut vel *dedidii* vel *dedidii* scriberetur pro *dediticii*, hoc quoque loco „dedistis“ pro „dedisticis“ positum videtur. — Praeterea PC al.: „dedicite ad haec“ I Berol. m. 1.: „addicite ad hec“ m. 2.: „ad hec“. — P: „foe dusequom“. — PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Oxx. D. L. 1.: „quod leges *uestras*“ cet., id quod ex sequenti verbo *dedimus* ita interpretandum est, quasi scriptum sit „*quod legibus vestris uti vos passi sumus*“. Pleniore dicendi ratione Berol.: „quod leges uestras accepistis quod ad extremum“ cet. Sed cum illud zeugmatis genus recentiores librarios aut fugeret aut iis minus probaretur, in reliquis codd. scriptum est: „quod leges *nostras* — dedimus“, ut respiceretur ad leges a *L.* Furio praetore Campanis datas: 9, 20. — Ex verbis „id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit“ in Cantabr. excidit „quod“ haud improbante Iac. Gronovio, in *Lov.* 3. „certe“. — Paulo post PC: „magnae parti *uostrum*“ (scil. equitibus Campanis: 8, 11.). M: „uestrum“. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „uestrorum“. — In sequentis loci fine scriptum non est nisi in pancis recentioribus „communem patriam tuendam *arbitrari esse*“. Levi mendo P: „tuendamarbitrarierse|non cum“ cet. Hinc C m. 1. M Voss. Harl.: „arbitrarier se non cum“ cet. C m. 2.: „arbitrarier *sed*“ cet. Ox. L. 1.: „arbitrarier esse“. *Lov.* 3.: „arbitrari se“. Lov. 5.: „arbitrarier“. Ox. N.: „arbitremini esse“. Hav. Branc. Lat.: „arbitremini“.

cipiatis. veniat in mentem, ut trepidos quondam maiores vestros intra moenia conpulsos, nec Samnitem modo hostem sed etiam Sidicinum paventis, receptos in fidem ad Saticulam defenderimus, coeptumque propter vos cum Sa-

e in „poenae“ inductum et *t* supra positum est. C m. 1.: „oportet cāpanis & poene bellum“ cet. m. 2. littera *s* inducta: „cāpani & poene“ cet. M Voss. Lov. 1. Gärtn.: „sed pene bellum“. Cant. Harl. Lov. 4.: „sed poeni bellum“. Lov. 5.: „sed pene bella“. Lov. 3.: „sed potius bellum“. In Lov. 2. excidit „bellum“. — Praeterea Berol.: „itaq. mo non iuuetis nos in bello oportet campani s; cū penis pro nobis bellum suscipiatis“. Brancal. Lat.: „itaque non iuuetis modo nos“. Pal. 3.: „itaque ut iuuetis“.

3. *ad Saticulam*, quem ad modum 7, 32. multisque aliis similibus locis scriptum est, hoc quoque loco restituimus, cum in PCM Cant. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Recan. Gärtn. „receptos in fidem *sa*tricula defenderimus“ inventum esset, et praepositio *ad* vel *at* propter sequentem eandem syllabam excidisse videretur. nam si quis contendere vellet, *Saticula* ita pro genitivo *Saticulae* et hoc loco poni potuisse, ut persaepe in antiquissimis codd. *Roma* pro *Romae* similiaque locorum nomina posita legerentur, is non reputaret, non *Saticulae* sed *ad Saticulam* pugnatum ab Cornelio cons. esse. Recentiores scripserunt „*apud* Saticulam“ cum excc. Pithoei, in quibus „apud satriculam“ esse dicitur. Berol. m. 1.: „receptos in fidem satriculam defenderimus“. m. 2.: „pp satriculam“: i. e. *propter* satriculam. Voss.: „receptos in fidem *saticulam*“ cet., de qua veriore hoc nomen scribendi ratione cf. 7, 32. Pall. 1. 3.: „recepto in fidem satricula“ cet. — Paulo ante PC Voss. Harl. Oxx. et m. 1. M: „ut trepidos quo*s*dam maiores uestros“. M m. 2. et Ox. N. in margine: „quondam“. Berol.: „ut trepidos q̄. maiores“ cet. Deinde P m. 1.: „necsamnitem modo hoste*s* | *s*et etiam sidici num“ cet. m. 2. inducta littera *s*: „hostē | set etiam“ cet. Berol.: „s; sidicinum pauentes“ omissa particula *etiam*. — PC: „pauent*is*“. — Paulo post in omnibus codd. scriptum est „per *centum* prope annos“, cum iusto annorum numero aliquanto maior numerus ab dicentis consulis ratione non abhorreret. diligentius igitur legatus romanus in Aetolorum concilio de

nae militem trahit. hunc natura et moribus inmitem ferumque insuper dux ipse efferavit pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis et, quod proloqui etiam piget, vesci corporibus humanis docendo. his infandis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, videre atque habere dominos et ex Africa et a Carthagine iura petere et Italiam Numidarum ac Maurorum pati provinciam esse — cui non genito modo in Italia detestabile sit? pulchrum erit

4. *corporibus humanis:* PC] humanis corporibus. — Paulo ante C: „huc natura et moribus inmitem" cet. — Lov. 2.: „pontibusque ac molibus". Lov. 4.: „pontibus molibusque". Berol.: „pontibus ac mollibus. Videtur Livius Terentium h. l. ad id, quod 22, 2. de Hannibale eiusque itinere traditum est, respicientem facere. — P: „uesci corporibus".

— *his infandis pastos epulis:* PC Cant. Voss. Lovell. 2. 3. 4. 5. Rec. Hav. Berol. Ox. N.] hos infandis pastos cet. — In M pronomen *his* excidisse fertur. Videntur accusativum *hos* poni voluisse, quod sequens pronomen relat. eum postularet, at vel sine eo „*pastos, quos*" ferri posse, et in *his epulis* multo maiorem vim inesse, quam proxime antecedentia poposcerint, nemini dubium videbitur. — Tum priore particula *et* omissa Lov. 3. Gärtn.: „ex africa et ex carthagine". Pal. 2.: „ex africa et carthagine". Deinde Pal. 3. Lovell. 4. 5. Berol. omisso praepositione *a:* „et ex africa et carthagine". Et Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 2. Hav. Ox. N.: „et *ex* africa et *ex* carthagine". — P: „numidarum *a*maurorum". m. 2.: „*a*c maurorum". — PC Voss. Harl. Pal. 1. Hav. ac sine dubio M: „cui non genito modo in *Italiam*" cet. Lov. 1. autem inducta particula *modo*, fortasse quod fieri posset ut ab aliquo *non modo* iungeretur: „cui non genito in italiam": quamquam vel locus particulae *non* praecedente pronomine *cui* indicabat ita iungi h. l. non posse: „wenn er auch nur in Italien geboren worden". Pal. 2. etiam: „cui non genito modo detestabile in Italiam sit".

8. *pulchrum erit Campanis:* PCM Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Hafn. Hav.] pulchrum erit, Campani, cet. (rell. recc. codd. excepto Berolinensi, in quo „pulcrum erat campanis"). — Fieri vix potuisset, ut h. l. antiqua scriptura abiicienda videretur, nisi sequentis pronomina *vestra* et *vestris* minus recte

Campanis, prolapsum clade Romanum imperium vestra fide vestris viribus retentum ac recuperatum esse. triginta milia peditum quattuor equitum arbitror ex Campania scribi posse:

cum ea iungi posse visa essent. at non pauca sunt quae recentium librariorum emendationi „*Campani*“ officiant. non enim est videndum, quem ad modum per se pulchrum atque laudabile videri potuisset, si imperium romanum Cannensi clade prolapsum non sua suorumque civium virtute sublevatum diceretur sed alienis opibus eisque Campanorum, populi cuiuscumque generis licentia libidineque fracti. sed longe aliter res se habet, si ex antiquae scripturae fide „*pulchrum erit Campanis*“ (den Campanern wird es zur Ehre gereichen, dass durch eure Treue u. s. w. i. e. vestra populiq. Campani fide) scriptum erit. nam quod dativum cum adiectivo *pulchrum* iunctum videmus, id non magis h. l. mirum videbitur quam simili loco Ciceroniano in orat. de imp. Cn. Pomp. 5, 12.: „videte ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam tradere, sic vobis turpissimum sit“ cet. Et quod Livius Terentium non *sua* sed „*vestra* fide *vestris* viribus“ dicentem facit, id scriptum videtur, quod consuli Romano ab Campanorum populo nihil agi posse videretur necesse erat nisi publica auctoritate, legatique qui venerant ex ipso senatorum ordine erant: itaque dici non modo potuit a consule sed oportuit, si praesentium legatorum animos delenire et capere vellet, ut domum reversi magno opere civibus suis suaderent ut quocumque auxilio populus rom. a Campanis adiuvaretur. — Praeterea Hafniensis cod. librarius „prolapsum *clade romana* imperium“ scribi voluit, idemque Freinshemio in mentem venisse dicitur. at quis non videt, maximam orationis vim h. l. in ipsis verbis „*romanum imperium*“ positam esse, quippe quae responderent *Campanorum civitati*, et vix fieri potuisse ut aliquis non suppleret vel „*Cannensi*“ vel „*hac*“ ad *clade*, utpote qua una tunc tanta calamitas accepta esset. — C m. 1.: „pulcrum erit“. P m. 1.: „uostra fide uestris uiribus“. sed eadem m. antiqua „uestra“ restitutum est.

3. *scribi posse* verissima I. Lipsii emendatione restitutum est, cum id, quod in omnibus codd. scriptum legitur „arbitror ex campania *scripsisse*“, nullo modo probari possit. — PC: „xxx. peditum. IIII. equitum“. Berol.: „xxx mil' peditum. quatuor

iam pecuniae ad fatim est frumentique. si parem fortunae vestrae fidem habetis, nec Hannibal se vicisse sentiet nec Romani victos esse."

VI. Hac oratione consulis dimissis redeuntibusque domum legatis unus ex his Vibius Virrius tempus venisse ait,

equitum". — Paulo post cum levi mendo in P (M m. 1. Voss.) scriptum esset „frumentiqui" pro *frumentique*, quod mendum Colb. codicis librarium alteramque codicis Med. manum non fugit, factum est ut in Berol. aliisque recc. codd. scriberetur: „iam pecuniae adfatim est frumentique. qui si parem" cet. Pal. 2. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn.: „iam pecuniae adfatim est et frumenti. qui si parem" cet. Lov. 5.: „— et frumenti. quod si parem" cet. — Berol.: „fidem habeatis". — PCM: „nec romani uictos esse". Berol. et ut videtur plerique recc. codd.: „nec romani *se* uictos esse". Voss.: „nec r. p. uictos esse".

4. *hac oratione* (i. e. hac oratione habita, his verbis a consule factis:) in omnibus prope codd. inventum est, nisi quod Voss. et Lov. 1. „hanc orationem" habent: I. Fr. Gronovius tamen maluit scribi „*ab* hac oratione consulis dimissis" cet., cuius simili ratione a Livio saepe scriptum est (ex. gr. 24, 39. init.). Non minus recte autem ille ablativus absol. se habere videtur, et Livius dicere voluisse non tam „*nach* dieser Rede" quam „*mit* dieser Rede". — PC: „hac oratione coss. dimissis" cet. — P: „unusexhisubiusuirriustem pusueniseseit", cum littera *i* in nomine „*Vi*bius" praetermissa esset, sed cum m. 2. in P *s* supra *u* in „*u*bius" positum esset, iam in C scriptum est „unus ex his subius uirrius". idemque „subius" in M Voss. Harl. excc. Pith. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Oxx. D. N. repertum est. Margo codicis Voss.: „uuius". Hafn.: „fabius". Propius vero Hav. Ox. L. 1.: „iubius". Berol.: „unus ex his sb' uinius tempus uenisse ait". Alterius nominis loco in Ox. N. scriptum est „uirbius". in Ox. L. 1.: „iunius". Sigonius in suo cod. vidit „uibius uirius". 26, 13. in PCBb invenimus „uiuius uirrius": sequentique cap. in eisdem codd. „hanc orationem uiri", paulo post „uiuium uirrium". Praenomen „*Vibius*" 25, 14. aliisque locis legi recte dicit Drak., cum Sigonius „Vibus" scribi voluisset. — Harl. (Voss.) Pall. 2. 3. Rec.: „tempus uenisse sociis ait". Lov. 1.: „ueniet ait".

quo Campani non agrum solum ab Romanis quondam per iniuriam ademptum recuperare sed imperio etiam Italiae potiri possint. foedus enim cum Hannibale quibus velint legibus facturos, neque controversiam fore quin, cum ipse confecto bello Hannibal victor in Africam decedat exercitumque deportet, Italiae imperium Campanis relinquatur. haec Virrio loquenti adsensi omnes ita renuntiant legationem, uti deletum omnibus videretur nomen Romanum. extemplo plebis ad defectionem ac pars maior senatus spe-

4. *neque controuersiam fore quin, cum ipse — deportet, Italiae imperium Campanis relinquatur* a Livio profectum esse veri simile videtur. In PC tamen invenimus „fore qui*a* cum ipse" cet., ut, quoniam *quia* nemini probari potuit, „*cum*" ab aliquo librario tamquam illius coniunctionis emendatio male adiectum, cumque in PCM Harl. positum esset „deportet *et* Italiae" cet., Livius scribi voluisse videri posset: „neque controuersiam fore *quin* ipse confecto bello Hannibal uictor in Africam decedat exercitumque deportet *et* Italiae imperium Campanis relinquatur". Sed cum in Pall. et Drak. codd. omnibus „*quin cum*" repertum esse dicatur, quidquam mutare non ausim. — P: „relinquan*t*ur." — Praeterea cum in P levissimo mendo „inafrica|*in*decedat" littera *m* cum praepositione *in* permutata scriptum esset, factum est ut in C Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Rec. Gärtn. Oxx. poneretur „in africa*m in*de cedat". Voss.: „in africam inde decedat". Berol. m. 1.: „in affricam incedat". m. 2.: „in affricam decedat". Lov. 3. Hav.: „in africam hinc decedat". In M vero emendate scriptum dicitur: „in africam decedat". — Pal. 3.: „uideretur r. imperium".

7. *ita renuntiant legationem:* statten so ihren Gesandtschaftsbericht ab. Sic 9, 4.: haec cum legatio renuntiaretur, cet. — Paulo ante P: „haec uiri loquenti*s* adsensi omnes". medium *s* tamen ita scriptum erat ut etiam pro *t* haberi posset. C: „haec uiro loquenti adsensi" cet.: nec dubium esse potest quin simili errore in aliis Drak. codd. scriptum fuerit. Berol.: „hec uinio loquenti adsensi sunt omnes". Hav.: „uirbio loquenti adsensi". Ox. N.: „uirbio loquenti adsensi sunt." — Dein P m. 1.: „utidel*a* tumomnibus" cet. m. 2.: „deletum".

9. *plebis:* PC Harl. Lov. 1. Hav.] plebes. Cf. ex. gr. 4, 25.: ac-

tare: extracta tamen auctoritatibus seniorum per paucos lies est res. postremo vincit sententia plurium, ut idem egati, qui ad consulem Romanum ierant, ad Hannibalem nitterentur. quo priusquam iretur certumque defectionis onsilium esset, Romam legatos missos a Campanis in qui- 5 usdam annalibus invenio postulantes, ut alter consul Cam- anus fieret, si rem Romanam adiuvari vellent. indignatione rta submoveri a curia iussos esse, missumque lictorem qui x urbe educeret eos atque eo die manere extra finis Ro- ıanos iuberet. quia nimis conpar Latinorum quondam po- 10 tulatio erat Coeliusque et alii id haud sine causa praeter- ıiserant scriptores, ponere pro certo sum veritus.

dis. M (?) Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Recan. Gärtn. Berol.: „plebs". Voss.: „plebs". — C: „plebis ad efectionem" cet. — PCM: „ac pars maior senatus". Harl. Lovell. 4. 5. Ox. L. 1.: „ac pars magna senatus". Berol.: „ac maxima pars senatus".

2. *uincit:* PC] vicit (rell., ut videtur, codd.). — Deinde forma contracta PC: „ut idem legati" cet. Rell. codd.: „iidem". — Paulo post Gärtn.: „quo priusquam irent". — P m. 1.: „inqui busdam annibalibus inuenio". sed m. 2. litterae mediae *ib* inductae sunt. — Berol.: „ut alter campanus consul fieret". — PC: „extra fin*is* romanos". Qui iuberet *eo die manere extra finis rom.* nihil aliud h. l. significare potest quam „qui vetaret eos manere eo die intra finis romanos".

10. *Latinorum quondam postulatio erat* non modo in PCM sed etiam in omnibus prope recentibus codd. inventum est. Pal. 3. tamen: „quia nimis compar postulationi condam latinorum erat". Berol. etiam: „quia nimis latinoꝝ q̄. postulatoī compar erat. celiusq. et alii haud sine causa praetermiserant scriptores": i. e. „postulat*ioni*". Hav. cum Laur. Valla: „caeliusque et alii scriptores haud sine causa praetermiserant". Plerique Drak. codd.: „caeliusque et alii ut non sine causa praetermiserant". Haec menda orta ex eo videntur, quod in P littera *s*, ut solebat, male interiecta et *it* pro *id*, *aut* pro *haut* posito, scriptum erat: „coeliusque etalii*sit*autsinecausa praetermi serantscriptores". Inde C m. 1.: „coeliusque & aliis ita ut sine causa" cet. m. 2.: „& alii ita ut sine causa" cet.

VII. Legati ad Hannibalem venerunt pacemque cum eo condicionibus fecerunt, ne quis imperator magistratusve Poenorum ius ullum in civem Campanum haberet, neve civis Campanus invitus militaret munusve faceret, ut suae leges sui magistratus Capuae essent, ut trecentos ex Romanis captivis Poenus daret Campanis quos ipsi elegissent, cum quibus equitum Campanorum qui in Sicilia stipendia facerent permutatio fieret. haec pacta. illa insuper quam

1. *pacemque cum eo condicionibus fecerunt* ab I. Fr. Gronovio restitutum est. scriptum enim in P erat: „pacemquecumeocondicion*is*fecerunt“: quem ad modum saepe ab antiquis librariis *is* pro *ibus* positum est. cf. 23, 4.: omnibus. CM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3.: „pacemque cum eo conditionis fecerunt“. Quod scribendi genus cum recentiores quosdam librarios fugeret, in Hafn. Hav. scriptum est: „pacemque cum eo conditionesque fecerunt“. Lov. 4.: „pacisque cum eo conditiones fecerunt“. Lov. 5.: „pactique cum eo conditiones fecerunt“. Gärtn.: „pactumque cum eo conditionis fecerunt“. Berol. autem antiquae scripturae vi perspecta pronomen *his* ita addidit ut scriberet: „pacemque cum eo *his conditionibus* fecerunt“. — Deinde P m. 1.: „*ui*sullum“. P m. 2. CM: „ius ullum“. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „ullum ius“. — P m. 1.: „ut suaeleges|uimagistratuscapuae essent“. m. 2.: „|*s*uimagistratus“. CM: „capuae“. Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Oxx.: „sui magistratus campaniae essent“. Item Berol.: „campanie ēēnt“. — P m. 1.: „uttrecentosexromaniscaptiuis captiuispoenusdaret“. m. 2. alterum *captiuis* inductum et ex priore factum est „captiuos“: quo factum est ut in C (ac sine dubio in aliis codd.) scriberetur: „ut trecentos ex romanis captiu*os* poenus daret“. In Gärtn. excidit „captiuis“. — Denique Berol.: „quos ipsi *de*legissent“. P: „campanorumqui inconsi|liastipendiafacerent“. Mendo perspecto C: „qui in sicilia stipendia facerent“.

8. *haec pacta*, quod in plerisque Drak. e codd. scriptum esse dicitur, nec in P nec in C repperimus, sed „nec pacta illa insuper quam quae pacta erant“ cet.: quo errore facile peccari potuit, si in antiquiore libro non *haec* sed *hec* positum fuerat. In Lov. 2. videntur verba „haec pacta“ praetermissa esse. In codd. quibusdam Drak. non

quae pacta erant facinera Campani ediderunt: nam praefectos socium civisque Romanos alios, partim aliquo militiae munere occupatos partim privatis negotiis inplicitos, plebs repente omnis conprehensos velut custodiae causa balneis includi iussit, ubi fervore atque aestu anima interclusa foedum in modum expirarent. Ea ne fierent neu legatio mitteretur ad Poenum, summa ope Decius Magius, vir cui ad summam auctoritatem nihil praeter sanam civium mentem defuit, restiterat. ut vero praesidium mitti ab Hannibale audivit, Pyrrhi superbam dominationem miserabilemque Tarentinorum servitutem exempla referens, primo ne recipere-

„*illa* insuper" sed „*alia* insuper" scriptum est, fortasse quod librarios non fugerat *aliud* cum *insuper* a Livio iungi solere (cf. ex. gr. 2, 2. 21, 14.), et quod sequenti particulae *nam* melius *alia* convenire putabant. Quod autem L. *quam* cum *insuper* iunxit, quasi comparativi quaedam vis in *insuper* inesset, id eodem dicendi genere factum est quo „praeter quam" scribi solebat. — „Facin*ora*" cum P scripsimus, quamvis in C et in rell. codd. „facin*ora*" esset. — Berol.: „praefectos socio*rum*". — PC: „ciuisque. r. alios". Hinc factum videtur ut in M „romanos" praetermitteretur. — P: „omn*is* conprehens*os*". C: „omnis conprehensos". Berol.: „omnis comprehensos". — P m. 1.: „includi iussit". m. 2.: „includi". — Berol.: „iussit ut ibi feruore" cet. Cod. Sig.: „ubi foetore atque aestu". — PC Berol. al.: „foedum in modum expirarent".

6. *neu legatio mitteretur:* PCM. — Voss. Harl. Lovell. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „neue legatio" cet. — Paulo post Pal. 3.: „decius magnus". Berol.: „summa decius magi' ope cui ad summam auctoritatem" cet.

10. *Pyrrhi superbam dominationem:* P. — C: „pyrri superbam domanationē". — Berol.: „tarentinorum seruitutem ex | refferens". m. 2.: „ex | refferens": i. e. exemplo. — P: „primonecrecipe retur". — C: „nociferatus ē". — PCM: „deinde ut receptum aut eiceretur aut si" cet. Berol.: „nociferatus est deinde ut re|iceretur aut si" cet. m. 2.: „deinde aut re| iceretur". Idem „reiceretur" in Harl. Lov. 2. Hav. repertum et prius „aut" in Lov. 1. omissum est. Ox. D.: „demum ut receptum" cet.

tur praesidium palam vociferatus est, deinde ut receptum aut eiceretur aut, si malum facinus, quod a vetustissimis sociis consanguineisque defecissent, forti ac memorabili facinore purgare vellent, ut interfecto Punico praesidio restituerent Romanis se. haec — nec enim occulta agebantur — cum relata Hannibali essent, primo misit qui vocarent Magium ad sese in castra, deinde, cum is ferociter negasset se iturum — nec enim Hannibali ius esse in civem Campanum —, concitatus ira Poenus conprehendi hominem vinctumque adtrahi ad sese iussit: veritus deinde, ne quid inter vim tumultus atque ex concitatione animorum inconsulti certaminis oreretur, ipse, praemisso nuntio ad Marium Blosium

4. *restituerent romanis se:* P] restituerent se Romanis (rell. ut videtur codd.). — C: „restituerent romanos. sed hęc nec enim" cet.: qua scriptura id quod in P inventum est quam maxime firmari nemo non videt. C m. 2.: „romanis".

5. *nec enim occulta agebantur:* PCM Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Berol.] neque enim occulte agebantur. — „Occulte" m. 2. in M et in Voss. et in Lov. 1. scriptum videtur, quamquam adiectivum h. l. bene se habet, nec praeterire debebat diligentes librarios, persaepe Livium adiectivis usum esse, ubi adverbia magis probarentur, et adverbiis, ubi adiectiva potius ponenda viderentur. Et quod ad „*nec* enim", quod in Voss. quoque et in Lov. 1. Ox. N. inventum est, attinet, vix dici potest, quot locis non modo apud Livium sed etiam apud alios scriptores et inprimis in latinorum poetarum carminibus „neque enim" „neque adhuc" al. pro antiquo *nec enim*, *.nec adhuc*, ab inconsultis librariis positum sit. Hoc autem loco vel ob id illi „neque enim" scribendum esse putarint, quod *nec enim* paulo post sequeretur. — Deinde Berol.: „qui uocar*et* magium ad *sese* in castra". Lovell. 2. 4. 5. Oxx. D. N.: „ad se in castra".

10. *adtrahi ad sese:* PCM Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.] attrahi ad se. — Berol.: „atrahi", ut paulo ante „oculta".

12. *oreretur:* PC et m. 1. M] oriretur (M m. 2. Berol. rell.). — Paulo ante PC: „ne qui*t* inter uim" cet. — Septem verbis omissis C: „ad marium blosium proficiscitur e castris". P: „proficiscitur*ae* castris", quo mendo paulo post in eodem P „enix*ae*"

praetorem Campanum postero die se Capuae futurum, proficiscitur e castris cum modico praesidio. Marius contione advocata edicit ut frequentes cum coniugibus ac liberis obviam irent Hannibali. ab universis id non obedienter modo sed enixe favore etiam volgi et studio visendi tot iam victoriis clarum imperatorem factum est. Decius Magius nec obviam egressus est nec, quo timorem aliquem ex conscientia significare posset, privatim se tenuit: in foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit trepidante tota civitate ad excipiendum Poenum visendumque. Hannibal ingressus urbem senatum extemplo postulat, precantibusque inde primoribus Campanorum, ne quid eo die seriae rei ge-

scriptum est pro „enixe". — Paulo post P: „contionem*ad* uocata". C: „contione" cet.

5. *uolgi:* PC] vulgi (Berol. rell.). — „*Etiam*" non ita cum *favore* iungendum est ut non magis ad *sed* pertineat. favor enim vulgi et studium Hannibalem visendi ipsae causae erant, ut enixe opera data advenienti obviam irent. nec peritis Liviani dicendi generis locus nominis *favore* ex hac interpretatione mirus videbitur. — P: „oboedienter".

8. *priuatim se tenuit:* PC rell.] privato se tenuit (ex coni. I. Fr. Gronovii). Cf. quod paulo ante ad verba „occulta agebantur" dictum est. — Paulo ante Berol.: „est egressus". Ox. L. 1.: „conscientia": praetermissa praepositione *ex*. — Dein in P scriptum est „otiose inambula*ō*it", cuius loco, cum litterae *ō* et *u* persaepe inter se permutatae sint, priores secuti „inambulauit" scribi iussimus. sed cum tot locis videre liceat, verborum tempora, si qua ratio postularet, diligentissime a Livio mutata esse, maxime dubium videri potest an verius antiquae scripturae vim librarius codicis C perspexerit, qui emendarit „inambulab*at*". nam non minus saepe vocales *a* et *i* permutatas videmus, multoque melius imperfecto h. l. longius illud temporis spatium, quo Decius inambularit, exprimi vix quisquam dubitarit. — Voss. m. 2. et margo Lov. 2.: „tripudiante tota ciuitate". Pal. 2.: „ad capiendum poenum".

12. *ne quid eo die seriae rei gereret* verissime ab Modio restitutum est. In P enim invenimus: „ne quid id eo diese rei|reigereret": in quo bis erratum esse manifestum est, cum *id* bis poneretur et *ei*

reret diemque ut ipse adventu suo festum laetus ac libens celebraret, quamquam praeceps ingenio in iram erat, tamen, ne quid in principio negaret, visenda urbe magnam partem diei consumpsit.

VIII. Deversatus est apud Ninnios Celeres, Sthenium Pacuviumque, inclutos nobilitate ac divitiis. eo Pacuvius Ca-

in „serie“ pro *ie* vel *iae*. Altera tamen m. in P antiquam scripturam ita mutatam voluit ut „ne quid id eo die *serie* gereretur“ scriberetur. C: „ne quid eo die sererē gereret“. M: „— sere gereret“. Cant.: „— sero gereret“. Cod. Lipsii et Berol.: „— ferre gereret“. Rell. codd.: „ne quid eo die fere gereret“. — Et Gruterus „diemque *et* ipse“ cet. (auch er) scribendum esse censuit, quod nihil importunius fuisset, quam si Hannibal diem sibi proprie festum solus ipse colere noluisset. verum particula *ut* h. l. respondet praecedenti *ne*, verbaque „diemque *ut ipse* celebraret“ multo plus dicunt quam quod Gruterus opinatus est, cum multo maior vis h. l. in „*ipse*“ insit quam in „*et* ipse“, ut hic locus significet, Campanos ab Hannibale petivisse ut diem, quem adventus eius festum fecerit, sua ipse laetitia hilaritateque festiorem redderet. — Paulo ante P: „praecanti busque inde primoribus campa norum“. Ox. D.: „precantibus deinde“ cet. Harl. Pall. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Rec. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „primoribus ciuitatis campanorum“. — Paulo post P m. 1.: „quamquampraeceps ingenuoin|iram“. m. 2.: „ingenio“ Berol.: „qq preceps“. — Dein P m. 1.: „negaret cuisendaurbē|magnampartem dieiconsumpsit“. sed eadem m. 1. littera *c* ante „uisenda“ inducta est. In M quoque repertum est „uisenda urbem“. Peius Voss. Lov. 1. Hafn. Gärtn. Ox. N.: „uisendam urbem“. Pal. 2.: „in uisendam urbem“. Lov. 3.: „ad uisendam urbem“. Mendo levi antiquioris cod. perspecto C Harl. Pal. 1. Lov. 2. Berol.: „uisenda urbe“. — „*Magnam partem diei*“ in CM quoque repertum est, pro quo recentiores librarii elegantiorem constructionem adhiberi voluerunt: „magnam *diei* partem“.

5. *deuersatus est:* PCM Pal. 1. Lovell. 1. 2. Hav. Cf. 1, 51. — Pal. 2. Berol.: „diuersatus est“: 21, 63. Lov. 4.: „diuersatumque est“. Lov. 5.: „die uersatusque est“. — PCM Harl. Lov. 2.: „apud ninnios celeres“. Berol.: „apud ni-

ıvius, de quo ante dictum est, princeps factionis eius quae axerat rem ad Poenos, filium iuvenem adduxit, abstractum bs Deci Magii latere, cum quo ferocissime pro Romana ocietate adversus Punicum foedus steterat, nec eum aut ıclinata in partem alteram civitas aut patria maiestas sen- 5 ɛntia depulerat. huic tum pater iuveni Hannibalem depreando magis quam purgando placavit, victusque patris pre-

nios celeres". Voss.: „niniuos". Lov. 3.: „nimios". Ox. D. et cod. Sig.: „minios". Hav.: „mimios". Recan. Gärtn. Ox. L. 1.: „menios". Pal. 3.: „deuersatus apud meuios clereres st. pacuuiumque". Pal. 2.: „menio celeres". Pal. 1. Lov. 1.: „munios". Lov. 4.: „mutuos". — Dein PCM Lov. 5.: „sthenium". Pal. 1.: „stenium". Lov. 1.: „stennium". Berol.: „stenuium". Lov. 2.: „stennum". Voss.: „strenium". Lov. 4.: „schenium". Gärtn.: „schernium". Hav.: „thenium". Pal. 2.: „themium". — PCM omnesque meliores codd.: „pacuuiumque". Pal. 2.: „pacimiumque". — Denique P: „inclutos". Cf. Erucina, Erycina, Ericina: Trasumennus: al. C Berol.: „inclitos".

1. *quae traxerat rem ad Poenos:* PCM Oxx. D. N. — Rell. codd.: „quae sdtraxerat rem" cet. Berol.: „q̄. attraxerat" cet. — Paulo ante Berol.: „de quo antea dictum est". — Deinde videtur I. Fr. Gronovius recte restituisse *„abstractum abs Decii Magii latere"*. P: „abstractum ats deci magit latere": in quo nihil erratum videtur nisi quod *t* pro *b*, alteroque loco *t* pro *i* est positum. Manu 2. vero in P scriptum est *ecum* supra *„deci"*, expunctaeque sunt litterae *m* et *g* in *„magii"*. Hinc exce. Pithoei Hav. Ox. N.: „abstractum ab se a decii ait latere". Berol.: „abstractum abs a decii latere". M: „abstractum a se decio ait latere". C: „abstractum a se cum decio ait latere". Pall. 1. 3.: „abstractum a suo cum decii ait latere". Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Gärtn. Oxx. L. 1. D.: „abstractum a suo cum decio ait latere". Lov. 3.: „abstractum tum suo decii ait latere". Lov. 5.: „abstractum eum ab se a decii ait latere". Lov. 2. Pal. 2.: „abstractum a sinu a latere decii". Laur. Valla coniecerat: „abstractum a sueto Decii Magii latere". — Praeterea P m. 1.: „aduer susunicumfoedus". m. 2.: „punicum". — Berol.: „ät patrie mas snia depulerat". Hav. et m. 2. Ox. N.: „a sententia depulerat".

cibus lacrimisque etiam ad caenam eum cum patre vocari iussit, cui convivio neminem Campanum praeter quam hospites Vibelliumque Tauream insignem bello virum adhibiturus erat. epulari coeperunt de die, et convivium non ex

3. *Vibelliumque:* P] Iubelliumque (C rell.). Berol.: „iubeliumque". — Paulo ante Hav. Branc. Lat.: „huic tamen pater" cet. — P: „depraecando": eodemque mendo paulo post „cum patr*ae*". — Harl. Lov. 2. Gärtn. Berol.: „uictusque patriis precibus" cet. Pal. 3.: „patriis lacrimis ac precibus". — P: „ad caenam". C: „ad coenam".

4. *epulari coeperunt de die:* PC] coeperunt epulari de die (Berol. et rell. ut videtur codd.). — Tum Pal. 2.: „non more punico". — Deinde P (C): „setutinciuitateatque etiam modo diu adua|riosaom nib. uoluptatium in celebris instructum". Item M, nisi quod is „inlecebris". Cant.: „modo diu adu*ers*ariosa omnibus uoluptatium" cet. Pal. 1. (3.): „modo diu ad uarios omnium uoluptatum illecebris instructum". Pal. 2. (Lov. 2.): „modo diu ad uarias omnium uoluptatum illecebras instructum". Berol.: „at; ēt i | mo diu ad uarios appatus usus omnibus uoluptatum illecebris instructum". m. 2. inductum est „*i*" ante *mo* et „*usus*". Drakenborchius quoque invenit in aliis recc. codd. „modo diu ad uarios apparatus", in aliis „modo diu ad uarios luxus", in aliis „modo diu ad uarios terrus usus": et in omnibus prope codd. „omnibus uoluptatum illecebris instructum". *Laur.* Valla restituit „domo" pro *modo*. I. Fr. Gronovio debetur „atque etiam domo *luxu*riosa". Sigonius scribi voluit „*diuite*" pro *diu:* cuius loco melius etiam Th. Kreyssigius scripsit: „atque etiam domo diti ac luxuriosa". cf. 42, 34.: in *diti* domo. Sed, ut recte videtur C. Heusingerus vidisse, ne ea quidem voce opus est et, si Gronovianum „*luxuriosa*" vere a Livio pro „adu*ersa*" profectum est, optime etiam „*domo diu luxuriosa*" ferri potest: „in einem lange Zeit an schwelgerische Genüsse gewöhnten Hause". Simili quoque sensu 23, 2. Livius *Capuam longa felicitate luxuriantem* dixerat, eiusque generis, cuius *diu* est, adverbia cum *luxuriosum* a Livio iuncta esse, iam 2, 21. „*nimis luxuriosa* — laetitia" videre licuit. Sin *luxuriosa* a Livio profectum non est sed „*diu ad uarios*" integra est scriptura, dubium esse non potest quin

more Punico aut militari disciplina esse sed ut in civitate atque etiam domo diu luxuriosa omnibus voluptatium inlecebris instructum. unus nec dominorum invitatione nec ipsius. interdum Hannibalis Calavi filius Perolla perpelli ad

Lipsius recte viderit non *ininstructū* sed *instructa*, quo librariorum mendo nihil frequentius est, cum praesertim h. l. *u* sequeretur, scribendum esse, qua ratione hunc locum ita emendare vix dubitarim: „et conviviam non ex more Punico aut militari disciplina esse sed ut in civitate atque etiam domo diu ad varie*s usus* omnibus voluptatium inlecebris instructa“: „sie fingen frühzeitig zu speisen an, und das Gastmahl war nicht etwa nach Pun. Sitte oder dem Soldatenleben angemessen, sondern wie man es in einer Stadt und von einem Hause erwarten konnte, die lange für die mannigfaltigsten Verhältnisse mit allen Reizmitteln sinnlicher Lüste versehen waren.“

4. *Calaui filius Perolla perpelli ad uinum potandum potuit*] Calavii filius Perolla vinci potuit (ex coni. I. Fr. Gron.). — P m. 1.: „nec ipsiusinterdum | hannibicusca lauius | filiusperholauinum | po tuiipse ualetudinem excusans“ cet. M. 2. primo supra litteras *bicu* inductas positum *l* est, dein *us* expunctum ut „*calaui*“ fieret, alterumque *l* ad „perhol*a*“ additum. Hinc C m. 1.: „nec ipsius interdum hannibalis calaui filius pholla uini impotui ipse ualetudinem excusans“ cet. m. 2. litteris *h* et *i* inductis: „pholla uini impotu ipse“ cet. Berol.: „nec ipsius interdum hannibalis calanii filius pholla ppelli ad uinum ipseque ualitudinem excusans“ cet. Drakenborchium pertaesum est propter errorum multitudinem, quid in suis mss. invenerit, referre. Ante Vallam doctis hominibus coniectura scribendum videbatur: „Perolla permolliri potuit“. Valla coniecit: „Perolla pelli ad vinum potuit cibumque“. I. Fr. Gronovius primo scribi voluit „Perolla vinum petiit“, deinde „Perolla vinci potuit“: i. e. animus eius molliri potuit. Equidem in minore edit. scribi iusseram „Perolla ad vinum potandum impelli potuit“: sed cum *perpelli* post *perolla* facilius videretur excidere potuisse, iam Berolinensis librarii coniecturam recipiendam esse duxi. *Potandum* propter sequens *pot* facillime a librariis praetermitti potuit, locisque permultis particulam *ad* male omissam esse notum videbatur. At ne ita quidem difficillimus locus ex

men „Perolla“ h. l. a Livio profectum esse sed fictum a librariis ex verbo „perpelli“ censeo. quod ut sentiam, inprimis facit antiqua scriptura ipsa codicis P, qua m. 1. non „Calaui filius“ sed „Calauius filius“, quo dicendi genere paulo post „patrem Calavium“ positum videmus, scriptum est: praesertim cum sane mirum videri debeat, non in principio huius cap., quo res postulabat, sed hoc demum loco filii nomen adhiberi, et quod paulo post nulla proprii nominis filii mentione facta „*patrem Calavium* secutus *filius*“ scriptum videmus, quamvis „*pater*“ paucis verbis post sequeretur. — Quae sequuntur verba ex P ab I. Fr. Gronovio restituta sunt, in quo usque ad *occasu* nihil erratum erat, nisi quod m. 1. non

eius
turb
ferm
mod
bus
vult:
cusa
eius
nem
occas
cusan
atiam
ēē cān
casum
iectura
eius at
batur
alias
rat. —
dicendi
sans“
tudinen
ablativ
vel me
rit: se
generis
tis atn

sticis aedium partibus — pervenerunt, „consilium“ inquit „adfero, pater, quo non venia solum peccati, quod defecimus ad Hannibalem, impetrari ab Romanis possit sed in multo maiore dignitate et gratia simus Campani quam umquam fuimus.“ cum mirabundus pater, quid nam id esset consilii, quaereret, toga reiecta ab humero latus succinctum gladio nudat: „iam ego“ inquit „sanguine Hannibalis sanciam Romanum foedus: te id prius scire volui, si forte abesse, dum facinus patratur, malles“.

cet. *Partibus* excidit in Pall. Voss. Gärtn. Hav. — Hafn. Branc. Lat. et Berol.: „ubi secretus hortus erat postico aedium peruenerunt“: nisi quod in Berol. „ortus“ et „edium“ est. — Praeterea P m. 1.: „calaulumexeangui nio|egressusecutusfilius|ubi“ cet. m. 2.: „ex conuinio“ restitutum voluit. Berol.: „patrem calanium“.

2. *quo non uenia solum peccati — impetrari ab Romanis possit set in multo* cet.: C m. 2.] quo non veniam solum peccati — impetraturi ab Romanis, sed in multo cet. (ex L. Vallae coni.) — Primo in PC non „ueniam“ sed „*uenia*“ scriptum est. Deinde P m. 1.: „impetra|*u*iabroma nisetinmulto“ cet. C m. 1.: „ab romanis et in multo“ cet. Eadem tamen antiqua m. restituit in P „impetrari“, quod non modo in C sed etiam in M multosque alios Drak. codd. receptum est. Pal. 2.: „impetrari a romanis *queat*“: quamquam *possit* propter litteras „iset“ facilius praetermitti potuisse nemo non videt. Lov. 5. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N.: „impetrare“. Brancal. Lat. Berol.: „quo non ueniam solum peccati — impetrare possimus ab romanis“. In Pall. quoque et Drak. codd. videtur „ueniam“ repertum esse. — Paulo ante P: „inquidadfero“. Paulo post P m. 1.: „etgratissimus“. m. 2.: „et gratia simus“. — „Quod *defecimus* ad Hannibalem“ vere a Livio profectum videtur, atque ita emendate in Voss. Pall. 2. 3. Gärtn. Branc. Lat. et in Berol. scriptum est. P (Harl. Pal. 1. Hav. et m. 1. M): „quod fecimus“. Item C: „qđ fecimus“. — Berol.: „campani quam fuimus unquam“. PC: „umquam“.

5. *quidnam it esset consilii:* P. — P: togare*f*ectaabumero“. C m. 1.: „toga recta ab umero“. m. 2.: „erecta“. Berol.: „toga reiecta ab humero latus sucintum“ cet. — Paulo post PC M Cant. Voss. Harl. Berol. rell.: „si forte a*d*esse“ cet. pro *abesse*.

IX. Quae ubi audivit viditque senex, velut si iam agendis quae audiebat interesset, amens metu „per ego te“ inquit, „fili, quaecumque iura liberos iungunt parentibus, precor quaesoque, ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis: paucae horae sunt, intra quas iurantes per quidquid deorum est dextrae dextras iungentes fidem obstrinximus — ut sacratas fide manus digressi a conloquio

1. *quae ubi audivit viditque senex*] quae ubi vidit audivitque senex (C rell.: nisi quod Berol.: „quod ubi vidit“ cet.). — In P cum scriptum sit „quaeubiaudiuidit| quesenex“, vix cuiquam dubium videatur quin posteriores librarii in constructione verborum percipienda erraverint, idque, quod supra scribi iussimus, Livius poni voluerit. nam antequam vidit, senex filium loquentem audiverat, nec minoris momenti erat quod se facturum esse filius dixerat, quam quod se patri ad id quod vellet perpetrandum gladio succinctum ostenderat: quare vel ob id potior orationis vis in verbo *audivit* ponenda erat, praesertim cum „quae *audiebat*“ sequeretur. — Deinde P: „uelut*suam*|agendis*inter*q.au die|bat*inter*essetamen|metu“ cet. C: „uelut suā agendis inti audiebat intee tam metu“ cet. C m. 2.: „uelut suā agendis interesset q audiebat tam metu“. M: „interesse tamen metu“. Cant. Voss. Harl. Lov. 1.: „interesset tamen metu“. Lov. 2.: „interesset tm metu“. Gärtn. Ox. N.: „interesset tū“. Ox. L. 1.: „interesset amatum metu“. Berol.: „uelut si iam agendis quae audiebat interesset cū metu“ cet. I. Fr. Gronovius veram scripturam „amens metu“ esse perspexit. — P: „ perego te inquid fili quaecum queiura“ cet. Item C Berol.: nisi quod uterque horum „inquit“ et Berol. „quaecunque“ habet. — P: „liberos iunguntparenti*s*prae*c*torquaeso que“. m. 2.: „parenti*bus*“ (cf. 23, 4.: iam omnibus concedentibus), et „praecor“. — Berol.: „et pati omnia infanda uellis“.

7. *digressi a conloquio*: PC] digressi ab colloquio. — Berol.: „digressi *a* coll.“ — Verba „ut sacratas fide manus — armaremus“ elegantissime restituit Iac. Gronovius, cum in PCM fuisset: „ut sacratas fide man*sis* — armaremus“. In Pith. quoque exc. inventum est „armaremu*s*“: in rell. codd. vel „armaremu*r*“ vel „armamur“. Berol.: „utsacratafidēmansis semus — armamur“. Simili

extemplo in eum armaremus? ab hospitali mensa surgis, ad quam tertius Campanorum adhibitus es ab Hannibale, ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine? Hanniba-

modo in Pall. et plerisque Drak. codd. scriptum est: „ut sacrata fide mansissemus". — Paulo ante P: „paucaeho|rasunt". Cm.1.: „pauce orae sunt". m. 2.: „horae". — P: „intraquasiu|rantes per quidquid deorum est". C Berol.: „per quicquid deorum est". In Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn. excidit *per* ante „quidquid". — PM et pauci Drak. codd.: „dextrae dextras iungentes". C: „dexterę dextras iungentes". Berol. (et plerique Drak.): „dextras dextre iungentes".

1. *ab hospitali mensa surgis* a Livio scriptum esse id persuadet quod in P inventum est: „abhospitalimensaiurgis": quamquam ibi levi mendo *i* pro *s* positum erat. sed cum m. 2. nescio quo sensu *i* ad alterum *i* eius vocis, ut „iurgiis" fieret, adderetur, in CM Cant. scriptum est: „ab hospitali mensa iurgiis". nec ita modo erratum est, sed constructione verborum mutata „iurgiis" ab posterioribus librariis etiam in primo loco positum est. in Ascensiana enim edit. a. 1513. *surgis* quidem restitutum est, sed scriptum: „surgis ab hospitali mensa". et in Berol. invenimus: „puitiis ab hospitali mensa ad quā tercius campanorum adhibitus ab hannibale es": ex Vallana male intellecta coniectura „periuriis ab hospitali mensa — eam ipsam mensam cruentare uis" cet. sic enim hac altera sententiae parte non modo in Berol. sed etiam in omnibus et Pall. et Drak. codd. coniunctione *ut*, quae suo loco in solis codd. PCM servata est, omissa scriptum videtur. — Praeterea P m. 1.: „tertius cumpanorum". dein „campanorum". Ox. N.: „tertius campanus". — Voss. Lovell. 1. 2.: „adhibitus hannibali es". — P m. 1.: „hospitiis sanguinem". m. 2.: „hospi tissanguine".

3. *Hannibalem pater filio meo potui placare:* PCM: nisi quod in P primo „placere" scriptum fuerat. Berol.: „hannibalem pater filio mō potui placare": i. e. modo. Pall. 1. 2. Lov. 5. Branc. Lat.: „hannibalem placare filio modo potui": nur so eben erst. Hav. et Sig. cod.: „annibalem modo pater filio" cet. — Quae sequuntur verba ab „set sitnihil sancti" usque ad „si non perniciem nobis cum scelere ferunt" in PC recte scripta sunt. sed cum m. 2. in P nescio quo errore littera *t* verbi *sit* inducta esset, factum est ut in Pall.

lem pater filio meo potui placare — filium Hannibali non possum? sed sit nihil sancti, non fides non religio non pietas, audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere ferunt. unus adgressurus es Hannibalem? quid illa turba tot liberorum servorumque, quid in unum intenti omnium oculi, quid tot dextrae — torpescent in amentia illa? voltum ipsius Hannibalis, quem non armati exercitus sustinerent, quem hor-

omnibusque prope Drak. codd. scriberetur: „sed *si* nihil sancti non fides non religio non pietas audiantur infanda si non perniciem nobis cum scelere ferunt". Berol. etiam: „s; nihil scti non fides non religio non pietas audiant infanda si non perniciem nobis ferunt cum scelere".

6. *torpescent in amentia illa:* PC Lov. 5. Gärtn. ac sine dubio M] torpescentne in amentia illa (cod. Sig.). — Etsi particula enclitica *ne* praecedentibus litteris *nt* et sequente praepositione *in* facile a librariis praetermitti potuit, tamen, cum in directa oratione interrogandi ratio vel sine ulla particula negativa pro latino sermone expediri potuerit, particulam *ne*, quae reperta non videtur nisi in recentioribus mss., iam omittendam esse duxi, praesertim cum pronomine *quid* antecedente vix quisquam de vera horum verborum vi dubitare potuerit. — Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Oxx. L. 1.: „torpescentes in illa amentia". Berol.: „torpescentne in illa amentia". Levi mendo C: „terpescent". m. 2. tamen in C poni voluit „in amentia illa*c*". — Qui fieri potuerit ut I. Fr. Gronovius praepositionem *in* tollendam esse censeret, equidem non intelligo, cum verba „in amentia illa" id, quod huius loci ratio postulat, optime exprimant: „si tu id, quod facturum te esse modo dixisti, amentia quadam stimulatus perficere conaberis". — Praeterea PC: „unus adgressurus est hannibalem". Berol.: „unus aggressurus hannibalem es". — C: „omnium occuli". — P m. 1.: „quitotdextrae", dein „quittot" cet.

7. *quem non armati exercitus sustinerent:* C m. 2.] quem armati exercitus sustinere nequeunt (ex I. Fr. Gron. coni.). — P: „quemarmatiexercitussus tineren|quemhorretp̄ī". C m. 1.: „quæ armati exercitus sustinerent quē horret p̄ī". M: „quem armati exercitus sustinerem quem horret" cet. M m. 2. Cant.: „sustinere". *Nequeunt* placuerit scribi etiam ob id, quod indicativus *horret* sequitur. sed simili ratione Livium verbo-

et populus Romanus, tu sustinebis? ut alia auxilia desint, ne ipsum ferire corpus meum opponentem pro corpore Hannibalis sustinebis? atque per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est. sed hic te deterreri sine potius quam hic vinci: valeant preces apud te meae sic ut pro te hoc valuerunt". lacrimantem inde iuvenem cernens medium

rum modos mutare solitum esse, si mutata sententiae vi res ita ferebat, peritos Liviani dicendi generis non praeterierit. Num vero a Livio ipso particula *non* profecta sit, pro certo affirmari non potest: nec multum repugnarem, si quis scribi mallet: „quem armati exercit*us* vix *sus*tinerent". in re incerta tamen satius videbatur eius librarii sequi auctoritatem, qui tot locos corruptos elegantissime in integrum restituerit. — Berol.: „quem armati exercitus tremunt quem horret ro. po." Idem „*tremunt*" in multis recc. codd. Drakenborchius repperisse videtur. PC: „in uoltum ipsius hannibalis".

1. *ut alia auxilia desint* („angenommen dass sich keine andere Hülfe bietet"): ex coni. Drakenb.] et alia auxilia desint (C). — P: „sustinebis *ita*lis auxilia desint". Saepissime litteras *u* et *i* in antiquissimo cod. permutatas esse notum videtur. Sed cum illud *i* altera m. in P induceretur, factum est ut in Pall. 1. 2. (M[?] Lovell. 1. 3. 5. Recan.) scriberetur: „talis auxilia desunt". Pal. 3.: „tali auxilia desunt". Gärtn.: „tales auxilia des." Harl.: „talem auxilia des." Lov. 3. Hav. Berol.: „talia auxilia desint". Lov. 2.: „auxilia des.". — Deinde P: „me ipsum|fer*e*corpusmeum" cet. C Berol. al.: „fer*ire*".
3. *atque:* PC] atqui (rell. ut videtur codd.). — P m. 1.: „petendu*m*ille". P m. 2. C rell.: „petendus ille".
4. *set hic|te deterreri sine po|tius*: P (CM: nisi quod hi „sed") deterreri hic sine te potius (recc. codd.). — Berol.: „deterreriq. hic sine potius". In C tamen primo scriptum erat: „sed hic *te terr*eri sine poti'". Simili modo factum videtur ut in Cant. Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Ox. N. pronomen *te* excideret. Pal. 2. omisso adverbio *potius:* „sed hic te deterreri sine quam" cet. — P: „ualeantpraeces aputtemeae".
6. *medium conplectitur:* P m. 2. C. — P m. 1.: „medium conspec|titur". — Lovell. 4. 5.: „atque osculo adhaerens". — C: „non ante precibus absistit". Berol.: „asistit".

conplectitur atque osculo haerens non ante precibus abstitit, quam pervicit ut gladium poneret fidemque daret nihil facturum tale. tum iuvenis „ego quidem“ inquit „quam patriae debeo pietatem exsolvam patri: tuam dolco vicem, cui ter proditae patriae sustinendum est crimen, semel cum defectionem iuisti ab Romanis, iterum cum pacis cum Hannibale fuisti auctor, tertio hodie, cum restituendae Romanis Capuae mora atque inpedimentum es. tu, patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem hostium inii, quoniam patrem extorquet, recipe.“ haec cum dixisset, gladium in publicum trans maceriam horti abiecit et, quo minus res suspecta esset, se ipse convivio reddidit.

X. Postero die senatus frequens datus Hannibali: ubi

— Lov. 2.: „nihil se facturum tale“.

5. *cum defectionem iuisti ab Romanis* („dass du auf den Abfall von Rom eingegangen bist“)] cum defectionis ab Romanis cet. (ex coni. I. Fr. Gron.). — P m. 1.: „cum defectione|*inissaa*bromanis“. P m. 2. C Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Rec. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N.: „defectione inmissa“. M: „defectione imissa“. Hafn.: „defectionis immissae“. Berol.: „defectionis inite“. — P: „moram atque impedimentum es“ cet. CM: „mora atque impedimentum es. patria“ cet. Berol. rell. codd.: „impedimentum tu es. o patria“ cet. — Paulo ante Berol.: „substinendum crimen est“.

9. *hanc arcem hostium inii* (scil. hanc domum, quae Hannibalem hospitaliter excepit:): ex coni. Alb. Rubenii. P m. 1.: „hanc arcem hos | trimini quoniam“ cet. Altera m. cum *me* supra *quon* posita esset litteraque *r* inducta, scriptum in C est: „hanc arcē hostimini me quoniā“ cet. Berol.: „hanc arcem defendere uolebam hosti minime parcens q̄m parens extorquet recipe“. Litterarum metathesi C: „re*pice*“. Cod. Sig.: „accipe“. — M Lovell. 2. 4. 5. Hav.: „quoniam parens“. Rec. Gärtn.: „quum parens“. Rell. codd.: „quando parens“.

11. *trans maceriam horti abiecit:* Sabellicus. — P: „trans maceriamhostiabie|cit“. C: „horti' abiecit“. Plerique tamen Drak. codd. „hosti“ receperunt. — Recan.: „abdicat“ (pro *abiecit*). — Hafn.: „suspecta esset hosti se ipse“ cet. Lov. 3.: „suspecta esset hosti ipse“ cet.

13. *senatus frequens datus:* PC rell.: excepto uno Be-

prima eius oratio perblanda ac benigna fuit, qua gratias egit Campanis quod amicitiam suam Romanae societati praeposuissent, et inter cetera magnifica promissa pollicitus, brevi caput Italiae omni Capuam fore iuraque inde cum ceteris populis Romanum etiam petiturum. unum esse exsortem Punicae amicitiae foederisque secum facti, quem neque esse Campanum neque dici debere, Magium Decium: eum postulare ut sibi dedatur, ac se praesente de eo referatur senatusque consultum fiat. omnes in eam sententiam ierunt, quamquam magnae parti et vir indignus ea calamitate et haud parvo initio minui videbatur ius libertatis. egressus cu-

rol., in quo „datur" scriptum est. In Cantabr. id verbum praetermissum est. — Paulo post codd.: „*et* inter cetera magnifica promissa *pollicitus*": „*und* versprach": „non, ut C. Heus. aliique voluerunt „und versprach *auch*". artissime enim iungenda sunt „*qua gratias egit et pollicitus*". sed illi ita errarunt, quod non videbant *pollicitus* h. l. ut saepenumero aliis positum esse pro „pollicitus *est*". — PC omnesque prope et Pall. et Drak. codd.: „breui caput *italiae omni* capuam fore": praeterquam quod in P „breбi" scriptum est. Sic restituendum videbatur 8, 4. ex P aliisque bonis codd.: „concedentibus Romam caput *Latio* esse": quamvis in M esset „latii". Cf. quoque 10, 8.: principem nobilitati vestrae. In Berol. tamen supra scriptum est: „caput italie omnis capuam fore". — Dein P levi mendo: „— romanum etiamperiturum". Cod. Sig.: „cum ceteris popul*um* rom. etiam petiturum".

5. *unum esse exortem* cet.: PC Berol. ae sine dubio reli. antiqui codd. — Codd.: „*eum* postulare *ut* sibi *dedatur*": i. e. se postulare ut *is* sibi dedatur: sed Livius hac constructione usus est ut quanta maxima vis in eo pronomine inesset quo Decius significaretur. nec raro id antiptosis genus in Livianis annalibus reperiri notum est: cf. ex. gr. 31, 27.: hic metus *Codrionem*, satis validum — oppidum, sine certamine *ut dederetur* Romanis *effecit*. 2, 57.: distractam laceratamque remp. magis quorum in manu sit quam ut incolumis sit quaeri. — Paulo post P: „ hautparuoinitio". Recan. Pal. 3. cod. Sig.: „haud paruo iudicio". C: „— uidebatur uis libertatis".

ria in templo magistratum consedit conprehendique D
Magium atque ante pedes destitutum causam dicere
qui cum manente ferocia animi negaret lege foederis i
posse, tum iniectae catenae ducique ante lictorem in
est iussus. quoad capite aperto est ductus, contionab

1. *in templo magistratum consedit* („nachdem Hann. die Curie verlassen hatte, nahm er auf dem Forum Platz, wie wenn er zu Gericht sitzen wollte"): P et C m. 1. M m. 1.] in templo magistratuum consedit (M m. 2. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Oxx.). — Contractam formam genitivi plur. quartae decl. persaepe in antiquioribus codd. scriptam inveniri notum videtur: cf. ex. gr. 5, 26.: mille fere passum. 28, 25.: P et m. 1. C: duorumque exercitum stragem. C m. 2.: „exercituum". Cuius formae vis cum recentiores librarios fugeret, factum est ut aut „magistratuum" scriberetur aut, ut in Berol., „magistratus". — *Templum* significare posse *quemvis sacratum locum* multi loci docent. 2, 56.: occupabant tribuni templum: i. e. tribunal. 8, 14.: — rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit Rostraque id templum appellatum. 1, 18.: declaratus rex Numa de templo descendit. — C m. 2.: „egressus curiā extemplo magistratū cēsedit". deinde etiam „extimplo". — Codd.: „ante pedes *destitutum*": i. seinen Füssen stehend scribi maluit „*statutus* cf. 2, 12.: cum — c hensum regi satellites xissent, ante tribunal destitutus cet.

3. *lege foederis it cogi p* P et m. 1. M. — C „*id cogi*": „— er könne nicht gezwungen werde 26.: si quidem *cogi o* pro potestate ab tribun sules — possent. — M „lege foederis se cogi p — Ox. N.: „quod cum nente ferocia animi" c m. 1.: „forocia". P: ctae cataene". Branc. L margo Ox. N.: „iniect tena". — C: „ducique auctorē in castra ē capite" cet. m. 2.: „ē sus". — Hic totus loc „qui cum" ad „est ius in Berol. praetermissus in margine adscriptus e

5. *quoad capite aperto est ctus contionabundus in sit:* PC (rell). Voss. Le Hafn.: „capite *operto*". Berol.: „ad circumfusam titudinem undique uo rans". — Hav. et cod. S „habetis *en* libertatem".

incessit ad circumfusam undique multitudinem vociferans: ‚habetis libertatem, Campani, quam petistis: foro medio luce clara videntibus vobis nulli Campanorum secundus vinctus ad mortem rapior. quid violentius capta Capua fieret? ite obviam Hannibali, exornate urbem diemque adventu eius consecrate ut hunc triumphum de cive vestro spectetis.“ haec vociferante cum moveri volgus videretur, obvolutum caput est ociusque rapi extra portam iussus. ita in castra perducitur, extemploque inpositus in navem et Carthaginem

4. *quid uiolentius capta Capua fieret:* PC al. — M: „capua capta“. Lovell. 4. 5.: „capta capua foret“.
5. *diemque aduentu eius consecrate:* P et m. 2. C] diemque adventus eius consecrate (rell. ut videtur codd.). — In Lov. 2. excidit „eius“. — Quem ad modum 23, 7. scriptum est „diemque *adventu suo* festum“, sic etiam h. l. ablativus positus videtur, isque idem prope exprimere quod *propter eius adventum* aut *quod ille advenerit*. — C m. 1.: „aduentū eius“. — P m. 1.: „exorna turbem“. — Dein „exorna e turbem“.
7. *haec uociferante cum moueri uolgus uideretur* („als diese seine Worte auf das Volk Eindruck zu machen schienen“): P] haec vociferanti cum moueri vulgus videretur (Berol.). — C m. 1. (M Cant.): „haec uociferante commoueri uolgus“ cet. Idem „uociferante“ in rell. omnibus codd. scriptum est. C m. 2. tamen, quod omisso nomine eius generis ablativus probari non posset: „haec *eo* uociferante“ cet. — Ox. N.: „obuolutum caput *eius*“ (pro *est*). — Voss. Harl. Lovell. Gārtn. Hav. Berol.: „rapi extra portam iussus *est*“.
9. *in nouem:* PCM Voss. Harl. Lovell. Hav. Berol.] in navim. — „Motu aliquo — orto“ h. l. plus dicere quam si scriptum esset „si qui motus oreretur“ nemini dubium videbitur: „bei der unverkennbaren Bewegung des Volkes“. Nihilominus autem sequentia verba „legatione missa“ vix alio modo interpretari possis quam si in eis insit „*si* legatio mitteretur“. — P m. in 1.: „ex dignitate“. dein „exdignitate“. P: „paeniteret“. C: „peniteret“. — Praeterea M (?): „ita in castra inducitur“. Lovell. 2. 5.: „producitur“. — Paulo post P (C): „adrepetendumeum | namutne gandorem“ cet. Berol.: „ad repetendum ne aut negando“

... cum Magius ad statuam l
deportatus a custodibus Alex

cet.: idemque paulo ante „ex indignitate orto". — Dukerus alterum *ne* aut omissum voluit aut positum ante „*legatione*": nec dubium est quin utramque pro latini sermonis rationibus recte fieri potuerit: sed praeterquam quod ex eisdem rationibus coniunctiones non semper primum locum obtinere solebant, praesertim si ablativi absol. cum eis iungendi essent, alteroque hoc loco, quod priore non licebat, coniunctio postponi poterat, constructione harum duarum orationis partium mutata non elegantiam modo totius loci augeri necesse erat, sed etiam id effici, ut ita ut a Livio factum videmus scribendo maior vis in verbis *legatione missa* quam in *motu orto* poni posset, id quod rei rationi aptissimum erat.

dum eum docuisset contra ius foederis vinctum se ab Hannibale esse, vinclis liberatur permissumque ut rediret seu Romam seu Capuam mallet. nec Magius Capuam sibi tutam dicere, et Romam eo tempore, quo inter Romanos Campanosque bellum sit, transfugae magis quam hospitis fore domicilium: nusquam malle quam in regno eius vivere, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.

XI. Dum haec geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam redit responsumque ex scripto recitavit. divi divaeque in eo erant, quibus quoque modo supplicaretur:

dem PC: „ad ptolomeum". Mirum sane est quod etiam in Laurishamensi cod. prope semper „Ptolomaeus" scriptum est. — Berol.: „ad statuam ptholonici regis" — „ad ptholomeum".

1. *dum eum docuisset:* PC Berol. rell.] cum eum docuisset (ex coni. I. Fr. Gronovii). Cf. 10, 18.: „dum ea in Samnio — gererentur": aliosque eiusdem generis locos ibi laudatos. — PC: „*uinclis* liberatur": quem ad modum id nomen in prima quoque dec. semper fere in PM scriptum vidimus. Berol.: „uinculis". — P: „permissumqui utrediret". Mendo perspecto C: „permissumque ut" cet. Berol.: „permissumque est ut" cet. — Paulo post Berol.: „sibi capuam tutam dicere". — Cod. Sig. et Ox. N.: „domicilium fore". — Voss. Harl. Pall. Lovell. 2. 3. 4. 5. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. D.: „nusquam *magis malle* quam in regno eius uiuere". — Denique PC rell.: „quem *uindicem* atque *auctorem* habeat libertatis". Simile hysteron proteron in eisdem verbis positum videmus 4, 13.: „tanta res — quae consulem non *auctorem* solum desideraret sed etiam *vindicem*": quamquam superiore loco, quo maior vis in „*vindicem*" quam in „auctorem" ponenda erat, id scribendi genus multo melius adhiberi potuisse quam altero loco nemo non videt.

9. *Romam redit:* P m. 2. CM Voss. Lovell. 4. 5. Hav.] Romam rediit (rell. codd.). P m. 1.: „rediresponsumque" cet. — Lov. 1.: „romam a delphis" cet. — Praeterea P: „quintusfabiuspictor". C: „geruntur V. fabi' pictor".

10. *diui diuaeque in eo erant:* ex Imm. Bekkeri emendatione] divi quoque in eo erant (Aldus). — Cf. 29, 27.: „*divi diuaeque*, inquit" cet.: quo loco in P (C) scriptum erat „diuidaequeiu|quit". Supra

tum „si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores faciliores-que erunt, magisque ex sententia res publica vestra vobis

quoque in P invenimus: „re cltauit | diuidiqueIneoerant“: quod quamvis aut mendo illo, quo saepe antiquos librarios peccasse videmus, scriptum videri possit pro „*diu*ique“, aut ita ut librarius indicare voluerit, in aliis codd. inveniri „diuique“ in aliis „dique“: tamen facere non possum quin Bekkerum recte vidisse, quid verum esset, censeam. nam quod dici potest, etiam postea unius mentionem fieri Apollinis, ut vix veri simile sit, priore loco aliorum deorum dearumque mentionem factam esse, id vel plurali *divi* refellitur. nec video, cur praeter Iunonem Minervamque (cf. 7, 3.) h. l. non Diana cum fratre Apolline iungi potuerit, utpote quae iam antiquissimis temporibus religiosissime ab Romanis culta sit. Sed cum m. 2. in P alterum *di* induceretur, quasi nihil scribendum fuisset nisi „*diuique*“, factum est ut in M Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Oxx. L. 1. N. scriberetur: „diuinique in eo erant“: et in C „diuinūque in eo erant“. Peius etiam Pal. 1.: „diuini quae in eo erant“. Lov. 3.: „diuini in quo erant“. Pal. 2.: „diuina quae in eo erant“. Gärtn.: „diuaque in eo erant“. Berol.: „diuini | carminisque in eo erant“. Hav. Branc. Lat.: „diuini carminis quae in eo erant“. Hafn.: „diuini certaminis quoque in eo erant“. Douiatius et Crevierus scribi voluerant: „diui *quique* in eo erant“. — Deinde PCH: „*quibus quoque modo supplicaretur*“: i. e. quibus et quo modo supplic. Voss. Lovell. 1. 2. 3. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „quibus quoque modis“. Lov. 4. Rec. Branc. Lat.: „quibusque modis“. Lov. 5.: „quibusque modo supplicaretur“.

1. *tum si ita faxitis:* PCH Berol. Cf. 22, 10. — Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav.: „tum si ita facitis“. Non semper tamen in huius generis locis illa antiquiore forma fut. exacti Livium usum esse, persuadet id quod 25, 12. in optimis quibusque mss. legimus: „hoc si recte facietis, gaudebitis semper fietque res vestra melior“: quamquam et ibi recentiores „faxitis“ poni voluerunt. Num Livius ex suo particulam „tum“ adiecerit, ut ea significaret „tum in eo scripta erant“, an eam cum sequentibus ita iunctam voluerit, ut 5, 16. dictum est „tum tu insiste audax hostium muris“, dubium esse potest, etsi ego priorem interpretationem

procedet victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini re publica vestra bene gesta servataque lucris meritis

veriorem habeam. — PCM Berol. al.: „*uestrae res meliores facilioresque erunt*“: ad quem locum intelligendum I. Fr. Gron. apte laudavit Cic. ep. ad fam. 6, 5.: res et fortunae tuae mihi maximae curae sunt: quae quidem quotidie *faciliores* mihi et meliores videntur cet. Pal. 1. Lovell. 3. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Sig. cod.: „meliores *felicioresque* erunt“. — Ex sequentibus verbis exciderunt in Pal. 3. „uestra nobis“. — Deinde P: „uictoriaquedu| elipr. erit“. C: „uictoriaque dulli pr. erit“. Berol.: „victoriaque *duelli* p. r. erit“. Cf. 1, 32. 22, 10. al.

1. *Pytio Apollini:* PC. — Berol.: „phytio apollini“. — Tum PC: „lucris meritis donum mittito deque praeda“ cet. Berol.: „donum mittote“. Quid verbis *lucris meritis* significatum sit, dubium videri potest. Equidem ea verbis praecedentibus „rep. bene gesta“ cet. respondere putem, ut is ablativus absol. idem fere exprimat quod „si lucra feceritis“. at non est usus, quisquis ea primus scripsit, verbo *faciendi* sed *merendi*, ut non sine magno labore victoriam acceptum iri indicaret: „habt ihr Vortheile erworben, so sollt ihr ein Geschenk schicken“. — Deinde P: „honorem habitote“. C Berol.: „honorem habetote“. Quid inter *praedam* et *manubias* discriminis fuerit, scite copioseque A. Gellius 13, 24. Favorinum exponentem facit ita: „*praeda* dicitur corpora ipsa rerum, quae capta sunt: — *manubiae* non praeda sed pecunia per quaestorem populi r. ex praeda vendita contracta“. Quod si ita se habet, *praeda* totam rem significat omniaque ea quae victoriam sequuntur, ita ut inter ea etiam expugnatae terrae sint: eiusque praedae altera pars sunt *spolia*, qua voce omnia indicantur quae hostibus detracta sunt sed non vendita: altera pars *manubiae* ea, quam laudavimus, interpretatione. Vernaculo igitur sermone: „und von der Beute, dem daraus gelösten Gelde und alle dem was ihr dem Feinde sonst abgenommen habt, sollt ihr dem Apollo die Ehre anrechnen“. *Honorem* enim *habere* ex simili dicendi genere „*gratiam habere*“ interpreter, ut id significet, pio gratoque animo id, quo fruimur, alicui debere eique debitum honorem eius rei tribuere. Primo igitur loco Romani iubentur republica bene gesta donum mittere: altero honorem victoriae Apollini tribuere: ter-

donum mittitote, deque praeda manubiis spoliisque honorem habetote, lasciviam a vobis prohibetote.“ haec ubi ex Graeco carmine interpretata recitavit, tum dixit se oraculo egressum extemplo iis omnibus divis rem divinam ture ac vino fecisse, iussumque a templi antistite, sic ut coronatus laurea corona et oraculum adisset et rem divinam fecisset, ita coronatum navem ascendere nec ante deponere eam quam Romam pervenisset. se quaecumque imperata sint cum summa religione ac diligentia executum coronam Romae in

tio ab omni deorum incuria et oblivione in re secunda animos abstinere. Haec postrema tamen verba inventa non sunt nisi in PCM: et in PC ita: „lasciuiam a uobis prohibitote“: quod, quamvis antiqua aliqua forma scriptum videri possit, tamen, cum non omnia, quae h. l. in illis duobus codd. leguntur, librariorum mendis careant, recipere non ausim.

4. *iis omnibus diuis:* PC] his omnibus divis (Berol. rell.). — Paulo ante Berol.: „hec ubi ex greco“ cet. — P: „interpraetata“. — Berol.: „se oraculis egressum“. — P m. 1.: „exemplo“. dein „extemplo“. — Berol.: „thure ac uino“. — Posthac scriptum in P m. 1. erat: „iussumque | atempiantistite“. quod medium „tempi“ cum male additum videretur manuque altera inductum eademque manu *b* supra *at* adscriptum esset, factum est ut in C ceterisque omnibus codd. scriberetur „*ab antistite*“. — Ex sequentibus verbis „corona“ excidit in uno Cantabr., idque melius abesse lac. Gronovius contendit. In P autem scriptum est: „sic utcoronatuslaurea coronaetcor naeu|lumadisset“. Eodemque loco in M Harl. Lovell. 1. 4.: „cornaculum adisset“. Melius C: „sicut coronatus laurea corona et ornaculum adisset“.

7. *nauem ascendere:* PC (M Harl. Lovell. Gärtn. Hav.) Berol.] navim adscendere. Cf. 23, 10.: inpositus in navem. — Paulo post PC hoc quidem loco: „exsecutum“. Berol.: „executum“: quem ad modum in PC quoque scribi solitum esse constat. — PCM Cant. Harl. Lovell. 1. 2. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. L. 1.: „in aram apollinis deposuisse“. Rell. codd.: „in ara“. Berol. etiam „appolinis“. — Deinde Berol.: „decreuit ut he res“ cet. Ox. L. 1.: „ut eae res diuinaeque supplicationes“ cet. — P m. 1.: „cum curafierent“. m. 2.: „cura“.

aram Apollinis deposuisse. senatus decrevit ut eae res divinae supplicationesque primo quoque tempore cum cura fierent. — Dum haec Romae atque in Italia geruntur, nuntius victoriae ad Cannas Carthaginem venerat Mago Hamilcaris filius, non ex ipsa acie a fratre missus sed retentus aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum quaeque deficiebant. is, cum ei senatus datus esset, res gestas in Italia a fratre exponit: cum sex imperatoribus eum, quo-

3. *Romae atque in Italia*: Berol. al. — PCM Voss. Gärtn. Hav.: „romae atque italia". — Berol.: „nuncius uictorie canensis cartaginem" cet. Idem „*uictoriae cannensis*" in Hav. et Ox. N. repertum est. — PC: „mago amilcharis fillus". — P m. 1.: „afra tremmissus". In Voss. Lovell. 1. 2. excidit „a fratre". — Codd.: „*sed retentus aliquot dies in recipiendis ciuitatibus bruttiorum*": nisi quod in P „aliquod dies" invenimus. In Bekkeriana edit. praetermissum est „*in*". — „*Quaeque deficiebant*" inventum est in PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Oxx.: eaque verba significare „*et quae* civitates praeter Bruttiorum ex ea regione a Romanis ad Poenos *deficiebant*" manifestum videtur. sed cum ea referri non viderentur posse nisi ad Bruttios, iam in Berol. (ac sine dubio in aliis recc. codd.): „in recipiendis ciuitatibus bruciorum q̄ deficiebant" (i. e. quae defic.) scriptum est. Dukerus eadem ratione ductus in „*quaeque*" sibi videbatur videre „quae*cumque*", quem ad modum *ubique* pro *ubicumque*, *quandoque* pro *quandocumque*, al. nonnumquam scriptum esse constaret. Crevierus „*ut* quaeque deficiebant" scribi maluit. — Paulo post in Berol. positum est „gestas res".

8. *cum sex imperatoribus eum quorum.* IIII. *cōs. duo dictatores ac mag. equit. fuerint cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse*: PC ac sine dubio M. Idem „duo dictator*es* ac magister equitum" in Lovell. 3. 4. Hav. Ox. N. repertum est: in Lov. 2. et a m. 1. in Voss. etiam „duo dictatores ac magistr*i* equitum": quarum prior scriptura aut ab eis librariis nata sit, qui „*duo*" cum sequente nomine iungendum esse putarint, aut ab eis qui, quod Minucius aliquantum temporis Fabio duci aequatus fuerit, id ipsum tempus Hannibali cum duobus dictatoribus bellum gerendum fuisse dici voluerint. utut id est, recipere ausus non sum eam

rum quattuor consules duo dictator ac magister equitum fuerint, cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse,

scripturam propter ea, quae paulo post de dictatore ac magistro eq. ab Livio scripta sunt. Praeterea in Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Oxx. excidit pronomen „*eum*“; in Voss. „*exercitibus*“: et scriptum est in Berol. „fuerit“, in Gärtn. „conflixisse acie“. At praeter haec leviora maius aliquod mendum Glareano videbatur in hoc loco latere, quod Mago Hannibalem cum *sex* imperatoribus acie conflixisse dixisset, qui *septem* fuissent, idque non scriptoris ipsius, sed librariorum quorundam culpae tribuendum esse. Sigonius contra ex eo, quod Mago paulo post ex quattuor cons. duos ab Hannibale occisos esse, ex duobus alterum saucium, alterum toto amisso exercitu vix cum quinquaginta equitibus effugisse dixerit, effici vult, erratum priore loco ab ipso Livio esse, e cuius memoria Ti. Sempronius exciderit. Quod cum vix fieri potuisse videretur, ut magnum illud proelium ad Trebiam commissum Livium ipsum falleret, E. Fabri rem ita interpretatur, ut scriptorem inter maiora proelia meminisse equestris proelii ad Ticinum noluisse dicat, idque, quod Scipioni accideriť, ita concipi voluisse, quasi ille non ad Ticinum sed ad Trebiam vulneratus esset. Verum tamen ne id quidem, cum Livius illud primum in Italia cum Hannibale commissum proelium diligentissime descripserit, veri simile videri potest. Res mihi ita expediri posse videtur. quod Livius Magonem dicentem facit, Hannibalem cum sex imperatoribus in Italia acie conflixisse, in eo nec Mago nec Livius a vero aberrarunt. fuerunt illi P. Cornelius Scipio Ti. Sempronius C. Flaminius L. Aemilius C. Terentius magisterque equitum M. Minucius. nam cum dictatore Fabio pugnatum non esse, quod ille se numquam in aciem commiserit, paulo post a Magone dictum legitur. erratum igitur in hoc uno potest videri, quod Mago inter illos sex imperatores non Minucium tantum sed etiam Fabium commemorarit. id vero factum esse non potest nisi inani quadam ostentatione, tamquam si Mago et dictatorem ab Hannibale videri victum esse voluisset, qua ostentatione et alia quaedam hoc loco a Magone iactata sunt. quod cum ita dictum esset ut dictum videmus, fieri non potuit quin, cum priore loco etiam dictatoris mentio facta esset, ex illis sex imperatoribus non quinque consules sed

occidisse supra ducenta milia hostium, supra quinquaginta cepisse. ex quattuor consulibus duos occidisse, ex duobus saucium alterum, alterum toto amisso exercitu vix cum quinquaginta hominibus effugisse. magistrum equitum, quae consularis potestas sit, fusum fugatum: dictatorem, quia se in

quattuor commemoraret Semproniumque vel ob id praeteriret, quod is nec occisus esset in proelio nec ita turpiter ut Terentius fugisset. sequentia igitur verba „ex quattuor consulibus" non ita interpretari possumus, ut Mago dicere voluerit „von *den* vier Consuln" sed „von vier Consuln". — Deinde cum in PC scriptum esset „occidisse supra. cc̄. hostium supra. L. cepisse": in Voss. Lovell. Gārtn. Hav. Berol. „occidisse supra ducenta millia (Berol. „milia") supra quinquaginta millia hostium cepisse": in Ox. N. „supra ducenta millia quinquaginta millia hostium": in Ox. L. 1. „supra ducenta millia hostium quinquaginta millia": altero loco, ut solebat, „*milia*" suppleri quam scribi maluimus. cf. 23, 13. extr.

2. *ex.* nn. *consulibus:* P m. 2. C. — P m. 1.: „consuribus". — *Ex* duobus „von den beiden anderen". — P m. 1.: „alterum toto misso exercitu". P m. 2. CM Lovell. 2. 3. 4. 5. Gārtn. Hav. Berol.: „*toto amisso exercitu*". Rell. codd.: „toto exercitu amisso". — Codd.: „uix cum *quinquaginta* hominibus". Non dixit Mago „*cum septuaginta*", quod 22, 49. 50. ex Polybio ab doctis hominibus restitutum est, et quae omnium et Livianorum codd. scriptura 25, 6. est, sed „uix cum *quinquaginta*", ut hunc numerum minuendo et victoriam Hannibalis et cladem hostium augeret. Cf. 22, 49.

5. *fusum fugatum:* PCM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. Gārtn. Berol.] fusum fugatumque (rell. codd.). — Media verba „*quae consularis potestas sit*" (PCM Pal. 2.) eodem dicendi genere scripta esse quo paulo post „Capuam, *quod caput* — Italiae sit", „*qui* tantus *acervus* fuit": 30, 7.: „sufetes, *quod* velut consulare *imperium* apud eos erat" similiaque scripta sunt apparet. Nihilo minus non in Berol. modo sed etiam in Voss. Harl. ceterisque recentioribus codd. scriptum est „magistrum equitum *qui consularis potestatis sit*". Priore dicendi genere significabatur „eine Würde, die der eines Consuls gleich komme": altero „der an Macht einem Consul gleich komme": ex quo non est difficile intelligere,

aciem numquam commiserit, unicum haberi imperat
Bruttios Apulosque partim Samnitium ac Lucanorum
cisse ad Poenos: Capuam, quod caput non Campaniae
sed post adflictam rem Romanam Cannensi pugna
sit, Hannibali se tradidisse. pro his tantis totque vic
aecum esse grates deis inmortalibus agi haberique.

utrum huic loco accommodatius habendum sit. — Pal. 2.: „effusum". — Paulo post Voss.: „quia se in aciem numquam commisit". Lov. 3.: „quia se in acie numquam commisit". Lov. 2.: „dictatoremque in acie se numquam commiserit". Berol. quoque „in acie".

2. *partim Samnitium:* PCM. — Rell. codd.: „partem samnitum". Cf. ex. gr. 26, 46.: partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit. 8, 1.: castra Samnitium. — Harl. Lovell. 1. 2.: „descisse ad poenos". Ox. D.: „ad poenum". Berol.: „brucios appulosq. partem samnitum et lucanorum defecisse" cet. — Paulo post Lov. 3.: „capuam *quae* caput" cet. — Berol.: „post aflictam rem". — Deinde P: „hannibali*lli* | tradidisse". m. 2. litterae *lli* inductae sunt. Hinc C: „hannibali tradidisse". Num L. „se tradidisse" an „tradidi*sse* se" scripserit, ut 23, 7.: „ut restituerent Romanis se", equidem nescio. nam *lli* in P eodem mendo quo tot locis similia orta videntur, ut quae iam scripta erant, male denuo scriberent pronomen *se* post „disse" facillime praet potuit.

6. *aecum esse*] verum e coni. I. Fr. Gron.). — 1.: „prohistantistotqu ris|*atr*umessegraesdeis|i talibusagihaberique". d dem m. antiqua „uict sed cum „atrum" ni deretur esse, m. 2. „sacrum" scripsit aequ que verba „esse grae duxit: quo factum est Berol. omnibusque prop codd. reperiretur: „ui sacrum diis (Berol. „d immortalibus agi haber Non melius C m. 2.: his tantis totque uictori crum dies immortalibus cet. dein „diis". nam m. 1. loco vocis „sac scriptum fuerit, disce non potui. M: „uictori rum sacrum deis immo bus agi" cet. Exc. „uictoriis uer sacrum immortalibus agi" cet. *rum esse*, quod Modio que aliisque in mentem nerat, nonnumquam ita situm esse ut idem p quod „aequum esse" si

XII. Ad fidem deinde tam laetarum rerum effundi in estibulo curiae iussit anulos aureos, qui tantus acervos fuit t metientibus dimidium super tris modios explesse sint quiam auctores. fama tenuit, quae propior vero est, haud lus fuisse modio. adiecit deinde verbis, quo maioris cla- 5 is indicium esset, neminem nisi equitum atque eorum ipso-

care posset, me non fugit, quamquam non omnes, quos eius generis esse volunt, loci huc referri possunt: tamen *aecum*, ut in P scribi solebat, propius ab antiqua scriptura „atrum" abesse vix quisquam dubitarit. — „Pro his *tantis totque* uictoriis" (PCM) non sine causa a Livio scriptum esse, sed ut insuitatiore verborum structura efficeret, ut maior vis in verbis *tot tantisque* ponenda videretur, manifestum est. Berol. tamen et Pall. 2. 3. cod. Sig. al.: „pro his tot tantisque uictoriis". Pal. 1. rell.: „pro his tantisque uictoriis".

1. *effundi in uestibulo curiae iussit:* P m. 2. CM. — P m. 1.: „effundi*t* in" cet. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „effundi iussit in uestibulo curiae". — PC: „anulos aureos". — P: „quitantusaceruosfuit". C m. 1.: „quitantosaceruusfuit". m. 2.: „tantus". — P m. 2. C: „ut metientibus dimidium super tris modios explesse" cet. scil. „*anulos*". P m. 1.: „utme *ut*|*me*tientibussuper*pa*trismodiosexplesse" cet. Hav. Berol.: „ut metientibus uisum fuerit (Berol. „fuit") dimidium super tres modios explesse sunt quidam auctores et fama tenuit". Ox. N.: „et fama tenuit". — Sequenti loco Perizonius scribi voluit „*paulo* plus fuisse modio", quod in epit. huius libri 23. inveniretur „anulos —, quos excessisse modii mensuram traditur". — C Berol.: „quae proprior uero est". P: „haut plus".

6. *neminem nisi equitum:* PC Berol. ac sine dubio M] neminem nisi equitem. — Genitivi huius vis non praeterisset doctos homines, si notum fuisset, quid b. l. in melioribus codd. legeretur: „Niemand als aus der Zahl der Ritter und auch von diesen selbst nur die Vornehmeren trügen dieses Ehrenzeichen". nam praeter sociorum equites et plebeios in turmis equitum fuisse Dukerus adfirmat. Berol.: „et eorum ipsorum". Lov. 3. Branc. Lat. Berol.: „id in digito gerere insigne". — Paulo ante P: „ad*f*ecit deindeuerbisquomaioriscladi|*i*sindicium" cet. — Paulo post PCM Voss. Oxx. D. N.: „quo propius *spem* belli"

rum primores id gerere insigne. summa fuit orationis, quo propius spem belli perficiendi sit, eo magis omni ope iuvandum Hannibalem esse: procul enim ab domo militiam esse in media hostium terra: magnam vim frumenti pecuniae absumi, et tot acies ut hostium exercitus delesse ita victoris etiam copias parte aliqua minuisse: mittendum igitur supplementum esse, mittendam in stipendium pecuniam frumentumque tam bene meritis de nomine Punico militibus. Secundum haec dicta Magonis laetis omnibus, Himilco

scil. „*Hannibal*". M m. 2. Berol. rell.: „quo propius spes belli". — Deinde P: „inmedia hostiumterrammagnam" cet.

4. *frumenti pecuniae:* PCM Voss. Harl. Pall. duo Lovell. 1. 2. Gärtn. Oxx. L. 1. D. — Rell. codd.: „frumenti pecuniaeque". — „Et tot *actis*" (pro „acies") in PC omnibusque prope codd. scriptum videtur. Itaque Hav. et m. 2. Ox. N.: „et tot proeliis actis". Berol.: „et tot ꝑliis ꝑactis". Branc. Latinii etiam: „et tot proeliis ut hostium" cet. — Deinde scriptum est „delesset" in Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Branc. Lat.: qui coniunctivus, modo scriberetur „delessent", recte se haberet, si Livius alterum cum altero h. l. vere comparari conferrique voluisset: sed antiquior scriptura „*delesse*" (PCM) docet eum h. l. particulas *ut ita* nihil fere significare voluisse nisi quod „*non modo — sed etiam*": quamvis alterum alterius quasi causa videretur necesse esset. — Denique Branc. Lat. Berol. Ox. D.: „copias parte aliqua imminutas esse".

7. *mittendam in stipendium pecuniam* cet.: codd.: nisi quod in Lovell. 4. 5. hoc altero quoque loco „mittendum" positum est. Iac. Gronovius tamen, quod *frumentum* cum „pecuniam" iunctum esset, „mittenda" poni voluit, quem ad modum ab optimis quibusque scriptoribus persaepe scriptum est. et facile ita a librariis h. l. errari potuit ut verbo „mittenda" litteram *m* adderent, cum praesertim *in* sequeretur. nihilo minus autem „*mittendam*" non mutem, quod peritos harum rerum non fugerit, solere Livium participiorum adiectivorumque eius modi genera ad ea nomina applicare, in quibus potiorem aliquam vim orationis poni rationes locorum iubebant. et h. l. *supplementum* et *pecuniam* maioris momenti videri oportuisse vix quisquam negaverit.

vir factionis Barcinae locum Hannonis increpandi esse ratus „quid est, Hanno?“ inquit: „etiam nunc paenitet belli suscepti adversus Romanos? iube dedi Hannibalem, veta in tam prosperis rebus grates deis inmortalibus agi: audiamus Romanum senatorem in Carthaginiensium curia.“ tum Hanno: „tacuissem hodie, patres conscripti, ne quid in communi omnium gaudio, minus laetum quod esset vobis, loquerer: nunc interroganti senatori, paeniteatne adhuc suscepti ad-

1. *uir factionis Barcinae:* PCM. In rell. codd. et h. l. „barchinae“ scriptum videtur. in Berol. etiam „factionis brachynae“. Cf. 21, 2. — PC primo: „*h*annonis increpandi“, deinde „quid est *a*nno“. C m. 2.: „hanno“. — Cod. Sig.: „etiam nunc *te* paenitet belli“. Berol. (Hav.): „etiam nunc penitet *te* belli“. Cf. quod paulo post legitur „paeniteatne adhuc suscepti belli“.

4. *grates deis inmortalibus agi:* PM. — C: „grat' dies immortalibus agi“. Berol. et rell. codd.: „grates diis imm. agi“.

8. *paeniteatne adhuc suscepti aduersus Romanos belli*] paeniteatne me adhuc cet. — P (CM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. Berol.): „paeniteat*m*e ad huc“ cet. Non dubitarem antiquam scripturam recipere, nisi constaret in oratione indirecta eius generis particulas interrogativas omitti non solere. videtur igitur h. l. non tam praetermissa esse particula *ne* quam inconsulta quadam librariorum diligentia mutata pronomine *me*. et ut ita sentirem fecit etiam praecedens locus „etiam nunc paenitet belli“: quae verba Hanno ita, ut ei dicta erant, non sine aliqua ira repetit, ne id, quod non se tantum Himilco sed omnes eiusdem factionis interrogasse visus esset, ad se unum pertinere videretur putare, sed tamquam sibi omnium suae factionis nomine respondendum esset. — Berol. m. 1.: „susoi
cepti *ad* ro. belli“. m. 2.: „aduersus“. Dein idem Berol.: „aut obnoxius uiderer“. — Paulo ante P: „tacuissem hodie eō | scribtinequit in communi“ cet.: eadem tamen antiqua m. additum est „*p.*“ ante „cōscribti“: cuius loco librarius codicis C, quasi nesciret illis verbis, quibus Romanum senatum alloqui solebant, etiam in aliorum populorum senatum alloquendo optimos quosque scriptores interdum usos esse, poni voluit: „tacuissem hodie *populi ẽscripti* ne quit“ cet.

versus Romanos belli, si reticeam, aut superbus aut
xius videar, quorum alterum est hominis alienae libe
obliti, alterum suae. respondeam" inquit „Himilconi, no
sisse paenitere me belli neque desiturum ante invictum
strum imperatorem incusare, quam finitum aliqua tole
condicione bellum videro: nec mihi pacis antiquae d
rium ulla alia res quam pax nova finiet. itaque ista,
modo Mago iactavit, Himilconi ceterisque Hannibalis s
tibus iam laeta sunt: mihi possunt laeta esse, quia res

3. *respondeam inquit Himilconi* cet.: P m. 2. CM Cant. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. Gärtn.] respondeam igitur Himilconi cet. (cod. Sig.). — Berol.: „respondebo inquit hymilconi". Sine dubio ille librarius verbum „*inquit*" omissum voluit, quod eum praeterierat, non solum in primo orationum eius generis loco ita scribi sed etiam in locis ab initio paulo remotioribus (ex. gr. 3, 19. extr.). At diligentiores homines observaverint, a bonis scriptoribus ita scriptum non esse nisi posteriore aliquo loco aliquid maiore vi pronuntiandum videderetur. et hoc loco vel ob id interpositum „*inquit*" videatur, quod ab eo Hanno, qui primo se ad universum senatum verterat, iam ad ea, quae Himilco increpandi causa dixerat, respondere coepit. — P m. 1.: „inuictumvestumim peratorem". P m. 2. CM Voss. Lovell. 3. 4. Hav. Berol. Ox. N.: „inuictum *uestrum* imperatorem". Minus fortiter rell. codd.: strum". — P: „quamfi aliqua*m* tolerabili condic cet. Berol.: „aliqua t bili condictione". Lo Gärtn.: „bellum uideo". Ox. N.: „bellum uid Lov. 2.: „bellum uidea

9. *iam laeta sunt* in om codd. scriptum esse di quamvis vel propter pa lam *iam* potius habeam laeta *sint*": „deshalb das, was Mago mit so lich sich ausnehmenden ten angeführt hat, den milco und den übrigen banten Hannibals imm ohne weiteres erfreulic scheinen: mir kann es in so fern erfreulich nen, weil" u. s. w. — Harl. excidit „modo", „quę im mago" cet. P: nibalis". — P: „resbe næ gestae". — Paulo Harl.: „nam si praetern mus" cet. — Hav. Ber Ox. N. margo: „quo dare quam accipere uid

ene gestae, si volumus fortuna uti, pacem nobis aequiorem dabunt. nam si praetermittimus hoc tempus, quo magis dare quam accipere possumus videri pacem, vereor ne haec quoque laetitia luxuriet nobis ac vana evadat. quae amen nunc quoque qualis est? occidi exercitus hostium – mittite milites mihi. quid aliud rogares, si esses victus? ostium cepi bina castra, praedae videlicet plena et commeatum — frumentum et pecuniam date. quid aliud, si poliatus si exutus castris esses, peteres? et ne omnia ipse irer — mihi quoque enim, quoniam respondi Himilconi, interrogare ius fasque est — velim seu Himilco seu Mago

pacem". — Voss. Harl. Pall. Lovell. Gärtn. Hav. et m. 1. Berol.: „ne haec quoque laetitia luxuri*ae* nobis ac uana euadat". Berol. m. 2. induxit „ac". Sed PCM: „luxuriet nobis" cet.: „so fürchte ich, dass auch diese Freude uns wieder mit einem falschen Schwindel erfüllen und ohne Nutzen zu bringen verloren gehen wird". Cf. 2, 48.: nimia gloria luxuriare et evanescere. — Deinde Berol.: „quo tū nunc quoque" cet. Particula *quoque* supervacanea non est nec videtur h. l. idem quod *etiam* exprimere. vult enim Hanno non tam id dicere, vel in illis secundis rebus adversam factionem sibi videri magis gloriari quam aequum sit, quam id, rem Romanam et Carthaginiensem eam videri *esse*, ut fieri non possit quin Carthago Romae aliquando succubitura sit: sed etiamsi id tempus procul abesse opinari velit, tamen ne illas secundas res tam laetas esse ut desinere possit vereri ne non procul absit. — P: „mitt*i*militesmihi". C: „*mitte* milites mihi": quod cum propter sequens *date* a Livio non profectum videretur, cum Berolinensi „*mittite*" scripsi. Cf. 23, 11.: mittitote.

7. *praedae videlicet plena et commeatum:* PC Harl. Lovell. 1. 2. 5. Hav.] praedae videlicet plena et commeatuum (rell. ut videtur codd.). Non viderunt interpretes „commeatu*m*" esse genitivi plur. 4. declin. formam contractam. cf. 23, 10.: in templo magistratum. — Paulo post Voss. Lovell. 1. 2. 5. Hav. Berol.: „quid aliud *quam* si spoliatus" cet. Berol. etiam: „spoliatus et exutus castris esses" cet. C: „si expoliatus si exutus castris esses". P m. 1.: „siexutuscastriseius petereetne" cet. m. 2.: „castris esses" cet.

11. *seu Himilco seu Mago re-*

respondeat, cum ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas sit constetque in defectionem totam Italiam esse, primum, ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos, deinde, ecquis homo ex quinque et triginta tribubus ad Hannibalem transfugerit?“ cum utrumque Mago negasset, „hostium quidem ergo“ inquit „adhuc nimis multum

spondeat vere a Livio scriptum videtur. in P enim m. 1. scriptum erat „seuhimilco*seo* respō|deat“: quod *seo* cum nihil videretur esse manuque altera inductum esset, factum est ut in CM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. verba „seu Mago“ praetermitterentur. Quo errore perspecto L. Valla scribi voluit: „seu Mago seu Himilco respondeat“. Hav.: „uelim ut mago seu himilco respondeat“. Melius Berol.: „uelim ut hymilco seu mago respondeat“. Ox. N.: „uelim quod himilco respondeat“. — Paulo ante verba „*et ne omnia ipse mirer*“ significare „et ne ipse solus videar ea, quae adversarios praeterire videntur, detegere falsamque veri speciem detrahere“ manifestum est. — P m. 1.: „quo niamrespondihilconi“. m. 2.: „himilconi“. C: „quoñ respondi“ cet. Berol.: „quoniam respondi hymilco | ni ius fasq. ē“.

2. *in defectionem totam Italiam esse:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. Oxx. L. 1. N.] in defectione cet. (Berol.). Accusativus recte se habet exprimitque rem nondum actam esse: „totam Italiam iam in eo esse ut defectionem ab Romanis paret“. — PC: „ad internecionem“. M: „ad internetionem“. Berol.: „ad internectionem“. Lovell. 2. 4. Gärtn.: „ad internicionem“. Cf. 9, 26. init. — Berol.: „pugnatum sit ad cānas“. — Deinde Hav. Berol. et m. 2. Ox. N.: „dicas primum“. — Non „*ec*quis“ scriptum est in C Voss. Harl. Lovell. 2. 3. sed bis „*et*quis“: quo mendo in hoc pronomine errari solebat. P tamen: „*et*quis“ — „*ec*quis homo“ cet. M: „et quis“ — „haec quis homo“. Lov. 5.: „et quis“ — „equis homo“. Hav. Berol.: „ quis“ — „et quis homo“. Lov. 4.: „ut quis“ — „ut quis homo“. — Praeterea P m. 1.: „defead nos“. P m. 2. C: „defecerit ad nos“. Berol.: „ defecerit ad uos“. P (C m. 1.): „ex quinqueetxxxtri|bus“. C m. 2.: „tribubus“.

6. *hostium quidem ergo inquit adhuc nimis multum superest:* PCM: „die Menge der Feinde ist also wenigstens bis jetzt nur noch allzu

superest. sed multitudo ea quid animorum quidve spei habeat, scire velim."

XIII. Cum id nescire Mago diceret, „nihil facilius scitum'st" inquit. „ecquos legatos ad Hannibalem Romani miserunt de pace? ecquam denique mentionem pacis Romae factam esse adlatum ad vos est?" cum id quoque negasset, „bellum igitur" inquit „tam integrum habemus quam habuimus qua die Hannibal in Italiam est transgressus. quam varia victoria priore Punico bello fuerit, plerique qui me-

gross". *Quidem* respicere ad sequentia nemo non videt, cum illa verba significent, negari quidem non posse nimis multos hostes superesse, sed fortasse quempiam dicere, nihil eos nec animi nec spei habere. In ceteris omnibus codd. excepto Pal. 2. excidit „*nimis*": in Voss. „*ergo*". — Pal. 2. Lov. 2. Hav. Berol. Ox. N.: „inquit *hanno* adhuc multum" cet. Lov. 4.: „ergo ait adhuc" cet. — PC: „quid animorum quodue spei habeat". Lov. 2.: „quid animorum quid spei habeat".

3. *nihil facilius scitum'st:* P m. 1.] nihil facilius scitu est (C m. 2.). P m. 2. C: „scitum est". Cf. 2, 34.: facile dictum est. — Berol.: „cum *se* id nescire mago diceret". — Paulo post in PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. scriptum est „*et* quos" „*et*quam" pro „*ec*quos" „*ec*quam". in P etiam „etquoslegatus" cet. in Berol.: „et quos legatos ro missere de pace et quam" cet. — Berol.: „allatum ad nos ē."

7. *tam integrum habemus quam* cet. Livium scribi voluisse codicum PM scriptura docet: „iamintegrumhabemus" cet. C: „bellum igitur inquit integrum habemus" cet. Voss. Harl. Pal. 1. Lov. 1. Berol.: „bellum igitur iam inquit integrum habemus quam" cet. Pal. 2. Lov. 4. Gärtn. Hav.: „bellum igitur tam inquit integrum habemus quam" cet. — P: „inquid". — Paulo ante Pal. 2. Berol. Ox. N.: „cum id quoque is negasset". — Deinde PCM Berol.: „*quo die hannibal in italiam est transgressus*": nach Italien übergegangen ist: i. e. Alpes transgressus in Italiam descendit. Rell. tamen codd.: „in italiam est *in*gressus".

9. *priore punico bello*, quae verba in omnibus codd. reperta sunt, I. Fr. Gronovius ita mutata voluit, ut aut *punico* deleretur, aut ut pro eo vel *romano* vel *italico* po-

venus flanno ita, ut scriptum h. l. videmus, loqueretur, tamen dubium esse non posse quin Livius sic scripserit, utpote qui se Romanis res referre sciret. — ***Plerique qui meminerimus supersumus:*** das müssen viele ***von uns***, die es ***mit mir*** erlebt haben, noch wissen u. s. w. Cf. 22,59.: nec supersumus pugnae nisi cet. — Dein Berol.: „prospere magis res". — PC: „quam ante *cōs.* c. lutatium et a. postumium" cet. pauloque post iidem: „lutatio et postumio *cōs.* deuicti ad aegat*is* insulas sumus". Hinc Berol.: „quam ante consulē luctatium" cet. similique errore praenomen *C* in Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 5. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N. praetermissum est, Lov. 4.: „cn. lutatium". in eodem Lov. 4. exciderunt verba „nostrae" et „consules". Berol.: - - -

di omen avertant — nunc quoque fortuna aliquid variaverit, tum pacem speratis cum vincemur, quam nunc cum vincimus dat nemo? ego, si quis de pace consulet seu defe-

Hannonem de victoria fortunaque Carthaginiensium prorsus dubitasse opinaretur, qua re in „*cum vincimus*“ haec duo comprehensa videntur, et „*da* (obgleich) wir siegen“ et „*wo* wir siegen“. Et priore loco L. non scripsit „cum *victi erimus*“ sed „cum *vincemur*“, ne videretur Hanno iam videre victoriam Romanorum fore. simili sensu paulo post scriptum non est „si quis *consulueris*“ sed „si quis *consulet*“, quod illud dubitantis fuisset an quis ita de pace consulere vellet, nec quidquam dicendum videbatur nisi quod Hanno, si de pace consulerent, se habere quod diceret, significatum voluit: et contra non „si referetis“ sed „*si refertis*“ scriptum est, quod id ipsum H. agi videbat.

1. *ego si quis de pace consulet* cet. primo in P scriptum erat, scriptumque a Livio videri potest, ut Hanno extrema orationis parte alienam suam ab reliquo senatu sententiam poncis et gravibus verbis complecti videretur. sed cum posthac eadem antiqua manu supra pronomen *ego* littera *r* adiecta esset, factum est ut in CM Voss. Harl. Pall. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Ox. N. „*ergo*“ reciperetur, quod si quis pro veriore scriptura habere vellet, non magnopere repugnarem. cum enim Hannoni iam perorandum videretur, aptissimum videri potuit eam particulam poni, qua id, in quo tota oratio versata erat, concluderetur necesse esset. — P m. 1.: „seudefendashostibus“. m. 2.: „deferenda“. — Deinde levi mendo scriptum est in PCM Lov. 1. Ox. N.: „si de *his* quae mago postulat re*p*ertis“ pro „re*f*ertis“: quod L. Vallam adeo fefellit ut „sed de iis quae Mago postulat nec repertis victoribus mitti attinere puto“ scribi vellet. repetitae tamen coniunctionis vis et priores librarios fugit: nam in Voss. Harl. Lovell. 3. 4. Gärtn. inventum est „*sed* de his quae mago postulat repertis“ cet. in Hav.: „sed de his quae mago postulat requiritis“. Berol. autem: „*si* de *his* quae mago postulat *requiritis*. nec victoribus puto mitti attinere“: cet. Ad „*nec* attinere“ (i. e. necesse non esse) cf. 23, 3.: *nec* eosdem nominari *adtinebat*. — Quod sequitur „*et frustrantibus nos falsa atque inani spe*“, id quod I. Fr. Gron. scribendum esse censuit, recte iam in Berol. re-

tebant, debellatumque mox fore, s
sent, rebantur. itaque ingenti consc
10 tum ut Hannibali quattuor milia Nun

stitutum est. P m. 1.: „falsaat
queinaniquemultominus“ cet.
C m. 1.: „falsa atque inani
quę multo“ cet. M m. 1.
Cant.: „falsa atque inani quae
multo“ cet. P m. 2.: „atque
inaniaquemulto“. C m. 2.
(M m. 2. Gärtn.): „atque
inania quę multo“. Voss. Harl.
Lovell. 3. 4. 5. Hav. Oxx.:
„falsa atque inania multo mi-
nus“ cet. Lov. 1.: „falsa at-
que inani victoria multo“ cet.
5. *cum familia Barcina*: P m.
1. Sed cum in eodem P ne-
scio quo errore *e* supra al-
terum *a* in „barcina“ posi-
tum esset, scriptum in C est
„cum familia barcinę“. m. 2.
etiam „barchinę“. Berol.:
„cum familia brachyna“. —
— Paulo ante P: „hautmul
tos|multosmouit“ cet. sed al-
terum *multos* delatum

rit
rec
pe
anti
inte
mir
erat
hom
tique
tum
tumq
gr. 3
lectos
Debe
ctum
iri, si
nere *a*
bere fo
aliquis
nem fu
10. *ut Han*
lia Nu
mentum

im mitterentur et quadraginta elephanti et mille argenti lenta: dictatorque cum Magone in Hispaniam praemissus st ad conducenda viginti milia peditum quattuor equitum,

supplementum mitterentur": quod cum Lipsius in antiquo aliquo cod. vidisset, non „*quadraginta* millia" sed „*quattuor* millia" antiqua scriptura significari verissime perspexit. cf. 23, 30.: duo milia civium. In Berolinensi tamen (et in plerisque Drak. codd.) scriptum est: „XL numidarum milia". — C: „et XXX elephanti". — Deinde scriptum est in PCM: „*et argenti talenta*". vix veri simile tamen videri posse, hoc tertio loco numerum ab Livio ipso praetermissum esse, M. Ant. Muretum non praeteriit: qua re, cum in suis codd. „et argenti *multa* talenta" invenisset, integram scripturam „et argenti MVCTA talenta" esse eamque significare „et argenti mille quingenta talenta" sibi persuasit. sed et recte viderunt docti homines, vocem *multa*, quae reperta non esset nisi in recentioribus codd., non esse eius auctoritatis, ut ex ea aliquid veri deduci posset: et vix ullum antiquiorem codicem inveneris, in quo MD ita ut Muretus voluit scriptum sit: istam enim recentissimorum tantum librariorum scribendi rationem esse multis locis ex Berol. videre licet. Cum igitur hoc tertio loco certus numerus deesse non possit, duobus locis is librariorum culpa potest excidisse: nam aut post *et* praetermitti *m* potuit (de quo scribarum mendo cf. 23, 34.: quinque milia peditum. 22, 24.: mille equites. al.), aut *d* ante „*d*ictatorque": ut restituendum esset aut „*& m* argenti talenta" aut „et argenti ta*lenta d. d*ictatorque" cet. (i. e. „tal*enta* quing*enta*"). sed ut prior interpretatio verior videtur, facit id quod 23, 32. relatum est, pecuniam Hannibali missam fuisse „*mille argenti talenta*": ex quo altero loco integrior quoque verborum structura recipienda videbatur. Nam quod Drakenborchius dixit, *mille*, id quod I. Fr. Gronovius quoque poni voluerat, sibi minus probari, quod illo altero loco omnia, quae Hannibali a Magone transmissa dicerentur, minora essent quam quae priore loco a senatu Carthaginiensi Hannibali decreta essent, id iam E. Fabri recte videtur refellisse, quem non fugerit, aliam pecuniae mittendae, aliam militum ex Africa Hispaniaque conducendorum condicionem esse potuisse.

3. *ad conducenda* XX *peditum*.

quibus exercitus, qui in Italia quique in Hispania erant, supplerentur.

XIV. Ceterum haec ut in secundis rebus segniter otioseque gesta: Romanos praeter insitam industriam animis fortuna etiam cunctari prohibebat. nam nec consul ulli rei, quae per eum agenda esset, deerat, et dictator M. Iunius

um *equitum:* PC. — Berol.: „xxx milia peditum quatuor milia equitum". Hav. Oxx. D. N.: „ad conducenda triginta millia". Lqv. 3. Hav. et m. 2. Ox. N.: „quatuor milia equitum". — Quod h. l. Livius *dictatorem* cum Magone ad conducendos milites missum esse dicit, id non ita interpretandum est, quem ad modum Hannibalem a Catone dictatorem appellatum esse A. Gellius 10, 24. scripsit: sed ut ex Romanorum institutis dictatores dici non solebant nisi extra solitum reip. administrandae ordinem penesque eos summa omnium earum rerum, quarum causa dicti erant, potestas erat, sic h. l. dictatoris nomen nihil aliud dicit, quam extraordinarium quendam magistratum cum Magone praemissum esse, cui libera a senatu potestas data esset tot milites ex Hispania conducendi, quot aut ipsi aequum aut e re esse videretur. — Berol.: „quiq: in italiam quiq: in yspaniam erant".

3. *segniter otioseque gesta:* PCM Berol. al. — Pal. 1.: „segniter atque otiose gesta". Gärtn.: „gesta sunt". — Verba „*ut in secundis rebus*" aut ex Carthaginiensium sententia scripta esse possunt, ut quibus in rebus secundis nulla festinatione opus esse videretur („da ja ihre Verhältnisse glücklich ständen"): aut a Livio sic interiecta esse, ut is particula *ut* uti solebat, ut indicaret fieri solere ut homines in secundis rebus otiose agerent („wie im Glücke gewöhnlich geschieht"). verum aptiorem huic loco priorem interpretationem esse proxime sequentia persuadere videntur.

6. *M. Iunius Pera* ab I. Fr. Gronovio recte restitutum videtur. nam cum in P (C ac sine dubio M) scriptum esset „m.iuniusper | rebusdiui nisperfectis" cet., et ab codicum Voss. Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn. Hav. librariis *pro* loco syllabae *per* positum esset („m. iunius *pro* rebus diuinis perfectis"), reliqui librarii, ut Berolinensis, illam syllabam ex sequenti verbo „*per*fectis" ab incurioso quodam scriba etiam in priorem locum translatam esse rati eam syllabam omiserunt, fortasse quod ne 22, 57. quidem, quo

:bus divinis perfectis latoque, ut solet, ad populum)m escendere liceret, praeter duas urbanas legiones, rincipio anni a consulibus conscriptae fuerant, et ser- dilectum cohortesque ex agro Piceno et Gallico con- ad ultimum prope desperatae rei publicae auxilium, 5

10 loco eius dictatoris tio fit, aliud quid quam *Iunius*" scriptum me- erant. In verbis „*et di- or*" maximam huius loci positam esse apparet. ut in eis locis, in qui- particulae „non modo — etiam" ponebantur, po- aliqua vis in posteriore n in priore parte poni bat, sic etiam ibi, ubi par- lis „nec — et" utebantur, re gravior solebat esse ea , quae ab *et* incipiebat. *quom escendere lice-* PC] ut equum escendere et (M). Berol. et rell. l.: „ut equum ascendere et". Quamquam in bel- pois dictatores, qui ple- s iam annis provectiores nt, equis uti solitos esse i Liviani loci docent, ta- equum in urbe escendere, populus iuberet, ne di- ori quidem licuisse Zo- s ab Dukero laudatus 7, quo loco de eius magi- us tum primum creati vi t, persuadet: ἦν μὲν οὖν ἡ δικτατορία κατά γε τὴν ισίαν τῇ βασιλείᾳ ισόρ- ις πλὴν ὅτι μὴ ἐφ' ἵππον βῆναι ὁ δικτάτωρ ἠδύ- ει μὴ ἐκστρατεύεσθαι ἅμαλλεν κ. τ. λ. — Berol.: „legiones que principio anni" cet. m. 2.: „quā principio" cet. — P: „conscri*b*taefue rant": de qua scribendi ra- tione cf. 1, 59. — P: „etseruo rum*dilectum*". C: „.d*eli*- ctum". Berol. rell. ut vide- tur: „delectum". Cf. de illo dilectu 22, 57. extr.: quo loco praeter mille equitum etiam quattuor legionum a di- ctatore ex iunioribus scripta- rum mentionem fieri E. Fa- bri non fugit. — Deinde P: „ex agro pecenoet callico colle ctas". Gallicum agrum tum eum fuisse, ex quo inter flu- vios Aesim et Rubiconem Galli Senones expulsi erant, Crevierus docet.

5. *ad ultimum prope desperatae rei publicae auxilium — descendit edixitque* cet. (i. e. adeo immemorem eum esse dignitatis maiorum res iubebat ut, cum prope desperandum esset de rep., non vereretur ad ultimum auxilium descendere ut ediceret cet.), quem ad modum h. l. scri- bendum esse I. Lipsium non fugerat, in PC repertum est. Posteriores librarii reliquo- rum omnium codd., fortasse quod paulo ante relatum vi-

cum honesta utilibus cedunt, descendit edixitque, qui capitalem fraudem ausi quique pecunia iudicati in vinculis essent, qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaque sese exsolvi iussurum. ea sex milia hominum Gallicis spolis, quae triumpho C. Flamini tralata erant, armavit: itaque cum viginti quinque milibus armatorum ab urbe proficiscitur. Hannibal Capua recepta cum iterum Neapolitanorum animos partim spe partim metu necquiquam temptas-

derant, dictatorem a populo iussum esse equum escendere, hoc loco ineptissime scripserunt: „— descendit *equo* dixitque" cet. Propius tamen vero M: „descendite dixit quique capitalem" cet. — P m. 2. C: „qui capitalem fraudem ausi" cet. P m. 1.: „qui*d*capitalem" cet.

2. *pecunia iudicati:* PC et plerique Drak. codd.] pecuniae iudicati (M [?] et pauci recc.). Berol.: „pecuniā iudicati". Cum in his dicendi generibus non genitivus modo sed etiam ablativus poenae ab antiquis scriptoribus positus esset, non dubitavimus antiquiorum codd. auctoritatem et hoc loco sequi: quamquam dubium esse me non fugit, num prima manu „pecunia*i* iudicati" scriptum fuerit litteraque *i* eadem littera sequente male praetermissa ab librariis sit. Genitivum „quoad uel capitis vel pecuniae iudicasset priuato" 26, 3. in P invenimus: 6, 14. in PM „iudicatum pecuniae cum duci uidisset": al. — Verba „*in vinculis essent*" non tantum ad *iudicati* verum etiam ad „*capitalem fraudem ausi*" pertinere, id quod interpretes quosdam fugit, manifestum est. — P: „aput se". — PCM: „eos noxa pecuniaque *sese* exsolui iussurum". In Cant. Harl. Hav. Berol. pronomen *sese* praetermissum est: quamvis, quod tanta res rata esse non posset nisi a summo magistratu iuberetur, in ipso illo pronomine maximam vim poni gravitatem rei ipsius iussisse vix quemquam fallere posset. Nec scripsit L. „*eos*, qui cap. fraud. ausi quique pec. iudicati in vinculis essent *et apud se milites fierent*, sese exs. iussurum" sed „*qui eorum — fierent*", quod, quae verba eius momenti essent ut in eis summa rerum versari videretur, in legibus foederibus edictis cuiusvis generis diligentissime premi et proferri solebant. cf. ex. gr. 38, 11. foedus cum Aetolis ictum.

8. *necquiquam temptasset*] nequicquam tentasset. — Scriptum quidem in P erat „necquicquam temptasset", sed

:t, in agrum Nolanum exercitum traducit, ut non hostili-
r statim, quia non desperabat voluntariam deditionem, ita,
morarentur spem, nihil eorum quae pati aut timere pos-
:nt praetermissurus. senatus ac maxime primores eius in

alterum illud *c* omittendum esse duximus, quod id plerumque in hac voce in antiquioribus mss. omissum videretur. *Necquiquam* tamen, in quo inest „*et* nequiquam" „und zwar vergeblich", quod idem prope exprimit quod „*quamquam* nequiquam", facere non potui quin reciperem. nam quamvis dici possit, non cum verbis „*partim spe partim metu temptasset*" Livium *nequiquam* iungi voluisse sed cum „*iterum*", tamen vel structura verborum eam interpretationem refellere videatur. Cf. 2, 15.: necquiquam agendo. C: „neqquā temptasset": i. e.: nequiquam. Berol.: „nequicquam temptasset". — Paulo ante P m. 1.: „hannibalcapuaecepta" cet. sed eadem m. 1. restituit „recepta". Deinde idem: „partimspepartem|metu". — Paulo post P m. 1.: „in agrum no*s*alum exercitum traducit". m. 2.: „nolanum". — Tum in omnibus non modo Pall. et Drak. codd. sed etiam in CM scriptum est: „*et* ut non hostiliter statim — praetermissurus": quam particulam *et* huius loci esse non posse docti homines verissime iudicarunt. nam etiam si quis eam non temere posuit sed ut significaret „et eo quidem consilio", is aut particulae *ut* vim non recte percepit aut non vidit ex ea interpretatione non participio *praetermissurus* locum finiri potuisse. utut res se habet, male eam coniunctionem integrae orationi interiectam esse et codicis P scriptura docet, quae nihil habet nisi „*ut non*" cet. Quamquam *hostiliter* quodam modo ad *exercitum traducit* referri potest, tamen potius in hoc loco zeugma quoddam inesse putem, ut ex sequenti verbo *praetermissurus* suppleverim „ut non hostilia statim facturus" vel simile quid: „mit dem Vorsatze, wenn auch nicht sogleich feindlich zu verfahren, weil —, so doch, wenn sie seinen Wünschen nicht entgegenkämen, nichts zu unterlassen" u. s. w. — In Lov. 2. scriptum est: „*et* non hostiliter statim" cet. in Gärtn. m. 1.: „uoluntariam traditionem". in Lov. 3.: „uoluntariam defectionem".

4. *senatus ac maxime primores eius in societate romana cum fide perstare* in P et m. 1. in C scriptum est: sed cum paulo post in P levi

societate Romana cum fide perstare, plebs novarum, ut solet, rerum atque Hannibalis tota esse metumque agrorum populationis et patienda in obsidione multa gravia indignaque proponere animo. neque auctores defectionis deerant. itaque ubi senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatae non posse, secunda simulando

mendo positum esset „hanni balistotaessemmetumq.“, manusque antiqua pro „*essem*“ scribi vellet „*esset*“, factum est ut in C non modo „tota esset“ reciperetur, sed etiam m. altera pro „perstare“ poneretur „perstaret“. Nec dubito quin idem vitium in melioribus omnibus codd. reperiri possit. — In Berol. excidit „maxime“, scriptumque est „prestare“. in Harl. Lovell. Gärtn. Ox. N. praetermissa sunt verba „cum fide“. Et cum non ab omnibus librariis genitivus „novarum rerum esse“ („für eine Veränderung der Verhältnisse sein“) perspiceretur, in Ox. D. scriptum est: „plebs novarum ut solet rerum *auida* atque hannibalis tota esse“. Cf. 22, 50, 5: alterius morientis (consulis) prope totus exercitus fuit. „*Ut solet*“ non pro „ut adsolet“ „wie es zu geschehen pflegt“ scriptum h. l. esse sed supplendum sequens verbum „*esse*“ nemo non videt. — Lov. 4.: „patienda obsidione“ cet. omisso *in*. Quo errore factum sit ut, cum primo in P recte scriptum esset „patienda“, eidem antiquo librario scribendum videretur „*petienda*“, equidem non intelligo. — Paulo post Lov. 3.: „auctores defection*i*“. Berol.: „auctores defectioni“. Haec verba significare „nec deerant qui plebem ad defectionem incundam stimularent“ manifestum est.

6. *secunda simulando* („durch scheinbare Begünstigung“: Heus.): C] obsecundando (ex coni. I. Fr. Gron.: 3, 35.). — P: „nonposse*secunda*|simulandas*simulan*|*do*dilationemmaliinueniunt“. M: „non posse secum dissimulanda simulando dilat.“ cet. Rec.: „secunda clam simulando“. Gronov. Barberin.: „sed clam simulanda simulando“. Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Oxx.: „sed clam simulando“. Hav.: „sed clam dissimulando“. Hafn. Berol.: „assensum simulando“. Rectissime perspexisse, quid verum esset, codicis C librarium non est difficile intelligere: nec erratum in P esset, nisi librarii oculi in scribendo verbo *simulando* aberrassent in proxime praecedentem ve-

i mali inveniunt. placere enim sibi defectionem ialem simulant: quibus autem condicionibus in foetiamque novam transeant, parum constare. ita spao legatos propere ad praetorem Romanum Marlaudium, qui Casilini cum exercitu erat, mittunt 5

iec alterum *s* adiectum iisi eadem littera seiset. E. Fabri, quem gerat „*secunda simu*“, id quod et I. Fr. rius scribi posse centintegerrimam scriptuse, licet nesciret ita in quo quoque cod. scriesse, conferri iussit 2, lulo audientes *secunda* rba. 8, 12.: leges seimas plebei — tulit. — nte Voss. Lovell. Hav. „itaque ubi senatum accepit“. Hafn. Gärtn.: natus metum accepit“. autem perspexerunt m Harl. Lovell. 1. 3. erol. librarii, quid inteesset, cum restituerent *ropolam* tenderent“ sie ihre Absichten erden liessen“. in P M Voss.) positum erat: *olat*am tenderent“. C „si plata tenderent“. etiam medium *l* induvoluit. Nec fefellerat opropalam“ librarios co- Lovell. 4. 5., sed hi vitio pro „tenderent“ erunt „contra tende-

Casilini cum exercitu codd. omnes. — Persuaserat mihi tum quidem, cum minorem edit. parabam, C. Sigonius, praesertim cum eam et E. Fabri secutum viderem, nec multum afuisse Dukerum quin eam sequeretur, ut et h. l. „*Canusii*“ et paulo post „*a Canusio*“ invitis vel antiquissimis mss. scriberem: sed me vehementer errasse iam intellexisse mihi videor. nam etsi verum est, 22, 57. a Livio ipso traditum esse, iussisse senatum Marcellum praetorem proficisci Canusium ad exercitum, eumque magnis itineribus eo contendisse: tamen ex eo non sequitur, fieri non potuisse ut inde postea abiret, cum praesertim iam Terentium consulem caesi exercitus reliquias collegisse videret audiretque Hannibalem ipsum ex Apulia in Samnium movisse. quid enim ibi iam efficere voluisset aut quanta esse eius in patriam pietas debuisset, quem fugere non poterat ab omnibus timeri, ne Hannibal Romam ipsam ab pugna Cannensi petiturus esset. et Plutarchus non modo non repugnat Livianorum codd. scripturae, id quod Fabri contendit, sed eam adiuvat et

docentque, quanto in discrimine sit Nolana res: agrum nibalis esse et Poenorum, urbem extemplo futuram ni

interpretatur. dicit enim in vita Marc. cap. 9., Marcellum a senatu iussum Canusium profectum esse ibique reliquias exercitus ab Terentio Romam profecturo accepisse: et cap. 10. eundem Neapolitanis Nolanisque auxilio venisse, id quod et a Livio relatum legimus. nam quod ibi Plut. non scripsit, Marcellum a Canusio Casilinum tetendisse et ab ea demum urbe Nolam pervenisse, id mirum esse non potest, quod illis locis res levius persequitur. nec magis mirum videbitur, ne a Livio quidem id scriptum esse, quod ea quae facta esse oportere per se patet, referri necesse non erat. nam quod Fabri dicit, antiquam Livianam scripturam etiam ob id probari non posse, quod L. 23, 17., quo loco quae Casilini post Cannensem pugnam acta sint retulit, Marcelli nullam mentionem fecerit, in eo iusto plus videtur vidisse, cum illo loco ea tantum referantur, quae Casilini post Acerras ab Hannibale captas direptasque facta sint. Inprimis autem Sigonianae coniecturae repugnare locorum rationes paulo post videre licet. Marcellus igitur non diutius, quam res ipsa poscebat, Canusii manserat, sed, cum Hannibal ex

Apulia profectus dic
Poenum secutus erat,
que exercitu Casilinun
praesidium romanum e
nerat, non ut ibi m
sed ut ab eo inde loco
ciis, qui in fide perstit
auxilio esset et occasio
lata Hunnibalis consili
curreret. Quod si n
fuisset, ut Nolanus s
Marcellum haud proc
Nola abesse sciret, sed
tantum iter a Canusio
necesse fuisset, qui t
natus sperare potuisse
ut Marcellus suae Ro
rumque rei ita subveni
vellet aut posset, ut C
relicto Nolam accel
praesertim cum ibi victo
belli Hannibal cum e
adesset? ac ne dubitar
simus, quin ita, ut i
codd. scriptum videmus,
in antiquioribus mss.
perierunt, scriptum fuer
dicis P scriptura facit
idem bis positum es
„ propere ad praetorem
num marcellum claudium
silinicummar | cellumela
quicasilinicumexercitue
tunt". C: „ad p̄. r̄.
dium marcellum qui e
cum exercitu erat mit
Berol. m. 1.: „cum ea
erant". m. 2.: „erat
Paulo post Berol.: „nis
ueniatur".

eniatur: concedendo plebei senatum, ubi velint defecturos e, ne deficere praefestinarent effecisse. Marcellus conlauatis Nolanis eadem simulatione extrahi rem in suum adentum iussit, interim celari quae secum acta essent spemue omnem auxilii Romani. ipse a Casilino Calatiam petit,

1. *concedendo plebei senatum ubi uelint defecturos se ne deficere praefestinarent effecisse:* PCM: nisi quod primo in P „praefectinarent" scriptum fuerat. Hic locus ab reliquorum omnium codd. librariis male corruptus est, qui non viderint verba „*ubi velint defecturos se*" id ipsum exprimere quod senatus plebi concesserit, nomenque „*senatum*" esse subiectum verbi „*effecisse*": nur dadurch dass er sich gegen das Volk bereitwillig erklärt, abzufallen sobald sie es wünschten, habe es der Senat bewirken können dass" u. s. w. Pluralis verbi *velint* ita pendet ex nomine collect. „plebs", ut paulo ante *si tenderent* ex „senatus". — Pal. 2. Berol.: „concedendo plebi senatum". Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 3. 5. Rec. Gärtn.: „conciliando plebi senatum". Pal. 2.: „ubi uelint defecturos se non deficere" cet. Harl. Lovell. 2. 4. 6. Gärtn. Berol.: „ubi uelint defecturos senatum se ne deficere praefestinarent effecisse". Gärtn. etiam „profestinarent": Berol. „p̄destinarent". Pall. 1. 3. Hav.: „ubi uelint defecturos senatum se non deficere praefestinarent effecisse".

4. *interim celari* cet.: codd. *Interim* h. l. non id significare posse quod ex. gr. 5, 19. „*indicto dilectu* in diem certam ipse *interim* Veios ad confirmandos militum animos intercurrit" neminem praeterierit, cum fieri non posset quin *eodem tempore* Marcellus et extrahi rem in adventum suum vellet et celari quae secum acta essent: „*bis dahin* sollten sie *zugleich* verborgen zu halten suchen" u. s. w. aut „*dabei* sollten sie *zugleich*". Cf. docta subtilisque disputatio Ferd. Handii ad Turs. III. 420. seq. — P (M m. 1. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4.): „spemque omnem auxil*io* romani": quo mendo, ut *io* poneretur pro *ii*, haud raro in antiquissimo cod. erratum videmus. C Berol.: „spemque omnem auxilii romani". Hav.: „spemque esse auxilii romani". Ox. N.: „spemque omnem esse auxilii romanorum".

5. *ipse a Casilino Galatiam petit:* PCM Cant. Harl. Lov. 3. Gärtn. Hav. Berol. Sic quoque 27, 3. vel in P scriptum

cum singulis abirent vestimentis: deinde, ut qui a prin
mitis omnibus Italicis praeter Romanos videri vellet, p
mia atque honores, qui remanserint ac militare secum
luissent, proposuit. nec ea spe quemquam tenuit: di
omnes. quocumque hospitia aut fortuitus animi impetus

3. *qui remanserint:* Lov. 5. prob. E. Fabri] qui remanserant (codd.). — Cum h. l. scribi non posset de iis qui remansissent, quod id ipsum maxime dubium esset num qui remanere vellent, id quod in antiquis codd. inventum est „remanserant" ab Livio profectum esse non potest. Non dubitavimus igitur pro „qui remanser*ant*" scribere „qui remanser*int*", ut id significet „si qui remanserint". Persaepe enim haec ipsa tempora ab librariis inter se permutata esse vel huius cap. posterior pars (militaver*at* — fecer*ant*) docere potest (cf. quoque 3, 2.: dederit:). nec mirum videri potest, quod ex hac interpretatione coniunctivum perfecti cum plusquamperfecto iunctum videmus, cum et aliis locis Livius eo dicendi genere usus sit, et praesertim h. l. ille dicere voluisse videatur: „proposuit praemia eis, qui ex numero corum, qui remanserint in urbe, secum militare voluissent". Cf. 22, 32.: si duxissent dignosque iudicaverint. I. Fr. Gronovius aut „remanere" aut „remanerent" scribi voluit. — PCM Cant.: „ac militare s uoluissent". Rell. codd.: militare uellent secum" C: „praeposuit".

4. *ne ea spe quemquan nuit* (scil. Hannibal): m. 2. C] nec ea spe q quam tenuit (M Cant. P 3. Lovell. 1. 2. 3. 5. Berol. al.). C m. 1.: „ aspequemquamtenuit". P „nec ea spes quemquar nuit". Vix dubium vid quin in P integra Li manus servata sit: nemo amplius dubitaverit, qui antiquis scriptoribus etia pro *ne — quidem* po sit. quod scribendi genus recentiores librarios fug *nec* pro *ne* posuerunt, qu quod saepius ita a Livio ptum videretur. Cf. 9, ne ut oculos quidem att rent.

5. *quocumque hospitia aut tuitus animi impetus t* PC Berol. rell. I. Fr. novius maluit scribi „ *quemque* — tulit". — primo: „per campania bes", dein „campaniae" m. 1.: „neapoli*am*que". alterum *a* inductum est. C sex verbis omissis: puam pet*issent* cumas se

it, per Campaniae urbes maxime Nolam Neapolimque. cum erme triginta senatores ac forte primus quisque Capuam etissent, exclusi inde, quod portas Hannibali clausissent, umas se contulerunt. Nuceriae praeda militi data est, urbs irepta atque incensa. — Nolam Marcellus non sui magis ducia praesidi quam voluntate principum habebat: plebs mebatur et ante omnis L. Bantius, quem consensus tem-

lerunt". — Paulo post PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Ox. N.: „nuceri*a* praeda militi data est". Lov. 1. Berol.: „nuceria militi praeda data est". Cf. 23, 2.: Romae.

5. *non sui magis fiducia praesidii quam uoluntate principum:* P m. 2. C Berol. rell., cum m. 1. in P fuisset „non su magis fiducia praesidi quam" cet., in Berol. „non sua magis fiducia praesidii". — Si *fiducia* h. l. non id quod *fides* significat, etiam *voluntate principum* ad *fiducia* referendum videtur, quem ad modum ellipsi illa ablativus pro genitivo ab latinis scriptoribus poni solebat: „indem er eben so sehr auf die Anhänglichkeit der Vornehmen an Rom als auf die Ergebenheit seiner Soldaten baute". Non tamen me fugit, *fiducia praesidii sui* significare quoque posse „durch den Muth seiner Truppen", *quam fiduciam virtutis suae suarumque virium milites habebant:* qua interpretatione si L. uti voluit, *quam voluntate principum* nihil aliud dicere potest quam „als nach dem Willen und Wunsche der Vornehmen".

7. *quem consensus temptatae defectionis ac metus — stimulabat*] quem conscientia tentatae defectionis ac metus — stimulabat (ex I. Fr. Gronovii coniectura :). — Facere non possum quin et mihi aliquando elegantissimam visam esse Gronovianam coniecturam fatear: sed diligentius ratione loci spectata me in errorem inductum esse vidi. temptatae enim non perpetratae defectionis conscientia Bantium ad transfugiendum impellere potuit, ad proditionem patriae non item. nam cum ante Marcelli adventum id quod plebs voluerat parum prospere evenisset, vix quisquam praesente Marcello se feliciorem fore sperare potuit. verum in P cum m. 1. scriptum esset „plebstimeba turetanteomnis.l.banti|usq.con sensuatem|tatemdefectionisac metus" cet., mihi iam persuasi „quem *consensus* temptatae defectionis („seine Übereinstimmung mit d. Volke bei dem versuchten Abfalle") ac me-

cum singulis abirent vestimentis: deinde, ut qui a principio mitis omnibus Italicis praeter Romanos videri vellet, praemia atque honores, qui remanserint ac militare secum voluissent, proposuit. ne ea spe quemquam tenuit: dilapsi omnes, quocumque hospitia aut fortuitus animi impetus tu-

3. *qui remanserint:* Lov. 5. prob. E. Fabri] qui remanserant (codd.). — Cum h. l. scribi non posset de iis qui remansissent, quod id ipsum maxime dubium esset num qui remanere vellent, id quod in antiquis codd. inventum est „remanserant" ab Livio profectum esse non potest. Non dubitavimus igitur pro „qui remanser*ant*" scribere „qui remanser*int*", ut id significet „si qui remanserint". Persaepe enim haec ipsa tempora ab librariis inter se permutata esse vel huius cap. posterior pars (militaver*at* — feceran*t*) docere potest (cf. quoque 3, 2.: dederit:). nec mirum videri potest, quod ex hac interpretatione coniunctivum perfecti cum plusquamperfecto iunctum videmus, cum et aliis locis Livius eo dicendi genere usus sit, et praesertim h. l. ille dicere voluisse videatur: „proposuit praemia eis, qui ex numero eorum, qui remanserint in urbe, secum militare voluissent". Cf. 22, 32.: si duxissent dignosque iudicaverint. I. Fr. Gronovius aut „remanere" aut „remanerent" scribi voluit. — PCM Cant.: „ac militare secum uoluissent". Rell. codd.: „ac militare uellent secum". — C: „praeposuit".

4. *ne ea spe quemquam tenuit* (scil. Hannibal): P et m. 2. C] nec ea spe quemquam tenuit (M Cant. Pall. 2. 3. Lovell. 1. 2. 3. 5. Hav. Berol. al.). C m. 1.: „ne*ae* aspequemquamtenuit". Pal. 1.: „nec ea spes quemquam tenuit". Vix dubium videatur quin in P integra Liviana manus servata sit: nemo enim amplius dubitaverit, quin ab antiquis scriptoribus etiam *ne* pro *ne — quidem* positum sit, quod scribendi genus cum recentiores librarios fugisset, *nec* pro *ne* posuerunt, quippe quod saepius ita a Livio scriptum videretur. Cf. 9, 6.: ne ut oculos quidem attollerent.

5. *quocumque hospitia aut fortuitus animi impetus tulit:* PC Berol. rell. I. Fr. Gronovius maluit scribi „quo *quemque* — tulit". — P primo: „ per campania*m* urbes", dein „ campaniae". P m. 1.: „ neapolia*m*que". m. 2. alterum *a* inductum est. — C sex verbis omissis: „capuam pet*issent* cumas se ctu-

empestate prope nobilissimus eques: seminecem eum ad Cannas in acervo caesorum corporum inventum curatumque benigne etiam cum donis Hannibal domum remiserat. ob ius gratiam meriti rem Nolanam in ius dicionemque dare voluerat Poeno, anxiumque eum et sollicitum cura novandi es praetor cernebat. ceterum cum aut poena cohibendus sset aut beneficio conciliandus, sibi adsumpsisse quam ho- ti ademisse fortem ac strenuum maluit socium, accitumque d se benigne appellat: multos eum invidos inter popularis

rit. neque vero difficile est videre, non sine vi causaque additum id ipsum pronomen *eum* esse. — Gärtn.: „in aceruo occisorum corporum".

5. *cura nouandi res* h. l. Livius scripsit, non „*nouandarum rerum*", quod prae ceteris scriptoribus in rebus non mente rationeque sola percipiendis fingendisque sed quae agerentur gerundio uti solebat. sic scriptum non sine causa 30, 13. est „*in adloquendo victorem*", quod praesens Scipio praesenti Syphaci adloquendus fuerat: cum „*in adloquendo victore*" poni necesse fuisset, si quis id afferre vellet, quod in universum victoribus dici aequum videri posset. — Berol.: „anxium eum et sollicitū" cet. pauloque ante idem: „in ius ditionemq. dare nolebat peno". Lov. 3.: „dari uoluerat". — Paulo post Lov. 3.: „sibi adsumsisse hostique ademisse" cet. Berol.: „sibi assumpsisse" cet. P: „fortem ac strenum maluit ci uem". Berol.: „malluit".

9. *inter popularis:* PC. — C: „quod nemo ciuis nolanus indicauerit". — P: „egraegia facinora". — P: „setqui". — PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Berol. Ox. N.: „in romanis militauerat castris". pauloque post PCM Harl. Lovell. Hav. Berol. Oxx.: „qui cum eo stipendia fecerant": quorum simili mendo supra „qui remanserant" pro „qui remanserint" positum esse suo loco diximus. — Berol.: „non posse uirtutem eius obscurā esse". — P: „quiuiressetillaequaequeetquotiens" cet. Lov. 4.: „qualis uirtutis esset ille" cet. C Berol.: „quotiens". — Lovell. 4. 5. Berol.: „adiisset". Berol. etiam „adiisset dicere utique" cet. — PCM: „utique (und wie er) cannensi *proelio* non prius *pugna* abstiterit quam prope exanguis ruina superincidentium uirorum equorum armorumque sit oppressus": quamquam m. 1. in P scriptum metathesi litterarum fuerat „armo rumque*stio*ppressus". Peius

habere inde existimato facile esse, quod nemo civis Nolanus sibi indicaverit, quam multa eius egregia facinora militaria essent: sed qui in Romanis militaverit castris, non posse obscuram eius virtutem esse: multos sibi, qui cum eo stipendia fecerint, referre, qui vir esset ille quoque et quotiens pericula pro salute ac dignitate populi Romani adiisset, atque Cannensi proelio non prius pugna abstiterit quam prope exanguis ruina superincidentium virorum equorumque armorumque sit oppressus. „itaque macte virtute esto“ inquit: „apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit et, quo frequentior mecum fueris, senties eam rem tibi dignitati atque emolumento esse:“ laetoque invenī promissis equom eximium dono dat bigatosque quingentos quae-

Berol. ceterique omnes codd.: „utique cannensi *pugna* non prius *proelio* abstiterit“ cet.

9. *itaque macte virtute esto inquit*: codd. Dubium esse potest, utrum L. *itaque* cum *esto* an cum *inquit* iunctum voluerit. Secutus quidem sum in hac quoque edit. priorem interpretationem, sed altera ista magis placuerit in hoc transitu ad directam orationem. Cf. 22, 49.: tu quidem — macte virtute esto. — PC: „sput me“. — Voss. Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn. Rec. Hav. Berol.: „et quo frequentius mecum fueris“. Ad „*senties*“, quae omnium codd. scriptura est, supplendum esse *eo magis, eo crebrius*, facile est intelligere. nec fugit viros doctos, ea verba praetermittendo, quo scribendi genere L. haud raro usus est, magnopere vim orationis augeri. Cf. ex. gr. 25, 38. extr.: „laeti et audire — novum consilium et, *quo audacius* erat, *magis* placebat“. 2. 45.: „— *quo minus* consules velle credunt, *crescit* ardor pugnandi“.

13. *equom:* P] equum (C rell.). — Pm. 1.: „promisissequom“. m. 2.: „promisis equom“. Lov. 5.: „laeto inueni promissi“. — PCM Cant. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Berol. Ox. N.: „*eximium ex* dono dat“. Id mendum factum esse, quod antiqui cuiusdam librarii oculi in priorem, quae modo scripta erat, vocem aberrarant, vix cuiquam dubium videatur. Voss. m. 1.: „eximium exdonabat“. m. 2.: „exdonat“. — Codd.: „bigatosque quingentos“. Berol.: „bigatosq: v.“ Plut. Marc. 10.: — ἵππον τε δωρεῖται πολεμιστὴν αὐτῷ καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακο-

torem numerare iubet: lictoribus imperat ut cum se adire, uotiens velit, patiantur.

XVI. Hac comitate Marcelli ferocis iuvenis animus deo'st mollitus, ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fidelius iuverit, cum Hannibal ad portas esset — Nam enim rursus a Nuceria movit castra — plebesque Nolana de integro ad defectionem spectaret. Marcellus sub adventum hostium intra muros se recepit, non castris mouens sed ne prodendae urbis occasionem nimis multis inanimam inminentibus daret. instrui deinde utrimque acies Ro-

σίας. — PC Berol. al.: „imperat ut eum se adire quotiens uelit patiantur": quamquam m. 1. in Berol. „uelint" posuerat. Gärtn.: „ut se eum adire" cet. Voss. Lovell. 1. 2.: „ut se adire" cet.

3. *ferocis iuuenis animus adeost mollitus:* P m. 1. Cf. 23, 13.: nihil facilius scitum'st. — P m. 2. C rell.: „adeo est mollitus". Berol.: „molitus". — Lov. 2. Hav.: „ferox iuuenis animus". Voss. Lov. 1.: „ferocis animus". — Berol.: „rem pu. fortius ac" cet. Hav.: „rem publicam fortius ac" cet. — Paulo post PC Berol. al.: „nolam enim rursus a nuceria mouit castra". Voss. m. 1. et Pal. 1.: „nolanum rursus" cet. Pal. 2. Lov. 3. Gärtn. et m. 2. Voss.: „nolam rursus" cet. Peius etiam Pal. 3.: „nolam uersus a nuceria" cet. M Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 5. Gärtn. Hav.: „*mouit*". Rell.: „mouerat". — M m. 2. Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn. Hav.: „plebsque nolana" cet. Berol.: „plebsq: de integro nolana ad def." cet.

7. *sub aduentum hostium:* P et m. 1. M. Cf. 23, 15. init.: sub adventum praetoris romani Poenus agro Nolano excessit. M m. 2. tamen et C Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „sub aduentu hostium". Sic 2, 55.: sub hac pessimi exempli victoria dilectus edicitur.

10. *instrui deinde utrimque acies Romanorum coeptae pro moenibus Nolae* cet.: PCM Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav.] instrui deinde utrinque acies coeptae, Romanorum pro moenibus Nolae cet. (Berol. sine dubio ex L. Vallae coniectura). — Receperam quidem Vallanam coniecturam in minorem edit., sed me errasse video. nam praeterquam quod haud raro apud Livium verborum ordines inveniri constat, qui aliis antiquis scriptoribus non ita probati fuerint, ne Livius qui-

manorum coeptae pro moenibus Nolae, Poenorum ante castra sua. proelia hinc parva inter urbem castraque et vario eventu fiebant, quia duces nec prohibere paucos temere provocantis nec dare signum universae pugnae volebant. in hac

dem reprehendendus videatur ob eam structuram, qua eae orationis partes artius coniunguntur, quae re ipsa artissime connecterentur necesse erat: ut vix dubitem quin multi in hac ipsa constructione, quae aliis insolentior videbatur, singularem quandam sermonis elegantiam sibi perspexisse videantur. — P: „instruideindeutri que“ cet. — Paulo post in C quoque recte scriptum fuerat „*et* uario eventu“ „und zwar mit wechselndem Glücke“, sed nescio qua causa illud *et* altera m. inductum est. — Deinde et ego alterius librarii codicis M coniecturam „*temere prouocantis*“ recepi, cum in P esset „temereprogantis“, et m. 1. in M et in C „temere procantis“, in reli. codd. „temere rogantes“, quod nec res nec verba ab huius loci ratione aliena sunt. videtur quidem Drakenborchius in verbo „*prouocantes*“ aliquid vitii vidisse, ut haud multum abesset quin alteram quandam coniecturam „*procurrentes*“ praeferret: sed *temere* h. l. significat „auf gut Glück hin“, et non antiquioribus modo temporibus sed etiam tunc in assidua

statione milites nonnumquam vel ad certamen singulare provocatos esse id quod 23, 46. 47. de Vibellio Taurea relatum est, persuaserit. nec Marcellus debuit nolle, ut milites sui cum Hannibalis militibus congrederentur, quod prospero parvarum pugnarum eventu haud dubitandum erat quin Romanorum animi, qui Cannensi proelio fracti erant, sibi ipsi confidere adsuescerent.

4. *in hac cotidiana iam duorum exercituum statione*] in hac cotidiana duorum exercituum statione (ex l. Fr. Gron. emendatione). Gronovianae emendationi nihil deesse videbatur, nisi ut particula *iam* adderetur. In P autem metathesi illa litterarum m. 1. scriptum fuerat: „in hacco*diti*is|iamduorum“ cet. P m. 2.: „inhacco*mi*tia|iam“ cet.: quam infelicem coniecturam codicum M Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 4. Oxx. L. 1. D. librarii recipiendam putarunt. Berol.: „in hac comitiua iam duorum“ cet. Gärtn.: „in hac comiaria iam duorum“ cet. Pal. 3.: „in hac comitiaria iam duorum“ cet. Denique C m. 2. et Lovell. 3. 5. Hafn. Hav. Branc. Lat. et cod. Sig.:

cotidiana iam duorum exercituum statione principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna conloquia inter plebem ac Poenos fieri statutumque esse ut, cum Romana acies egressa portis iret, inpedimenta eorum ac sarcinas diriperent, clauderent deinde portas murosque occuparent, ut potentes rerum suarum atque urbis Poenum inde pro Romano acciperent. haec ubi nuntiata Marcello sunt, conlaudatis sena-

„in hac *continua* iam duorum exercituum statione". Quid m. 1. in C scriptum fuerit, discernere non potui. — Quod sequitur „*egressa portis iret*" in PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. repertum est, sed non omnibus doctis hominibus haec scriptura est probata. et I. Fr. Gronovius scripsit „*egressa* portis *foret*", cum non dubitaret *foret* pro *esset* ponere. si *iret* ab Livio profectum est, id nihil aliud potest exprimere, quam statutum Nolanis fuisse ut tum demum ita agerent, cum Romanos non modo portis egressos sed etiam aliquantum progressos viderent: „sobald die Römer die Thore verlassen und vorrücken würden". nam quamvis portas egrederentur, tamen fieri potuisse ut ad portas subsisterent, ut et portas et urbem in sua potestate haberent, manifestum est. — In C et in Harl. praetermissum est „clauderent" (PM Voss. Berol. al.). In aliis Drak. codd. scriptum esse dicitur „clauderent*que*". — PCM Berol.: „potentes rerum suarum atque urbis": im Besitz des Ihren und der Stadt". Rell. codd.: „pot*i*entes rerum" cet. — P m. 1,: „ac-ciperente|haec ubi" cet. sed *e* inductum m. 2. est.

7. *haec ubi nuntiata Marcello sunt:* PC] haec ubi nunciata sunt Marcello (rell. ut videtur codd.). — Deinde recepi coniecturam I. Fr. Gronovii „priusquam aliquis motus iniuriaue oreretur" ita tamen ut ex PC Pal. 2. „aliqui" ponerem pro „aliquis". — P: „priusquamaliquimotusin iuriseore|retur". P m. 2. C: „priusquam aliqui motus iniuris oreretur". C m. 2.: „—iniuris or*i*r*e*tur": i. e. orirentur. M Harl.: „iniuris oriretur". Lov. 1.: „iniuriis oriretur". Voss. Pal. 1. Lovell. 2. 3. 4. et margo Ox. N.: „inuiris oriretur". Gärtn. Oxx. L. 1. N.: „in muris oriretur". Cod. Sig. et Hav.: „intus oriretur". Pal. 2.: „priusquam aliqui motus intus orirentur". Berol.: „priusquam aliquis motus intus muris oriretur". Lov. 5.: „intus oriretur in muris". Pal. 3.:

toribus Nolanis, priusquam aliqui motus iniuriave oreretur, fortunam pugnae experiri statuit. ad tris portas in hostes versas tripertito exercitum instruxit, inpedimenta subsequi iussit, calones lixasque et invalidos milites vallum ferre: media porta robora legionum et Romanos equites, duabus circa portis novos milites levemque armaturam ac sociorum equites statuit: Nolani muros portasque adire vetiti, subsidiaque destinata inpedimentis data ne occupatis proelio legionibus in ea impetus fieret. ita instructi intra portas stabant. Hannibali sub signis — id quod per aliquot dies fecerat — ad

„in muneris oriretur". — In minore edit. scribi iusseram „priusquam aliqui motus in urbe oreretur". Conici etiam posset „intus exoreretur": „intus urbis exoreretur". 27, 27.: exorerentur: al.

2. *at tris portas in hostes uersas tripertito exercitum instruxit:* PC] ad tres portas — tripartito exercitum instruxit. — P m. 1. tamen „tripertimto". *Ad tris portas* non modo in Pall. sed etiam in plerisque Drakenb. codd. repertum est. Cf. 21, 7.: tripertito: al. — Lov. 5.: „in hostem uersas". Haec verba et tria proxime antecedentia exciderunt in Harl. — Berol.: „subsequi iubet".

6. *ac sociorum equites* ex verissima Vallae coniectura iam in Berol. scriptum est. PCM Lov. 4. et m. 1. Lov. 2.: „ac suorum equites". — Paulo post P m. 1.: „adireuestiti". Berol.: „nolani murosq: portas adire uetiti". — Verba „*subsidiaq. destinata inpedimentis data*" (quorum verborum vis et I. Fr. Gronovium fefellerat, ut qui scribi vellet „subsidiaque et stationes impedimentis datae": idque „*datae*" in C repperimus: et Crevierum, qui aut „data" aut „destinata" delendum censeret:), Strothius rectissime interpretatus est ita ut *destinata subsidia* h. l. significare diceret *copias in subsidia destinatas:* „die Soldaten, welche dazu bestimmt waren als Hülfscorps zu dienen, wurden dem Gepäck beigesellt".

10. *id quod per aliquod dies fecerat:* P. In C autem quod scriptum est „idque per aliquot dies fecerat" (*und zwar hatte er dies gethan*), non minus verum esse potest, quamquam L. pronominibus *id quod* uti solet. — P primo: „*ac* multum dieiinacie stanti". dein eadem m.: „*at* multum diei" cet. C: „at multum die in acie stanti". m. 2.: „diei". Berol. m. 1.: „ad

nultum diei in acie stanti primo miraculo esse, quod nec exercitus Romanus porta egrederetur nec armatus quisquam e muris esset: ratus deinde prodita conloquia esse metuque resides factos, partem militum in castra remittit iussos ropere adparatum omnem oppugnandae urbis in primam ciem adferre, satis fidens, si cunctantibus instaret, tumulum aliquem in urbe plebem moturam. dum in sua quis-

tumultum diei" cet. — P: „portaegraederetur". Hafn. Berol.: „portas egred." Pal. 3.: „portam egred." Lov. 3. etiam: „prior egrederetur". — Praeterea paulo ante Berol.: „ita instructi inter portas stabant".

3. *prodita conloquia esse*: PC et m. 1. M. — M m. 2.: „proditum conloquium esse". Harl.: „prodita esse colloquia". In Lovell. 4. 5. excidit „esse". — PCM al.: „*metuque resides factos*": i. e. metuque plebis Romanos non audere portis egredi. Cf. 6, 23.: cunctatorem ex acerrimo bellatore factum et, qui adveniens castra urbesque primo impetu rapere sit solitus, eum *residem* intra vallum tempus terere. Berol. Branc. Lat. Ox. N.: „metuque *desides* factos". Cf. 21, 16.: „— nec rem romanam tam desidem umquam fuisse atque inbellem". — Tum Berol.: „partem militum in castris remisit". Lov. 3.: „— in castra relinquit". Hafn.: „— in castra reliquit". Ad „*partem* militum — *iussos*" cf. ex. gr. 21, 27.: equorum pars magna nantes — trahebantur. — P: „atparatumomnem". — Verba ab „tumultum aliquem" ad „moturam" praetermissa in Voss. Lovell. 1. 3. Hafn. sunt.

7. *dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa* (i. e. allato apparatu dum in prima acie in sua quisque ministeria trepide discurrunt:), quamquam sine dubio a Livio profectum, tamen in nullo antiquiore cod. repertum videtur. in P enim una littera omissa cum m. 1. scriptum esset „moturam*um* insuaquisqueministeria" cet., manuque altera *t* supra *um* positum esset, in CM quidem scriptum est „*tum* in sua quisque" cet. sed in Lov. 1.: „mox in sua quisque" cet. in Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „moxque in sua quisque" cet. Ad *trepidare* (sich beeilen) cf. 23, 7.: trepidante civitate ad excipiendum Poenum. — P m. 1.: „patefacta repente porta *repente* marcellus | *s*signa" cet. pauloque post „acpeditesprimumdeinde equites*primum dein* | *de equi tes*quanto" cet.: sed quae

XVII. Hannibal spe potiundae Nolae adempta cum Acerras recessisset, Marcellus extemplo clausis portis custo-

Ioh. Freinshemius non „gesta *sit*“ sed „gesta *est*“ scribi voluit, quod ad id refellendum et ut codicum mss. auctoritatem tueretur, Drakenborchius animadvertit, coniunctivum cum „*nescio an*“ iungi solere, quasi fieri potuisset ut totum illud dicendi genus peritum latini sermonis hominem falleret, id sane mirabile dictu videatur. nam si L. non in extremo loco verbum *geri* ponere voluisset, sed si scripsisset „*ingens eo die res gesta est ac nescio an maxima illo bello*“, dubium esse posset an Livius indicativo usus esset, sed cum tanta res vix pro certo affirmari potuerit, fieri potuit ut L. etiam „ingens eo die res gesta sit“ scriberet: nedum ut h. l. quo verba „nescio an maxima gesta sit“ ita inter se cohaereant ut alterum ab altero disiungi non possit, quisquam dubitaverit quin id, quod in omnibus codd. inventum est, rectissime se habeat. Verum tamen ne ea quidem quae subinde leguntur „*non vinci enim ab Hannibale vincentibus difficilius fuit quam postea vincere*“, quamquam facillima ad intelligendum videntur, ab omnibus interpretibus recte percepta sunt. nam L. Valla sibi persuasit pro „vincentibus“ scribendum esse aut „vinci solitis“ aut „vinci suetis“, cum non videret *vincentibus* pertinere ad eos Romanos qui tunc Marcello duce Hannibalem vicerant: id quod posteriores quosdam librarios non videtur fefellisse, cum in Lov. 5. scriptum sit „tum uincentibus“, in Hav. Branc. Latinii et in Berol. „tunc uincentibus“. Vernaculo igitur sermone: „denn sich nicht ferner vom Hannibal besiegen zu lassen, musste den Siegern schwerer werden, als nachdem sie einmal wieder gesiegt hatten, den Siegesruhm zu behaupten“. — Berol.: „non enim uinci ab hannibale“ cet. C: „dificilius fuit“.

1. *eum Acerras recessisset:* C rell. — P: „cumacerrasre cessisse“. Berol.: „accerras“. — Berol.: „custodibus dispositis“ omissa coniunctione *que*. — P: „quaestionemin foro de*iis* quiclaminconloquiis hostiumfueranthabuit“. P m. 2. C Berol. ac sine dubio meliores omnes codd.: „ de *his* qui“ cet. — PC al.: „supra septuaginta“ cet. Berol.: „supra LXX^ta damnatos proditionis“ cet. In Hav. excidit „proditionis“. — PCM: „bonaque eorum iussit *publica p. r. esse*“. Rell. codd.:

libusque dispositis, ne quis egrederetur, quaestionem in foro
le iis qui clam in conloquiis hostium fuerant habuit: supra
eptuaginta damnatos proditionis securi percussit bonaque
orum iussit publica populi Romani esse: et summa rerum
enatui tradita cum exercitu omni profectus supra Suessu- 5
am castris positis consedit. Poenus Acerras primum ad vo-
ntariam deditionem conatus perlicere, postquam obstinatos
de videt, obsidere atque oppugnare parat. ceterum Acer-
anis plus animi quam virium erat: itaque desperata tutela

„—iussit publica esse". Cf. ex. gr. 3, 71.: tribus iudicaverunt agrum publicum populi romani esse. — Paulo post P m. 1.: „*cum*exercitu *cum*niprofectus". dein „cum exercitu omni profectus". In Gärtn. praetermissum est „*profectus*". P m. 1.: „supra suesulam". m. 2.: „suetsulam". Berol.: „sup sessulam". Lovell. 4. 5.: „positis castris". Cant.: „*in*sedit".

7. *postquam obstinatos inde uidet obsidere atque oppugnare parat:* PC (nisi quod in C „obstinatos" et „obsidere" scriptum est:)] postquam obstinatos vidit, obsidere inde atque oppugnare parat (plerique ut videtur Drak. codd.). Berol.: „conatus pellicere postquam uidit inde obstinatos obsidere atq; oppugnare parat". — Cur locum particulae *inde* mutatum librarii rece. voluerint, nullam aliam causam invenire possum, quam quod eam praecedenti particulae *primum* respondere putaverint. sed praeterquam quod non raro alteram eius generis particularum ab antiquis scriptoribus praetermissam videmus, h. l. in particula *inde* non illam vim inesse integriores codd. persuadent, sed Livium ut significaret voluisse „obstinatos *inde*, *cum Acerranos ad voluntariam deditionem perlicere conatus esset*": „als er sie nach diesem Versuche hartnäckig in der Treue gegen Rom verharren sieht". *Postquam videt*, quod perfecto mutare non ausim, liberiore dicendi genere positum videtur, quo historicum praesens pro praeterito scribi solebat. hoc autem loco vel *parat* docuerit *videt* ab Livio profectum esse.

9. *desperata tutela urbis:* C. P m. 1.: „desperatutelaurbis". dein *ae* et *eta* supra *peratu* posita sunt. Berol.: „desperata tu | tutella". — Paulo post PC: „neclectasque custodias". — P: „quaquemq. æconsili | umauterrortulit". deinde *u* supra *æ* positum est

urbis ut circumvallari moenia viderunt, priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi per vias inviaque, qua quemque aut consilium aut error tulit, in urbes Campaniae, quas satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt. Hannibal Acerris direptis atque incensis, cum a Casino di-

ut *au* fieret. CM: „qua quemque aut consilium aut error tulit". Berol. et rell. codd.: „— aut consilium aut terror tulit". — P m. 1.: „nonmu tass*em*fid*em*". sed medium *m* inductum est. — Lov. 2.: „profugerunt".

6. *cum a Casino dictatorem romanum legionesque Casilinum acciri nuntiassent*] cum a Casilino dictatorem romanum legionesque novas acciri nuntiassent (ex Vallae coni., quamquam is „nuntiatum esset" [Pal. 2. et Sig. Lipsiique codd.] scripserat:). — Cum id, quod in codd. mss. post *legionesque* inventum erat, probari non posse videretur, Valla „legionesque *novas* acciri" a Livio profectum esse putavit, ut ea voce id exprimeretur, quod 23, 14. de novo dilectu et servorum et noxa pecuniaque exsolutorum ab dictatore habito relatum erat. verum licet Iunii dictatoris exercitus ita appellari potuerit, cur Casilinense praesidium illas potissimum novas legiones accire ad sese voluerit, intelligi non potest. Dictatorem cum viginti quinque milibus armatorum ab urbe profectum esse 23, 14. legimus, nec quo primo loco agmen constituerit accipimus, cum igitur si non in omnibus at in duobus optimis codd. „*a Casino*" scriptum sit, ausi non sumus ab ea scriptura recedere, quae docet dictatorem eodem itinere, quo Hannibal a Capua per Sidicinum Allifanum Casinatemque agrum in viam Latinam Romamque tetendisse 26, 9. dicitur, ab urbe profectum in Casinati agro, in quo ipso et Hannibal stativa postea habuit, constitisse, ut ab eo inde loco, quo propior Hannibali esset, Teanum Sidicinum pergeret, in qua urbe eum hibernasse 23, 24. relatum est. deinde vero cum sexcentis locis metathesi illa litterarum in P peccatum esset nec urbis Casilini nomen hoc loco deesse posse videretur, non dubitavimus pro eo, quod in P (CM Harl. Pall. 1. 3.) inventum est, „— legionesque*nimisac*|ci*p*inuntias sent" restituere „legionesque *Casilinum* acciri nuntiassent". — Berol.: „cum a cassilino dictatorem" cet. Deinde Lov. 1. Pal. 2. et Sig.

:tatorem Romanum legionesque Casilinum acciri nuntiassent, ıe quis tam propinquis hostium castris Capuae quoque oreetur motus, exercitum ad Casilinum ducit. Casilinum eo empore quingenti Praenestini habebant cum paucis Romaiis Latinique nominis, quos eodem audita Cannensis clades ontulerat. hi non confecto Praeneste ad diem dilectu seius profecti domo cum Casilinum ante famam adversae pu-

Lipsiique codd.: „legionesque minus accipi" cet. Lov. 5.: „minis accipi". Hav.: „unius accipi". Lov. 4.: „cumis accipi". Lov. 3. Hafn. Gärtn. et m. 1. Ox. N.: „nuncii accipi nunciassent". Berol.: „nuncii accepti nunciassent". In M m. 1. et in Lov. 2. et m. 2. in Ox. N. dubia voce omissa scriptum esse dicitur „legionesque accipi nuntiassent".

2. *ne quis — oreretur motus:* ex priore coni. I. Fr. Gronovii] ne quid — moveretur (ex eiusdem Gron. coni.). — P m. 1.: „ne|quistampropin quishostiumcastris capuae quo que*ore*re|curruntexercitumad casilinum ducit". *Cur*in „*cur*runt" male scriptum esse pro *tur* veri simillimum videtur: quo facto facile fieri potuit ut omissis litteris *us* „currunt" pro „turmot" poneretur. sed cum m. 2. syllabae *ore* in P inductae essent, factum est ut in C scriberetur „ne quis — capuae quoque recurrunt exercitum ad casilinum ducit". m. 2. „recurreret". Berol.: „ne quis tū in propinquis hostium castris capue quoq: recurrat' exercitum" cet. m. 2.: „ne quis tā in prop." Drakenb. codd. alii „ne quis tam in propinquis" cet., alii „ne quisquam tam in prop.", alii „ne quisquam prop." Hav.: „ne quid tam in propinquis" cet. Deinde alii „capuae quoque recurrant", alii (Lipsii cod.) „capuae quoque recurrerant", alii „capuae quoque recurrat".

4. *δ Praenestini habebant cum paucis Romanis Latinique nominis:* PC. In rell. et Pall. et Drak. et Oxx. codicibus et in Berol. numerus *δ*, ut solebat, praetermissus est. et Sigonius, quod 23, 19. quingenti septuaginta Praenestini Casilini fuisse dicerentur, etiam hoc priore loco iustum eundem numerum ponī voluit. — P: „casiliniumtem poreδpraen." cet. P m. 2. C: „eo tempore δ praen." — Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „cum romanis paucis latinique nominis". Pal. 3.: „cum romanis paucisque latini nominis".

7. *ante famam aduersae pugnae:* PC] ante adversae pugnae famam (rell. ut videtur

gnae venissent, et aliis adgregantibus sese Romanis sociisque profecti a Casilino cum satis magno agmine irent, avertit eos retro Casilinum nuntius Cannensis pugnae. ibi cum dies aliquot suspecti Campanis timentesque cavendis ac struendis in vicem insidiis traduxissent, iamque de Capuae

codd.). — Paulo ante PC: „dilectu". P etiam „dilec| tuiserius" cet.

1. *et aliis adgregantibus sese Romanis sociisque:* ex verissima Crevieri coni.] et aliis aggregarent sese Romanis cet. (plerique codd.) Berol.: „agregarent". Qui *adgregarent* scribi voluerunt, ut idem in hoc verbo quod in *venissent* subiectum esset, non videbant necesse ex ea coniectura fieri maiorem potioremque aliam illam Romanorum sociorumque turbam fuisse quam Praenestinorum agmen, id quod loci rationi quam maxime repugnare non est difficile intellectu. Sed cum in P (CM) scriptum esset „et aliisadgregantur | seseromanis sociisque", Crevierum non fefellit „adgregantur" levi mendo positum esse pro „adgregantis.", quo modo in versuum fine in P persaepe pro *ibus* scriptum vidimus. — Harl. Lov. 1. Gärtn.: „adgregarentur sese". — C Berol.: „nuncius". — Pronomen *eos* excidisse in M dicitur.

5. *iamque de Capuae defectione agi — pro certo haberent* vere a Livio profectum videtur, quamvis in PM Voss. Harl. Lovell. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. non „iamque" sed „ita de capuae" cet., in PCM Voss. Harl. Lovell. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. Ox. L. 1. non „haberent" sed „habere", in P etiam „pro certa habere" scriptum sit. nam litteras *nt* in *haberent* sequente verbo „*inter*fectis" facillime praetermitti ab incuriosis librariis potuisse Sigonium non fefellit. et in uno Lov. 5. scriptum est *haberent*. ne tamen Crevieriana coniectura „*ut* de Capuae defectione agi — pro certo habuere", nobis probaretur scriptura codicis C fecit „traduxissent *que* ita de capuae" cet.: etsi me non fugit nonnumquam apud Livium coniunctiones *postquam cum* al. ad orationem ornandam ita inter se iungi. neque magis probanda videatur Kästneri coniectura, qua scriptum voluit „*itemque* de Capuae defectione agi — pro certo haberent": multo enim non modo fortius est *iamque*, sed etiam vix dubitem contendere *itemque*, qua hic locus significatione postularet „*und auch*", in huius generis lo-

fectione agi accipique Hannibalem satis pro certo habe-
it, interfectis nocte oppidanis partem urbis quae cis Vol-
num est — eo enim dividitur amni — occupavere: idque

cis ab Liviana dicendi ratione alienum esse. An vero eodem quo paulo ante mendo et hoc loco „acci*p*ique“ (codd.) pro „acci*r*ique“, id quod Burmanno quoque in mentem venit, scriptum sit magnopere dubito. — Paulo ante P: „ibi cum dies aliquod *susce*pti campanis timent*is*que“ cet. Hinc Berol.: „ibi cum aliquot dies suscepti campanis timent*ibus* cauendis ac struendis“ cet. m. 2.: „cauendisque“. Tum idem Berol.: „accipi hannibalem“. — Ad verba „*interfectis nocte oppidanis*“ Dukerus animadvertit, non omnes oppidanos occisos esse sed eos tantum, qui suspecti viderentur, persuadere id quod 23, 19. scriptum est, non modo praesidium sed etiam oppidanos ad ultimum inopiae obsidione adductos esse. — Verba „quae *cis* Vulturnum est“ ex codicis P scriptura „partemurbi quae|*ci*uolturnumest“ I. Fr. Gronovium recte restituisse docent ea quae a Livio in huius cap. fine scripta sunt. sed cum m. 2. in P non „urbis“ modo pro „*urbi*“ poneretur, sed etiam *rea* supra *ci* adderetur, factum est ut in C scriberetur „quę circa uolturnum est“: et ut idem *circa* in Voss. Lovell. 1. 2. 3. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol. reciperetur, in rell. codd. „citra“. — Voss. m. 1. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Ox. N.: „eo enim diuiduntur amni“ (scil. partes urbis). Lov. 3.: „—diuiduntur amne“. — M (?): „occupauerunt“.

3. *itque praesidi Casilini habebant Romani:* P m. 1.] idque praesidium cet. (C rell.). P m. 2.: „Itquepraesidium“ cet. Cf. ex. gr. 3, 62.: „*id consilii animique* habiturus sum quod vos milites geritis“: quo dicendi genere multo plus dici quam si scriptum esset „*id consilium, eum animum*“ cet. nemo non videt. 27, 14.: „Hispani primam obtinebant frontem et *id roboris* in omni exercitu erat“. al. — Berol.: „idque praesidium casilinum habebant romani“. — Paulo post PCM: „homines quadringenti sexaginta“. Rell. codd.: „—quadringenti *et* sexaginta“. Praeterea Lov. 3. Hafn.: „—quadringenti et LXX.“ Ox. D.: „—quadringenti et XL.“ Hav.: „homines cccti et sexaginta“. Gärtn.: „hominesque trecenti et sexaginta“. Idem „hominesque“ Ox. N. In Berol. excidit „homines“: „perusina cohors

praesidi Casilini habebant Romani. additur et Perusina cohors, homines quadringenti sexaginta, eodem nuntio quo Praenestini paucos ante dies Casilinum conpulsi. et satis ferme armatorum ad tam exigua moenia et flumine altera parte cincta tuenda erat: penuria frumenti, nimium etiam ut videretur hominum, efficiebat.

XVIII. Hannibal cum iam inde haud procul esset, Gaetulos cum praefecto nomine Sisalca praemittit, ac primo, si fiat conloqui copia, verbis benignis ad portas aperiundas

IIII^{c} & LX". — Deinde P: „at tamexiguamoenia". — P: „et flumine altaera parte cincta": „*und* die *noch dazu* von der einen Seite durch den Fluss gesichert waren". *Et* ante „flumine" excidit in Lovell. 4. 5. Berol.: „menia q flumine" cet. Hafn.: „tenenda erat". Berol. paulo post: „penuria fruti ite|uini nimium" cet. m. 2. „ite uini" inductum est. — Voss. Lovell.: „ut uideretur hostium". Berol. m. 1.: „effecissebat".

9. *ad portas aperiundas*: PCM] ad portas aperiendas (Berol. et rell. codd.). — Paulo ante P: „hautprocul". Harl.: „cum iamiam inde haud procul esset". — P: „gaetuloscumpraefectonominaeisisalcae premit|tiacprimo" cet. m. 2. inductum voluit *e* ante „premit", et addidit *t* ad *ti* ut fieret „premittit". Dubium est quŏdnam integrum eius hominis nomen fuerit. nam aut *Isisalca* esse potest, ut in Voss. Harl. Pal. 1. Oxx. L. 1. D. scriptum est: aut *Sisalca* (C), ut *i* in P praecedens male interiectum sit ut aliis locis (cf. ex. gr. 23, 17.: dilectu serius:): aut syllaba *is* male bis posita, quo modo in P tot locis erratum videmus, *Isalca*. „Nomin*ae*" enim et h. l. pro „nomin*e*" videtur positum. C m. 1.: „nomine ei sisalca praemittit". m. 2.: „nom̃ ei sisalca" cet.: i. e. „nomen ei sisalca" (Pal. 2.). M: „eisisalca". Lov. 2. Berol.: „nomine ysisalca". Lov. 1.: „insisalca". Lovell. 4. 5.: „isasalta". Lov. 3.: „isalta". Hav. Ox. N.: „nomine isis ad eos praemittit". — PC: „si fiat conloqu*i* copia". C m. 2.: „cl̃oqu*ii*". — Paulo post P: „perlicereiubetsin|pertinaciaperstent|*ut*remgere reactemp|taresiqua parteinua dereurbemposcit". m. 2.: „possit". Lov. 5. (?) Hav.: „possint". C: „sin ptinatia pstent ut rē gerere ac temptare" cet. Item M Lov. 5. Hav.: „sin pertinacia" cet. Hinc. Lov. 4. Ox. N.: „*sin in* pertinacia" cet. Berol. rell.: „*si in* pertinacia" cet.: quarum emen-

praesidiumque accipiendum perlicere iubet, si in pertinacia perstent, rem gerere ac temptare si qua parte invadere urbem possit. ubi ad moenia adcessere, quia silentium erat, solitudo visa: metuque concessum barbarus ratus moliri portas et claustra refringere parat, cum patefactis repente portis cohortes duae ad id ipsum instructae intus ingenti cum umultu erumpunt stragemque hostium faciunt. ita primis repulsis Maharbal cum maiore robore virorum missus nec ipse eruptionem cohortium sustinuit: postremo Hannibal ca-

dationum utraque vera esse potest. Particula *ut* tamen ante *rem*, quae in M quoque et in Harl. Lovell. 1. 2. 3. Gärtn. Hav. Berol. reperta est, ex praecedentibus litteris *nt* profecta videtur.

3. *ubi ad moenia adcessere:* PC. Berol.: „*accessere*". — Dein PC quidem: „*sollicitudo* uisa". sed L. videtur „solitudo" scribi voluisse: „glaubte man nur auf eine kleine Zahl von Truppen schliessen zu können". — Codd.: „metuque *concessum* barbarus ratus": i. e. metuque eos abisse intra muros et cedere Poenis. — PCM: „*moliri portas et claustra refringere parat*". Berol. et rell. codd., fortasse ut hexametri modus evitaretur: „moliri portas et seras claustraque effringere parat". Cf. 6, 33.: subeuntes moenia molientesque obices portarum: — scalis moenia capta, inde effracta claustra portarum. 24, 46.: portam scalis transgressos murum aperire ex interiore parte aut claustra refringere iubet —: imber — strepitum molientium portam exaudiri prohibuit. — P m. 1.: „cum parte *paetis* repente portis" cet. P m. 2. rell.: „cum patefactis" cet. Lov. 3.: „*tum* patefactis" cet. — P primo: „adidipsuminstructintus". dein „instructe intus". P m. 1.: „ingenticumtumulum erumpunt". m. 2.: „ingenti cum tumultu erumpunt".

8. *Maharbal cum maiore robore uirorum missus:* PC Berol. rell.: „mit einer grösseren Zahl von Kerntruppen". Recan.: „cum maiore robore uirum missus". — P m. 2. C rell.: „*nec ipse eruptionem cohortium sustinuit*". P m. 1.: „necipseruptionem" cet. Berol.: „— cohortium eruptionem substinuit". Recan.: „eruptionem hostium sustinuit". In Lov. 2. quoque excidit „cohortium". Ad „*nec ipse*" „aber auch er nicht" cf. 5, 33.: nec eum incorruptum.

stris ante ipsa moenia oppositis parvam urbem parvumque praesidium summa vi atque omnibus copis oppugnare parat. ac dum instat lacessitque corona undique circumdatis moenibus, aliquot milites et promptissimum quemque e muro turribusque ictos amisit. semel ultro erumpentis agmine elephantorum opposito prope interclusit, trepidosque conpulit in urbem satis multis ut ex tanta paucitate interfectis: plures cecidissent, ni nox proelio intervenisset. postero die omnium animi ad oppugnandum accenduntur, utique postquam corona aurea muralis proposita'st, atque ipse dux ca-

2. *summa ui atque omnibus copis:* PC. Berol.: „omnibus copiis". Cf. ex. gr. 23, 14.: Gallicis spol*is*. — Paulo ante Berol.: „ante menia ipsa op| positis". Berol. m. 2. (inducta syllaba *op*) et Lov. 4.: „positis". at Livius dicere non modo voluit, Hannibalem castra sua ante moenia ipsa posuisse („unmittelbar vor den Mauern der Stadt"), sed etiam ea castra opposuisse erumpentibus hostibus. Gärtn.: „ante ipsa moenia appositis". — P m. 1.: „parum urbem paruamque praesi dium" cet. m. 2. verum restitutum est. — Paulo post PC: „corona*m* undiquecircum datismoenibus". Berol.: „corona". — P: „aliquod milites". P m. 1.: „etprompstis simumquemque". m. 2. *s* induxit: „und zwar gerade die tüchtigsten". C: „promtissimum". — Berol.: „e muro ac turribus ictos amisit".

5. *erumpentis:* PC] erumpentes (Berol.). Sed cum m. 1. in P recte scriptum esset „semel ultro erumpentis *agmine* elephantorum *opposito*" cet., m. 2. ad „agmine" adiecit *in*, quasi librarius poni voluisset „erumpentis in agmen": quo factum est ut in C ac sine dubio in aliis melioribus codd. scriberetur „erumpentis *in* agmine" cet. — Strothium non fugit scriptum ab Livio 22, 3. esse, in Apennini montis transitu unum tantum elephantem, quo ipse Hannibal vectus esset, superfuisse: nec ab eo relatum esse, unde et quo tempore qui hoc l. commemorantur elephanti venerint. — Berol.: „trepidos compulit in urbem". Lov. 4.: „satis multis ex tanta paucitate interfectis": omissa particula *ut*, qua L. in his locis uti solebat: „im Vergleich zu der geringen Anzahl überhaupt". Gärtn.: „satis multis aut ex tanta" cet. P: „plurescaecidissent| nimox proeliointernenisset". m. 2.: „ni *nox*".

10. *proposita'st:* P] proposita est (Pal. 2.). Litteris male

telli plano loco positi segnem oppugnationem Saguṇti expugnatoribus exprobrabat, Cannarum Trasumennique et Treiae singulos admonens universosque. inde vineae quoque coeptae agi cuniculique, nec ad varios conatus hostium aut eis ulla aut ars deerat: socii Romanorum propugnacula ad-

iunctis scriptum in Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. est: „proposita *st*atque ipse dux" cet. C et Berol. praetermissis litteris *st:* „proposita atque ipse" cet. Pal. 3.: „proposita stansque ipse" cet. Cf. ex. gr. 23, 16.: adeo'st mollitus. — Berol.: „omnium aī ad pugnā acenduntur|oppugnand; utique" cet. m. 2. induxit „ad pugnā". Berol.: „exprobabat". Imperfectum *exprobrabat* Livium voluisse ad coniunctionem *postquam* referri, videtur et gravior particula *atque* docere. verum qui fieri potuerit ut Livius h. l. participio praesentis *admonens* uteretur, expedire non aliter possum, quam si in eo nobis videmur videre „ita ut simul admoneret eos Cannarum aliorumque proeliorum". id enim ipsum sibi vult praesentis participium, ut id exprimat quod ad alteram quandam rem, in qua potior vis graviusque momentum inerat, ita accesserit ut una cum ea factum videretur. nam cum milites in expugnanda urbe castelloque segniores essent, Saguntum tanta ab eisdem virtute oppugnatum exprobrari potuit, proelia non potuerunt, nisi ita ut simul cum illo opprobrio milites admonerentur, dedecere eos, qui tot proeliis Romanos hostes vicissent, in oppugnando parvo castello tardiores fieri. Et *Cannas* in primo loco Hannibal posuit, et quod proximum ibi proelium fuisset et in quo maxime Poenorum virtus enituisset. — P m. 1.: „expugnatoribusexpug|*natio nem sagun* | brabat cannarum thrasymenique" cet. sed mediis litteris „ugnationem sagun" inductis m. 2. „*pro* "scriptum est pro *pug*, cum *oppugnationem* ad *Saguṇti* quoque pertineret. — Paulo post P primo: „indeuineaquoque" cet. eadem dein manu „uineae". Magnam vim h. l. in particula *inde* positam esse nemo non videt: „jetzt werden auch Sturmmaschinen angelegt und Minen, ohne dass auf der andern Seite irgend etwas gegen diese mannigfachen Unternehmungen versäumt ward". — Lov. 3.: „nec ad uarios conatus hostium uis aut ars deerat". Berol.: „— hostium nec uis ulla aut" cet.

5. *socii Romanorum propu-*

versus vineas statuere, transversis cuniculis hostium cuniculos excepere, et palam et clam coeptis obviam ire, donec pudor etiam Hannibalem ab incepto avertit castrisque communitis ac praesidio modico inposito, ne omissa res videretur, in hiberna Capuam concessit. Ibi partem maiorem hiemis exercitum in tectis habuit, adversus omnia humana mala saepe ac diu duratum, bonis inexpertum atque insuetum.

gnacula aduersus uineas statuere in omnibus codd. inventum est, nisi quod m. 2. in Berol. scripsit „sotiiq: romanorum", cum m. 1. fuisset „sotii romanorum". Veri similis tamen videri potest I. Fr. Gronovii coniectura a Bekkero recepta, qua ille „socii*s* romanorum" scripsit, ut id cum priore loco verboque *deĕrat* coniungeretur, quamquam verbum *deesse* etiam sine eius generis nomine absolute poni potuit, nec sine vi subiectum *socĭi* sequenti loco additum est.

2. *excepere:* PC] excipere (Berol. m. 2. et ut videtur rell. codd.). Non dubitavimus antiquiorem scripturam restituere, quae fortasse mutata non esset nisi infinitivus *ire* sequeretur. solitum autem esse Livium ab verbis finitis ad infinitivos aut contra transire notissimum videtur: cf. 21, 7. sub fin.: animus erat. — Brancal. Latinii: „transfixis cuniculis aduersus hostium cuniculos et palam et clam" cet. Berol. m. 1.: „transuersis cuniculis aduersus hostium cuniculos et palam et clam" cet. Berol.: „donec pudor hannibalem ēt incepto auertit castris communitis" cet. — Liberiore scribendi genere verba *castrisque communitis — concessit* cum proxime antecedentibus connexa esse vix quemquam fefellerit. sed cum haud raro ab optimis quibusque scriptoribus subiecta quae vocantur mutarentur, id, quod elegantia quadam, ne oratio frigida fieret, scriptum erat, Drakenborchium non ita offendere debebat ut coniectura mallet ponere „castris itaque communitis" cet., atque etiam peius „castris qui communitis" cet. Vernaculo tamen sermone hunc locum ita interpretarer, quasi scriptum esset „— avertit *ut* castris communitis — in hiberna concederet".

7. *saepe ac diu duratum* m. 2. in M scriptum esse dicitur, cum m. 1. in P posuerit „saepe *ad* diuduratū | bonis" cet.: in quo nihil erratum videtur quam quod *ad* positum est pro *ac*, quo mendo peccari solebat. sed cum ea

aque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac oluptates inmodicae, et eo inpensius, quo avidius ex insoentia in eas se merserant. somnus enim et vinum et epuae et scorta balineaque et otium consuetudine in dies blan-

scriptura nihil dicere videretur, m. 2. primum *d* induxit et loco tertii *d* posuit *t*, ut fieret „adiuturatū“: quo factum est ut in C et m. 1. in M scriberetur „saepe adiuratum“. C m. 2.: „sępe abduratū bonis“ cet. Verum nulli alii librario probatum videtur participium *duratum*, cum non modo in Berol. sed in rell. omnibus codd. receptum sit „saepe ac diu *durantem*“: quod qui fieri potuerit ut vel I. Fr. Gronovio particula *saepe* flagitari videretur, equidem intelligere non possum. *durare* enim h. l. non significat *ausdauern* sed *abhärten*, et *saepe* nihil aliud dicit quam „cum in multis rebus adversis versatus esset“: gegen jedes menschliche Übel vielfach und lange abgehärtet“: i. e. ad omnia humana mala ferenda. Inde etiam sequens *bonis* pro ablativo absol. habeam „im Glücke noch nicht erprobt“. Sed cum *insuetum* non genitivo tantum sed etiam dativo et praepositione *ad* iungatur, et *inexpertum* cum eadem particula *ad* 6, 18. ab ipso Livio iunctum sit, rectius viderint qui in *bonis* dativum inesse dixerunt. Quae verba sequenti loco leguntur „*et eo inpensius*“, subtili iudicio a Livio posita sunt et dicunt, nimia bona ita perdidisse milites ut, quo avidius se eis dederant, eo maiores impensas facere cogerentur: i. e. ut toti enervarentur atque effeminarentur: „sie, die kein Unglück besiegt hatte, wurden durch die ohne Maass genossenen Freuden zu Grunde gerichtet, und zwar mit um so empfindlicherem Nachtheil, je blinder sie sich in dieselben hineingestürzt hatten“. *Ex insolentiâ* = cum *ex* ea vitae condicione venirent, quae omnis eius generis voluptates procul ab eis removerat. — Harl.: „quo auidius insolentia“ cet. Lov. 3. Hafn.: „quo auidius et insolentius“ cet. PCM Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 2. 3. Berol. Oxx.: „*in eas se merserant*“. Rell. codd.: „in eas se immerserant“. — Praeterea Berol. paulo ante: „quos nulla mali *e*uicerat uis“: idemque m. 1.: „et impensius quo“ cet. m. 2.: „et eo impensius“.

4. *balineaque*: PCM. Varronem l. l. 8, 48. et 9, 68. negasse nominativum plur. *balnea* dici, qui *balneae* esset, doctos viros non fugit. sed iam Varronis interpretes ob-

dius ita enervaverunt corpora animosque, ut magis deinde praeteritae victoriae eos quam praesentes tutarentur vires, maiusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset: illa enim cunctatio distulisse modo victoriam videri potuit, hic error vires ademisse ad vincendum. itaque hercule velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil usquam pristinae discipulinae tenuit: nam et

servarunt, etiam Ciceronem plurali *balnea* usum esse. Voss. Harl. Lovell. Rec. Gärtn. Oxx. L. 1. N.: „et scorta lineaque". Berol. et rell. codd.: „*balneaque*": ut 23, 7.: balneis includi. — Codd.: „*et otium consuetudine in dies blandius*": i. e. quod malum, quo magis ei indulgeas, eo blandius fit. — PCM Harl. Lovell. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „praeteritae uictoriae *eos* quam" cet.: ut non minus ad sequentia quam ad priora verba pronomen *eos* referretur. Minus recte falsa quadam elegantiae specie rell. codd.: „praeteritae *eos* uictoriae quam" cet. — „*Quam praesentes tutarentur uires maiusque id peccatum ducis — haberetur*" recte scriptum in C et in aliis quibusdam codd. est: cum levi mendo in P positum esset „— tutaretur | uires manusque id peccatum ducis aput peritos" cet. Idemque „manusque" receptum in M Cant. pro „maiusque" est. Hinc Hav.: „— tutarentur uires manusque: maiusque id peccatum" cet. Berol. m. 1.: „— tutarentur manus uires|que maiusque id pecatum" cet. sed m. 2. induxit *manus*. Lov. 2.: „manus uiresque. id peccatum — haberetur maius". — PCM al.: „ad urbem romanam". Berol. al.: „ad urbem ro". Lov. 4.: „exercitum duxisset". Ox. N. m. 2.: „duxisset exercitum": ut 23, 17. sed cf. ex. gr. 23, 49. — Paulo post Berol. m. 1.: „uictoriam poterat uideri|hic error" cet. m. 2.: „uideri poterat".

8. *discipulinae:* P m. 1.] disciplinae (C Berol. rell.). P m. 2.: „discipilinae". Cf. 24, 4.: insistere uellent discipulinae (Put.). — Lov. 4.: „cum ali*quo* exercitu". Lov. 3.: „nihil unquam". *Tenuit* aut absolute positum est „nichts blieb von der alten Mannszucht", aut supplendum est „exercitum": quarum interpretationum neutra sua auctoritate caret. — Paulo post P m. 1.: „nametrederunt". m. 2.: „redierunt". P: „et ubiprimumsuppellibushaberi"

edierunt plerique scortis impliciti et, ubi primum sub pelbus haberi coepti sunt viaque et alius militaris labor exepit, tironum modo corporibus animisque deficiebant, et einde per omne aestivorum tempus magna pars sine comeatibus ab signis dilabebantur neque aliae latebrae quam Capua desertoribus erant.

XIX. Ceterum mitescente iam hieme educto ex hiberis milite Casilinum redit, ubi quamquam ab oppugnatione essatum erat, obsidio tamen continua oppidanos praesidium-

cet. — Codd.: „*tironum modo corporibus animisque deficiebant*“: i. e. sicut in tironibus laboris militaris insuetis vires et corpora et animos deficiebant. — Voss.: „et demum per omne“ cet. Ad sequens „*aestiuorum*“ supplendum est *mensium*. sed cum illud ex male intellecto „aesti*uom*“ factum videretur, scriptum est in Lov. 3. „et deinde per omne aestiuum tempus“, in Lov. 4. „et deinde omne aestiuum tempus“. — Berol. m. 1.: „a signis dilabebantur“. m. 2.: „ab signis“.

7. *educto ex hibernis milite* m. 1. in P scriptum erat, et fortasse in Voss. et in Lov. 1. sed cum in P primum *e* praecedente eadem littera ab inconsulto quodam librario induceretur, in CM et in rell. codd. nihil positum est nisi „*ducto* ex hibernis milite“. — P primo: „— militesasili num redit“. dein „casilinum“. Lov. 2.: „rediit“.

9. *obsidio tamen continua*: PM „die fortwährende Einschliessung“] obsidio tamen continuata (C rell.). Non minus obsidio dici potuit continua, a qua numquam cessatum erat, quam paulo post imbres continui dicuntur, qui non remiserant. Simili errore nonnumquam vel in melioribus mss. verba quaedam eius generis amplificata videmus: ut in totius operis prooemio in Par. quidem antiquissimo scriptum est „quae — poeticis magis *decora* fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur“ cet., at in Med. „decora*ta*“. — Hav.: „ubi quamquam oppugnatione cessatum erat“. Pal. 3.: „ad oppugnationem“. — Paulo post PCM Voss. Berol. al.: „castris romanis *ti.* sempronius praeerat“. Harl. Pall. Lovell. 1. 3. Gürtn.: „castris romanis tunc sempronius“ cet. Lov. 5.: „— tunc t. sempronius“ cet. Lov. 4.: „castris romanis sempronius“ cet. — P m. 1. C: „dictatore — profecto romam“. P m. 2.: „dictator“ cet.

que ad ultimum inopiae adduxerat. castris Romanis Ti. Sempronius praerat dictatore auspiciorum repetendorum causa profecto Romam: Marcellum et ipsum cupientem ferre auxilium obsessis et Volturnus amnis inflatus aquis et pre-
5 ces Nolanorum atque Acerranorum tenebant Campanos timentium, si praesidium Romanum abscessisset. Gracchus adsidens tantum Casilino, quia praedictum erat dictatoris ne

4. *et Volturnus amnis inflatus aquis et* cet.: P m. 1. — M Voss. Harl. Lov. 4.: „et uulturnus amnis“ cet. Sed cum m. 2. in P *t* supra *set* positum esset („opsessis etuolturnus“), factum est ut in Cant. Lovell. 1. 2. 3. Hav. scriberetur „sed uulturnus“ cet. Berol.: „— obsessis uolturnus“ cet. C m. 2.: „— ob*sedit* uolturnus amnis“ cet.: nam quid m. 1. in C scriptum fuerit, in loco raso discerni non potest. — Deinde P m. 1.: „nolanorum | *quea* cerranorumtenebant campanos timenti*ums*ipraesidium“ cet. m. 2. scriptum *ad* supra *que* est ut *adque* fieret, et *s* supra *um* in „timentium“. C: „nolanorum atque acerranorum tenebant campanos timtū si“ cet. i. e. „timen*tum*“, quae forma non minus vera esse potest. Berol.: „nolanorum et acerranorum tenebant campanos timentes si“ cet. Tum C: „si praesidium romanorum absessisset“. — Non *Nolanorum* modo sed etiam *Acerranorum* in omnibus codd. mentio facta videtur. sed cum 23, 17. Acerrae direptae atque incensae dicerentur, I. Fr. Gronovius in Acerranorum nomine librariorum vitium sibi videbatur deprehendisse, proque eo *Avellanorum* ponendum esse censuit, nusquam tamen urbs Avella apud Livium commemorata videtur, quare et h. l. et in his rebus vix cuiquam Gronoviana coniectura satis placuerit. Dukerus, cum l. l. Acerrani in Campaniae urbes, quas fidem non mutasse constabat, cessisse dicerentur, maiorem eorum partem Nolam concessisse veri simile esse contendit, qua interpretatione antiqua scriptura probari posset. verum tamen cum Acerris direptis Hannibal iam ex eis inde locis abierit, nihil prohibet quo minus vulgum Acerranorum Acerras redisse arbitremur, praesertim cum idem in aliis quoque urbibus haud raro factum videatur, his urbe restituta Campanos timendos fuisse, si Romani ex propinquo loco abscessissent, nemo negaverit.

7. *quia praedictum erat dictatoris:* PCM al. — M. 2. codicum M et Berolinensis et

quid absente eo rei gereret, nihil movebat, quamquam quae facile omnem patientiam vincerent nuntiabantur a Casilino: nam et praecipitasse sẽ quosdam non tolerantes famem constabat et stare inermes in muris nuda corpora ad missilium telorum ictus praebentes. ea aegre patiens Gracchus, cum neque pugnam conserere dictatoris iniussu auderet — pugnandum autem esse, si palam frumentum inportaret, videbat — neque clam inportandi spes esset, farre ex agris circa undique convecto cum conplura dolia conplesset, nuntium ad magistratum Casilinum misit ut exciperent dolia quae amnis deferret. insequenti nocte intentis omnibus in flumen ac spem ab nuntio Romano factam dolia medio missa amni

Lovell. 3. 5. Hafn. Gärtn. Hav. et Sig. cod. usitatiore ut in ea re voce scribi voluerunt „quia *edictum* erat dictatoris". — Codd.: „*nihil mouebat*": i. e. nullius rei momentum fecit (setzte nichts in Bewegung um die Lage Casilinums zu mildern), quietus constitit (bewegte *sich* nicht von der Stelle). — Lov. 4.: „omnium patientiam". — Ad sequens verbum „*praecipitasse se*" recte suppletum ab E. Fabri esse „*de muro*", quod subinde legitur „et stare inermes *in muris*" persuasit. C: „non tolerantes famã ẽstabat": idemque paulo post „ad missiliũ telorum iactus prẽbentes". Berol.: „ad missilium & telorum ictus" cet. In Berol. etiam semper his locis scriptum est „Gracus".

6. *pugnandum autem esse si palam frumentum inportaret uidebat:* PCM Lov. 3. Hav.: i. e. si inportare vellet. — Voss. Harl. Lovell. 4. 5. levi mendo „— importare uidebat". Berol.: „— si palam frumentum importar*etur* uidebat". Lov. 1.: „pugnandum autem esset si palam frumentum importare iubebat". — Berol. fortasse ne saepius syllaba *com* obveniret: „— undique conuecto cum q̃ pl'ia dolia *im*plesset". at *conplere* „bis oben an füllen" respondet magis naturae loci. Cant.: „nunciatum ad magistratum" cet. — Lov. 1.: „ad magistrat*us* casilinum misit": sine dubio ne quis *casilinum* pro adiectivo praecedentis nominis „magistratum" haberet: at *Casilinum* non est adiectivum eius nominis proprii, verbaque ita se excipiunt „nuntium misit Casilinum ad magistratum".

defluxerunt, aequaliterque inter omnes frumentum divisum. id postero quoque die ac tertio factum est: nocte et mittebantur et perveniebant, eo custodias hostium fallebant. imbribus deinde continuis citatior solito amnis transverso vertice dolia inpulit ad ripam quam hostes servabant: ibi haerentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur, nuntiatumque Hannibali est et deinde intentiore custodia cautum ne quid falleret Volturno ad urbem missum. nuces tamen fusae ab

1. *aequaliterque inter omnes frumentum diuisum:* P m. 1.] aequaliter inter omnes cet. (P m. 2. C rell.). — Paulo ante P: „intentisomnibusin flumenacspemabnuntioromano factam". C m. 1.: „—in flumen ac spē ab nuntio romano facta". inde m. 2.: „—in flumen hac spe—facta". Berol. m. 1.: „—in flumen ad spem|a nuncio factam". m. 2.: „in flumine". Lov. 2. Hav.: „ad spem". — Lovell. 2. 4. 5. Gärtn.: „dolia medio amni missa defluxerunt". Voss. Lov. 1. Hav.: „dolia medio amni defluxerunt". Berol. m. 1.: „dolia medio am|ne defluxerunt". m. 2.: „medio amne missa". — Deinde P m. 1.: „idpote roquoquedie". m. 2.: „postero". — Harl. et m. 1. Berol.: „nocte mittebantur et perueniebant". Berol. m. 2.: „nocte & mittebantur" cet. Hav.: „nocte emittebantur". In Harl. scriptum etiam paulo ante „*factum*" omisso verbo „*est*".

4. *transuerso uertice:* P m. 2. CM Voss. Lov. 4. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N.: „mit seitwärts auslaufendem Strome". P m. 1.: „tranuer | co uertice". Rell. codd.: „transuerso uortice". — Praeterea Lov. 5.: „imbribus demum continuis". Hav.: „inpulit ad ipsam ripam". M m. 1.: „quam hostes seruant". — Berol.: „inter obnata salicta ripis conspiciuntur". Lov. 4.: „saliceta". — Berol.: „intentiori cura". — P: „nequitfalleret uolturnoadurbemmissum". C: „ne quid falleret uolturno" cet. Berol.: „uulturno". Ad „ne quid falleret missum" (i. e. ne falleret si quid mitteretur:) cf. 25, 23.: ne quid falleret tale admissum. 8, 20.: ne alio itinere *hostis falleret* ad urbem *incedens*.

8. *nuces tamen fusae ab romanis castris:* codd.: i. e. quamquam intentiore inde cura a Poenis cautum est ne quid ad urbem Volturno missum falleret, fefellerunt tamen nuces in amnem fusae, quae Casilini cratibus excipiebantur: die *immer* aufgefangen wurden. Unus Gärtn.:

lomanis castris cum medio amni ad Casilinum defluerent, ratibus excipiebantur. postremo ad id ventum inopiae est t lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent qua, mandere conarentur, nec muribus aliove animali absnerent, et omne herbarum radicumque genus aggeribus in- 5 mis muri eruerent. et cum hostes obarassent quidquid

„nuces inde fusse" cet. — Sig. laudavit Festum (ed. Müll. p. 173.): Nuculas Praenestinos antiqui appellabant, quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentaverunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta pascitur.

3. *ubi feruida mollissent aqua:* codd.: nachdem sie dieselben in kochendem Wasser aufgeweicht hatten. Coniunctivus non ea dicendi ratione, quam 21, 42. „ubi dimicarent" interpretati sumus, h. l. positus est sed pendet ex *conarentur*. — P: „mandareco narenturnec muribusabioueani maliabstinerent". m. 2.: „alio ue". C: „nec morib † animali abstinerent" mediis erasis. C m. 2.: „nec moribidis animalib; abstinerent". — P m. 1.: „etomneherbarumadi | ci tumquegenus" cet. m. 2.: „radi | cumque". — Codd.: „aggeribus infimis muri": ganz unten am Erdwalle der Mauer. Valla sine iusta causa „aggeribus infimi muri" scribi maluit. — Paulo ante Beröl.: „postremo ad id uentum famis ē & inopie ut lora" cet.

6. *obarassent quidquid herbidi terreni extra murum erat* mutare ausus non sum, cum ita non modo Valla scribi voluerit sed scriptum in C inventum sit. nihilo minus tamen etiam codicis C librarium ex coniectura non ex antiquioris cuiusdam libri auctoritate ita scripsisse persuasum habeam, cum in P (et in M Lovell. 1. 2.) nihil repertum sit nisi „quidquid herbiter | reni", vocisque *herbidum* significatio huic loco parum videatur respondere. nam etsi aliis quoque locis *herbidus locus, campus herbidus aquosusque*, apud Livium legitur, tamen iis omnibus locis *herbidum* significare *grasreich* facile est intelligere. vix igitur dubitandum esse quin h. l. a Livio profectum sit „quidquid herbiferi *terreni*" „was von Saat tragendem Boden ausserhalb der Mauer war", antiquior scriptura P persuadere videtur. nam *terrenum* id quod *solum* significare patet, nec multum ab hac coniectura afuerunt codicum Lov. 3. Hafn. Hav. librarii, qui scripserint „herbiferum terreni". Ox. N.: „herbae terrenae".

herbidi terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt, ut Hannibal „eone usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum?“ exclamaret: et qui nullam antea pactionem auribus admiserat, tum demum agi secum est passus de redemptione liberorum capitum. septunces auri in singulos pretium convenit: fide accepta tradiderunt sese: donec omne aurum persolutum est, in vinculis habiti, tum remissi Cumas cum fide. id verius est quam ab equite in abeuntis inmisso interfectos. Praenestini maxima pars fuere:

Berol.: „ abarassent quicquid| terre h'beue ex murum erat“ (i. e. terrae herbaeue). Idem „abarassent“ in recenti quodam cod. Drakenborchius vidit, in altero „abrassent“, quasi librarius de *abradere* cogitaverit, in tertio „errassent“: et Hearnius in Ox. N. „absumpsissent“. — PC al.: „*raporum semen iniecerunt*“ scil. qui Casilini erant: idque fecerunt illi Poeni eludendi causa et ut bonam suarum rerum fiduciam esse persuaderent. M: „aporum semen“. Voss. m. 1. Lovell. 1. 2. 4. Hav. Berol.: „raparum semen“. — Lov. 2. Berol.: „eo usque“. — C Berol.: „dum ea nasc*u*ntur“. — P m. 1.: „—sessurussum*estex* clama | r*eet*quinullum“ cet. „So lange *soll* ich vor Cas. *sitzen*“: quamquam recte „sess*urus* sum“ scribi potuit, quod nisi expugnato Casilino Hannibal non videretur abire velle. Manus altera in P induxit *est* et *e* ante *et:* quo facto in C Berol. scriptum est: „sessurus sum exclamaret qui nullam“ cet.: omissa particula *et*, quae desse non poterat „und er der“ u. s. w. Cod. Sig.: „sessuri sumus“. Lov. 1.: „exclamauit“: scil. ut id verbum responderet sequenti „passus est“. Berol.: „nullam pactionem antea auribus“ cet. Berol.: „secum agi“. — Ad „*tum* demum“ (codd.) cf. 22, 59.: *tunc* demum.

6. *tradiderunt sese:* PC et m. 2. M] sese tradiderunt (Berol. et rell. codd.). M m. 1.: „tradiderunt se“. Harl.: „se tradiderunt“. Lov. 1.: „sese tradidere“. In Lov. 1. excidit „pretium“. — Paul*o* ante P: „septu*m*cesauri“. Idem videtur Berol. voluisse, cum scriberet „septū|cesauri“. — Paulo post Berol.: „donec | aurum *per*solutum est“. Hav.: „solutum est“. Deinde PC: „ab equite in abeunt*is* inmisso interfect*us*“. Berol.: „ab equite in abeunt*es* misso interfectos“. Ox. N.: „ab equite in abeundo interfectos“.

ex quingentis septuaginta, qui in praesidio fuerunt, minus dimidium ferrum famesque absumpsit, ceteri incolumes Praeneste cum praetore suo Manicio — scriba is antea fuerat — redierunt. statua eius indicio fuit Praeneste in foro statuta,

1. *ex δ* LXX *qui in praesidio fuerunt minus dimidium ferrum famesque absumpsit:* PC: nisi quod h. quidem l. P „absumsit" habet. e Berol.: „ex VLXX qui — absumit". Lovell. 4. 5.: „haud minus dimidium": quamquam ex ea interpretatione potius „h. m. quam dimidium" scribendum fuisset. At *minus dimidium* recte se habet exprimitque idem fere quod „prope dimidium". — Deinde scripserunt recentiores ex Conr. Heusingeri interpretatione „cum praetore suo M. Anicio", quod ex Praenestinis Aniciorum nomen ab aliis quoque scriptoribus commemoraretur. PCM al.: „cum praetore suo manicio" „mit ihrem Anführer Manicius", pauloque post „manicium". Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn. Ox. N.: „manicino", et paulo post Gärtn. „manicinum". Ox. L. 1.: „mantino". Lovell. 3. 4. Berol.: „mancino" — „mancinum". Nec sine causa L. addidit „*scriba is antea fuerat*", ne quis Manicium Praeneste praetorem dictatoremve fuisse putaret. 9, 16. quoque Praenestinorum sociorum praefectus *praetor Praenestinus* dicitur.

4. *statua eius indicio fuit Praeneste in foro statuta:* PC al.: „sein auf dem Forum zu Prän. aufgestelltes Standbild diente zur Erinnerung". Pal. 2.: „statua eius rei indicio fuit Praen. in foro stat. loric. am. toga et tria signa cum titulo laminae aeneae uelato capite inscripto" cet. Berol. m. 1.: „statuta eris inditio fuit praeneste in foro statuta". Hinc Lov. 2.: „statuta ei indicio fuit praeneste in foro statua" cet. P: „lamnaeaeneae": mit einer auf eine eherne Tafel gesetzten Inschrift. C m. 1.: „lamne enee". M: „lamneae". C m. 2.: „lamine". Rell. codd.: „laminae". In Harl. excidit „tria". Voss. Lov. 1.: „qui casilini in proelio fuerint". Lov. 3. Hav. Berol.: „qui casilini in praes. fuerunt". Harl.: „qui casilino in praesidio fuerunt". Lovell. 4. 5.: „qui in praesidio casilini fuerunt". P: „uotumuolu|isse". — *Pro militibus* recentiores ita interpretati sunt, quasi in eis verbis inesset „militum suorum nomine". Nobis videntur haec verba dicere, Manicium votum vovisse illa tria signa se collocaturum, si incolumes milites sui in pa-

ultimum expleta consulere sibimet ipsos in reliquom praesenti fortuna iusserunt. haec postquam renuntiata legatio Petelinis est, tantus repente maeror pavorque senatum eorum cepit, ut pars profugiendi qua quisque posset ac desererendae urbis auctores essent, pars, quando deserti a veteribus sociis essent, adiungendi se ceteris Bruttis ac per eos dedendi Hannibali. vicit tamen ea pars quae nihil raptim nec temere agendum consulendumque de integro censuit: re laxata postero die per minorem trepidationem retinue-

2. *haec postquam renuntiata legatio Petelinis est:* P. — C Berol.: „petilinis". — PC Berol. al.: „pars quando deserti a ueteribus sociis essent": quamquam primo in P littera *s* praetermissa fuerat „parquando". In Cantabr. non *quando* sed „quandoque" h. l. scriptum esse dicitur. — In Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. omissa sunt sex verba ab „quando" ad „essent": ita tamen ut in Lovell. 4. 5. Hav. „quando" servaretur. — Deinde P m. 1. quidem: „ad iungendiseceterisbru|tiisacper eosdedendihannibali". M. 2. tamen *os* positum est supra *i* in „dedendi": quo facto in C primo scriptum est „adiungendi se ceteris brutiis ac per eos dedendis hannibali": dein m. 2. in C et m. 1. in Berol. „dedendos". — Paulo post Pal. 3. Lov. 3.: „nihil raptim nihil temere agendum". Pal. 2.: „nihil raptim ac temere agendum".

9. *re laxata — retinuerunt optimates:* PC et plerique Drak. codd.] re laxata — tenuerunt optimates (Lov. 5. Ox. L. 1. prob. I. Fr. Gron.). — Cum Livius ex optimorum codd. auctoritate verbo „retinuerunt" uteretur, non id modo quod in *tenuerunt* inest (sie setzten es durch) dicere voluit, sed etiam retinuisse meliorem senatus partem et in urbe et in fide adversus Romanos eas partes, quarum altera fuga salutem petere, altera ceteris Bruttiis se adiungere voluerant. Quod cum Crevierum fugeret, cumque primo in P et in M non „*re laxata*" (i. e. maiore qui animos iam ceperat metu pulso) sed „relaxa" scriptum esset, etsi in P quidem syllaba *ta* eadem antiquiore manu addita est, ipse scribendum censuit „relata — re tenuerunt" cet. similique modo Pal. 2. et cod. Sig.: „relaxata — re tenuerunt". Denique Hav. Berol. Brancal. Lat.: „re laxata postero die per minorem trepidationem obtinuerunt optimates".

unt optimates, ut convectis omnibus ex agris urbem ac mu-
os firmarent.

XXI. Per idem fere tempus litterae ex Sicilia Sardiaque Romam adlatae. priores ex Sicilia T. Otacilii proraetoris in senatu recitatae sunt: P. Furium praetorem cum lasse ex Africa Lilybaeum venisse: ipsum graviter saucium discrimine ultimo vitae esse: militi ac navalibus sociis eque stipendium neque frumentum ad diem dari neque

4. *priores ex Sicilia T. Otacilii propr. in senatu recitatae sunt:* P m. 1. — Miro quodam errore P m. 2. et C et sine dubio meliores omnes codd.: „ex sicilia otacilii ppr. in senatu“ cet. Pal. 1.: „octacilii propraetoris etiam in senatu“ cet. Pal. 2. et m. 1. Berol.: „propretore“. Berol. m. 2.: „octa|licii propretoris“. — Quod sequitur „*P.* Furium“, ut in excc. Pith. repertum esse dicitur, Glareanus ex 22, 35. al. restituit, cum in PC Berol. et in rell. codd. scriptum sit „*l.* furium“. — Berol.: „lilibeum“. — Deinde PCM: „*ipsum grauiter saucium in discrimine ultimo uitae esse*“. Priora tria verba recte quoque in Lov. 4. servata sunt, at in Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 3. 5. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. Lipsii cod. et fortasse in Voss. scriptum est: „ipsum grauiter ictum saucium in“ cet. Hafn.: „ipsum grauiter ictum et saucium in“ cet. Pal. 2.: „ipsum grauiter ictum sauciumque in“ cet. Tum Pall. 1. 3.: „in discrimine esse ultimo“. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. Pal. 2.: „in discrimine uitae esse ultimo“.

7. *militi ac navalibus sociis*] militi et navalibus sociis. — P: „mili|tiaenaualibussociis“. Item ferme C: „milicię nualibus sociis“. Pall. 1. 3.: „militiae naualibus sauciis“. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. Gärtn. et m. 1. Ox. N. et (M Cant. excc. Pith.?): „militiae naualibus copiis“. Ox. N. m. 2.: „militiae nauali-busque sociis“. Hav.: „militibus naualibusque sociis“. Berol.: „militib; naualib;q: a sociis“. Lov. 4.: „militum naualibus sociis“. — Berol.: „neq. frumentum neq. stipendium ad diē|dari“. — Paulo post P: „sibi|quaesita uidentur“ cet. PC: „ex nouis pr. successorem mittant“. — Berol. m. 1.: „— frumentoq: mamula ppr. ex sardinia scripta“. m. 2.: „ab mamula“. Harl.: „proprae-toribus“. Excc. Pith. Lov. 4. Ox. D.: „praetore“.

unde detur esse: magnopere suadere ut quam primum ea mittantur, sibique, si ita videatur, ex novis praetoribus successorem mittant. eademque ferme de stipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula propraetore ex Sardinia scripta. responsum utrique, non esse unde mitteretur, iussique ipsi classibus atque exercitibus suis consulere. T. Otacilius ad unicum subsidium populi Romani Hieronem legatos cum misisset, in stipendium quanti argenti opus fuit et sex mensum frumentum accepit: Cornelio in Sardinia civitates so-

5. *responsum utrique:* PCM] responsum utrisque (Berol. et ut videtur rell. codd.). — Fieri vix potuisset ut h. l. invitis latini sermonis rationibus invitisque melioribus codd. pluralis pronominis *uterque* poneretur, nisi, qui sequenti versu legitur, pluralis „*iussique ipsi*“ in errorem induxisset. — Recte scriptum deinde ab I. Fr. Gronovio videtur „*consulere. T. Otacilius*“ cet., cum in P inventum sit „consuleretotacilius“ cet. Quam scripturam cum male interpretati essent, iam m. 2. in eodem P littera *n* inter *e* et *t* posita est ut „*consulerent*“ fieret: quo factum est ut et in CM et in plerisque Drak. codd. scriberetur „consulerent otacilius“ cet. Quae autem unice vera huius loci scriptura fuerit, pro certo affirmari non potest: nam et praenomen Otacilii, quod paulo ante positum fuerat, ab hoc l. abesse potuit, nec fugit viros doctos nonnumquam ab Livio quoque coniunctivum cum verbo iubendi iunctum esse, quamquam quem locum Dukerus laudavit (7, 35.: „tesseram dari iubet, ubi — datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent“:), huc pertinere non potest, utpote in quo coniunctivus non ex *iubet* sed ex verbis *tesseram dari* pendeat. Cf. ex. gr. 32, 16.: *iussis*, ut quaeque ex sua classe venissent naves, Euboeam *peterent*. 44, 2.: cum exponerent in consilio iussisset, qua quisque ducturus esset. 9, 2. — Berol. m. 1. (et Branc. Lat.): „consulere | octacilius“ cet. Berol. m. 2.: „consulerent“.

8. *sex mensum:* PC] sex mensium. Cf. 3, 25. 9, 33. al. — Paulo ante in PCM Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. al. scriptum est: „quant*i* argent*i* *opus* fuit“. Berol. m. 1.: „quant*o* argenti“. m. 2.: „quanti“. Cf. 22, 51.: temporis opus esse. — Paulo post Ox. D.: „— ciuitates duae benigne contulerunt“.

ciae benigne contulerunt. et Romae quoque propter penuriam argenti triumviri mensari rogatione M. Minuci tribuni plebis facti L. Aemilius Papus, qui consul censorque fuerat, et M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat, et L. Scribonius Libo, qui tum tribunus plebis erat. et duumviri creati M. et C. Atilii aedem Concordiae, quam L. Manlius praetor voverat, dedicaverunt. et tres pontifices creati, Q. Caecilius Metellus et Q. Fabius Maximus et Q. Fulvius Flaccus, in locum P. Scantini demortui et L. Aemili Pauli consulis et Q. Aeli Paeti, qui ceciderant pugna Cannensi.

XXII. Cum cetera, quae continuis cladibus fortuna minuerat, quantum consiliis humanis adsequi poterant patres explessent, tandem se quoque et solitudinem curiae pauci-

2. *triumuiri mensari:* PC] triumviri mensarii (C m. 2. rell.). — P: „rogationemmi nucitr.pl.“ M frequentissimo mendo: „rogation*em* minuci cet. C: „rogationē minuci tr. pl.“ Berol.: „rogationē|minutii tr. pl.“ Rell. codd.: „rogatione minucii“ cet. — PCM: „*l. aemilius papus*“. In rell. codd. videtur „Papus“ praetermissum esse. Berol.: „l. emilius qui conſ. censorque fuerat“. — Berol.: „et l. scribonius libo qui tunc tr. pl. erat“. — In Harl. Lov. 1. Ox. D. octo verba ab „et m. atilius“ ad „consul fuerat“ omissa sunt.

6. *M. et C. Atilii* recte scriptum videtur. P m. 1.: „m. et c. atil*l*iaedem“ cet. M. 2. adiectum *us* ad „atilli“ est. Hinc C: „atili' aedem“ cet. i. e. atilius. Berol.: „m. et c. attilius“. — P m. 1.: „quamlmaniliuspr.uo|cauerat“. m. 2.: „uo|uerat“. C: „quam l. manli' pr. uouerat“. — — Paulo post P m. 1.: „et respontificescreatiquecaecilius | metellus et quam fabius maximus“ cet. m. 2.: „et tres — creati caecilius|metellus et q fabius“ cet. Hinc C: „— creati cęcilius metellus et q. fabius“ cet. — PC: „in locum p. scantini demortui et l. aemili pauli consulis“. Berol.: „in locum p. scantinii demortui et l. e. | pauli“. Lov. 5.: „in locum p. scantinii inde mortui“ cet. Lov. 4.: „— p. scauri inde mortui“. — Dein P m. 1.: „etquae aeli|paetiiquicecideratpugna cannensi“. M. 2. inductum *e* ante *aeli* est ut „et qua aeli“ fieret. C: „et q. aeli petii qui ceciderat pugna cannensi“. Berol. m. 1.: „et q. aelii petii“ cet. m. 2.: „peti“. Unus cod. Sig.: „qui ceciderant *in* pugna cannensi“.

tatemque convenientium ad publicum consilium respexerunt. neque enim post L. Aemilium et C. Flaminium censores senatus lectus fuerat, cum tantum senatorum adversae pugnae, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumpsissent. cum de ea re M. Aemilius praetor dictatore post

3. *senatus lectus fuerat* vere a Livio profectum videtur. sed cum levi mendo m. 1. in P scriptum esset „sena|tue lectusfuerat“ alteraque manu *s* adiectum ad „senatu“, factum est ut in CM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Ox. N. poneretur „senatus electus fuerat“. Berol.: „senatus ellectus fuerat“. Aliter res se habere videtur 2, 1.: diminutum patrum numerum primoribus equestris gradus electis — explevit. — Paulo post Berol.: „sui quenq. casus“. P: „apsumsissent“. C Berol.: „absumpsissent“. — Paulo ante P: „quaecontinuis cladibus fortunā | minuerat“. In paucis recc. codd. scriptum videtur „ad publicum concilium“.

5. *M. Aemilius:* P rell.] M. Pomponius (ex I. F. Gronovii coni.). Sigonius hoc altero loco „Manius praetor“ scribi voluit. cf. 23, 20.: consultique iterum a M. Aemilio pr. patres. — P: „cumdeea reīmaemilius|prodictatore post ca|silinum“ cet. C: „cum de ea re m̄. emilius pro dictatore p' casilinum“ cet. m. 2. inductum *pro* in C est. — PM Harl. Lov. 2. Gärtn.: „profecto *tam* ad exercitum“. Mendo perspecto C al.: „profecto iam ad exercitum“. At Lovell. 4. 5.: „profecto tum ad exercitum“. Lov. 3. Berol.: „profecto ad exercitum“. — C: „retulisset“. — PC melioresque omnes codd.: „*non solum inopiam sed paucitatem etiam ciuium*“. Berol.: „non solum inopiam senatus | s; paucitatem etiam ciuium“. Lov. 5. Hafn. Hav. Branc. Lat.: „non solum inopiam senatus sed etiam paucitatem ciuium“. Lov. 3.: „non solum senatus inopiam“ cet. Antiqua illorum verborum constructio, nec Dukero nec Creviero probanda videbatur sed, cum *inopia* plus esset quam *paucitas* et, ubi *inopia*, ibi plus quam *paucitas* esset, scribendum esse: „non solum paucitatem sed inopiam etiam civium“. Forsitan is error viros doctos ceperit ut, quem ad modum paulo ante *solitudo curiae* idem prope exprimit quod *paucitas convenientium ad publicum consilium*, hoc quoque loco putarent *inopiam* idem fere significare quod *paucitatem*. „*Inopia*“ significat autem h. l. medio-

Casilinum amissum profecto iam ad exercitum exposcentibus cunctis rettulisset, tum Sp. Carvilius, cum longa oratione non solum inopiam sed paucitatem etiam civium, ex quibus in patres legerentur, conquestus esset, explendi senatus causa et iungendi artius Latini nominis cum populo Romano magnopere se suadere dixit ut ex singulis populis Latinorum binis senatoribus, si patres Romani censuissent, civitas daretur atque in demortuorum locum in senatum legerentur. eam sententiam haud aequioribus animis quam ipsorum quondam postulatum Latinorum patres audierunt, et cum fremitus indignantium tota curia esset et praecipue

critatem quandam imbecillitatemque hominum, qua fieret ut vix ulli digni videri possent qui in senatum legerentur.

3. *ex quibus:* PC Berol.] e quibus (rell. [?] codd.). — P: „exquibusimpetreslegerentur". — Quod sequitur „explendi senatus causa et iungendi artius latini nominis *cum populo rom. magnopere se suadere dixit*", rectissime a Creviero restitutum esse codicis P scriptura docet: „— nominiscumproma gnore'se | suadere dixit", in quo nihil erratum est quam quod syllaba *pe* excidit. Quod cum librarios falleret, m. 2. in eodem P litteram *o* cum *a* mutavit ut fieret „cumpro magnare" cet., idque „cum pro magna re se suadere dixit" in CM Cant. Lovell. 1. 4. aliosque codd. receptum est. Berol.: „cum pro magna re se suadere dixisset". In plerisque recc. autem libris *cum* excidisse dicitur scriptumque „pro magna re se suadere dixit", in paucis etiam „dixisset". — „*Si* patres romani *censuissent*" videtur a Livio profectum esse, quamquam in PCM Cant. Voss. Lovell. 1. 2. 4. coniunctio *si* omissa est. Minus recte Hafn. Hav. Berol. et Sig. codd.: „*quos* patres romani censuissent". — P: „censuisset". Berol. m. 1.: „atq; ıñ in demortuorum locum" cet. m. 2. induxit *ıñ*.

11. *et praecipue T. Manlius esse etiam nunc eius stirpis uirum diceret, ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset, Latinum, quem in curia uidisset, eum sua manu se interfecturum*] et praecipue Manlius esse etiam nunc stirpis eius virum diceret, ex qua — consul minatus esset, quem Latinum in curia vidisset, eum sua manu se interfecturum. — Videtur recte I. Fr. Gronovius „*Titus* Manlius" resti-

T. Manlius esse etiam nunc eius stirpis virum diceret, ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset, Latinum, quem in curia vidisset, eum sua manu se interfecturum, Q. Fabius Maximus numquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu dicit, quam inter tam suspensos sociorum animos incertamque fidem id actum quod in-

tuisse, cum in P m. 1. scriptum esset „etpraecipue*ni*man lius" cet. Quod *ni* cum m. 2. inductum esset, ut ne in CM quidem inter *praecipue* et *manlius* quidquam compareret fecit. Nam quod Salmasius scribi voluerat „et praecipue M. Manlius" cet., integrum esse non potest, quod gentis Manliae decreto cautum fuerat ne quis *M. Manlius* vocaretur: 6, 20. Fuerit igitur is T. Manlius Torquatus, qui prisca severitate captivos non esse redimendos censuerat (22, 60.). — In C scriptum vidimus „et praecipue manliū esse etiam nunc" cet. Berol.: „et praecipue m. manilium caruilum ēē & non eius stirpis uirum diceret qui q̄. in capitolio" cet. — PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 4. 5. Berol.: „eius stirpis uirum". — P (M m. 1.): „diceret| etquaquondam" cet. M. 2. induxit *et* in M. C: „ex qua quondam" cet. — PC: „*latinum quem* in curia uidisset eum" cet. M (?) Voss.: „quem latinum quem in curia" cet. Berol.: „eum sua manu interfecturum". — Denique paulo ante P m. 1.: „eamsententiamhut | iusequio ribusanimisquamipsorum | quo dampostulatum" cet. m. 2.: „haut | equioribus". C: „quam ipsorum quidam postulatum".

5. *dicit*: PCM Voss. Harl. Lovell. 3. 4.] dixit (rell. codd.). — C: „alienieore tempore".

6. *id actum:* (P)C] id tactum (rell. codd.). Berol.: „—fidem tactum". — Videtur *tactum* ex codicis P scriptura parum perspecta profectum esse: „— fidem*it*actumquod" cet. I. Fr. Gronovius „id iactum" scribi voluit. — P m. 1.: „quam | incertam suspensosso ciorumanimosincertam suspen sossociorumanimosincertamq. fidem" cet. sed quae bis scripta erant, m. 2. inducta sunt. — Berol. m. 1.: „quod insuper insultaret | eos solicitaret". m. 2. induxit „,insultaret". — Paulo post P m. 1.: „incuriafue | ret". m. 2.: „rit". Lov. 3. Ox. N.: „tegendum occultandum obliuiscendum". P: „obliuiscendumprodictoha bendumesse". C m. 1.: „—pro dicio habendum esse". m. 2. adiecit *ni* ad *cio*. In minore edit. scribi iusseramus „pro *in*dicto habendum esse". cf. 23, 24.: *in*motae: = *non* motae.

telinos, qui uni ex Bruttis manserant in amicitia Romana, non Carthaginienses modo, qui regionem obtinebant, sed Brutti quoque ceteri ob separata ab se consilia oppugnabant. quibus cum obsistere malis nequirent Petelini, legatos Romam ad praesidium petendum miserunt: quorum preces lacrimaeque — in questus enim flebiles, cum sibimet ipsi consulere iussi sunt, sese in vestibulo curiae profuderunt — ingentem misericordiam patribus ac populo moverunt: consultique iterum a M. Aemilio praetore patres circumspectis omnibus imperii viribus fateri coacti, nihil iam longinquis sociis in se praesidii esse, redire domum fideque ad

optinebant ex brutti quoq;". m. 2.: „ex bruttiis quoq;". Berol.: „sed bruttii quoque ceteri ob separata a se consilia oppugnabant". Praeterea Lov. 3.: „qui regimen obtinebat".

4. *quibus cum obsistere malis nequirent:* PC Berol. et ut videtur rell. codd. excepto uno Sigoniano, in quo „quibus cum resistere" cet. — PC: „petellini". Berol.: „petilini". — Paulo post P: „quorum praeces lacrimaeque inquaestusenimflebiles" cet.

8. *consultique iterum a M. Aemilio pr. patres:* C m. 2. Pall. 2. 3. Berol. et plerique Drak. codd.] consultique iterum a M'. Pomponio praetore patres. — P et m. 1. C: „consultique iterum m. aemilio. pr. patres". Pal. 1.: „consultique iterum m. aemillium". — Sigonius „a Manio praetore", Glareanus „a M'. Pomponio praetore" scribi voluerunt, quem cum P. Furio Philo praetorem eius anni fuisse 22, 35. relatum esset. Si hoc loco et altero illo 23, 22., quo eiusdem praetoris M. Aemilii mentio fit, antiqui codd. corrupti non sunt, nec Livius ipse in praetoris nomine scribendo erravit, M. Aemilio, cuius non modo 21, 49. scriptum est Siciliae provinciam fuisse, sed qui 22, 33. quoque praetura urbana functus esse perhibetur, provinciam iterum prorogatam fuisse oportet. — Postea Hav.: „fateri coacti sunt". Berol.: „nihil tam longinquis sociis in se praesidii esse rediere domum" cet. In Lov. 3. exciderunt verba „in se". — PC (M): „consulere sibimet ipsos in reliquom praesenti fortuna (je nach den Zeitumständen) iusserunt". M m. 2. Harl. et m. 1. Gärtn.: „sibimet ipsis". Berol. et rell. codd.: „consulere sibimet ipsos in praesenti fortuna iusserunt".

ultimum expleta consulere sibimet ipsos in reliquom praesenti fortuna iusserunt. haec postquam renuntiata legatio Petelinis est, tantus repente maeror pavorque senatum eorum cepit, ut pars profugiendi qua quisque posset ac desererendae urbis auctores essent, pars, quando deserti a veteribus sociis essent, adiungendi se ceteris Bruttis ac per eos dedendi Hannibali. vicit tamen ea pars quae nihil raptim nec temere agendum consulendumque de integro censuit: re laxata postero die per minorem trepidationem retinue-

2. *haec postquam renuntiata legatio Petelinis est:* P. — C Berol.: „petilinis". — PC Berol. al.: „pars quando deserti a neteribus sociis essent": quamquam primo in P littera *s* praetermissa fuerat „parquando". In Cantabr. non *quando* sed „quandoque" h. l. scriptum esse dicitur. — In Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. omissa sunt sex verba ab „quando" ad „essent": ita tamen ut in Lovell. 4. 5. Hav. „quando" servaretur. — Deinde P m. 1. quidem: „ad iungendiseceterisbru|tiisacper eosdedendihannibali". M. 2. tamen *os* positum est supra *i* in „dedendi": quo facto in C primo scriptum est „adiungendi se ceteris brutiis ac per eos dedendis hannibali": dein m. 2. in C et m. 1. in Berol. „dedendos". — Paulo post Pal. 3. Lov. 3.: „nihil raptim nihil temere agendum". Pal. 2.: „nihil raptim ac temere agendum".

9. *re laxata — retinuerunt optimates:* PC et plerique Drak. codd.] re laxata — tenuerunt optimates (Lov. 5. Ox. L. 1. prob. l. Fr. Gron.). — Cum Livius ex optimorum codd. auctoritate verbo „retinuerunt" uteretur, non id modo quod in *tenuerunt* inest (sie setzten es durch) dicere voluit, sed etiam retinuisse meliorem senatus partem et in urbe et in fide adversus Romanos eas partes, quarum altera fuga salutem petere, altera ceteris Bruttiis se adiungere voluerant. Quod cum Crevierum fugeret, cumque primo in P et in M non „*re laxata*" (i. e. maiore qui animos iam ceperat metu pulso) sed „relaxa" scriptum esset, etsi in P quidem syllaba *ta* eadem antiquiore manu addita est, ipse scribendum censuit „relata — re tenuerunt" cet. similique modo Pal. 2. et cod. Sig.: „relaxata — re tenuerunt". Denique Hav. Berol. Brancal. Lat.: „re laxata postero die per minorem trepidationem obtinuerunt optimates".

unt optimates, ut convectis omnibus ex agris urbem ac muos firmarent.

XXI. Per idem fere tempus litterae ex Sicilia Sardiniaque Romam adlatae. priores ex Sicilia T. Otacilii propraetoris in senatu recitatae sunt: P. Furium praetorem cum classe ex Africa Lilybaeum venisse: ipsum graviter saucium in discrimine ultimo vitae esse: militi ac navalibus sociis neque stipendium neque frumentum ad diem dari neque

4. *priores ex Sicilia T. Otacilii prop̄r. in senatu recitatae sunt:* P m. 1. — Miro quodam errore P m. 2. et C et sine dubio meliores omnes codd.: „ex sicilia otacilii p̄p̄r. in senatu“ cet. Pal. 1.: „octacilii propraetoris etiam in senatu“ cet. Pal. 2. et m. 1. Berol.: „propretore“. Berol. m. 2.: „octa|licii propretoris“. — Quod sequitur „*P.* Furium“, ut in excc. Pith. repertum esse dicitur, Glareanus ex 22, 35. al. restituit, cum in PC Berol. et in rell. codd. scriptum sit „*l.* furium“. — Berol.: „lilibeum“. — Deinde PCM: „*ipsum grauiter saucium in discrimine ultimo uitae esse*“. Priora tria verba recte quoque in Lov. 4. servata sunt, at in Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 3. 5. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. Lipsii cod. et fortasse in Voss. scriptum est: „ipsum grauiter ictum saucium in“ cet. Hafn.: „ipsum grauiter ictum et saucium in“ cet. Pal. 2.: „ipsum grauiter ictum sauciumque in“ cet. Tum Pall. 1. 3.: „in discrimine esse ultimo“. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. Pal. 2.: „in discrimine uitae esse ultimo“.

7. *militi ac naualibus sociis*] militi et navalibus sociis. — P: „mili|tis*e*naualibussociis“. Item ferme C: „milicię naualibus sociis“. Pall. 1. 3.: „militiae naualibus sauciis“. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. Gärtn. et m. 1. Ox. N. et (M Cant. excc. Pith.?): „militiae naualibus copiis“. Ox. N. m. 2.: „militiae naualibusque sociis“. Hav.: „militibus naualibusque sociis“. Berol.: „militib; naualib;q: a sociis“. Lov. 4.: „militum naualibus sociis“. — Berol.: „neq. frumentum neq. stipendium ad diē|dari“. — Paulo post P: „sibi|quaesita uideatur“ cet. PC: „ex nouis p̄r. successorem mittant“. — Berol. m. 1.: „— frumentoq: mamula p̄p̄r. ex sardinia scripta“. m. 2.: „ab mamula“. Harl.: „propraetoribus“. Excc. Pith. Lov. 4. Ox. D.: „praetore“.

XXIV. Postero die consultus a M'. Pomponio praetore senatus decrevit dictatori scribendum uti, si e re publica censeret esse, ad consules subrogandos veniret cum magistro equitum et praetore M. Marcello, ut ex his praesentibus noscere patres possent, quo statu res publica esset, consiliaque ex rebus caperent. qui acciti erant omnes venerunt relictis legatis qui legionibus praecessent. dictator de

Hoc ablativorum abs. genere, quod qui grammaticis praeceptis scribendis operam dant improbare solent, non numquam Liv. usum esse constat.

4. *ex his praesentibus:* PC Berol.] ex iis praesentibus. — Paulo ante Drakenborchius in Voss. invenit „consultus a $\tilde{m}$ pomponio praetore senatus", eoque signo „a Manio Pomponio" significatum esse vult, quem ad modum et nos praenomen eius viri 22, 35. aliisque locis scribi iussimus. in PC Berol. tamen vidimus „a $\bar{m}$. pomponio": eaque et reliquorum codd. scriptura videtur esse. — Deinde Berol.: „scribendum ut si e republica" cet. Lov. 3. Hafn.: „scribendum ut si utile rei publicae censeret esse". — P: „*at*consulessubrogandos". — Paulo post P: „quostatu*e*respublica esset": quod, cum persaepe *e* pro *et* in P positum sit, videri possit significare „quo statu *et* res p. esset": nec dubitassem ita scribere, si *et* ante verba „quo statu" positum vidissem. — Pal. 3.: „relictis legatis qui exercitui praecessent".

7. *de se pauca ac modice locutus* in Berol. et in plerisque recc. codd. scriptum est, sed cum in P (M) inventum esset „*de*sepaucaac*de*modice|locutus", I. Fr. Gronovius dubitabat an Livius scripsisset „ac *per*modice locutus", Drakenborchius „pauca atque modice locutus". Equidem putarim illud *de* ex priore loco male repetitum ab antiquiore aliquo librario esse, quo mendo tot locis in P erratum videamus. C: „de se pauca ac demodico locutus". — Paulo post P: „apsens". PC: „qui tum galliam prouinciam optinebat". — Berol.: „& t. sempronius gracus". — Quod sequitur „qui tum magister equitum et *aedilis curulis* erat" ab Creviero restitutum est, nec aliter in C scriptum vidimus, levique mendo in P „qui tum mag equitum et *ea*d. cur. erat". et sic Livius ipse altero loco 23, 30. scripsit „Ti. Sempronius Gracchus — qui in aedilitate magister equitum fuerat". — M: „qui tum

e pauca ac modice locutus in magistrum equitum Ti. empronium Gracchum magnam partem gloriae vertit, co- nitiaque edixit, quibus L. Postumius tertium absens, qui im Galliam provinciam obtinebat, et Ti. Sempronius Grac- hus, qui tum magister equitum et aedilis curulis erat, con- ules crearentur: praetores inde creati M. Valerius Laevinus erum App. Claudius Pulcher Q. Fulvius Flaccus Q. Mucius caevola. dictator creatis magistratibus Teanum in hiberna d exercitum redit relicto magistro equitum Romae, qui,

mag. equitum et eadcurrerat". Pal. 1. Berol. cod. Sig. multique alii: „qui tum mag. equitum et ea accurrerat". Pal. 3. al.: „qui tum mag. equitum et eo accurrerat". In Pal. 2. nihil scriptum est nisi „qui tum mag. equitum erat". — Dukero mirum videbatur quod Livius „comitiaque *edixit, quibus* L. Postumius et Ti. Sempronius Gracchus consules *crearentur*" pro „creati sunt" scripsisset. nec tamen difficile est intelligere, id non ita a Livio dictum esse ut videretur exprimere voluisse, dictatorem alios consules creari noluisse: quod licet de Sempronio videri posset, de Postumio non potest, scriptum ita a Livio est nullo nisi brevitatis studio, ut, cum dicere voluisset „comitiaque edixit quibus consules crearentur", inter haec postrema verba consulum ipsorum, qui illis comitiis creati sunt, nomina interponeret.

. *M. Valerius Laeuinus ite-*

rum: P] M. Valerius Laevinus (C Berol.). — P: „— laeuinusiter.ap.p.claudius" cet. In M (?) Voss. Harl. Lovell. 1. 2. Hav. Ox. N. scriptum esse „ualeriatus" dicitur pro „ualerius". In Lov. 2. excidit „laeuinus". — „*App.*" scripsimus duplici *p*, et quod hoc loco in PC duo *p* invenimus et quod in antiquis primae et tert. dec. codicibus id nomen plerumque ita scriptum est. — PC: „q. fuluius flaccus q. mu*n*icius scaeuola". Berol.: „fuluius flaccus mu- ciusq. scaeuola". Ut in Berol. ita in plerisque recc. codd. Fulvii praenomen *Q* praetermissum est. Harl.: „fuluius claudius flaccus m. minuciusq. scaeuola". Voss. Lovell. 1. 2. 5. Gärtn. Hav. Oxx. D. N.: „fuluius claudius flaccus minutiusq. scaeuola". Ox. L. 1.: „claudius flaccus m. quintius scaeuola". In M quoque „minutius" pro „mucius" positum esse fertur.

9. *redit:* PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Hav.] rediit (Be-

cum post paucos dies magistratum initurus esset, de exercitibus scribendis conparandisque in annum patres consuleret. Cum eae res maxime agerentur, nova clades nuntiata — aliam super aliam cumulante in eum annum fortuna — Lucium Postumium consulem designatum in Gallia ipsum atque exercitum deletos. silva erat vasta — Litanam Galli

rol. al.). — P: „dictatorcrea trimagistratibus“ cet. m. 2.: „creatis magistratibus“. — *Teanum* (PCM Voss. al.) Döringius non *Sidicinum* sed *Apulum* fuisse vult: at in Apulia cum exercitu C. Terentius consul erat. Berol. al.: „theanum“. — In Harl. excidisse dicitur „comparandisque“, in Lov. 3. „patres“.

3. *cum eae res maxime agerentur:* C. — P: „cū|meae res“ cet. Berol.: „cum he res“ cet. — C Voss. Lovell. 3. 4. 5. Hav. Berol. al.: „aliam super aliam cumulante in eum annum fortuna“: quae verba pro latini sermonis ratione singulari quadam brevitate scripta sunt: contraxerat enim atque *congesserat* fortuna *in eum annum* omnes omnis generis clades, quo fieri necesse erat ut alia super aliam *cumularetur*. Levi, quo peccari solebat, mendo P: „ali*asu*|peraliamcumulante in eum annum fortuna*m*“. M quoque et Lov. 1. Gärtn. Oxx. cod. Sig.: „alia super aliam“ cet. Lov. 2.: „aliam super alia“ cet. — P: „lucium postumiumcos.designatum“.

6. *Litanam Galli uocabant*, id quod in M repertum esse dicitur, ab ipso Livio scriptum videtur. P enim: „litanam galliuocabatq.|exercitum“ cet. C: „—uocabat q̄ exercitum“ cet. Berol. et rell. codd.: „litanam galli uocant“. Berol.: „qua exercitus traducturus erat“. — Sequentis loci verba connectenda sic esse „eius silvae arbores Galli dextra laevaque circa viam parte ita inciderunt“ neminem fugerit. „*Inciderunt*“ in PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 5. Hav. Berol. scriptum est: in rell. codd. „inciderant“. Neque quemquam praeterierit „*in*motae“, quod paulo post legitur, h. l. idem quod „*non* motae“ significare: „ut arbores, si non moverentur, starent“. — Deinde P: „momen to laeui inpulsae occiderent“. *Occiderent* receptum quidem est in C Berol. et in plerosque Drak. codd., at non omnes librarii eius verbi vim videntur perspexisse. sic enim iam in Harl. Lovell. 4. 5. pro eo scriptum est „deciderent“: in Gärtn. Rec. „ceciderent“: in Pal. 2. „*caderent*“. Nec dubium esse potest quin Livius id, quod *caderent* ex-

vocabant — qua exercitum traducturus erat. eius silvae dextra laevaque circa viam Galli arbores ita inciderunt ut inmotae starent, momento levi inpulsae occiderent. legiones duas Romanas habebat Postumius sociumque ab supero

primit, etiam verbo *occiderent* significatum voluerit: verum in hoc altero verbo plus inesse non est difficile intelligere. nam quem ad modum particula „*ob*“ nostris adverbiis *gegen*, *entgegen*, *hinwärts nach etwas*, respondet, sic quoque h. l. *occiderent* dicit, impulsas arbores non modo cecidisse sed concidisse in eos qui traducerentur. Qua re I. Fr. Gronovii, qui „*con*ciderent“ pro *occiderent* scribi voluit, coniectura probari non potest.

4. *sociumque ab supero mari tantum conscripserat ut* XXV *armatorum in agros hostium induxerit:* PC (M). — Lov. 3.: „sociorumque“. Berol.: „sociumque a supero mari tantum conscripserat ut XXV milia armatorum — induxisset“. Cum in ceteris quoque omnibus codd. „*induxisset*“ scriptum esset, I. Fr. Gronovius legem loquendi postulare „*induxerit*“, quam meliorum codd. scripturam esse diximus, contendit. at lex dicendi non tam *induxerit* quam *induceret*, utpote quod ex plusquamperfecto *conscripserat* penderet, poscebat: qua re cum L. *induxerit* scriberet, eum aliud quid spectasse oportet. Verba „*ut — induxerit*“ huic loco ita adiecta sunt ut militum summa non exacto numero, quod in hac re fieri vix potuit, sed, cum praeter duas legiones socii ab supero mari conscripti prope omnes perierint, eo numero indicanda esse videretur, quem ex rei natura duabus scriptis legionibus romanis consequi veri simile esset. Quem ad modum igitur coniunctivus praesentis ex coniunctione *ut* pendens pro imperfecto etiam perfectae actionis tempora sequi potuit, si duo eius generis verba non ita cohaerebant ut id, quod sequenti coniunctivo significabatur, a prioris verbi subiecto expetitum videretur: sic hoc quoque loco antecedens plusquamperfectum coniunctivus perfecti secutus est, quo non tam id exprimeretur quod Postumius, cum tantum socium conscriberet, spectasset, quam quo Livius suum ipsius iudicium de magnitudine eius exercitus ederet: „dass es mögen 25000 Mann gewesen sein, mit denen er in das feindliche Gebiet einrückte“. — Paulo post Berol.: „ — impellunt aliam in|aliam instabilem per se ac haherentem“ cet. m. 2.: „ac

gna pars animalium strage silvae oppressa erat, tamen ceterae res, quia nihil dissipatum fuga est, stratae per omnem iacentis agminis ordinem inventae sunt.

XXV. Hac nuntiata clade cum per dies multos in tanto pavore fuisset civitas, ut tabernis clausis velut nocturna solitudine per urbem acta senatus aedilibus negotium daret, ut urbem circumirent aperirique tabernas et maestitiae publicae speciem urbi demi iuberent, tum Ti. Sempronius senatum habuit consolatusque patres est et adhortatus, ne, qui Cannensi ruinae non succubuissent, ad minores calamitates animos submitterent: quod ad Carthaginienses hostes Hannibalemque adtineret, prospera modo essent, sic ut speraret, futura, Gallicum bellum et omitti tuto et differri posse

„— peromnemiacentisagminis ordinaeinuen|taesunt". Per omnem — ordinem: durch die ganze Strecke des am Boden liegenden Heereszuges hin.

5. *uelut nocturna solitudine per urbem acta:* C Berol. al.: „indem sich eine tiefe Stille gleich wie bei Nacht über die ganze Stadt verbreitet hatte". P: „— solitudine perurbemacta*m*senatus" cet. Sed cum agendi verbum hoc sensu scribi non posse videretur, in Voss. Lov. 1. positum est „— solitudine per urbem facta". — Lov. 2. Hav. Berol.: „ut urbem circuirent". sic 8, 37. in PM scriptum est „multitudo — tribus circuit". — Paulo post PC: „— speciem urbe demi". P m. 2.: „urbē". Berol.: „tum sempronius" cet. Lov. 4.: „consolatusque patres et adhortatus". Pal. 3.: „— patres est adhortatusque".

11. *quod ad Carthaginienses hostes Hannibalemque attineret* l. Fr. Gronovii coniecturam secuti et nos scribi iussimus, quamvis in omnibus prope codd. scriptum sit „*attinet*", quod vel in P nullo modo saepius quam syllaba *re* omittenda peccatum est et ille coniunctivus vix deesse videbatur: „wenn sich nur die Verhältnisse den Carthagern gegenüber für die Folge, wie er es hoffe, freundlicher gestalteten, der Gallische Krieg könne ohne weiteren Nachtheil aufgeschoben werden". Berol.: „q̄ ad cartaginenses hanibalēq. ꝑtineret". Sic in Pal. 2. quoque scriptum est „quae ad carthag." Lov. 5.: „attinent". Pal. 3.: „prospera modo esset sic ut speraret fortuna". P: „etomittitutuo" cet. — Codd.: „ultionemque *eam*": scil. quae bello petenda esset.

eam fraudis in deorum ac populi Romani po-
de hoste Poeno exercitibusque, per quos id
etur, consultandum atque agitandum. ipse pri-
peditum equitumque quid civium quid sociorum
esset dictatoris, disseruit: tum Marcellus suarum
mmam exposuit: quid in Apulia cum C. Teren-
esset, a peritis quaesitum est. nec unde consu-
us satis firmi ad tantum bellum efficerentur ini-
itaque Galliam, quamquam stimulabat iusta ira,
mo placuit. exercitus dictatoris consuli decre-
exercitu M. Marcelli, qui eorum ex fuga Can-

consulares exer-
is firmi ad tan-
n efficerentur ini-
io („*aber* woher
hmen solle, liess
absehen") I. Fr.
recte restituit Put.
secutus, cum Valla
modo consulares
– efficerentur" vo-
m. 1.: „necundo|
exercitussatisfirmia
umefficerē|tur" cet.
1. 2. recte alterum
tum" addidisset ut
n" fieret, eadem
nec in „necundo"
voluit *se*, quo fa-
it in C et sine du-
s melioribus codd.
„nec secundo con-
rcitus" cet. Pal. 1.
Sig. al.: „ne se-
. Pal. 3.: „ne sero
" cet. Alii Drak.
ec duo consulares"
.: „ne duo consu-
Altera manus in
etiam iussit „nec
t consulares exer-

citus" cet. — Tum C Lov. 1. cod. Sig. et margo Pal. 1.: „satis firmi ad tantum bellum efficerentur", cum m. 1. in Berol. fuisset „ad id tantum bellum". At M m. 1. Cant. Voss. Harl. Lovell. 2. 4.: „satis firmat tantum bellum efficerentur": nisi quod in Lovell. 2. 4. „efficeretur". M m. 2.: „firmat" (i. e. firmi at). Hav.: „satis firma tantum bellum" cet. Pal. 1.: „satis firmant tantum bellum" cet. Pall. 2. 3. Lovell. 3. 5. Hafn. Recan. Gärtn.: „satis firmati ad tantum bellum efficerentur". Pal. 3. etiam „efficerent". Deinde PC Pal. 1. ac sine dubio alii antiquiores codd.: „inibat ratio". Pal. 3. cod. Sig.: „inibatur ratio". Berol.: „inibat consilium ro". — Paulo ante C „exposut" pro *exposuit:* et „apertis" pro *a peritis.* C m. 2.: „aperto". P: „cum c. terentio cōs. esset".

11. *de exercitu M. Marcelli:*

inde consulem, cui legiones urbanae evenissent, militum sumere quantum opus esset: C. Terentio consuli propagari in annum imperium neque de eo exercitu, quem ad praesidium Apuliae haberet, quicquam minui.

XXVI. Dum haec in Italia geruntur adparanturque, nihilo segnius in Hispania bellum erat, sed ad eam diem magis prosperum Romanis. P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias, ut Cnaeus terra Publius navibus rem gereret, Hasdrubal Poenorum imperator, neutri parti virium satis fidens, procul ab hoste intervallo ac locis tutus tenebat se, quoad multum ac diu obtestanti quattuor milia peditum mille equites in supplementum missi ex Africa sunt. tum

„quicquaminui". m. 2. alterum *m* adiecit.

7. *P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias* m. 1. in P rectissime scriptum erat, sed nescio qua causa m. 2. posuit *i* supra *a* in *copias* ut „copiis" fieret. Hinc CM Pall. Berol. melioresque omnes codd.: „p. et cn. scipionibus inter se partitis copiis": praeterquam quod in Pall. et in Berol. non „*cn*" sed „*gn*" scriptum est. Gärtn. Oxx.: „p. et cn. scipiones inter se partitis copiis": idemque videtur Sigonius in suo cod. repperisse nisi quod is „copi*as*": quare ipse scribendum coniecit „P. et Cn. Scipiones inter se partiti sunt copias". — Dein PC(M): „ut cnaeus terra p̄. nauibus rem gereret": quamquam C „gneus" habet. Verum cum voce *mari* propter „terra" opus videretur, in Berol. quidem scriptum est „ut gn. terra p. mari maribusq. rem gereret", at in rell. codd. „— p̄. mari nauibusque rem gereret". — Paulo ante Pal. 2.: „sed ad diem illam".

12. ∞ *equites*] et quingenti equites. — Cum in PC esset „m peditum & equites in supplementum missi", eodemque mendo in rell. omnibus codd. „& equites" inventum esset, nec ulla alia antiqua auctoritate excepto fortasse Loveliano quinto numerus *quingenti* niteretur, quam quod eum numerum et aliis locis praetermissum esse vidimus, superiore loco „∞" pro *et* ponere ausi sumus. eo enim mendo *et* pro „∞" ab antiquis librariis scribi solitum esse 23, 34. docemur, quo loco in P non „quinque milia peditum" sed „u*et*peditum" positum est. cf. 22, 24.: octo milia peditum mille equites adducentem. — Paulo ante PCM: „interuallo ac lo-

refecta tandem spe castra propius hostem movit, classem que et ipse instrui parariique iubet ad insulas maritumamque oram tutandam. in ipso impetu movendarum de integro rerum perculit eum praefectorum navium transitio, qui post classem ad Hiberum per pavorem desertam graviter increpiti numquam deinde satis fidi aut duci aut Carthaginiensium rebus fuerant. fecerant hi transfugae motum in

cis *tutus* tenebat se". Berol. rell.: „— ac locis tut*is* tenebat se". Tum Berol. quidem ac Lov. 2. Ox. L. 1.: „quo*ad* multum" cet.: at PCM Cant. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 3. Ox. N. „quo*id* multum" cet. (cf. 21, 46.: hic er*at* iuvenis:). Hav.: „quo ad id multum". Gärtn.: „qui id multum". Lov. 4.: „quo multum". Lov. 5.: „cui id multum". — Dein Berol.: „— ac diu ōntanti qr milia peditum & equites". — Paulo post PC: „marit*u*mamque". C primo „oram tutand*um*". eadem tamen m. 1. restituit „tutand*am*". Berol.: „oram tuendam". — PC: „post classem ad *h*iberum per pauorem desertam": cf. 22, 19. Berol.: „ad yberum". — Postremo PC Berol. et ut videtur rell. codd.: „*numquam* deinde satis fidi *aut* duci *aut* carthaginiensium rebus fuerant": quod minus fortiter dictum est pro *nec duci nec carthag. rebus*. cf. de simili soloecismo 2, 24.: *neque* patribus.

7. *in Tartesiorum gente:* PCM Cant. Harl. Lov. 5.] in Carpesiorum gente (ed. Mogunt. Sig. rell.). Stephanus: Καρήσιοι ἔθνος Ἰβηρικόν· secundum Polyb. 3, 14. 2. Antiquam scripturam mutatam voluerunt, quod Tartesiorum gens nimis procul ab eis locis, quibus haec res gererentur, afuerit, cum Tartessus ad Baetis ostia et extra Herculeum fretum sita diceretur. at praeterquam quod de transfugis agitur et Gaditana regio Carthaginiensibus frequentissime adibatur, in re dubia eius generis difficillimum videtur ab antiquorum mss. auctoritate recedere. et I. Fr. et Iac. Gronovii et Crevierus retinendam antiquam scripturam censuerunt. — Lov. 4.: „tarcesinorum". Lov. 2.: „tācesiorum". Rell. codd.: „cartesiorum" „chartesiorum" „carthesiorum" „carcesiorum". Berol.: „in carchesiorum gentem". — Dein P: „desciuerantque *is* auctoribus urbes aliquot". C Berol.: „— his auctoribus" cet. Potest L. aut forma contracta *is* pro *iis* usus esse, aut librariorum mendo *is* pro *eis* scriptum esse, cum *e* exci-

Tartesiorum gente desciverantque is auctoribus urbes aliquot, una etiam ab ipsis vi capta fuerat. in eam gentem versum ab Romanis bellum est, infestoque exercitu Hasdrubal ingressus agrum hostium pro captae ante dies paucos urbis moenibus Chalbum, nobilem Tartesiorum ducem, cum valido exercitu castris se tenentem adgredi statuit. praemissa igitur levi armatura, quae eliceret hostis ad certamen, peditum partem ad depopulandum per agros passim dimisit ut palantis exciperent. simul et ad castra tumultus erat et per agros fugaque et caedes: deinde undique diversis itineribus cum in castra se recepissent, adeo repente decessit animis pavor, ut non ad munimenta modo defendenda satis animorum esset sed etiam ad lacessendum proelio ho-

disset eadem littera antecedente. — Berol.: „his auctoribus ciuitates aliquot".

5. *Chalbum nobilem Tartesiorum ducem:* PC al.] Chalbum nobilem Carpesiorum ducem. — M Voss. Harl. Lovell. 1. 2. Gärtn.: „chalbum". Berol.: „calbum nobilem carthesiorum ducem". Lovell. 3. 5. Hav.: „calbum". Lov. 4.: „culbum". Ox. L. 1. etiam „rulbum". — Paulo ante P: „infestosqueexercitu". P: „ingressusagruhostium". P: „captaeantediespalicosurbis". — Paulo post P: „ducemeumualido" cet. — Deinde scripsimus cum C „castris *se* tenentem", cum Bekkerus I. Fr. Gronovium secutus „*sese* tenentem" posuisset. nec dissentire videtur P ab C, quamvis in antiquiore cod. syllaba *te*, ut fieri solebat, bis scripta sit: „castris sete|tenentem". Hinc M: „castris sede tenentem". Berol. rell.: „castris se detinentem". Berol.: „agredi".

7. *quae eliceret hostis ad certamen* in PC(M) scriptum est, nisi quod in P „eligeret". Berol. et rell. codd.: „quae eliceret hostes ad pugnam". — PC: „ut palan*tis* exciperent". — Praeterea Gärtn.: „praemissa ergo leui" cet. Lov. 3.: „ad depopulandum agrum".

13. *ad lacessendum proelio hostem:* PCM Berol.] ad lacessendum hostem praelio". — C tamen „prelio". Berol.: „praelio". — Paulo ante P m. 1.: „fugaqueetcae|dedein deundique|etcaedesdeindeun|diquaediuersis" cet. sed quae bis scripta fuerant, m. 2. expuncta sunt. P: „cumincastra se recpissentet adeo repente" cet. m. 2.: „recepissent". — Pal. 2.: „decessit animis pauore". Pal. 3.: „ut non ad

stem. erumpunt igitur agmine e castris tripudiantes more suo, repentinaque eorum audacia terrorem hosti paulo ante ultro lacessenti incussit. itaque et ipse Hasdrubal in collem satis arduum tutum flumine etiam obiecto tum copias subducit et praemissam levem armaturam equitesque palatos eodem recepit, nec aut colli aut flumini satis fidens castra vallo permunit. in hoc alterno pavore certamina aliquot

munita modo" cet. — P: „set etiam". — Paulo post Pal. 3.: „eruperunt igitur". Berol.: „erumpunt igitur agmine castris". Simili errore in Lovell. 4. 5. praepositio *e* praetermissa est. — PC Berol.: „paulo ante ultro" cet. In Cant. Lov. 3. et m. 1. in Hav. omissum „ultro" est. — Berol.: „lacescenti".

6. *recepit:* PCM Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.] recipit. — In Lov. 3. „tutum*que*" scriptum esse dicitur, quae particula *que* ab reliquis codd. melius abest, cum ea verba cum priore loco ita iungenda sint, quasi scriptum sit „et non modo arduum sed *etiam tutum*" cet. — Quae sequitur, particulam „*tum*" Crevierus deletam maluit. et posset sane *tum* ex praecedente syllaba *to* ut multis aliis locis ortum esse. at h. l. videtur *tum* id quod „tum quidem" „für den Augenblick" significare, eiusque respectu, quod paulo post refertur, positum esse. — Mirum etiam videri possit, quod L. hoc loco „*et ipse* Hasdrubal" scripserit, quasi et hostes simili tuto loco se tuiti sint, id quod non traditur. at cum ita scriberet, videtur L. ad priorem hostium condicionem respexisse, qua Chalbus castris se ab adgrediente Hasdrubale defendere voluerit. simili dicendi ratione paulo post scriptum est „in hoc alterno pavore", quamvis Hispanorum animis iam omnis pavor decessisse diceretur.

6. *castra uallo permunit:* PC] vallo castra permunit. — Berol. (Gärtn.): „uallo castra ꝑmuniit". Lov. 4.: „— permuniuit". Antiqua scriptura *permunit* aut forma contracta praeteriti „permun*iit*", qua L. persaepe usum esse meliores mss. docent, aut praeseus est cum antecedente perfecto iunctum, quo dicendi genere L. non minus saepe usus est. — Paulo post Berol.: „in hoc pauore alterno". — P: „necdumida". m. 2.: „nec numida". — PC Berol. al.: „*caetrato*". cf. 21, 21. M: „caeticito". Pal. 3.: „carceto". Pal. 2.: „certato uelocitate par". Berol.: „— uiriumq. fuit aliquantum p̄ranti".

sunt contracta: nec Numida Hispano eques par fuit, nec iaculator Maurus caetrato, velocitate pari, robore animi viriumque aliquantum praestanti.

XXVII. Postquam neque elicere Poenum ad certamen obversati castris poterant neque castrorum oppugnatio facilis erat, urbem Ascuam, quo finis hostium ingrediens Hasdrubal frumentum commeatusque alios convexerat, vi capiunt omnique circa agro potiuntur, nec iam aut in agmine aut in castris ullo imperio contineri. quam ubi neglegentiam ex re, ut fit, bene gesta oriri senserat Hasdrubal, cohortatus milites ut palatos sine signis hostes adgrederentur, degressus colle pergit ire acie instructa ad castra. quem ut

4. *postquam neque elicere* cet.: C m. 2. — P: „postquamne queeligeraepoenum“ cet. Cm. 1.: „eligere“. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „— nec elicere“. M m. 1.: „obuersantes castris“. — PC Berol. cod. Sig. al.: „urbem ascuam“. Harl.: „ascuin“. Branc. Lat.: „uascuam“. Quae illa urbs aut quo loco sita fuerit, nescitur. — PC: „quofin*is*hostiumingrediens“. Pal. 3.: „qu*a* finis“ cet. Berol.: „fines“. — P: „autin castris *illo* imperio contineri“. Pal. 2. Ox. D.: „contineri poterat“: quod supplementum „poter*ant*“ esse debebat. persaepe autem Livium ita iunxisse infinitivum historicum cum finitis temporibus notissimum est: cf. 21, 7. sub fin. — Dein PCM: „neglegentiam“. Berol.: „negligentiam“. — PCM Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Berol. al.: „*degressus colle*“: „non „*digressus*“.

12. *quem ut adesse tumultuose nuntii refugientes ex speculis stationibusque adtulere*] quem ut adesse tumultuose nunciavere fugientes ex speculis stationibusque. — P (M m. 1. Cant. Lov. 2.): „— tumultuosenun|tiaresfugientesexspeculisstationibusque attulere“. M m. 2. Voss. Lovell. 1. 3. 4. Recan. Gärtn. Oxx. L. 1. N.: „— tumultuose nuntiare fugientes“ cet. Hafn. Hav.: „— tumultuose nunciauere fugientes“. Harl.: „— tumultuose nuntiantur fugientes“. Lov. 5. Berol.: „— tumultuose fugientes“. Excepto uno Recan. in omnibus mss. seruatum est „*attulere*“. Non est difficile intelligere, antiquam codicis P scripturam librarios in errorem inducere potuisse, ut et I. Fr. Gronovius scribendum esse

adesse tumultuose nuntii refugientes ex speculis stationibusque adtulere, ad arma conclamatum est: ut quisque arma ceperat, sine imperio sine signo inconpositi inordinati in proelium ruunt. iam primi conseruerant manus, cum alii catervatim currerent, alii non dum e castris exissent: tamen primo ipsa audacia terruere hostem: deinde rari in confertos inlati, cum paucitas parum tuta esset, respicere alii alios et undique pulsi coire in orbem, et dum corpora corpori-

coniecerit: „ — tumultuose nunciavere refugientes ex speculis stationibusque": omisso verbo *adtulere:* quam emendationem Drakenborchius verissimam esse duxit, modo *fugientes* scriberetur pro „*re*fugientes". at Gronovium non fefellerat in optimo cod. litteram *s* inter *re* et *fugientes* eodem quo tot locis mendo interpositam esse et *refugientes* vere a Livio profectum. Quo verbo restituto nihil in P peccatum est nisi quod „nuntia" scriptum est pro „nuntii": quas vocales inprimis inter se confusas esse permultis locis videre licet. Nec id fugit codicis C librarium, quippe qui praetermissa una syllaba *re* scripserit: „ — tumultuose nuntii fugientes ex speculis stationibusque attulere". *Tumultuose* non minus ad *attulere* quam ad *refugientes* pertinere interpositum „*nuntii*" docere videtur. — Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. et m. 1. Berol. omisso verbo substantivo *est:* „ad arma conclamatum". Berol. m. 2. cum PCM: „ — conclamatum est". — Paulo post P: „in proelium ruunt". C et m. 2. Berol.: „in praelium". Berol. m. 1.: „in ꝑlio". — Tum Berol.: „alii nundum castris exissent".

8. *et dum corpora corporibus adplicant* cet.: ex coni. W. Weissenborni] et dum corporibus applicantur. — P primo: „etdumcorporibusapplicantur ꝑmaquearmisiungunt". Mendo altero perspecto eadem m. 1. in P et CM: „et dum corporibus applicant armaque armis iungunt". Nec tamen omnes recentiores librarios fugerit priore etiam loco propter syllabarum similitudinem aliquid excidisse Livianamque dicendi rationem postulare „et dum *corpora corporibus* applicantur *armaque armis* iungunt" (Lov. 3. Hafn. Hav. Berol. Branc. Lat.). Non autem passivum *applicantur* sed „*applicant*" scribendum esse meliorum codd. scripturae persuadent: „während sich Mann an Mann und Schild an Schild schloss" (Heusing.). Lov. 4.: „et dum

bus adplicant armaque armis iungunt, in artum conpulsi, cum vix movendis armis satis spati esset, corona hostium cineti ad multum diei caeduntur: exigua pars eruptione facta silvas ac montis petit: parique terrore et castra sunt deserta et universa gens postero die in deditionem venit. Nec diu in pacato mansit: nam subinde ab Carthagine adlatum est ut Hasdrubal primo quoque tempore in Italiam exerci-

cornibus adplic.". — Paulo ante Lov. 2. Gärtn.: „tum primo ipsa audacia". Berol.: „tñ. primo" cet. — Deinde Berol.: „in arctum compulsi". P: „conpulsi". — P: „satisspatiesset". C Berol.: „spatii". Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. Pal. 3.: „corona militum cincti". — P (C): „ad tumultum|diei caeduntur". — PC: „siluas ac montis petit". — Pal. 3.: „et castra sunt relicta". — P: „— posterodieideditionem uenit".

5. *nec diu in pacato mansit:* codd.] nec diu in pacto mansit (ex coni. Strothii). — Non dubitaverim cum I. Fr. Gronovio supplere *statu* vel simile quid: „es blieb indess nicht lange in dieser ruhigen Stellung". Nam ne nihil aliud „*in pacato*" quam „in pacato *agro*" significare posse opinemur, id quod interpretes quidam affirmarunt, linguae etiam ipsius ratio prohibere videtur. ac si non omnia me fallunt, non sine causa L. id ipsum, quod restituimus, scripsit. pacata enim vi erat gens ab Hasdrubale i. e. coacta erat pacem petere: quod cum respiceret, gentem eam non diu in hac condicione, quam victa acceperat, mansisse scripsit. nec idem prorsus illa verba exprimere videantur quod significaret „nec diu *pacata* mansit", qua coniectura idem Gronovius loco mederi voluerat, si antiqua scriptura probanda non videretur. nec probari posse Strothianam coniecturam Döringium non fugit. nam quamquam ille Ciceronis Verr. 1, 6. 16. laudavit „(provincia) mansit in condicione atque pacto", tamen non multum in re dissimili vel simillimum dicendi genus efficere posse non est difficile intelligere. ibi enim aliquid condictum erat et pactum, quod de Tartesiorum gente, quae se Hasdrubali dediderat, nec dici potuit nec ab Livio dictum erat. — P m. 1.: „nam subindec ab carthagine" cet. m. 2. illud *c* expunxit. — Ad „allatum" supplendum esse *mandatum* nemo non videt.

tum duceret: quae volgata res per Hispaniam omnium ferme animos ad Romanos avertit. itaque Hasdrubal extemplo litteras Carthaginem mittit indicans, quanto fama profectionis suae damno fuisset: si vero inde pergeret, priusquam Hiberum transiret, Romanorum Hispaniam fore: nam praeterquam quod nec praesidium nec ducem haberet quem relin-

1. *Quae uolgata res* scripsimus, quamvis inventum esset in P m. 1.: „que|uolgareis perhispaniam“ (m. 2. *i* inductum est): et in C „quae uolgo res“ cet. nam *volgo* h. l. integram scripturam esse non posse, vel sequens *omnium* docet. cf. ex. gr. 23, 29.: volgata sunt (PC). 3, 6. Berol.: „quae uulgata res per yspaniam“ cet. — Pall. 1. 3.: „omnium fere animos ad romanos aduertit“. Item in Voss. Lovell. 1. 4. 5. et m. 2. in Berol. scriptum est „animos ad romanos aduertit“: cum m. 1. in Berol. fuisset „animos aduertit“. — Paulo post Berol. m. 1.: „ita hasdrubal“ cet. m. 2.: „itaq.“ C: „literas“.

4. *si uero inde pergeret:* codd.: i. e. si vero ex Hispania proficisceretur. Quod dicendi genus cum Creviero minus probaretur, ut ipse scribi vellet „si movere inde pergeret“, sine dubio quod putabat vel *ire* vel simile verbum omitti non oportuisse, Drakenborchius laud. 3, 6.: (hostis) pergit inde infestus in agros romanos. 1, 7.: pergit ad — speluncam. — PC: „*hi*berum“. Berol.: „hyberum“.

6. *nec ducem haberet quem relinqueret, prope eos imperatores esse romanos:* P m. 1.] nec ducem haberet quem relinqueret pro se, eos imperatores esse romanos cet. (I. Fr. Gron.). — Cum m. 2. in P pronomen *eos* induxisset particulaeque *prope* loco scripsisset „pro *se*“, factum est ut in C Berol. ac sine dubio in aliis melioribus codd. poneretur „ — quem relinqueret pro se imperatores esse“ cet. At integerrimam esse antiquiorem scripturam mihi iam persuasi. Ita enim L. non modo scribere potuit, quod cap. 26. Hasdrubalem tunc in Tartesiorum finibus i. e. haud procul ab Oceano versatum esse tradidisset, sed quod Carthaginienses Hispaniam trans Hiberum sitam iam Romanis concessissent, in qua regione cum duo romani imperatores cum exercitu essent, eos prope eam partem, quam Carthaginienses suam habebant, videri necesse fuisse manifestum est. Neque quemquam praeterierit

queret, prope eos imperatores esse Romanos quibus vix aequis viribus resisti possit: itaque, si ulla Hispaniae cura esset, successorem sibi cum valido exercitu mitterent: cui omnia prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam fore.

XXVIII. Eae litterae quamquam primo ad modum moverunt senatum, tamen, quia Italiae cura prior potiorque erat, nihil de Hasdrubale neque de copiis eius mutatum est: Himilco cum exercitu iusto et aucta classe ad retinendam terra marique ac tuendam Hispaniam est missus: qui, ut pedestris navalisque copias traiecit, castris communitis navi-

illud *pro se* h. l. frigidissimum esse. Et Gronovius, quasi ne ipse quidem satis momenti in scriptura a se restituta videret, priorem Put. scripturam repudiandam non esse dixit, dummodo expungeretur „*esse*". — P: „uix equisuiribus".

3. *cui omnia prospere euenirent:* P m. 2. (C) M Voss. Lov. 1. Hav.] cui ut omnia prospere evenirent (ex coni. I. Fr. Gron.). Coniectura Gronoviana restitutam Livianam manum videri posse non negaverim, praesertim cum *ut* antecedente *cui* facile excidere posset, at non minus recte se habet antiqua scriptura: „und sollte ihm von dieser Seite auch Alles nach Wunsche gehen, so werde ihm seine Stellung doch noch schwer genug werden". — P m. 1.: „cuiom|niaprospere *et*uenirent". m. 2. *t* inductum est. Si non tot locis in P *et* cum *e* et *e* cum *et* permutatum esset, a Livio scriptum esse conici posset „cui omnia prospere ut uenirent" vel „ut evenirent": cf. 21, 21. C m. 1.: „cui omnia prosperae euenirent". m. 2.: „cui omnia *si* prosperae" cet. Berol.: „cui *si* omnia prospere euenirent nec tn̄ ociosam" cet. Lovell. 4. 5.: „prospera": cf. 28, 42.

6. *eae litterae quamquam* cet.: P] hae litterae quanquam cet. (Berol.). C: „eae literae quamquam" cet. Primo igitur Hasdrubalis litterae senatum Carthaginiensium ita moverant ut dubitarent an potius esset Hasdrubalem ex Hispania non avocari. — Voss.: „tamen quoniam" cet. Berol.: „quia italica cura| prior erat". Simili modo in Cant. Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. Gärtn. Hav. praetermissum „potiorque" est.

11. *pedestris naualisque:* PC] pedestres navalesque (Berol.). — P: „— copia|traiecit". —

busque subductis et vallo circumdatis cum equitibus dilectis ipse, quantum maxime adcelerare poterat, per dubios infestosque populos iuxta intentus ad Hasdrubalem pervenit. cum decreta senatus mandataque exposuisset — atque edocuisset ipse in vicem, quem ad modum tractandum bellum in Hispania foret —, retro in sua castra redit nulla re quam ce-

Paulo ante Berol.: „hymilco". Pal. 3.: „ac tutandam hispaniam". — Paulo post Berol.: „circundatis". PC: „cum equitibus dilectis". — Dubium ut esse non possit, quid „*iuxta* intentus" significet, facit et locus illorum verborum et quae sequenti loco scripta sunt, una celeritate Himilconem tutum fuisse. nam *ut* illae gentes dubiae fidei Himilconi iter infestum faciebant, *sic* ipse intentus erat, ne quo loco insidiae structae fallere sese possent. Berol.: „— populos. s. existentes iuxta intentus ad asdrubalem peruenit".

4. *atque edocuisset ipse:* P m. 2. CM Berol. rell.] atque edidicisset ipse (ex Vallae coni.). P m. 1.: „atqueedocuisseip| se". Altera et meliore coniectura Valla scribi posse coniecerat „atque edoctus fuisset". In minore edit. poni iusseram „atque edoctus esset ipse": at ne id quidem probatum fuerit eis quos non fugit haud paucis locis ab optimis quibusque scriptoribus subiecta, quae vocantur, ita inter se confusa esse, ut eam, qua recentioribus temporibus in his rebus expediendis uti solemus, diligentiam non ad modum curae antiquis hominibus fuisse persuasum esse debeat. et hoc loco non modo *ipse* priorem potioremque imperatorem Hasdrubalem, cuius modo mentio facta erat, et qui unus ea edocere potuit, respicit, sed vix poni potuisset *in vicem*, nisi L. in pronomine *ipse* Hasdrubalem inesse voluisset. Nec fefellit id alterum codicis Berol. librarium, quippe qui margini adscripserit „hasdrubal". — Berol.: „cum decreta senatus hasdrubali ē mant^a que exposuisset". Priorem librarium eiusdem cod. fugerat „in uicem". — P: „queadmodum". PC: „in hispaniam". — Berol.: „in castra sua". — P m. 1.: „redit". P m. 2. C rell.: „rediit". — Berol.: „quod ĩn abierat": i. e. inde. — PCM et m. 1. Berol.: „*antequam consentirent*": i. e. antequam Hispani commune aliquod consilium capere possent. Lov. 4.: „antequam consentiretur". Lov. 3. Hafn. et m. 2. Berol.: „antequam sentirent".

leritate tutior, quod undique abierat ante quam consentirent. Hasdrubal priusquam moveret castra, pecunias imperat populis omnibus suae dicionis, satis gnarus Hannibalem transitus quosdam pretio mercatum nec auxilia Gallica aliter quam conducta habuisse, inopem tantum iter ingressum vix penetraturum ad Alpis fuisse: pecuniis igitur raptim exactis ad Hiberum descendit. Decreta Carthaginiensium et Hasdrubalis iter ubi ad Romanos sunt perlata, omnibus omissis rebus ambo duces iunctis copiis ire obviam coeptis atque obsistere parant, rati, si Hannibali, vix per se ipsi tolerando Italiae hosti, Hasdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset iunctus, illum finem Romani imperi fore.

2. *pecunias imperat:* PC al. — Lovell. 4. 5.: „pecuniam imperat". cf. quod paulo post scriptum est „pecuniis exactis". — P: „suaedicti|o nis", Berol.: „— imperat omnibus populis sue dictionis". — P Cant. Harl. Lovell. 1. 2. et m. 1. M: „satis*i*gnarus". Hinc Gärtn.: „satis non ignarus". Lov. 3.: „haud ignarus". — P: „pr*a*etio": quo mendo id nomen in P prope semper scriptum est. — P m. 1.: „necau|xiacallica". m. 2.: „auxilia". — Codd.: „*conducta* habuisse": scil. mercede. — PC: „uix penetra*turum* ad alp*is* fuisse": dass er ohne Geld kaum würde haben vordringen können. cf. 1, 9.: sed penuria mulierum hominis aetatem duratura magnitudo erat. 2, 1. al. P m. 1.: „fuisset". — PC: „ad *h*iberum".

12. *illum finem romani imperi fore:* P m. 1. (C)] illum Romani finem imperii fore: (quam verborum structuram ne in Berolinensi quidem repperi:). C: „imperii". Cf. ex. gr. 3, 36.: „*ille* finis Appio alienae personae ferendae fuit". Verum cum recte ita ut diximus in P sese omnia haberent, nescio quo errore inductus idem librarius antiquior ex „*illum*" (Lovell. 1. 2.) fecit „illu*s*", id quod m. 1. in M receptum est. M m. 2.: „illos". Cant.: „illius". Pall. Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn.: „illis finem romani imperii fore". Berol.: „— esset iunctus illico finem romani imperii fore". — Paulo ante P: „iuncti|iscopiis". C: „iuctis copiis". P: „atqueob siste|tereparantratisan|nibali" cet. C m. 1.: „ratis hannibali". m. 2.: „rati hannibali — *si* hasdrubal" cet. — Berol.: „uix per se ipsi|tollerabili italie hosti". Idem „*tolerabili*" margini Ox. D. ad-

his anxii curis ad Hiberum contrahunt copias, et transito amne cum diu consultassent, utrum castra castris conferrent an satis haberent sociis Carthaginiensium oppugnandis morari ab itinere proposito hostem, urbem a propinquo flumine Hiberam appellatam, opulentissimam ea tempestate regionis eius, oppugnare parant. quod ubi sensit Hasdrubal, pro ope ferenda sociis pergit ire ipse ad urbem deditam nuper in fidem Romanorum oppugnandam: ita iam coepta obsidio omissa ab Romanis est et in ipsum Hasdrubalem versum bellum.

scriptum est, cum librarii vim illam participii fut. pass. (dem man kaum, wo er noch allein stehe, Widerstand zu leisten vermöchte) non caperent, qua id, quod, cum actum esset, praeterito quodam significandum erat, ita scriptoris mente perceptum est ut simul necessitatis cuiusdam notio exprimenda videretur, et ut ita indicaretur, quae rei cuiusdem ratio fuisset, eandem proximo tempore futuram. — Berol.: „atque yspanus ex'citus".

1. *his anxii curis ad Hiberum contrahunt copias:* PC al. — Berol.: „hiis anxii" cet. Ox. D.: „ad iberum conferunt copias". — Quod sequitur „*an satis haberent*" (Berol.) Vallae debetur. et in P quidem una syllaba *sa* praetermissa erat: „— conferentan*tis*haberent". at C: „ — conferrent anuī haberent". M (?) Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2.: „— conseruent tantis haberent". Voss. tamen margini *satis* adscriptum est. Lov. 2.: „conferrent tantum haberent". Hav.: „utrum castris castra conferentes tantisper haererent sociis Karth. opp. moraturi ab itinere". — Paulo post P: „urbem a propinquo flumine*hi beram*appellatam". C: „—flumine liberam" cet. Berol.: „yberam". — P m. 1.: „re*li*gioniseius". m. 2.: „regionis".

7. *pergit ire ipse:* PCM Harl. Lovell. 1. 5. Hav. Berol.] pergit ipse ire. — P m. 1.: „in fidemromana*rum*": utdubium esse possit an in antiquiore cod. „romanam" scriptum fuerit. P m. 2. tamen et CM Cant. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N.: „in fidem romanorum". — Berol.: „ita iam coepta obsidio a romanis omissa ē". — P: „etne ipsumhasdrubalem" cet. C m. 1.: „et nd ipsum hasdrubalem" cet. m. 2.: „et ad ipsum" cet.

XXIX. Quinque milium intervallo castra distantia habuere paucos dies nec sine levibus proeliis nec ut in aciem exirent. tandem uno eodemque die velut ex composito utrimque signum pugnae propositum est. atque omnibus copiis in campum descensum est: triplex stetit Romana

1. *quinque milium interuallo:* P: (scil. passuum). C: „v. ū m. interuallo". Pal. 3.: „quinque millium distantia interuallo castra habuere". Lov. 3.: „distincta habuere". — P: „necsinelegi|busproeliis". — Codd.: „nec *ut* in aciem exirent". Simili ellipsi Livium saepe usum videmus, qua aut verbum quoddam agendi faciendive suppleri necesse est aut particulam *ita* ad *habuere*. Harl.: „nec in aciem ut exirent". In Hafn. alterum *nec* excidisse dicitur. — Paulo post Berol. m. 1.: „— uelut ex composito signum utrinque propositum ē". m. 2.: „ signum pugne". PC: „utrimque".

5. *descensum est:* PC al.] descensum (M [?] Berol. codd. Mureti et Gronov. Gud.). Displicuit *est*, quod modo scriptum esset „propositum *est*", et haec verba non cum sequenti sed cum priore loco iungenda viderentur. — Deinde PC al.: „*triplex stetit romana acies*". In prima enim acie hastatos collocari solitos esse, in altera principes, et in tertia acie triarios 8, 8. traditum est. eodemque loco principes hastatosque appellatos esse antepilanos, inter hos antepilanos et tertiam triariorum aciem steterunt signa, qua re priores duae aciei partes antesignani quoque nominari poterant. et ut 30, 33. legimus P. Corn. Scipionem in pugna ad Naraggaram vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus — ea tunc levis armatura erat — complesse, sic Scipiones in hoc cum Hasdrubale proelio velitum partem inter antesignanos locarunt, partem post signa i. e. ante triariorum aciem. Ita enim ab I. Fr. Gronovio recte scriptum est „*uelitum pars inter antesignanos locata*", quem ad modum m. 1. in P positum erat, quamquam ibi leve mendum commissum erat ut non „antesignanos" scriberetur sed „uelitum pars interantesig | na *loslo*cata". Altera autem manus, cum paulo post sequeretur „post signa", priore quoque loco *ante signa* poni voluit syllabamque *los* induxit. et cum eundem librarium nominis *uelitum* vis fugeret, ex *velitum* fecit *peditum:* quo factum est ut in CM Cant. Voss. Harl. Pall. Lo-

acies: velitum pars inter antesignanos locata, pars post signa accepta, equites cornua cinxere: Hasdrubal mediam aciem Hispanis firmat: in cornibus, dextro Poenos locat, laevo Afros mercennariorumque auxilia: equitum Numidas Poenorum peditibus, ceteros Afris pro cornibus adponit. nec omnes Numidae in dextro locati cornu sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam in recentem equom ex fesso armatis transultare mos erat: tanta velocitas ipsis tamque docile equorum genus est. cum hoc modo instructi starent, imperatorum utriusque partis haud ferme dispares spes erant, nam ne

vell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. scriberetur: „peditum pars inter ante signa locata". Paulo ante in Pall. Voss. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. antiqua verborum structura mutata positum est „triplex stetit acies romana".

4. *equitum Numidas Poenorum peditibus, ceteros Afris pro cornibus adponit* („von der Reiterei liess er die Numider zu dem Punischen Fussvolk, alle Übrigen zu den Afrern an die Flügel rücken") vere a Livio scriptum esse persuasum habeo. nam in codd. inventum est „opponit", et in PC quidem non *afris* sed „afros". nec dubito quin in plerisque Drak. codd. idem scriptum sit, cum vel in Berol. „affros" reppererimus. altera tamen manus in Berol. restituit „apponit". Drakenborchius Gronoviana auctoritate permotus „opponit" servari voluit, quod ne mutandum esset I. Fr. Gronovius scribi voluit „equitum numidas Poenorum peditum, ceteros Afrorum pro cornibus opponit". et „afrorum" m. 2. in Voss. scripserat. — Paulo ante PC: „mercennariorumque auxilia".

6. *desultorum in modum:* P m. 2. Berol. al. — P m. 1. C: „desultorum in modicum". — P m. 1.: „in recentem equom". m. 2.: „equum". — PC Berol.: „transultare". Hav.: „transilire". — Dativum *armatis* eadem h. l. attractione positum esse, qua alter ille dativus cum *licet* iungi solebat, neminem praeterierit. — Berol.: „tanta uelocitas ipsis tanquam docile" cet. — In prima parte huius loci Pal. 3.: „nec trecenti numidae". — Paulo post PC: „utriusque partes". P: „haut ferme". — Dein Berol. m. 1.: „nam ne mi|litum quidem aut genere aut numero militum aut hi aut illi p̄rabant". m. 2.: „nam neq; mul|tum" cet.

multum quidem aut numero aut genere militum hi aut illi praestabant. militibus longe dispar animus erat: Romanis enim, quamquam procul a patria pugnarent, facile persuaserant duces pro Italia atque urbe Romana eos pugnare: itaque, velut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae verteretur, obstinaverant animis vincere aut mori. minus pertinaces viros habebat altera acies: nam maxima pars Hispani erant, qui vinci in Hispania quam victores in Italiam trahi malebant. primo igitur concursu, cum vix pila conicta essent, rettulit pedem media acies inferentibusque se magno impetu Romanis vertit terga. nihilo segnius cornibus proelium fuit: hinc Poenus hinc Afer urget, et velut in circumventos proelio ancipiti pugnant: sed cum in medium tota iam coisset Romana acies, satis virium ad dimovenda hostium cornua habuit. ita duo diversa proelia erant: utro-

2. *Romanis enim, quamquam procul a patria pugnarent* cet.: PC rell. In Lov. 4. excidit „enim". — Berol. m. 2.: „persuaserant duces *tñ* pro italia atque urbe romana eos pugnare".

10. *inferentibusque se magno impetu Romanis uertit terga:* PCM] inferentibusque sese magno impetu Romanis terga vertit. — Berol. m. 1.: „inferentibus". m. 2.: „inferentibusq." — Lovell. 4. 5. Hav. Berol. et m. 2. Ox. N.: „*se*". — Paulo ante P m. 1.: „— habebatalter|*a*cies". m. 2.: „altera". — PC: „quam uictores in itali*a* trahi malebant". Berol.: „mallebant". — Deinde Berol.: „retulit pedem". P: „mediam|acies".

11. *nihilo segnius cornibus proeliumfuit:* (P) CM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol.] nihilo segnius in cornibus praelium fuit. — P: „nihilosegnibus | cornib. proeliumfuit". *Cornibus* aut dativus est aut ablativus loci. — Paulo post P: „urguet". — PC: „— proelio ancipiti pugnant". — P: „sedcummedi|umtotaiam" cet.

15. *ita duo diuersa proelia erant:* PCM Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. Sigon. Oxx.] itaque duo diversa cet. — Quod sequitur, *pulsis iam ante mediis*, eleganter I. Fr. Gronovius ex P scriptura expedivit „pulsistanidanteme|dis etnumero" cet. Minus autem placet, quod idem Gronovius scribi posse coniecit „pulsis iam tum mediis". P m. 2. C Berol. rell.: „pulsis tandem mediis". — Berol.: „— etro

que Romani, ut qui pulsis iam ante medis et numero et robore virorum praestarent, haud dubie superant: magna vis hominum ibi occisa, et nisi Hispani vix dum conserto proelio tam effuse fugissent, perpauci ex tota superfuissent acie. equestris pugna nulla ad modum fuit, quia, simul inclinatam mediam aciem Mauri Numidaeque viderunt, extemplo fuga effusa nuda cornua elephantis quoque prae se actis deseruere. et Hasdrubal usque ad ultimum eventum pugnae moratus e media caede cum paucis effugit. castra Romani cepere atque diripuere. ea pugna, si qua dubia in Hispania

bore uirium praestarent". — P: „haut dubiae". — Postremo scripsimus ex codicum PCM auctoritate „*superant*". Lov. 1.: „superare". Harl. Lovell. 2. 5. Hafn. Hav.: „superarent". Berol., quem et Bekkerus secutus est: „superarunt".

5. *equestris pugna nulla ad modum fuit:* codd.: mit den Reitern fand beinahe gar kein Kampf Statt. Cf. 10, 45.: „— ut parvo ad modum plures caperentur". — Paulo ante P: „uixdum conserto proelio". C Berol.: „praelio". — Dein P m. 1.: „simulinclinatammediamaciamau rinumidaequeuiderent". m. 2. *e* positum est supra *a* et *u* supra *e*, ut *acie* et *uiderunt* fieret. Berol.: „aciem mediam". — „*Extemplo*" praetermissum est in Voss. Lovell. 2. 3. 4. Hav. Berol. — Lov. 3.: „media cornua". Recan.: „longa cornua".

8. *et Hasdrubal* cet., quod in omnibus codd. repertum est, non sine vi scriptum videtur. persaepe enim ita particulam *et* a Livio positam videmus ad id exprimendum, quod ex aliqua parte contra hominum opinionem videretur esse. hoc igitur loco idem prope quod „Hasdrubal *contra*" significaverit. I. Fr. Gronovius, quem id falleret, *et* deletum voluit. — Paulo post Berol.: „— moratus media caede" cet. PCM Harl. Lovell. 3. 4. 5. Hav.: „cepere atque diripuere". Berol. rell. codd.: „cepere atque inde diripuere".

10. *si qua dubia in Hispania erant:* C Berol. al. — P m. 1.: „espurnasiquadu|biahispaniaerant". m. 2.: „ea pugna". Eodem modo praetermissum *in* est a m. 1. in M et in Lovell. 1. 2. Hav.: qua re Crevierus suspicatus est a Livio scriptum esse posse „si qua dubia Hispani*ae* erant", quod mihi non probatur. — Berol.: „hasdrubali q^{o} nō mō" cet. i. e. Hasdrubali quoque

erant, Romanis adiunxit, Hasdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spem reliquerat. quae posteaquam litteris Scipionum Romae volgata sunt, non tam victoria quam prohibito Hasdrubalis in Italiam transitu laetabantur.

XXX. Dum haec in Hispania geruntur, Petelia in Bruttis aliquot post mensibus quam coepta oppugnari erat ab

non modo. — C: „in italia". — P m. 1.: „sednemanendi *exercitus*|*sednemanendi*qui |dem" cet. sed media verba, quae bis scripta erant, m. 2. inducta sunt. — Denique P: „sp*e*rel*in*querat": quo mendo, si mendum est, persaepe hoc verbum in P scriptum vidimus. Idem „relinquerat" repertum in M et in Lov. 1. est. M m. 2. tamen et Cant. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „spem „reliquerat". C duabus scripturis iunctis: „spē reliquerat": i. e. sive *spem* sive *spes*. Quod si „*spes*" integrior scriptura est, *e* in „reliquerat" eodem mendo, quo tot locis erratum est, scriptum esse oportet pro *ae*. Et I. Fr. Gronovio a Livio profectum videbatur: „*spes reliqua erat*". Sed cum *ea pugna* non magis ad priorem quam ad hanc alteram partem loci pertinere videatur, *Hasdrubalique* et quae sequuntur ita scripta sint ut artissime cum praecedentibus verbis cohaererent, nec antiquiori codicis P librario eam interpretationem placuisse littera *n* in verbo *relinquerat* persuaserit, ne mihi quidem Gronoviana coniectura probatur.

3. *posteaquam*: PC] postquam. — PC: „uolgata sunt". Berol.: „uulgata sunt". Gärtn.: „sunt uulgata". Pal. 2.: „diuulgata sunt". — P m. 1.: „nontam|auctoriaequam" cet. m. 2.: „non tam|uictoriae". — PC: „in italia". — Berol.: „quam prohibito in italiam hasdrubalis transitu".

6. *Petelia*: PC. — Berol.: „petilia in brutiis". — „*In Bruttis*", qua forma contracta eius nominis L. uti solebat (cf. ex. gr. 23, 20.), scripsimus, cum in P m. 1. vidissemus „in|brut*u*saliquodpost mensibus" cet. et *u* pro *ti* positum videretur. m. 2. *i* positum est supra *u*, ut „brutis" fieret. C: „in brutiū aliquot post mensibus". — Paulo post PCM Lov. 4.: „multo sanguine". Pall. Voss. Lovell. 1. 2. 3. 5. Berol. al.: „multoque sanguine". — PC: „ac uolneribus". — P: „uolnerib. a poenis uictoria stetit", m. 2.: „ea poenis" cet. — P: „opsessos". Pal. 2.: „nec

Himilcone praefecto Hannibalis expugnata est. multo sanguine ac volneribus ea Poenis victoria stetit, nec ulla magis vis obsessos quam fames expugnavit. absumptis enim frugum alimentis carnisque omnis generis quadrupedum suetae insuetaeque postremo coris herbisque et radicibus et corticibus teneris strictisque foliis vixere, nec ante, quam

ulla uis obsessos quam fames expugnauit": omissa particula *magis*, quo dicendi genere L. et aliis locis et 23, 43. usus videtur „ipsorum quam Hannibalis interesse".

4. *carnisque omnis generis quadrupedum suetae insuetaeque:* ex E. Fabri coni.] carnisque omnis generis quadrupedum, sutrinae cet. (ed. Froben. a. 1535:). — P: „carnisque omnis generis qua| dripedumsuetaeq.| postremo" cet. CM Lov. 1. Berol.: „— quadrupedum suetaeque" cet. Lov. 4.: „suetique". Lov. 2.: „suerēque". Voss.: „sueturaeque". Lov. 5.: „suetumque". Gärtn.: „scutumque". Codicis Voss. margo ex L. Vallae coni.: „scutorumque": quem ad modum 23, 19. scriptum erat „— ut lora detractasque scutis pelles — mandere conarentur". Hafn. Hav. dubia voce omissa: „— quadrupedum postremo" cet. Otto scribi voluerat „— quadrupedum insuetae". Cum antiqua scriptura „carnisque omnis generis quadrupedum *suetaeque*" ferri non possit, et propter verborum similitudinem „insuetae" inter *suetae* et *que* facillime excidere potuerit, facere non potui quin Fabrianam coniecturam omnium veri simillimam reciperem, praesertim cum eandem E. quoque Kästnero probatam esse viderem. Si quis autem Put. scripturam secutus „— quadrupedum bipedumque suetae insuetaeque" poni vellet, id mihi non ex omni parte displiceret. — Deinde scripsimus forma contracta „postremo cor*is* herbisque", quemadmodum non modo in P sed etiam m. 1. in C positum vidimus. C m. 2. Berol. rell.: „coriis".

6. *strictisque foliis*] strictisque rubis (ed. Ascens. a. 1513. et Pal. 2.: „strictisque rubis uescebantur uixereque":). — PM Harl.: „strictisque rohis". Pal. 3.: „strictisque rhois". Voss. Lovell. 1. 2. Hav.: „strictisque robis". Pal. 1. Lovell. 4. 5. Gärtn.: „strictisque rogis": nisi quod Gärtn. „str*uc*tisque". Lov. 3. Hafn. Rec.: „strictisque his". Berol.: „strictimque his". Denique C m. 2.: „strictisque radicibus" expuncta priore scriptura. — Qui fieri potuisset ut hoc loco, quo herbae

vires ad standum in muris ferendaque arma deerant, expugnati sunt. recepta Petelia Poenus ad Consentiam copias traducit, quam minus pertinaciter defensam intra paucos dies in deditionem accepit. isdem ferme diebus et Bruttiorum exercitus Crotonem Graecam urbem circumsedit, opulentam quondam armis virisque, tum iam adeo multis magnisque cladibus adflictam, ut omnis aetatis minus duo milia civium

radicesque et cortices in universum nominata erant, rubi potissimum a Livio afferrentur, numquam mihi persuadere potui. neque quidquam facilius errari potuisse quam ut in P, in quo tot locis similibus mendis peccatum est, „ROHIS“ poneretur pro „FOLIS“ vel „FOLIIS“, manifestum videtur. Cf. Caes. bell. civ. 3, 58.: erat summa inopia pabuli adeo ut *foliis ex arboribus strictis* et *teneris* arundinum *radicibus* contusis equos alerent. Et Frontin. 4, 5. 18. de eisdem Petelinis: „coriis madefactis et igne siccatis *foliisque* arborum et omni animalium genere vitam trahentes undecim menses obsidionem toleraverunt. Polyb. Fragm. 7, 1.: Πετηλῖνοι — εἰς τοσοῦτον καρτερίας ἦλθον πολιορκούμενοι ὑπ' Ἀννίβα ὥστε μετὰ τὸ πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν δέρματα καταφαγεῖν, ἁπάντων δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν δένδρων τοὺς φλοιοὺς καὶ τοὺς ἁπαλοὺς πτόρθους ἀναλῶσαι κ. τ. λ. — Deinde PCM: „uixere“. Lovell. 2. 3. 4. 5. Hav. Berol. Ox. N.: „uescebantur uixereque“. Hafn.: „uescebantur uixeruntque“. Pal. 1.: „uescebant uixeruntque“. Harl. Pal. 3.: „uescebantur uiscereque“. Gärtn.: „uescebantur uix dieque“. — Berol.: „nec antequam ad standum in muris“ cet. m. 2.: „nec antequam uires ad“ cet. — Ad „nec *antequam* vires — *deerant*“ Fabri cont. 23, 48. „nec *ante* violavit agrum Campanum *quam* — praebere *poterant*“, quo loco L. eodem indicativo usus sit. — Paulo post PC: „recepta petília“. Berol.: „recepta petillia“. Cf. 23, 20. — Berol.: „ad cuscētiam“. m. 2.: „ad coscētiam“.

7. *minus* ∞ ∞ *ciuium:* PC] minus viginti millia civium. — Berol. m. 1.: „minus xx^ti^ ciuium superesset“. m. 2.: „superessent“. Simili errore in rell. codd. „xx“ scriptum videtur. Berol. m. 2.: „minus xx^ti^ milibus ciuium“. Non autem „*viginti* milia civium“ sed „*duo* milia“ antiquum codicis P librarium percipi voluisse ex. gr. 23, 13. videre licet, quo loco eisdem

superessent. itaque urbe a defensoribus vasta facile potiti hostes sunt: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captae urbis e media caede quidam effugere. et Locrenses descivere ad Bruttios Poenosque prodita multitudine a prin-

signis „ut hannibali ∞∞∞∞ numidarum mitterentur“ i. e. „quattuor milia numidarum“ scriptum est. eodemque loco paulo infra: „ad conducenda $\overline{xx}$ peditum“: i. e. viginti milia peditum. Cf. Laelius ap. Cic. 4, 13.: plus apud me antiquorum auctoritas valet vel nostrorum maiorum — vel eorum, qui in hac terra fuerunt magnamque Graeciam, *quae nunc quidem deleta est*, tunc florebat, institutis et praeceptis suis eruditerunt. — Paulo ante PC: „*is*dem ferme diebus“. Berol.: „hisdem fere diebus et brutiorum“ cet. Rell. (?) codd.: „iisdem ferme diebus“. — Berol.: „crotonam“. — P: „opulen*tum*“: (sic 24, 2.: „ad Crotonem oppugnan*dum*“:). sed paulo post in P quoque scriptum est „adflict*am*“. — Berol.: „opulentam|q. armis uirisq. ism adeo“ cet.

1. *urbe a defensoribus uasta facile potiti hostes sunt:* P m. 1.] urbe a defensoribus vasta facile potiti sunt hostes. — P m. 2. CM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn.: „urbe a defensoribus uastato“. Et sane 24, 2., quem locum Fabri laudat, non hoc sensu Croto urbs *vasta* nominatur. nec 28, 7. „uastae“ sed „urbis *uastatae* ac desertae“ in melioribus codd. inventum est. Nihilo minus tamen et mihi probatur *uasta*, videturque a Livio positum esse ut plus etiam quam *vacua* significaret. Hac tamen interpretatione scriptum in Hafn. Hav. est: „urbe a defensoribus uacua“. in Berol.: „urbe defensoribus uacua“. In Pall. 1. 3. quoque et in cod. Lips. praepositio praetermissa est: „urbe defensoribus uastata“. Pal. 2.: „urbe a defensoribus uacua uastataque“. Dein CM quoque et Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Pal. 2.: „facile potiti hostes sunt“. — Paulo post ab Ascens. inde edit. a. 1513. sine dubio recte scriptum est: „arx tantum retenta“. P(CM): „arastantumre|tantainquam“ cet. In rell. codd. videtur esse: „arae tantum retentae in quibus“ cet.: quod ineptum esse Sabellicum non fugit, quamvis ipse „*arces*“ scribi vellet. Berol. m. 2. antiquiore scriptura verbi „retenta“ expuncta: „aut tm̃ are re*tente* in quib;“ cet.

cipibus: Regini tantum modo regionis eius et in fide erga Romanos et potestatis suae ad ultimum manserunt. in Siciliam quoque eadem inclinatio animorum pervenit, et ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit: namque Gelo, maximus stirpis, contempta simul senectute patris simul post Cannensem cladem Romana societate ad Poenos defecit, movissetque in Sicilia res nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoque suspicione aspergeret, armantem eum multitudinem sollicitantemque socios absumpsisset. haec eo anno in Italia in Africa in Sicilia in Hispania vario eventu acta. — Exitu anni Q. Fabius Maximus a senatu postulavit ut aedem Veneris Erycinae, quam dictator vovisset, dedicare liceret. senatus decrevit ut Ti. Sempronius consul designatus, cum primo honorem inisset, ad populum ferret ut

1. *Regini:* PC Berol.] Rhegini. Cf. ex. gr. 24, 2.: Regium. — Paulo ante Berol.: „ad brutios“: pauloque post idem „in sicili*a* quoque“. — P m. 1.: „contemptasimulsenectute *pu*|*rissimulsenectute*pa| tris simulpostcapenē|semclademro manā|societatem“ cet. m. 2. inductum est „purissimulse nectute“, et scriptum „cannē|sem“. Berol.: „cladem a ro^{na} societate“. — P: „mo uitsetque|insiciliares“. Lov. 5.: „nouassetque in sicilia res“. — Berol.: „nisi mors q^{o}: adeo opportuna“: i. e. mors quoque. C: „oportuna“. — Berol.: „solicitantemq.“ — P: „apsump|sisset“. Berol.: „asumpsisset“.
12. *dedicare liceret:* PCM. — Berol. rell.: „dedicar*i* liceret“. — P: „aedemueneris erycinequamdictatoruobisset“. Berol.: „ericine“. Cf. 23, 31.: Veneri Erucinae.
14. *cum primo honorem inisset*] cum primum honorem inisset (ex coni. Drakenb.). — P m. 1.: „cumiboinisset| adpopulumferret“. P m. 2.: „cumiboinis^{no}set“ cet. i. e. cum ibono inisset (Harl. Lov. 4.). — Cant. Lov. 1.: „cum bono inisset“. C primo: „cum hono inisset“. dein eadem manu positum *rem* supra *no* est ut „*honorem*“ fieret. Hinc Lov. 2. Hav. Berol. et margo Ox. N.: „cum honorem inisset“. Gärtn.: „cum primum in bono inisset“. Lov. 5. cod. Sig.: „cum magistratum inisset“. Lov. 3. Hafn.: „cum tribuno missus“. Pessime Valla: „cum bono omine ad populum ferret“: quod post motum bellum nulli ludi editi fuissent, repulsa

Q. Fabium duumvirum esse iuberent aedis dedicandae causa. et M. Aemilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat, fili

priorum interpretum coniectura „cum primum magistratum inisset", utpote quae probari non posset, quod ludi ante editi essent quam Sempronius magistratum inisset. at hoc loco non de ludis sed de duumviro aedis dedicandae causa iubendo agi manifestum est, Sempronioque consule Q. Fabium aedi dedicandae creatum esse paulo post et cap. seq. relatum est. Non magis probandum est, quod I. Fr. Gronovius haud scio an Vallae suspicione permotus scribi voluit: „quam „primum meminisset ad populum ferre". — P m. 1.: „ut | quaefabiumdumui|rumes seiuberent". m. 2.: „duumuirum". sed cum eadem m. 2. „*quae*" inductum esset, quo mendo persaepe in P praenominis *Q* loco scriptum videmus, factum est ut in CM Lovell. 2. 4. Hav. Berol. Ox. L. 1. scriberetur „ut fabium duumuirum esse iuberent": nisi quod Berol. cum Lov. 5. „iube*ret*". Voss. m. 1. etiam et Harl. Lovell. 1. 3. Ox. N.: „ut duumuirum esse iuberent". Voss. m. 2. et Gärtn.: „ut duumuir*os* esse iuberent" probante Valla: et Sigon. cum Glareano „aedium dedicandarum causa", quod seq. cap. *aedibus dedicandis* scriptum esset. verum ibi de duobus et hominibus et templis referri I. Fr. Gronovium non fugit. cf. ex. gr. 6, 5.: aedis Martis — dedicata est a T. Quinctio *duumviro* sacris faciendis. — P: „daedicandae".

2. *qui bis consul augurque fuerat* a Livio profectum videtur, cum ita non modo in C reppererimus sed etiam in P „etm.aemilio lepido *quib.*c. augurq.|fuerat": i. e. qui*bus* consul augurque fuerat: quo mendo facillime pro *bis* scribi potuit. In Berol. ceterisque codd. particula *bis* omissa est. — Deinde scriptum in P(C) est: „fil*i* tres. l. m. q.| ludisse funebres per triduum" cet. in Berol.: „— fuerat. l. m. q. ludos funebres" cet. manuque altera „filatres" inter *fuerat* et *l* interpositum est. idem *filatres* videtur pro „fili tres" in plerisque Drakenb. codd. repertum esse, cum iam Valla pro „fil*a*tres" scribendum esse *filii tres* censuerit. Et cum altero loco Crevierus verba „*per triduum*", quamvis in omnibus codd. reperirentur, praetermitti voluisset, Drakenborchius docuit ea supervacanea neutro loco esse, quod non semper per tot dies gladiatorum munera data essent, quot funebres fuissent, id quod ex. gr. 41, 28. sub fin. videre liceret.

tres. Lucius Marcus Quintus, ludos funebres per triduum et gladiatorum paria duo et viginti per triduum in foro dederunt. aediles curules C. Laetorius et Ti. Sempronius Gracchus, consul designatus, qui in aedilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos fecerant, qui per triduum instaurati sunt: plebei ludi aedilium M. Aureli Cottae et M. Claudi Marcelli ter instaurati. Circumacto tertio anno Punici belli Ti. Sempronius consul idibus Martis magistratum init. praetores Q. Fulvius Flaccus, qui antea bis consul censorque

5. *fecerant:* PC Berol.] fecerunt (rell. [?] codd.). — Paulo ante Berol.: „c. lectorius et ti. sempronius gracus consules designatus". m. 2.: „consul". Eodem errore in PC scriptum est „consul*es* „designat*i*". — Paulo post PC: „plebe*i* ludi aedilium m. aurel*i* cottae et m. claud*i* marcelli ter instaurati". *Plebei* forma contracta etiam in Berol. scriptum est: praeterea autem „m. aurel*ii* cocte et m. claud*ii* marcelli". Uno Med. excepto in omnibus Drak. codd. et in Berol. inventum est „ter instaurati *sunt*".

8. *consul idibus martis magistratum init:* P et m. 1. C] consul idibus Martiis magistratum iniit (C m. 2. Berol. rell.). Eandem formam contractam positam videmus ex. gr. 22, 1.: — consul Romae idibus Mart*is* magistratum iniit.

9. *qui antea bis cōs. censorque fuerat*] qui ante bis consul cet. (ex coni. Iac. Perizonii:). P(C): „quiantea|cōs. censorquefuerat". Berol.: „qui ante consul censorque fuerat". Quo modo paulo ante in plerisque codd. particulam *bis* omissam vidimus, eodem hoc quoque loco idem *bis* propter sequens nomen *cos* facile praetermitti potuit. Cf. 25, 5.: Q. Fulvius Flaccus consul, qui et ante bis consul et censor fuerat. — P (rell. codd.): „praetoresque ful|uiusflaccus" cet. CM Berol. tamen: „praetores q. fuluius" cet. — Dein P m. 1.: „fuerat*t*urbanam" cet. sed alterum *t* m. 2. inductum est. — Berol.: „in iuris dictione, habuit". — P: „appō. claudius pulcher". Cf. 23, 24. C Berol.: „ap. claudius pulcher". — P m. 1.: „q. muciusscae|uolam". m. 2.: „scae |uola". Harl. Lovell. et margo Ox. N: „q. minutius scaeuola". Gärtn. Hav.: „m. minutius" cet. — PCM Voss. Harl. Lovell. 4. 5. Oxx.: „m. marcello pro consule". Berol. rell.: „—proconsuli".

fuerat, urbanam, M. Valerius Laevinus peregrinam sortem in iuris dictione habuit: App. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mucius Scaevola Sardiniam sortiti sunt. M. Marcello pro consule imperium esse populus iussit, quod post Cannensem cladem unus Romanorum imperatorum in Italia prospere rem gessisset.

XXXI. Senatus, quo die primum est in Capitolio consultus, decrevit ut, quo eo anno duplex tributum imperaretur, simplex confestim exigeretur, ex quo stipendium praesens omnibus militibus daretur praeterquam qui milites ad Cannas fuissent. de exercitibus ita decreverunt, ut duabus

8. *decreuit ut quo eo anno duplex tributum imperaretur* cet. (P et C m. 1. et Harl. Pall. 1. 2. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn.) vere a Livio scriptum esse I. Fr. Gronovium nequaquam fefellit. Dicit quidem Dukerus sibi id latine scriptum esse persuaderi non posse, nisi doceretur et „decernere quo“ scribi potuisse pro *decernere ut* et „ut quo“ pro *ut*, quem ad modum *ut ne* pro *ne* poni solitum esset: sed virum latini sermonis peritissimum vis huius loci prorsus fugit. nam quamquam eo, quem h. l. expressum videmus, sensu *quo* plerumque cum comparativis iungi solebat, nihil tamen prohibuit quo minus idem *quo* vel sine ullo comparativo diceretur. significat enim h. l. *quo* idem quod „*ut eo*“, idque aptissimum huius loci rationi esse vix quisquam negaverit: „der Senat bestimmte dass, um so in diesem Jahre eine doppelte Steuer ausschreiben zu können, dieselbe ein Mal sogleich entrichtet werde“: adque ea verba supplendum esse „et ut alterum tributum eo quo soleret tempore exigeretur“ manifestum est. Verum ne antiquiores quidem librarios omnes horum verborum sensum percepisse, meliorum codd. scripturae docent. nam quamvis m. 1. in C recte scriptum esset „ut q^{o} eo anno“ cet. (i. e. in hoc libro „ut quo eo anno“), tamen eadem m. 1. illud *quo* inductum est. M: „ut quo die eo anno“. Ox. L. 1.: „ut eo anno quo“ cet. Berol. rell.: „decreuit ut eo anno duplex“ cet. — Paulo ante Pal. 3. Hav.: „senatus quo primum die“ cet. Lov. 2.: „senatus primo die quo est in capitolio consultus“.

11. *de exercitibus ita decreuerunt:* C m. 2. M m. 2. — P (M m. 1.): „—adcannasfuisse

legionibus urbanis Ti. Sempronius consul Calis ad conveniendum diem ediceret, inde eae legiones in castra Claudiana supra Suessulam deducerentur. quae ibi legiones essent — erant autem Cannensis maxime exercitus —, eas
5 Appius Claudius Pulcher praetor in Siciliam traiceret, quae-

ideexercitib. ita decreuerunt". Altera dein manu in P *n* supra *i* positum est, quod effecit ut in C m. 1. scriberetur „ad cannas fuisse inde exercitibus". Peccaverat autem prior librarius in P ita ut littera *n* omissa „fuisse*i*" pro *fuisset* scriberet. — Pal. 1.: „— ad cannas fugissent inde exercitibus indecretum est". Pal. 3.: „inde exercitibus ita decretum est". Pal. 2.: „tum de exercitibus ita decretum est". Berol.: „ad canas fuissent. ita de exercitibus decretus ē ut duabus" cet. Reliquorum omnium codd. videtur esse „*decretum est*". — Deinde scripsimus non *Cales* (C Berol. rell.) sed „Cal*is*". nam cum m. 1. in P positum esset „ti. semproni|uscōs.*banis*calesad| conueniendum" cet., manuque 2. medium illud „banis" inductum esset, vix dubium esse potest quin id ipsum pro altera scriptura nominis *cales* habendum sit.

2. *inde eae legiones* cet.] inde sex legiones cet. (C Berol. rell.). Cum nullis nisi his duabus legionibus dies Cales ad conveniendum edicta esset, quae inde in castra Claudiana supra Suessulam deducerentur, Iac. Perizonius verissime dixit, non *sex* sed „*eae* legiones" cet. h. l. a Livio scriptum esse oportere. Idque ita se habere m. 1. in P persuadet. nam quem ad modum et aliis locis *ea* et *ex* in illo cod. inter se permutata videmus, sic hoc quoque loco duabus scripturis iunctis positum erat „inde*ea* ex|legiones" cet. i. e. sive *ea* sive *ex*. Quae scribendi diligentia cum alterum eiusdem codicis librarium falleret, ipse *ea* expunxit et *s* supra alterum *e* posuit: quo factum est ut in CM ceterosque codd. „inde *sex* legiones" migraret. — Dein P m. 1.: „inca straclau|dianassupra*u*essulā|" cet. m. 2. littera *u* inducta scriptum est „supra sessulā". Hinc Berol.: „supra sesullam". — Lovell. 4. 5. Hav.: „in *clau*stra *clau*diana". Voss.: „in claudiana". Lov. 1.: „in claudia". Harl. Lov. 2.: „in claudiana castra".

4. *eas Appius Claudius Pulcher. pr. in Siciliam traiceret:* P. — Berol.: „quaeque in siciliā cēnt". — P: „romam deportaretur". C: „— deportarēt". — Paulo

ue in Sicilia essent, Romam deportarentur. ad exercitum, ui ad conveniendum Cales edicta dies erat, M. Claudius Iarcellus missus, isque iussus in castra Claudiana deducere rbanas legiones. ad veterem exercitum accipiendum deduendumque inde in Siciliam Ti. Maecilius Croto legatus ab pp. Claudio est missus. taciti primo expectaverant homies, uti consul comitia conlegae creando haberet: deinde, bi ablegatum velut de industria M. Marcellum viderunt, uem maxime consulem in eum annum ob egregie in praeıra res gestas creari volebant, fremitus in curia ortus. quod bi sensit consul, „utrumque“ inquit „e re publica fuit, paes conscripti, et M. Claudium ad permutandos exercitus ı Campaniam proficisci, et comitia non prius edici quam inde confecto quod mandatum est negotio revertisset, ut

post Berol.: „— calles dies edicta erat“. — Lov. 1.: „— est missus“. — Berol. m. 1.: „— ducē urbanas legiones“. m. 2.: „deducere“.

5. *Ti. Maecilius Croto:* PCM Lov. 2.] T. Metilius Croto. Cf. 4, 48.: quo loco et Meciliorum et Metiliorum mentio fit. — Voss. Lov. 4.: „t. mecilius“. Hav.: „ti. metilius“. Berol.: „q. metillius croto“. — P: „ab|app. cl. est missus“. — Paulo ante PM: „deducendumque inde in siciliam“. C: „deducendumque inde siciliam“. Berol. rell.: „deducendumque in siciliam“.

9. *fremitus in curia ortus:* P(C)M Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav.] fremitus in curia est ortus (Berol. rell.). C: „incruria“. — Paulo ante PC: „uticōs.comitiacollegae creandohaberet“. Berol.: „creando college“. — P: „quem maxime cōs. in eum annumob egregiae in praetura res gestas“ cet. C m. 1.: „— ob egregio impretura res gestas“. m. 2.: „ob egregias“ cet. Berol.: „egregie“.

10. *qū ubi sensit consul:* C. — P: „quodubisensiteosutrumq. |inquiderep.fuit“. Berol. m. 1.: „e re. pu. fuit. p̄. & m. claudium“ cet. m. 2. expuncto p̄ in margine: „patres fieri posse“. — Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Ox. N.: „— non prius edici quam is idem confecto“ cet. Berol.: „— quam idē|confecto“ cet. — Gärtn.: „quod mandandum est“. — P: „quaemma ximeuoltis“. C Berol.: „quem maxime uultis“. Lov. 5.: „quemque maxime“ cet. Lov. 3.: „*et* quem maxime“ cet.

vos consulem, quem tempus rei publicae postularet, quem maxime voltis, haberetis". ita de comitiis, donec rediit Marcellus, silentium fuit. inter ea duumviri creati sunt Q. Fabius Maximus et T. Otacilius Crassus aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erucinae. utraque in Capitolio est, canali uno discretae. et de trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide stipendis emeritis Romam venerant, latum ad populum ut cives Romani essent, item uti municipes Cumani essent pridie quam populus Campanus a populo Romano defecisset. maxime ut hoc ferretur move-

4. *et T. Otacilius* recte se habet. P m. 1.: „ettopacilius crassus". m. 2. litteris *op* inductis: „ett acilius". C: „et otacilius crassus". Berol.: „et attilius crassus". — Deinde P m. 1.: „mentiot. acilius". m. 2. *o* inducto: „menti t. acilius". C: „menti t. acilius". Berol.: „menti attilius. fabius ericine". P: „fabiusbeneriaeruci|nae". C: „fabius ueneri erycinae". — Paulo post PC Berol.: „canali uno *dec*retae": haud scio an recte. Rell. ut videtur codd.: „— *dis*cretae". Cf. 23, 33.: rex — propior Italiae ac mari tantum Ionio discretus.

8. *latum ad populum*] dein latum ad populum (ex Sigonii coni.). — P m. 1.: „unerant| latimadpopulum". m. 2. et „uenerant" restituit et *de* posuit supra *la*. Hinc C Berol. rell.: „— delatum ad populum". — Paulo ante P: „stipend*is*emeritis". C Berol.: „stipendiis" cet. — Paulo post Livius „*pridie quam* (23, 35.) populus campanus a p. r. defecisset" ellipsi haud difficili usus scripsit pro „*pridie eius diei ex quo* populus camp. defecisset". I. Fr. Gronovius tamen a Livio profectum esse dixit: „item uti municipes cumani essent *ex ante diem pridie, quam* populus Campanus" cet.: quod mihi ne latine quidem dictum videtur. — Dein Berol. priore scriptura expuncta m. 2.: „maxime ut hec fierent monerat quod quorum hominum" cet. — P (C Berol.): „uetere patria relicta in eam| quamredierant". Dubito an *L.* scripserit „in *ea*, in quam" cet. Haec postrema verba non ad id referri possunt, quod illi equites municipes Cumani esse iussi sint. nam nec Capuam nec Cumas redierant sed Romam. questi igitur erant equites, quod bene de rep. romana meriti Capuaque vetere patria relicta nondum romanam civitatem accepissent. — Berol.: „nondum asciti".

rat, quod, quorum hominum essent, scire se ipsi negabant vetere patria relicta, in eam, in quam redierant, non dum adsciti. postquam Marcellus ab exercitu redit, comitia con-

3. *redit:* P m. 1.] rediit (P m. 2. C Berol. rell.). — At in P quo peccari solebat mendo scriptum erat „*ad* exercit*u* redit", quare C „ad exercit*ū* rediit".

— *consuli uni rogando:* PC] uni consuli rogando (rell. codd.). Berol.: „uni consuli subrogando". — P m. 1.: „qui extemplo magistratum *o*cciperet". Cuius verbi vi non perspecta cum prior librarius deinde scripsisset „*ac*ciperet", factum videtur ut non modo in Berol. ceterosque recentiores codd. sed etiam in CM Cant. „*acciperet*" reciperetur. cf. ex. gr. 3, 19.: decembri mense — consul creatus qui magistratum statim occiperet. — Paulo post non „*t*onuisset" sed „cum t*e*nuisset" scriptum est in PCM Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 4. 5. Gärtn. Berol. Quae scriptura cum integra esse non posset, Palatini secundi librarius posuit „cum occinisset" scil. avis: qua forma L. 6, 41. usum esse voluerunt, quamquam melioribus codd. testibus „occecinerit" scribendum erat. — Deinde scriptum est in PCM Cant. Voss. Pall. 1. 3. Lovell. 2. 3. 4.: „uitio creatum uider*unt* pronuntiauerunt". Quod cum probari non posset, in Berol. quidem positum est „uitio creatum uideri pronunciauerunt", at in Pal. 2. „uitio creatum uideri *eum* pronunciauerunt". Mihi tamen magis probatur Berolinensis librarii emendatio, mendumque in antiquis codd. ortum videtur, quod in antiquiore quodam libro non „uideri" sed levi mendo „uider*t*" positum esset. eo certe mendo sequenti cap. in P „fierunt iusserunt" pro „fieri iusserunt" scriptum est. In Harl. quoque praetermisso verbo „pronuntiaverunt" positum est „uiderunt". — Tum PC(M): „*uolgoque patres ita fama ferebant*": quae verba significant aut „und die Väter liessen sich überall darüber so aus" aut „und die Väter suchten dem Volke darüber die Ansicht beizubringen". Pal. 2.: „uulgoque patres ita fama ferebat". Pal. 3.: „uulgo quoque patres ita fama ferebant". Pal. 1.: „uos quoque patres ita fama ferebant". Harl.: „uulgoque ita patres famam ferebant". Recan., quem Klockius sequi voluit: „uolentes quoque patres ita fama ferebant". at patres ipsos Marcellum consulem fieri voluisse supra dictum erat. Quid in rell. suis codd. invenerit h. l. Draken-

suli uni rogando in locum L. Postumii edicuntur. creatur ingenti consensu Marcellus qui extemplo magistratum occiperet. cui ineunti consulatum cum tonuisset, vocati augures vitio creatum videri pronuntiaverunt, volgoque patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebei consules facti essent, id deis cordi non esse. in locum Marcelli, ubi is se magistratu abdicavit, suffectus Q. Fabius Maximus tertium. mare arsit eo anno, ad Sinuessam bos eculeum peperit, signa Lanuvii ad Iunonis Sospitae cruore manavere lapidibusque circa id templum pluit: ob quem imbrem novendiale, ut adsolet, sacrum fuit, ceteraque prodigia cum cura expiata.

XXXII. Consules exercitus inter sese diviserunt:

borchius non scripsit. In Berol. nihil positum est nisi hoc: „ita fama ferebat quod cum duo plebei consules facti essent“ cet. Eadem forma contracta Livium usum „plebei consules“ scripsisse PC persuadent, P tamen „cōs“.

7. *Q. Fabius Maximus:* P m. 2. C] Fabius Maximus (Berol.). P m. 1.: „suffectusque fabiusmaximus“ cet. — Paulo ante C m. 1.: „in loco marcelli“. m. 2.: „in locū“. — Paulo post P: „adsenuessam basse | culeumperperit“. C: „ad senuessam bos eculeū peperit“. Berol.: „sinuesse bos equuleum peperit“. Idem „sinuessae“ receptum in Hafn. Hav. est. — Berol. et recentiores quidam codd.: „signa lauinii ad iunonis sospitae cruore manauere“. cf. 24, 10. — P m. 1.: „cruorem|anna uere“. m. 2. alterum *n* inductum est. — PC Berol.: „*pluit*“. Bekkerus: „pluvit“. — P primo: „obquemimbrem nouen diue ut adsolet sacrum fuit“. sed eadem m. 1. restituit „nouendiale ut ads.“ C: „nouem*d*iale ut adsolet“ cet.: quem ad modum in antt. codd. scribi solebat: 21, 62. Berol.: „nouendiale ut assolet“ cet. Pal. 3.: „nouemdiale ut assolet factum fuit“. Hav.: „— sacrificium fuit“. — Denique P m. 1.: „ceteraque prodigia cum cura exe*r*piata“. m. 2. *ci* inductum est.

12. *inter sese diuiserunt*, quod nec in PC nec in rell. melioribus codd. repertum est, tamen a Livio scriptum videtur. invenimus enim in P m. 1.: „cōs. exercitus interseset| iusserunt“. Littera *t* cum m. 2. expuncta esset, in C scriptum est: „cōs. exercitus inter sese iusserunt“. Harl. Pal. 1. Lov. 4.: „— exercitus interesse iusserunt“. Berol.: „consules exercitus inter se diuiserunt“. In Pal. 3. verba

Fabio exercitus Teani, cui M. Iunius dictator praefuerat, evenit, ut Sempronio tirones volonesque fierent et sociorum

„inter sese diuiserunt" praetermissa sunt. Si quis autem Put. scripturam secutus poni vult „consules exercitus inter sese partiri iusserunt", equidem non valde repugnarim.

1. *Fabio exercitus Teani cui M. Iunius dictator praefuerat euenit ut Sempronio tirones uolonesque fierent et sociorum* xxv *milia*] Fabio exercitus cui M. Iunius dictator praefuerat evenit: Sempronio volones qui fierent, et sociorum cet. — P m. 1.: „fauioexer | citustranicui m̄.iu | niusdictatorpraeter | fuerateue nitsempro | nioruolonesque | fie rent" cet. m. 2.: „fauioexer| citustra*d*icui" cet. C: „fabio exercitus tradi cui m̄. iunius dictator pretor fuerat euenit sempronio uolones qui fierent" cet. similique modo in M scriptum videtur. Cant. Lovell. 1. 4.: „fabio exercitus tradi cui" cet. Harl. Lov. 2.: „fabio exercitum tradi cui" cet. Gärtn.: „fabio exercitus traditus". Berol.: „fabio exercitus cui m. iunius dictator praefuerat euenit". — Lov. 4.: „— dictator pater fuerat". — Harl. Lovell. 1. 2. 3.: „sempronio uolonesque fierent". Pal. 1.: „sempronio uolesque fierent". Lovell. 4. 5. Gärtn.: „sempronio uolones qui fierent". Pal. 3.: „sempronio uolones qui forent". Cant.: „sempronio uolones fierent". Hafn. Berol.: „sempronio uolones & sociorum xxv milia". Pal. 2.: „sempronio consuli uelones qui fierent". — L. Valla scribendum coniecit: „— Sempronio uolones qui fuerunt, et sociorum xxv millia". Crevierus: „— Sempronio volonum quod fuerat". I. Fr. Gron.: „consules inter sese iusserunt Fabio exercitum tradi, cui M. Iunius Pera dictator praefuerat, Ti. Sempronio volones, qui fierent, et sociorum xxv millia". Cognomen „Pera" enim in eo sibi videre videbatur, quod non „praefuerat" sed „prae*ter*fuerat" in P scriptum esset, quae coniectura vera esse potest. Nomen „*Teani*", quod et nos poni iussimus, ex codicis P scriptura „*tr*ani" E. Fabri expedivit: magistratibus enim creatis dictatorem in hiberna *Teanum* ad exercitum redisse 23, 24. relatum est. Quod deinde vero scripsimus, ex eiusdem P fonte deducendum videbatur. vidimus enim 22, 57. dictatorem quattuor legiones et mille equites ex iunioribus ab xvii annis et quibusdam praetextatis effecisse. ad hos accessisse nomen Latinum servorumque validorum octo milia publice empta, qui servi vo-

viginti quinque milia. M. Valerio praetori legiones quae ex Sicilia redissent decretae: M. Claudius pro consule ad eum exercitum, qui supra Suessulam Nolae praesideret, missus. praetores in Siciliam ac Sardiniam profecti. consules edixe-
5 runt, quotiens in senatum vocassent, uti senatores quibus-

lones nominati sunt, quod „vellentne militare“ singuli interrogati fuerant. hunc urbanum exercitum ita inter se consules diviserunt, ut Fabio iusti milites fierent, Sempronio tirones volonesque et sociorum xxv milia. id enim ita esse cum aliis locis tum 23, 35. videre licet. nec tamen hoc priore loco tirones eosdem fuisse quos volones, quem ad modum altero loco dicuntur, putarim, sed illa voce significari praetextatos illos iuvenes, quos armorum militiaeque rudes fuisse res ipsa persuadet. sic etiam Sempronius ipse ex illius alterius loci fide legatis tribunisque praeceperat, ut „vetus miles tironi, liber voloni se exaequari sineret“. ut „*tirones*“ autem supra coniectura adiciendum videretur, non Puteaneum „*nolonesque*“ modo fecit, sed illud *r*, quod in eodem libro perantiquo inter *sempronio* et *uolonesque* servatum invenimus. sic in hoc aureo libro permultis depravatis locis reliquias quasdam eorum verborum, quae in ceteris mss. tota omissa erant, conservatas videmus, cuius unius libri virtute difficillimos quosque locos restitui potuisse peritos harum rerum non fefellerit. facillime autem illo loco propter syllabarum similitudinem litteras quasdam vocis *tirones* praetermitti potuisse vix quisquam negaverit. coniunctio *ut* autem (in minore edit. scribi inseramus *ita ut*, quarum particularum altera supersederi potest) deesse vel ob id non potuit, quod in dictatoris exercitu volones, qui iam seiungendi videbantur ab reliquis, una cum liberis hominibus fuerant. — PC: „et sociorum xxv. m. ualerio pr. legiones“ cet.: ex quo Berol. fecit „et sociorum xxv milia ualerio ptori“ cet. Eodem ut videtur errore in Lov. 3. et in Ox. N. praenomen *M* omissum est. — Denique scripsimus „M. Claudius proconsule“, cum in P esset „m. claudius pro cos“. C Berol.: „proconsul“. — P m. 1. C: „supra suessulam“. P m. 2. *u* inducto „sessulam“. Berol.: „supra sesullam ad nolam praesideret“. Lov. 4. Gärtn.: „super suessulam“.

5. *quotiens in senatum uocassent:* PC] quoties cet.

que in senatu dicere sententiam liceret ad portam Capenam convenirent: praetores, quorum iuris dictio erat, tribunalia ad Piscinam publicam posuerunt: eo vadimonia fieri iusserunt ibique eo anno ius dictum est. Interim Carthaginem, unde Mago frater Hannibalis duodecim milia peditum mille ε

Pauci recc. codd. praepositionem *in* omiserunt. — Berol.: „quotiens in senatu uacarent ut senatores quib; in senatu sententiam dicere liceret". Eodem ridiculo mendo Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn.: „quibus in senatu dicere sententiam liceret". — C: „cuenerent". — P paulo ante: „cōs. edixerunt".

2. *p̄r. quorum iuris dictio erat:* P. — C: „praetores quorum iuris" cet. Berol.: „pretores quib; iuris dictio erat". — Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 5. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N.: „tribunalia ad disciplinam publicam posuerunt". Ed. Mogunt.: „ad uillam publicam". — P m. 1.: „eouadimoniafie *runt*riiusserunt". at iam m. 1. litterae „runt" expunctae sunt: „dort sollten die Privatprocesse verhandelt werden".

5. *duodecim milia peditum mille quingentos equites uiginti elephantos mille argenti talenta*] duodecim millia peditum et mille quingentos equites cet. — „*Mille quingentos*" omissa copula scripsimus ex P, cum ibi „et" pro ∞ positum videretur: de quorum mendorum genere diximus 23, 26.: „quattuor milia peditum mille equites". Si quis autem *et* retinendum esse contenderet, litteramque *m* propter eandem litteram proxime antecedentem excidisse, scribendumque esse „et mille quingentos", equidem ut in re dubia non repugnarem, quamvis, cum et sequentibus locis copulativae particulae omissae sint, ne illo quidem loco *et* valde probandum videretur: 23,40. P: „xii pedi tum | et dequites xx elephā | tos. m̄.argentitalenta". M: „xii millia peditum & equites xx elephantos ∞ argenti talenta". m. 2.: „*c.* argenti talenta", interque versus „δ" ad „& equites" adscriptum est. C: „xii peditum. & equitum. xx elephantos. m̄. argenti talenta". Berol.: „xxii. milia peditū & eqtes mille & ve elephantos xi argenti talenta multa". Pal. 2.: „xxii milia peditum & equites mille quingentos elephantos uiginti argenti talenta centum". Pal. 3.: „xx^ti duo mil' peditum & equites mil' ve. elefantos xi argenti talenta multa". Pal. 1.: „xxii milia peditum et equites xx mille & δ' elefantos xi argenti talenta multa". Cf. 23,13. — Paulo post PC: „in

quingentos equites viginti elephantos mille argenti talenta in Italiam transmissurus erat cum praesidio sexaginta navium longarum, nuntius adfertur in Hispania rem male gestam omnesque ferme eius provinciae populos ad Romanos defecisse. erant qui Magonem cum classe ea copiisque omissa Italia in Hispaniam averterent, cum Sardiniae recipiendae repentina spes adfulsit: parvom ibi exercitum Romanum esse: veterem praetorem inde A. Cornelium provinciae peritum decedere, novum expectari: ad hoc fessos iam animos Sardorum esse diuturnitate imperi, et proximo iis anno acerbe

hispaniā". — Berol.: „omnesque ferme eius prouinciae populos defecisse ad romanos".

5. *erant qui—auerterent* scriptum non videtur nisi in recentioribus codd. Nam in PC invenimus: „erant qui — auerterant": quae integra scriptura esse non potest. Berol.: „erant qui — in yspaniam adūterēt": i. e. aduerterent. — Pal. 3.: „cum sardiniae accipiendae" cet. — PC Berol.: „spes adfulsit". Pall. 1. 3.: „spes adfluxit". Pal. 2.: „affluxit". — Tum P m. 1.: „paruomibiexerci tumromanumesse". m. 2.: „paruum". C: „— exercitum romanorum esse". — Deinde unus P: „ueterem pr. inde. a. cornelium" cet. Rell. codd. omisso praenomine *A:* „inde cornelium". Berol. m. 2. erasa priore scriptura: „— p̄torem *m.* cornelium". ⁂ PC Berol. ut semper: „expectari".

10. *diuturnitate imperi:* P. — C: „diurnitate imperii". — Berol.: „et proximo his anno" cet. — P m. 2. C (M Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 5. Hav. Berol.): „graui tributo et conlatione iniqua frumenti pressos": i. e. cum premerentur. P m. 1.: „grauiitributo". Num „grauiqu*e*"? Rell.: „oppressos". Quod 23, 21. dictum erat, benigne socias in Sardinia civitates Cornelio contulisse, id iam Carthaginiensi et eo consilio agenti iniqua collatio et grave tributum videri potuit. — PC: „nihilde essealiumquam" cet. — Paulo post P: „— molientemamspi |corequitum" cet. C: „amspicorequitum". M (?): „ampsicore". Harl. Gärtn.: „ansicore". Ox. D.: „ansicora". Lov. 5.: „hansicora". Lov. 1.: „auspicore". Berol.: „auspitore". Hav.: „sauspicore". Lov. 3.: „sanspitore". Ox. N.: „asprico". Margo Ox. N. et Voss. Lov. 4.: „auspicor equitum auctoritate" cet. Margo Voss.: „vel ansicor". Cf. 23, 41. — Deinde Berol.: „turbati excitiq: mago-

tque avare imperatum, gravi tributo et conlatione iniqua umenti pressos: nihil deesse aliud quam auctorem, ad quem eficerent. haec clandestina legatio per principes missa erat iaxime eam rem moliente Hampsicora, qui tum auctoritate tque opibus longe primus erat. his nuntiis prope uno tem- ore turbati erectique Magonem cum classe sua copiisque ı Hispaniam mittunt, in Sardiniam Hasdrubalem deligunt ucem et tantum ferme copiarum quantum Magoni decer- unt. Et Romae consules transactis rebus, quae in urbe gendae erant, movebant iam sese ad bellum. Ti. Sempro- ius militibus Sinuessam diem ad conveniendum edixit, et). Fabius consulto prius senatu, ut frumenta omnes ex

nem“ cet. — C: „in sardinia“. Berol. m. 1.: „diligunt ducem“. m. 2.: „deligunt“. Lov. 1.: „eligunt“. Pal. 3.: „asdrubalem cognomine (23, 34.) caluum ducem eligunt et tantam ferme copiam quantam magoni decernunt“.

9. *et Romae cons.*: P. — C: „et romae cōs.“ Berol.: „et romae consules“. — PCM Voss. Pal. 2. al.: „mouebant iam sese ad bellum“. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „mouebant sese iam ad b.“ — Berol.: „titus sempni“. — PC: „sinuessam *ad* diem *conueniendum* edixit“. Berol. et rell. codd.: „sinuessam *diem* ad conueniendum edixit“. at cf. ex. gr. 23, 31.: consul Calis ad conveniendum diem ediceret. 23, 35.: — Sinuessae, quo ad conveniendum diem edixerat. — P m. 1.: „etquefabiusconsul | to“ cet. P m. 2. C rell.: „et q. fabius“ cet. — PC (rell.): „ante *kal.* iunias *primas*“. Berol. m. 1.: „ante klas. iunias primas“. m. 2. nomen „primas“, utpote quod iam nomine calendarum exprimeretur, inductum voluit. quod quamquam ita se habet, tamen non numquam Calendae Nonae Idus nuncupabantur *primae* ad proximas quasque Calendas cet. significandas. sic scriptum 42, 21. in cod. Laurishamensi est: „qui — in libertatem restitutus ante *calendas* sextiles *primas* non esset“. Observandum in hoc id est, scriptum in antiquioribus codd. non inveniri nisi „*kal.*“ iustisque litteris expletis „calendae“. sic in eisdem modo „*k.*“ modo „caeso“ scriptum est. — PCM: „qui non inuexisset *eius* se agrum populaturum“. Berol. rell.: „qui non inuexissent *eorum* se agrum“ cet. — C m. 1.: „sub asta“. m. 2.: „subhasta“.

agris ante kal. Iunias primas in urbes munitas conveherent: qui non invexisset, eius se agrum populaturum, servos sub hasta venditurum, villas incensurum. ne praetoribus quidem, qui ad ius dicendum creati erant, vacatio a belli administratione data est: Valerium praetorem in Apuliam ire placuit ad exercitum a Terentio accipiendum: cum ex Sicilia legiones venissent, iis potissimum uti ad regionis eius praesidium: Terentianum Tarentum mitti cum aliquo legatorum: et viginti quinque naves datae, quibus oram mariti-

4. *a belli administratione:* PC Berol.] ab belli administratione (rell. [?] codd.).

8. *Terentianum Tarentum mitti:* ex Dukeri coni.] Terentianum mitti (codd.). Berol.: „terrentium mitti". — Prius quidem decretum fuerat ut Terentius pro consule in Apulia maneret, sed mutato iam consilio Piceno conquisitione militum habita Terentium praeesse Valeriumque praetorem in Apuliam ire placuit ad exercitum a Terentio accipiendum, non quo uteretur ad regionis eius praesidium, sed ut ibi legionibus uteretur, quae ex Sicilia in Italiam deportari iussae essent. Quo igitur Terentiano exercitui eundum fuerit cum in antt. mss. inventum non sit, quippe in quibus nihil esse nisi „Terentianum mitti" dixerimus, Dukerus propter syllabarum similitudinem „Tarentum" praetermissum ratus sagacissima emendatione veram Livianam manum restituit. id enim ita se habuisse ex 23, 38. verbis persuaderi potest: „militibus *Varronianis*, quibus L. Apustius *legatus Tarenti* praerat, in naves inpositis" cet. — Paulo ante P: „ualerium pr. in apuliam ire" cet. Berol.: „ad exercitum terentianū accipiendum". — P m. 1.: „cumexsiciliareligio|nesuenis sent". m. 2.: „ex sicilia legiones". — Berol. m. 1.: „his potissimum ad regionis eius praesidium". m. 2. margini adscripsit „uti".

9. *et uiginti quinque naues datae:* PCM Pal. 3. Berol. nisi quod in P Berol. „date":] et viginti quinque naves *M.* Valerio datae (ex librarii cuiusdam prava coniectura: cf. 23, 38.: ad naves xxv, quibus *P.* Valerius Flaccus praefectus praerat, xx alias decernunt:). — Pal. 2. Gärtn.: „et xxv naues datae sunt". Lov. 4.: „et uiginti quinque m. naues dat e quibus oram" cet. Lov. 2.: „et uiginti quinque magnae naues datae quibus" cet. Pal. 1.: „et xxv m' naues datae e quibus" cet. Lov. 1. et m. 1. Voss.: „et

mam inter Brundisium ac Tarentum tutari posset. par navium numerus Q. Fulvio praetori urbano decretus ad suburbana litora tutanda. C. Terentio proconsuli negotium datum ut in Piceno agro conquisitionem militum haberet locisque his praesidio esset. et T. Otacilius Crassus, post- 5
quam aedem Mentis in Capitolio dedicavit, in Siciliam cum imperio qui classi praeesset missus.

XXXIII. In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum omnes reges gentesque animos intenderant, inter quos Philippus Macedonum rex eo magis, 10
quod propior Italiae ac mari tantum Ionio discretus erat.

uiginti quinque millia naues dat equitibus oram" cet. Voss. m. 2: „et uiginti quinque ms. naues datae equitibus ut oram" cet. Hav.: „et quinginti quinque millia in naues parat quibus oram" cet. — P m. 1.: „—datequi|*ti* busoram" cet. m. 2. syllabam *ti* induxit. PCM: „in ter brundisium ac tarentum". Berol.: „inter brundusium et tarentum". — P m. 1.: „putari". m. 2.: „tutari".

2. *praetori urbano:* Gruterus. — PC: „q. fuluio p̄r. urb. decretus ad suburbana litora tutanda". P tamen „tutan|dā". Berol.: „q. fuluio p̄tori urbis decretus ac suburbana littora tutanda". Lovell. 1. 3. 4. Gärtn. Hav.: „praetori urbis". — Paulo ante P: „par nauſū|numerus".

3. *C. Terentio proconsuli negotium datum:* C Berol. — P: „c. terentio procos. negotium" cet. Cantabr.: „pro consule". — PC Berol.: „locisque *his* praesidio esset". Bekkerus: „locisque iis" cet. — Deinde P primo: „ettota ciliuscrassus". tum eadem manu litteris *ot* inductis: „et tr acilius" cet. C: „& ti otacilius" cet. Berol.: „et ti attilius crassus".

9. *omnes reges gentesque animos intenderant:* P Berol. al. — C m. 1.: „oms. gentesq; animos" cet. m. 2. particula „q;" inducta: „oms gentes animos" cet. Harl. Lov. 3.: „animum intenderant". — Paulo ante P m. 1.: „inhancdiuinationem". m. 2.: „dimicationem". Lov. 4.: „opulentissimorum duorum potentissimorum". — Paulo post Berol.: „inter quos philipus rex macedonum eo magis" cet. Gärtn. Hav. Ox. N.: „*quo* propior italiae" cet. cf. 1, 23.: quo propior es Tuscis, hoc magis scis. — P m. 1.: „acmari*t*itantū|". m. 2.: „mari ſantū".

is, ubi primum fama accepit Hannibalem Alpis transgressum, ut bello inter Romanum Poenumque orto laetatus erat, ita, utrius populi mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus fluctuatus animo fuerat. postquam tertia iam pugna tertia iam victoria cum Poenis erat, ad fortunam inclinavit legatosque ad Hannibalem misit, qui vitantes portus Bundisinum Tarentinumque, quia custodis navium Romanarum tenebantur, ad Laciniae Iunonis templum in terram egressi sunt. inde per Apuliam petentes Capuam media in praesidia Romana inlati sunt deductique ad Valerium Laevinum

2. *ut bello inter Romanum Poenumque orto laetatus erat:* P (C)] ut bello inter Romanos Poenumque orto cet. (Berol. rell.). — C: „inter romanū penumque". Cf. 23, 35.: ne quid ab Romano Poenove periculi esset. — Voss. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „— orto laetus erat". Lov. 2. etiam: „ut bellum — ortum laetus erat". — Lovell. 3. 4. Hafn. Hav. Branc. Lat.: „fluctuans animo fuerat". Berol.: „adhuc fluctuans uiribus animo fuerat". *Incertis viribus:* scil. bellantium populorum. — Paulo ante PC: „alp*is*". Berol.: „alpes".

4. *postquam tertia iam pugna tertia iam uictoria cum Poenis erat*] postquam tertia iam pugna, tertia victoria cum Poenis erat (CM). — P: „tertiaiam pugna ter*tiam* uictoria" cet. Livium eius generis gradationibus uti solere notum videtur. — Berol.: „— tercia uictoria cum hanibale & penis erat". m. 2. vocem „tercia" hoc altero loco induxit. Verba „cum Hannibale et Poenis" in recentibus codd. omnibus reperta sunt. — PCM Voss.: „portus brund*i*sinum tarentinumque". Rell. codd.: „brund*u*sinum". Berol. etiam m. 1.: „port*um*". — P et m. 1. C forma contracta: „custod*is* nauium". C m. 2.: „custodiis". Berol.: „custodibus nauiū | tenebantur". P primo: „romanorum", dein m. 1.: „romanarum". — „Ad *Laciniae* Iunonis templum", quod verum esse Sabellicum non fugit, in Berol. repperimus. P m. 1.: „ad l*i*cinae iunonis templum". P m. 2. C: „lacinae". In Voss. duobus Pall. Lovell. 1. 3. 5. Ox. D. et in Lipsii cod. praetermissum est „templum": quod in his locis omitti solebat. sed cf. ex. gr. 21, 62. 22, 1.

10. *ad Valerium Laeuinum:* PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 5. Gärtn. Hav.] ad M. Valerium Laevinum. — Berol.: „ad v. leuinum p̄torem". —

raetorem circa Luceriam castra habentem. ibi intrepide Xenophanes legationis princeps a Philippo rege se missum it ad amicitiam societatemque iungendam cum populo Romano mandata habere ad consules ac senatum populumque Romanum. praetor inter defectiones veterum sociorum nova societate tam clari regis laetus ad modum hostes pro hospitibus comiter accepit: dat qui prosequantur, itinera cum cura demonstrent, quae loca quosque saltus aut Romanus ut hostes teneant. Xenophanes per praesidia Romana in Campaniam, inde qua proximum fuit in castra Hannibalis

PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 5. Hafn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „circa *num*eriam castra habentem". In edit. Ascens. scriptum erat „circa Nuceriam": cf. 9, 38. at Glareanus videtur recte restituisse „circa *Luceriam*". cf. 23, 48.: M. Valerium inde praetorem Brundisium cum eo quem Luceriae habuerat exercitu misit. — Paulo post P: „xenopanes". — P: „semissum *ita*damicitiamsocietatemque*in* gendamcump̄r." m. 2.: „*iun*gendam". C: „se missum id ad amicitiam" cet. — PC: „mandata habere at cō̄s. ac senatum p. que r." In Berol. et in Ox. N. excidit „p. que r."

5. *praetor inter defectiones ueterum sociorum noua societate tam clari regis laetus adm.*: Hafn. Recan. Berol. Ox. D.] interdefectiones veterum sociorum Valerius nova societate cet. — P: „—p.que r.interfec|tionesueterumsocio rumnouasocietatetam clariregi laetus". m. 2.: „regis". C: „—p. que r. inter defectiones ueterum sociorum noua" cet. Similique mendo in rell. codd. excidit sive „*praetor*" sive „*pr.*", quod, cum antecedentibus eisdem prope litteris facillime evenire posset, eo quo posuimus loco restituendum nomenque Valerii nulla codicum mss. auctoritate probatum omittendum esse M. Ant. Muretum non fefellit. — Quod sequitur „*hostes pro hospitibus*" I. Fr. Gronovius ex codicis M fide restituit. Cum enim in P una littera *s* praetermissa scriptum esset „hoste pro|hospitib.", in C et in Cantabr. „hostem pro hospitibus" receptum est, at in rell. codd. „hostem pro hospite". — Recc. quidam codd.: „itinera*que* cum cura demonstrent". Berol.: „itinera cum cura demonstrant". — PCM Voss. Harl. Lov. 1. Gärtn. Berol.: „aut romanus aut hostes". Rell. codd.: „romani".

pervenit, foedusque cum eo atque amicitiam iungit legibus his, ut Philippus rex quam maxima classe — ducentas autem naves videbatur effecturus — in Italiam traiceret et vastaret maritimam oram, bellum pro parte sua terra marique gereret: ubi debellatum esset in Italia, Italia omnis cum

1. *amicitiam iungit legibus his ut* cet.: PCM Berol. al.] amicitiam iunxit cet. (edit. Gronov. a. 1665.: nimirum ut „iunxit" responderet praecedenti verbo „pervenit", quod praeteritum esse sibi Gron. persuasisse videtur:). — Paulo ante Berol.: „qua proximus fuit". — Paulo post P: „initaliatrai | ceret". C: „in italiam traieceret". Berol.: „in italiam traiceret".
5. *ubi debellatum esset in Italia, Italia omnis — Carthaginiensium atque Hannibalis esset*] ubi debellatum esset, Italia omnis — Carthaginiensium atque Hannibalis esset (Berol. et ut videtur rell. codd.). — P(C): „ubidebellatumesset*inita*|*lia*omnis cum ipsaurberoma" cet. Cum tot loca eo mendo in antiquis codd. corrupta videamus ut propter similitudinem aut verborum aut syllabarum ea, quae bis ponenda fuerant, altero loco praetermitterentur, vix dubium esse potest quin id, quod scribi iusserimus, ab ipso Livio scriptum sit. non enim tum demum Italiam Carthaginiensium fieri voluit Hannibal, ubi debellatum esset: i. e. ubi Graeciae quoque civitates, cum quibus bellum geri placeret, subactae essent, sed ubi bellum cum Romanis et in Italia finitum esset. — P: „praedaque omnishannibalicaederet": i. e. praedaque Italiae omni Philippus Hannibali cederet. — Quod paulo post legitur „bellumque cum quibus regi placeret gererent" rectissime l. Fr. Gronovius restituit. in omnibus enim mss. inventum erat „regibus", quod h. l. poni non potuit nisi ab eo librario, qui id nomen cum antecedente *quibus* cohaerere opinatus erat. at in P(C) altero etiam mendo, quod modo in nomine „Italia" deprehendimus, scriptum est: „bellum que cum quibus regibus place | rentquaeciuitates" cet. C m. 1.: „— cum quibus regib' placeret que ciuitates" cet.: dein eadem manu „placerent". Berol.: „cum quibus regib; place't gere't": i. e. placeret gereret. — Gärtn.: „quae ciuitates continentisque insulaeque". Hav.: „quae ciuitates continentis insulaeque" cet. Berol.: „quae ciuitates continentis q. insule q̄ ad macedoniam uergunt be phi' regniq; eius essent". C:

ısa urbe Roma Carthaginiensium atque Hannibalis esset raedaque omnis Hannibali cederet: perdomita Italia navigaent in Graeciam bellumque cum quibus regi placeret geerent, quae civitates continentis quaeque insulae ad Maceoniam vergunt, eae Philippi regnique eius essent.

XXXIV. In has ferme leges inter Poenum ducem leatosque Macedonum ictum foedus: missique cum iis ad reis ipsius firmandam fidem legati, Gisgo et Bostar et Mago, odem ad Iunonis Laciniae, ubi navis occulta in statione rat, perveniunt. inde profecti cum altum tenerent, conspe-

„eae philippi regiq; eius essent".

7. *ictum foedus*: P m. 2. — P m. 1.: „ictusfoedus": ut dubium esse possit an Livius scripserit „ictumstfoedus". C: „iectum fedus". — Deinde P m. 1.: „regiis ipsius". M m. 2.: „regi ipsius". P m. 2. et m. 1. CM: „missique cum iis ad regis ipsius firmandam fidem legati": quam scripturam se non intelligere fassus est Dukerus, ut ipse poni vellet „missique cum iis ad regis ipsius firmandas fide cet. scil. leges: quae coniectura mihi non probatur. priores enim cum Philippi legati ad Hannibalem venissent, qui regis Macedonici nomine societatem amicitiamque cum Poenis iungerent, iam Carthaginienses legati cum illis mittendi videbantur, qui postularent ut sese praesentibus rex foedus sua ipsius fide dextraque sanciret: „um aus seinem eigenen Munde die Bestätigung des Bündnisses zu vernehmen". „Ad regi ipsi firmandam fidem", id quod alter codicis M librarius maluisse videtur, exprimeret, ut praesentes praesenti regi fidem ab Hannibale datam sancirent. et in Put. scriptura „reg*iis*" sive „reg*i*" sive „reg*is*" inesse videri potuit. Berol.: „missique cum | his ad firmandam a regis ipsius firmandam fidem" cet. m. 2. inducta particula *a* est. — Berol. (Pal. 2.): „ad iunonis lacinie templum".

10. *inde profecti cum altum tenerent, conspecti classe Romana sunt:* P Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3.] inde profecti cum iam altum tenerent, conspecti a classe Romana sunt. — Gärtn.: „inde prouecti". CM Lovell. 4. 5. Gärtn. Berol.: „cum altum tenerent". C: „cspecti classē romanā ē." quasi *conspicati* scribendum esset. Berol. m. 1. ac sine dubio alii codd.: „conspecti classe romana

cti classe Romana sunt, quae praesidio erat Calabriae litoribus. Valerius Flaccus cercyros ad persequendam retrahendamque navem cum misisset, primo fugere regii conati, deinde, ubi celeritate vinci senserunt, tradunt se Romanis: et ad praefectum classis adducti, cum quaereret qui et unde et quo tenderent cursum, Xenophanes primo satis iam semel felix mendacium struere, a Philippo se ad Romanos missum ad M. Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, pervenisse, Campaniam superare nequisse saeptam hostium praesidiis: deinde ut Punicus cultus habitusque suspectos legatos fecit Hannibalis interrogatosque sermo prodidit, tum comitibus eorum seductis ac metu territis litterae quoque

sunt". Berol. m. 2.: „a classe romana". — PC: „litoribus". Berol.: „littoribus".

2. *Valerius Flaccus cercyros* cet.: P m. 1.] P. Valerius Flaccus cercuros cet. — P m. 2.: „corcyros". CM Voss. Harl. Lovell. Berol.: „ualerius. q. flaccus corcyros" cet.: praeterquam quod in Berol. „cerciros". Hav.: „circiros". Cf. 33, 19.: „ipse (Antiochus) cum classe centum tectarum navium, ad hoc *levioribus navigiis cercyrisque* (Bamberg.) ac lembis ducentis proficiscitur". I. Fr. Gronovius scribi voluit „Valerius *P.* Flaccus", quod non numquam praenomina ita postponerentur et Publium Valerium significari oporteret: 23, 38. At non minus saepe praenomina omissa esse cum aliis locis videre licet, tum 23, 32.: Valerium legatum in Apuliam ire placuit. — Berol.: „ad persequendam trahendamque nauem". P: „cum misissent". — PCM Berol.: „ubi celeritate uinci senserunt". Lov. 4.: „— uinci *se* senserunt". Gärtn.: „uicti cesserunt". Lov. 5.: „uicti sese censerunt". — Paulo post PC Berol. rell.: „qui et unde et quo tenderent cursum": i. e. qui et unde essent et quo tenderent. cf. 1, 1.: percunctatum deinde, qui mortales essent, unde aut quo casu profecti domo quid quaerentes in agrum — exissent. — P m. 1.: „xe|xophanes". dein „xenoph.". Berol. m. 1.: „xenophanes satis iam" cet. m. 2. adscripsit „primo". Harl. Lovell. 4. 5.: „mendacium instruere". — P: „saeptamhostiumpraesidiis". C Berol.: „septam".

12. *literae quoque ab Hannibale ad Philippum inuentae et pacta inter regem* cet. (P m. 2. C et M m. 2. Voss. m. 2. Lovell. 1. 2. 5.

ıb Hannibale ad Philippum inventae et pacta inter regem Macedonum Poenumque ducem. quibus satis cognitis optinum visum est captivos comitesque eorum Romam ad senatum aut consules, ubicumque essent, quam primum deortare. ad id celerrimae quinque naves delectae ac L. Va-

Hav. Berol. Ox. N.): i. e. cum pactis, quae in litteris exposita erant. est igitur in his verbis illud ἓν διὰ δυοῖν. — P m. 1.: „litteraequoque — inuentaeetpactaeetpactis|inter regem cet.: quare I. Fr. Gron. Livium scripsisse sibi persuasit „litterae quoque inventae et pacta pacis inter regem Macedonem“ cet. nam id quoque magis placebat ob „Poenum ducem“ quam „Macedonum“. — M m. 1. Voss. m. 1.: „— inuentae et pactae inter regem“ cet. Lov. 4.: „— inuentae et pactum et pacem inter“ cet. Lov. 3.: „— inuentae et pactum inter“ cet. Ox. L. 1.: „— inuentae et pacem inter“ cet. Harl. Recan. Gärtn.: „— inuentae de pace inter regem“ cet.

3. *Romam ad senatum aut consules ubicumque essent quam primum deportare:* PCM Voss. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.] Romam ad senatum aut ad consules cet. (Coelius Curio:). — Praepositiones altero loco non numquam ab optimis quibusque scriptoribus praetermissas esse notum est. at hoc loco „*aut* consules“ significare „*vel potius* ad consules“, verba quae addita sunt „*ubicumque essent*“ docent. nam cum captivi Macedones eorumque comites ad consules, quocumque tandem illi loco essent, ducendi viderentur, non tam senatus quam consulum in ea re rationem habendam esse Valerio persuasum fuisse manifestum est. — Paulo ante cum in P (M Cant. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn.) scriptum esset „quibus*da*tis|cognitis“, codicis C quidem librarius emendate posuit „quibus *sa*tis cognitis (nachdem man den Inhalt derselben so weit als nöthig kennen gelernt hatte): nam quae a Valerio iam inventae fuerant litterae, eas datas ab Poenis scribi nihil attinuisse patet. at Berol.: „quibus|datis cognitisque“. Ox. L. 1.: „quibus datis et cognitis“. Hav. etiam: „quibus datis agnitisque“.

5. *L. Valerius Antias:* codd. Hunc Valerium non eum, qui annales scripserit, fuisse, quippe qui Sullana demum aetate vixerit, viros doctos non fefellit. — Paulo ante P: „adit|celerrimae quinque“ cet. Berol.: „ad id celerim*e* quinque naues delecte at l.

lerius Antias qui praeesset missus, eique mandatum ut in omnis navis legatos separatim custodiendos divideret, daretque operam ne quod iis conloquium inter se neve quae communicatio consili esset. Per idem tempus Romae cum Aulus Cornelius Mammula ex Sardinia provincia decedens rettulisset, qui status rerum in insula esset — bellum ac de-

nalerius" cet. — Paulo post PC: „ut in omn*is* nau*is*" cet. Berol.: „ut p omnes naues". Item Hav.: „ut per omnes" cet. — PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „legatos *partim* custodiendos". Cf. ex. gr. 30, 5.: *singulos* deinde *separatim* — deductos obtestatur (Scipio). At quamvis et ipse hoc loco „*separatim*" in Livianam orationem invitis optimis mss. receperim, cum ab antiquiore aliquo librario ut „partim" pro „*separa*tim" praesertim antecedente littera *s* scriberetur facile fieri posset, tamen nihil equidem repugnarim, si quis *partim* „theilweise" rectissime sese hoc loco habere contenderit. nam cum praeter servos tres Carthaginiensium legati essent, Macedonumque legatio vix minus trium hominum esset, et quinque tantum naves ad eos deportandos darentur, non singulos in singulis navibus legatos servari potuisse apparet: et tot loci optimorum scriptorum sunt, quibus tam singulari ratione adverbium *partim* positum videmus, ut vix quisquam de eius vocis usu ita diiudicare ausus sit, ut ei, ne a quoquam contradiceretur, verendum non esset. — P: „diuider*ent*". — PC: „ne quod iis conloquium inter se neue quae communicatio consili esset". C m. 2.: „consilii". M: „neue quae communicatio". Berol.: „ne aliqd' colloqū|inter se neue communicatio" cet. Eodem errore in rell. codicibus omissum „quae" est.

5. *Aulus Cornelius Mammula:* P. — C: „a. cornelius" cet. Berol.: „per idem tempus rome *cui.* a. cornelius manulla — *cum* rettulisset" cet. m. 2. priore loco „cui" inductum est. — P m. 1.: „par idemtempus". m. 2.: „per". — Paulo post P: „quistatus rerum*in*sulaesset": ut dubium sit num librarius „qui status rerum insul*ae* esset" voluerit, verum C Berol.: „in insula". — PC: „bellum ac defectionem omn*is* spectare". Berol.: „— omnes spectare". Cant. Voss. Hafn.: „bellum ad defectionem" cet. Lov. 5. etiam „petere" (pro *spectare*).

fectionem omnis spectare, Q. Mucium, qui successisset sibi, gravitate caeli aquarumque advenientem exceptum non tam in periculosum quam longum morbum inplicitum diu ad belli vim sustinendam inutilem fore, exercitumque ibi ut sa-

4. *exercitumque ibi ut satis firmum pacatae prouinciae praesidem esse ita parum bello:* PC omnesque meliores codd.] exercitumque ibi ut satis firmum pacatae provinciae praesidio esse, ita parum bello (ex I. Fr. Gronovii coni. probantibus Lov. 3. Hav.). — Berol. et Mureti cod. et Gud. Ox. N.: „—praesidium esse". — Viri docti, qui h. l. vel „praesid*ium*" vel „praesid*io*" scribi voluerunt, in eo errarunt, quod *praesidem* ad *satis firmum* et ad *parum firmum* referendum esse putarunt. *praesidem* autem ad *exercitum* ita pertinet, quasi scriptum sit „*exercitumque qui ibi praesideret*". nec potest Dukerum fefellisse locum ita expediendum esse, utpote qui simillimum locum ex 23, 48. laudarit: „Siciliam ac Sardiniam — vix *praesides provinciarum exercitus* alere". Supra igitur excipiunt se verba ita: „exercitumque ibi praesidem ut satis firmum pacatae provinciae esse, ita parum firmum bello". Nec vereor ne cui verborum structura, quam in optt. codd. adhibitam videmus, apud Livium improbanda videatur. De infinitivo, quem h. l. cum particulis „*ut* — *ita*" iunctum habemus, ad 23, 12.: „tot acies, ut hostium exercitus delesse, ita victoris etiam copias — minuisse": dictum est. — Paulo ante Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Oxx.: „q. mi*nu*tium". — P (C): „qui successisset | *u*bi grauitate caeli" cet. P m. 2.: „caelii". Berol.: „qui successisset *i*bi grauitate" cet. At *sibi* recte se habere vel mendo antiquiorum mss. manifestum videatur. — Codd.: „aduenientem exceptum": gleich bei seiner Ankunft. — PC: „non tam *im*periculosum quam lon gummorbuminplicitum". Lov. 3. Gärtn.: „non tam periculosum quam longum morbum" cet. Berol.: „non tam in*p*iculoso quam longo morbo" cet. Lovell. 4. 5. Ox. N. Brancal. Lat.: „non tam periculoso quam longo morbo implicitum": qua constructione L. usus est 23, 40. — Deinde P m. 1.: „diu | *u*adbellumunisus | ti nend*a*inutilemfore". m. 2. alterum *u* inductum est. Iam in C id, quod supra scribi iussimus, recte restitutum est. — Postremo P: „quodmotu iri | uideretur". Berol. m. 1.: „quod motum uideretur". m. 2.: „motum iri".

tis firmum pacatae provinciae praesidem esse, ita parum bello, quod motum iri videretur —, decreverunt patres ut Q. Fulvius Flaccus quinque milia peditum quadringentos equites scriberet, eamque legionem primo quoque tempore in Sardiniam traiciendam curaret, mitteretque cum imperio quem ipsi videretur, qui rem gereret quoad Mucius convaluisset. ad eam rem missus est T. Manlius Torquatus, qui

3. *Q. Fuluius Flaccus*: C. — P: „patres utquae fuluiusflaccus". Cf. 23, 30.: Q. Fabium duumvirum. Berol.: „ut f. flaccus", similique errore in Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. D. N. praenomen *Q.* praetermissum est. — Deinde scriptum in P est: „*uet* peditum cccc. | equites": quam scripturam ita interpretari possunt ut inter *et* atque *peditum* signum quoddam alicuius numeri, ut δ, quod a librariis omitti solitum esse multis locis videre licet, excidisse dicant: ita ut, cum tantus equitum numerus scribi iussus esset, non „quinque milia peditum" sed „quinque milia quingentos" h. l. a Livio scriptum esse videretur. cuius generis interpretatio quo minus nobis probetur, id potissimum h. l. prohibet, quod L., si ita scribi voluisset, non *peditum*, sed ex sua dicendi ratione *peditis* posuisset. quem ad modum igitur multis aliis locis ab incuriosis librariis *et* pro ∞ positum videmus, sic h. quoque l. recte scriptum esse a prioribus editt. „quinque milia peditum quadringentos equites" persuasum habemus. cf. 22, 36.: quina milia peditum treceni equites. In C priore scriptura numeri ante nomen „peditum" positi erasa invenimus „*ui* peditum quadringentos equites". M: „*uel* peditum": quod *uel* cum aliis locis tum 23, 37. 46. etiam in P pro „quinque milia" positum est. Verum Ox. N.: „VI peditum". Berol.: „sex milia peditum". Voss. Lovell. 1. 2. 3. Ox. D.: „m. peditum". Pal. 1.: „mille peditum". Lov. 5.: „m. peditis". Rec. Ox. L. 1. et ut videtur Pall. 2. 3.: „mille pedites". Gärtn.: „pedites mille". — „Quadringentos equites" non modo in PC Berol. sed in M quoque et in Harl. Pall. Lovell. 3. 4. 5. Hav. al. repertum est. — Pal. 2.: „— in sardiniam trahendam curaret". — Quod sequitur „*quem ipsi uideretur*" notissima illa ellipsi pro „*qui* ipsi *videretur*" in omnibus mss. inventum videtur: 6, 26.

7. *qui bis consul et censor fuerat*] qui bis consul cen-

is consul et censor fuerat subegeratque in consulatu Sardos. sub idem fere tempus et a Carthagine in Sardiniam classis missa duce Hasdrubale, cui Calvo cognomen erat, ibi eda tempestate vexata ad Baliaris insulas deicitur, ibique – adeo non armamenta modo sed etiam alvei navium quassati erant — subductae naves dum reficiuntur, aliquantum temporis triverunt.

XXXV. In Italia cum post Cannensem pugnam, fractis partis alterius viribus, alterius mollitis animis, segnius

sorque fuerat (Berol. rell. codd.). — P m. 1. (Oxx. D. N.): „t. manilius torquatus". P m. 2. C: „t. manlius torquatus quis bis coš. et censor fuerat". — Berol.: „ti ma. torquatus". Hav.: „ti. manlius". Gärtn.: „l. manlius". Lov. 3.: „t. mallius". — Pighius, ne quid praetermitteretur, scribi maluit: „subegeratque in *primo* consulatu Sardos". — Paulo post PC: „ad bal*e*ar*is* insulas". Berol.: „ad baleares" cet. Quod sequitur „*deicitur*" inventum non est nisi in Lov. 2. et m. 2. in Ox. N. „de*i*icitur" etiam in Lov. 5. at in PM et m. 1. in C Voss. levi mendo scriptum est „d*i*citur". Harl. Pall. Lovell. 3. 4. Rec. Gärtn. Berol. Ox. L. 1. et m. 1. Ox. N. et m. 2. MC Voss.: „d*u*citur". Verum „*deicitur*" integram fuisse scripturam non modo Livius ipse 23, 40. (classis Punica — tempestate deiecta ad Baliaris) aliisque locis docet, sed etiam, quem I. Fr. Gron. laud., Caes. b. gall. 4, 28. — Berol.: „— solum s; aluei nauium" cet. P: „setetiamalueinauiumquessati erant". m. 2.: „quassati". — Deinde C quidem „dum re*fi*ciuntur". at P m. 1.: „re| fugiuntur". m. 2.: „re|figiuntur". Voss. Harl. Lov. 3. Hafn. Berol. et margo Ox. N.: „refiguntur".

8. *fractis partis alterius viribus:* Berol. — PC Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. et m. 1. M: „*t*ractis partis" cet. — Paulo ante Voss. Lovell. 1. 2. 4. Berol.: „in Italiam". — Tum Berol.: „molitis". PC rell.: „*mollitis animis*": i. e. enervatis Carthaginiensium animis, utpote qui nimiis Capuae voluptatibus iam tardiores ad bellum gerendum facti essent: 23, 18. — Berol.: „adhorti sunt". — C: „suae „ditionis facere". Berol.: „sue dictionis facere". — Berol.: „solicitantes". — Pal. 1.: „dolos". — Voss. Lovell. 1. 2.: „ad capiendum eos".

bellum esset, Campani per se adorti sunt rem Cumanam suae dicionis facere, primo sollicitantes ut ab Romanis deficerent, ubi id parum processit, dolum ad capiendos eos conparant. Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas: eo senatum Campanum venturum certiores Cumanos fecerunt, petieruntque ut et Cumanus eo senatus veniret ad consultandum communiter ut eosdem uterque populus socios hostesque haberet: praesidium ibi armatum se habituros ne quid ab Romano Poenove periculi esset. Cumani, quamquam suspecta fraus erat, nihil abnuere, ita tegi fallax consilium posse rati. interim Ti. Sempronius consul Romanus Sinuessae, quo ad conveniendum diem edixerat, exercitu lustrato transgressus Volturnum flumen circa Liternum posuit castra. ibi quia otiosa stativa erant, crebro de-

4. *statum sacrificium:* P m. 1.: quem ad modum infra in C quoque scriptum est. P m. 2. CM Voss. Harl. Berol. rell.: „statutum sacrificium". — Deinde Lov. 2.: „petieruntque ut et cumanus senatus" cet. Lovell. 4. 5. Gärtn.: „—ut cumanus eo senatus". Hav.: „— ut cumanus senatus eo" cet. — Voss. Lovell. 1. 2. Berol.: „ad consulendum".

8. *praesidium ibi armatum se habituros:* PCM (Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hav.)] praesidium ibi armatum sese habituros. — Berol.: „p̄sidium|se ibi armatum hīturos ne quid ab roⁱˢ | noui p̧iculi fie't". Simili emendatione usi videntur plerique Drak. recentiorum codd. librarii scripsisse „ne quid ab romanis noui periculi esset". in P tamen cum m. 1. scriptum fuisset „nequidabromanouenoue periculiesset", m. 2. supra *ue* posuit *su*, ut „romanos unoue" fieret. sed Livium scripsisse „ne quid ab Romano Poenove periculi esset", codicis C librarium non fefellit. — Ad verba „*fallax consilium*", quae paulo post leguntur, supplendum esse „quod ipsi ceperant" vel simile quid neminem fugerit.

13. *transgressus Volturnum flumen circa Liternum posuit castra:* PC (M)] transgressus Vulturnum flumen circa Liternum castra posuit (Berol. ac plerique Drak. praeterquam quod in Berol. „uuturnum" est:). Lov. 4.: „castra ponit". — Paulo ante Berol.: „interim | sem. graccus consul". similique supplemento „gracchus" in Hav. et m. 2. in Ox. N. scriptum esse dicitur.

currere milites cogebat, ut tirones — ea maxima pars volonum erant — adsuescerent signa sequi et in acie agnoscere ordines suos. inter quae maxima erat cura duci ita-

1. *ea maxima pars uolonum erant:* PCM (Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Berol.)] ea maxima pars volonum erat (rell. codd.). — I. Fr. Gron. „erant" recipiendum ratus scribi voluit „ea maxima pars *volones* erant", ut 30, 3.: ita pars maior auctores sunt: al. Sed ne *volonum* quidem repudiandum videtur: „sie machten den grössten Theil jener Freiwilligen aus". vocem *pars* enim ut omnes collectivas pluralem sequi potuisse manifestum est. — C: „tyrones". Berol. m. 1.: „tironumes". m. 2. *um* inductum est. — P m. 1.: „agnogereor dines". m. 2. *s* positum est inter *o* et *g*. Lov. 2. Ox. D. et m. 1. Ox. N.: „cognoscere ordines". — Ad „*decurrere*" cf. 29, 22.: quo altero loco decurrentium in armis militum mentio fit: non ita quidem ut, quod supra dicitur, rudes militiae milites signa sequi ordinesque suos in acie agnoscere („die mit den Feldzeichen gegebenen Signale verstehen und Reihe und Glied beobachten lernen") inberentur, sed ut Scipio praesentibus legatis Roma missis milites suos ad simulacrum pugnae futurae edendum in certamen educeret.

3. *inter quae maxima erat cura duci:* C Harl. Lov. 2. Gärtn. Berol.] inter quae maxima inerat cura duci (Cant. [?]). — Cum in P m. 1. notissimo illo mendo, quo nominibus in vocales *a* aut *e* potissimum excidentibus littera *m* adici solebat, quod mendum eius rei peritum codicis C librarium non fefellit, scriptum esset „inter quae maxim*am* erat cura | cura duci" (m. 2. prius „cura" inductum est), atque inde in M translatum esset „inter quae maxim*am* erat cura duci", I. Fr. Gron. profectum a Livio esse sibi persuasit „maxima *in*erat cura duci". Lov. 1.: „inter quae maxima cura erat duci". Item Hav. omissa tamen voce „duci": „maxima cura erat". Quod sequitur „*itaque*". significare „atque ita" neminem fugerit. — P Berol.: „nequaexprobatiocui quam" cet. C: „ne qua *exprobratio cuiquam*" cet. Nullum solutae orationis scriptorem magis quam Livium substantiva verbalia, si verba, ex quibus derivata erant, cum dativo struebantur, similique modo alia nomina, quae aliqua ratione cum dativo iungi poterant, pro genitivo aut praepositionis alicuius loco cum dativo coniungere solitum esse constat, quamquam

que legatis tribunisque praeceperat, ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret, vetus miles tironi, liber voloni sese exaequare sineret, omnis satis honestos generososque ducerent, quibus arma sua signaque populus Romanus commisisset: quae fortuna coegisset ita fieri, eandem cogere tueri factum. ea non maiore cura praecepta ab ducibus sunt quam militibus observata,

haud pauci eius generis loci parum perspecti ab interpretibus invitis codicibus mss. corrupti sunt. Haud raro tamen id factum esse perspicuitatis causa, sic ut eo de quo agitur loco, non erit difficile intelligere. Cf. ex. gr. 26, 19.: „*his miraculis — fides*". 26, 40. 10, 8.: al.

3. *exaequare* (möge sich gleich setzen lassen): PC] exaequari (Berol. rell. [?] codd.). — Non numquam L. ab usitatiore dicendi ratione in his locis abisse constat. cf. 1, 12.: Iuppiter resist*ere* atque itera*re* pugnam iubet. — P m. 1.: „omni*s* atis honest*is* generosos queducerent". m. 2.: „honestos". C: „omn*is*". Berol.: „omnes". — P: „signaque p̄r̄.commisisset". Berol.: „comisisset. q̄ | fortuna ita fieri coegisset eandem ue | reri cogere factum". P: „eā | dem cogeretuerifactum".

7. *quam militibus obseruata*] quam a militibus observata (Berol.: quamquam is „seruata" habet:). — PC: „suntqua militibusobseruata". Utramque interpretationem veram esse posse manifestum est. nos difficiliorem h. l. secuti sumus, quod Livium persaepe dativum cum passivorum praeteritis iunxisse viderimus eundemque mutandis dicendi generibus orationem ornare solere. quem ad modum igitur ex. gr. paulo ante in P „omnisatis" pro „omnis satis" scriptum erat, sic h. l. „qua militibus" pro „quam militibus" positum esse nobis persuasimus. — Num vero antecedentia verba „*ea non maiore cura*" in reliquis melioribus codd. reperta sint, magnopere dubito. in P enim, cum librarii oculi in paulo post sequentem locum aberrassent, scriptum vidimus: „ — factume*ore* mai*ore* | cura praeceptaabducibussunt". hinc C m. 1.: „eo re maiore cura p̄cepta" cet. dein eadem m. 1.: „eo res maiore" cet. Berol.: „ea ne maiore cura praecepta a ducibus" cet.: ut dubium videatur, num librarius *ne* pro „ne — quidem" positum voluerit. sed ut veram esse vulgatam scripturam arbitraremur, fecit illud *o* in *eo*. et saepissime

revique tanta concordia coaluerant omnium animi ut prope
ı oblivionem veniret, qua ex condicione quisque esset mi-
:s factus. haec agenti Graccho legati Cumani nuntiarunt,
uae a Campanis legatio paucos ante dies venisset et quid
; ipsi respondissent: triduum post eum diem festum esse, 5
on senatum solum omnem ibi futurum sed castra etiam et
xercitum Campanum. Gracchus iussis Cumanis omnia ex
gris in urbem convehere et manere intra muros, ipse pri-
ie quam statum sacrificium Campanis esset Cumas movet
astra. Hamae inde tria milia passuum absunt. iam Cam- 10

modo *ea* modo *ae* cum littera *e* in P permutata esse constat. — Deinde Berol.: „breuique concordia tanta coaluerant" cet. Lov. 4.: „coaluerunt". — Berol.: „quaq: ex condictione". — Paulo post P contracta forma pronominis: „etquid*is*ipsirespondissent". C: „et quid iis ipsi triduū p̄ eū diem" cet. omisso medio verbo. Berol.: „& quid his ipsi respondissent". — Denique C m. 1.: „sed castra etiam exercitū cāpanū". m. 2.: „exercitūq;".

7. *iussis Cumanis:* P m. 1. — P m. 2. CM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.: „iussi*t* cumanis" cet. Similibus erroribus non numquam integerrimam scripturam inconsultorum librariorum insolentia depravatam videmus. — Dein P m. 1.: „ipsaepridiae quam|satumsacrificium" cet. Eadem tamen m. 1. restitutum est „statum sacrificium (C). Voss. autem, ut in initio huius cap., et Lovell. 1. 2. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol.: „statutum sacrificium".

10. *Hamae inde tria milia absunt*, quamquam in nullo meliore msc. inventum videtur, tamen quin a Livio profectum sit vix dubitem. P enim habet: „ — castracum | aedeIII passuumap | sunt": idemque videtur m. 1. in M scriptum fuisse. In C cum m. 1. scriptum esset „cuaede. III. passuum absunt", m. 2. *m* et *ī* supra *ae* positum est ut fieret „cumae inde. III. passuum absunt". M m. 2.: „cum inde" cet. Voss. m. 1. Lovell. 1. 2. 3.: „cumae deinde" cet. Lov. 4. omissa particula: „cumae". Hav.: „deinde cumis". Gärtn.: „*hamae* deinde". Berol. denique: „a cumis hame deinde trib; millib; passuum absunt. campani & eo frequentes" cet. — Nec melius se habet quod paulo post in mss. inventum est. P (C): „necpro|culindeinoccultoma|riusalpius

pani eo frequentes ex composito convenerant, nec procul inde in occulto Marius Alfius medix tuticus — summus magistratus erat Campanis — cum quattuordecim milibus armatorum habebat castra, sacrificio adparando et inter id instruendae fraudi aliquanto intentior quam muniendis castris aut ulli militari operi. triduum sacrificatum ad Hamas: no-

edixituti | cuisummus magistra tuserat | campaniscum.XIIII.ma lorum | habebatcastra". Eisdem mendis Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Rec. Gärtn. Hav. Oxx.: „alpius edixit uti cui summus". Pal. 1.: „nec procul in obculto marius alpius & dixit uti cui summus". Pal. 2.: „nec procul inde marius alfius & ipse uti cui summus". Pal. 3.: „nec procul inde occulto marius alfius uti cui summus". Lov. 5.: „aliphius cui summus". Margo Voss.: „alphius qui summus". Hafn.: „alfius summus" mediis praetermissis. Similiter Berol.: „nec procul inde in occulto marius alpius. cui summus magistratus erat campanis: cum XIV millib; militum habebat castra". — „Marius Al*f*ius" recte scriptum videtur, cum sic in huius cap. fine scriptum sit. Quod sequitur, Valla esse voluit „mediastuticus qui summus magistratus erat" cet. Lipsius: „medixtutichus, magistratus campanis" verbis „qui summus erat" tamquam inutili supplemento deletis. Verius J. Fr. Gron.: „medix tuticus, summus magistratus erat campanis". 26, 6. enim in PC inventum est „media tuticus", et 24, 19. in eisdem „maedix tuticus". Cf. Festus (ed. Müll. p. 123.): *Meddix* apud Oscos nomen magistratus est. Ennius: *summus* ibi capitur *meddix*, occiditur alter. Mülleri Etrusk. Einl. 1, 7. Th. I. 27. — Dein P m. 1.: „sacrificioanparando". m. 2.: „adparando". Berol.: „sacrificia appãndo & inter instruende fraudi". m. 2.: „& inter id" cet.

6. *triduum sacrificatum ad Hamas:* P m. 2. C Berol. rell. — P m. 1.: „tridum". — Isac. Perizonius h. l. „sacrific*andum*" a Livio scriptum esse oportere dicit, eiusque suspicionem secutus Crevierus „sacrificabatur" poni voluit. non enim veri simile videri posse, Gracchum triduum moratum ad Cumas esse, dum sacrum perpetratum esset, antequam ipse aggrederetur Campanos: nec fieri potuisse ut, cum is tantum tempus in tam propinquo loco cum exercitu versaretur, ab nullo Campano animadversae sint insidiae ab Romanis structae. Neutrum

cturnum erat sacrum ita ut ante mediam noctem conpleretur. huic Gracchus insidiandum tempori ratus, custodibus ad portas positis, ne quis enuntiare posset coepta, et ad decumam diei horam coactis militibus corpora curare somno-

tamen eorum satis intellexisse, quem ad modum rem peractam esse Livius tradiderit, non est difficile videre. Hamae, quo loco sacrum statum fuit, inter Literaum et Cumas ad mare sitae erant. nec statim Hamas Literno, quamvis id iter brevius fuisset, Gracchus perrexit ire, sed Cumas, ut doceri posset, si quid ad rem feliciter perficiendam scitu opus esset. neque vero, in quo omne huius rei momentum positum est, pridie eius *tridui*, per quod Hamis sacrificatum esse traditur, profectus est Gracchus, sed pridie *eius tertii diei*, per cuius noctem sollemne sacrum celebrari solebat. id enim Livius apertissime dicit, cum scripserit, postquam ad sacrum rite obeundum *triduum* sacrificatum esset, *nocturnum* fuisse *sacrum*, id quod superiore loco *statum sacrificium* nominatum erat. id tempus igitur nocturni sacri Gracchus expectaverat, utpote quo tempore verendum non esset ne quis Campanus animis religione captis ullas ab hostibus insidias cavere vellet. sic, quae a Livio relata sunt, optime se habere vix quisquam negaverit. — Paulo post P: „itauttantemediamnoctem conpleretur".

3. *ad decumam diei horam:* C] ab decima diei hora. — P m. 1. M: „et*an*decum*a*diei hor*am*". P m. 2. priore mendo, quo et paulo ante „*an*parando" pro „*ad*parando" scriptum erat, perspecto: „*ad*". Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Oxx. D. N.: „ne quis enunciare posset coepta et ad decimam diei horam". Idem in Lov. 2. et in Berol. scriptum est omissa tamen coniunctione „et". — Qui fieri potuerit ut h. l. docti homines „*ab* decima diei hora" scribendum esse censerent, mirum profecto videatur. cum paucis horis matutinis breve ab Literno ad Cumas iter confectum esset, Gracchus milites ad decimam diei horam (i. e. ex nostra ratione „ad quartam horam pomeridianam") corpora curare somnoque operam dare iussit, ut firmatis viribus prima vigilia (i. e. ab nostra hora sexta pomerid.) secum Hamas proficisci possent. — P: „somnoqueoperandare". — Paulo post Berol.: „tolli signa iussit". P: „utinperui gilioneclecta". Berol. m. 1.: „inuadist". m. 2. *s* inductum est. — P m. 1.: „alio*s*omno

que operam dare ut primis tenebris convenire ad signum possent, vigilia ferme prima tolli iussit signa, silentique profectus agmine cum ad Hamas media nocte pervenisset, castra Campana ut in pervigilio neglecta simul omnibus portis invadit, alios somno stratos, alios perpetrato sacro inermis redeuntis obtruncat. hominum eo tumultu nocturno caesa plus duo milia cum ipso duce Mario Alfio, capta sunt signa militaria quattuor et triginta.

XXXVI. Gracchus minus centum militum iactura castris hostium potitus Cumas se propere recepit, ab Hanni-

stratos". m. 2.: „aliossomno". — Pal. 2.: „alios probe curato sacro". Rec.: „alios prope curato" cet. Pal. 3.: „alios procurato sacro". P: „aliosperpetratosagro". P m. 2. C: „inerm*is* redeunt*is* obtruncat" (scil. redeuntis in castra). P m. 1.: „obtruncatum". Berol.: „inermes redeuntes" cet. — Deinde P m. 1.: „plusduo|cumipso" cet. m. 2.: „plusduo|micumipso". Hinc C: „plus duo mī cū ipso" cet. (i. e. plus duo milia). M: „plus quam duo millia". Berol.: „plus duob; millib; cum ipso duce mario alpio". P: „captaestsig|na militaria.um.ettrigintagraegus" cet. C: „capta sunt signa militaria. um. & xxx". Berol.: „— quatuor & triginta".

9. *castris hostium potitus:* Berol. rell. — P et m. 1. C: „castris hostium po*s*itus". C m. 2.: „posit*is*". — P praetermissa altera syllaba *re:* „cumas|seproperecepit". — PCM Lov. 1.: „ab hannibale metuens". Pal. 2.: „ab annibale metuens". Berol. et ceteri codd. omnes: „hannibalem metuens". — P (CM Harl. Pal. 1. Lovell. 2. 3. 4. Hav. Oxx. L. 1. N. Branc. Lat.): „quisupercapu am*an*|tifatis habebat castra". Recan. Lov. 5. Gärtn.: „super capuam ad tifata". Pal. 3.: „super capuam tifatis". Lov. 1.: „qui super capuam habebat castra". I. Fr. Gron. restituit id, quod in Berol. repperi: „super Capuam in Tifatis" cet. Cf. 23, 43.: praesidio modico relicto in Tifatis. — Quod sequitur „nec cum *prouida futuri* fefellit opinio" (eine Ansicht, die das, was kommen würde, richtig vorhergesehen) eidem Gronovio debetur. P (M): „prouida fu | it uiri fefellit opi nio". m. 2. litterae „u|it" inductae sunt. Hinc C Berol. al.: „prouida uiri fefellit opinio". Cf. ex. gr. 26, 39.: inprovidus futuri certaminis Romanus.

ale metuens, qui super Capuam in Tifatis habebat castra. ec eum provida futuri fefellit opinio: nam simul Capuam a clades est nuntiata, ratus Hannibal ab re bene gesta inolenter laetum exercitum tironum magna ex parte servoum spoliantem victos praedasque agentem ad Hamas se inenturum, citatum agmen praeter Capuam rapit, obviosque x fuga Campanorum dato praesidio Capuam duci, saucios ehiculis portari iubet. ipse Hamis vacua ab hostibus ca-

4. *exercitum tironum magna ex parte seruorum:* P m. 2. C Berol. ac sine dubio alii meliores codd.] exercitum tironum magna ex parte servorumque. — P m. 1. noto illo mendo: „— seruo*ruo* rum|spoliantem" cet. Litterae *ruo*, quae bis positae erant, m. 2. deletae sunt. In minore edit. scribi iusseram „tironum magna ex parte *et* servorum", et quod *et* post *te* facile excidere potuisset, et quod „tironum" non appositionem nominis „servorum" esse putaram sed ea voce iuniores illos praetextatosque adolescentes, quorum cap. 32. init. aliisque locis mentio facta erat, significari. verum me non minus quam priores errasse nec id Livium ex optimorum codd. fide dicere voluisse iam intellexi. antiqua enim scriptura Hannibalem ad opinionem eius romani exercitus elevandam neminem nisi servos, qui et ipsi tirones rei militaris dici poterant, commemorantem facit: „jenes grossen Theils aus undisciplinirten Sklaven bestehende Heer". — Berol.: „pdamque agentem". — Berol.: „citatum agmen praeter capuam": an Capua vorbei. At P (C): „ci*s*itatumag|men". — Quod sequitur „d*at*o praesidio" Lipsius restituit. P (M Ox. L. 1. et m. 1. C): „obuios que ex fuga campanorum d*uo* | praesidiocapuamduci" cet. C m. 2.: „*suo* presidio". Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. et m. 1. Voss.: „duo praesidio". Lov. 5. Hafn. Hav. Berol.: „campanorum ad praesidia". Branc. Lat.: „ad duo praesidia". Voss. m. 2.: „duobus praesidiis". — PCM Harl. Oxx. L. 1. D.: „saucios uehiculis portari iubet". Voss. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hav. Berol.: „saucios uehiculis portarique iubet". Pal. 2.: „et saucios uehiculis tolli portarique iubet".

8. *ipse Hamis* cet.: P m. 1.: quem ad modum persaepe modo ablativum modo genitivum nominum eius generis pro praepositione *ad* positum videmus. quae dicendi ratio cum recentioribus libra-

stra nec quicquam praeter recentis vestigia caedis strataque passim corpora sociorum invenit. auctores erant quidam ut protinus inde Cumas duceret urbemque oppugnaret. id quamquam haud modice Hannibal cupiebat, ut, quia Neapolim non potuerat, Cumas saltem maritimam urbem haberet, tamen, quia praeter arma nihil secum miles raptim acto agmine extulerat, retro in castra super Tifata se recepit. inde fatigatus Campanorum precibus sequenti die cum omni apparatu oppugnandae urbis Cumas redit, perpopulatoque agro Cumano mille passus ab urbe castra locat, cum Gracchus magis verecundia in tali necessitate deserendi socios

riis minus probaretur, iam m. 2. in P „ad" supra *ha* posuit, quo factum est ut in Harl. Lov. 1. Gärtn. manuque priore in M et in Voss. scriberetur: „ipse ad hamis" cet. Quod cum mendum emendandum videretur, C Berol. rell.: „ipse ad hamas uacua" cet. — P: „uacua*m*abhosti buscastr*a*". — P: „necquic quampraeterrecen | tesuestigia caedis" cet. CM Lov. 5. Hav.: „nec quicquam praeter recentis uestigia caedis" cet. Berol. rell.: „nequicquam praeter recentis" cet. Pal. 2.: „nequicquam recentis uestigia caedis". — Paulo post Gärtn.: „ut protinus inde cumas traiceret urbemque" cet.

7. *retro in castra super Tifata se recepit:* Berol.] retro in castra supra Tifata cet. (recc. codd.). — PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3.: „super tifat*ia*". — Praeter ea P: „itquamquam haut modice hannibalcupiebat". Berol.: „cupiebat hanibal". — P: „quia neapolim non potuerant". — P (C): „miles*par*tim | acto" cet. P: „acmine". — Paulo post P: „praecibus". — P: „cumomniaapparatu". — PCM Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Berol. Oxx. D. N.: „perpopulatoque agro". Rell. codd.: „populatoque agro". Cf. ex. gr. 22, 9.: perpopulato agro. 34, 28.: perpopulat*us* omnia circumiecta urbi — loca. — P: „ini | talinecessitate". — P: „socio*s*inplorā | *tis*fidemsu ampopuli | quer." C: „socios implorant*is* fidem suam populique romani". Berol.: „socios implorantes fidem suam i i p. q. r." — In PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol. scriptum est: „cum gracchus — substitisset". in rell. autem codd. inventum esse dicitur: „— locat. tum gracchus — substitit". — „Fidem *suam*"? Num „*eius*"?

s fidem suam populique Romani substitisset quam
is exercitui. nec alter consul Fabius, qui ad Ca-
i habebat, Volturnum flumen traducere audebat
, occupatus primo auspiciis repetendis dein prodi-
alia super alia nuntiabantur, expiantique ea haud
ri haruspices respondebant.

XVII. Eae causae cum Fabium tenerent, Sempro-
bsidione erat, et iam operibus oppugnabatur. ad-

num flumen: PC] ium flumen (M). In mnibus codd. praeter- i „flumen" est. — P: lter cos. fabius". — „ad calles". — C: cere augebat". — P(C): rodi | giispraeliasupera tiabantur". M. 2. in P tum est supra *prae*, librarium recentiorem gerat, in eo libro non ium" sed „proelium" solitum esse. Berol.: e prodigiis quae alia alia nunciabantur". — , expiantique ea haud tari haruspices respon- ": dass es schwer in günstiges Opfer zu n. Berol.: „auruspi- f. 8, 6. al.

usae cum cet.: PC] usae cum cet. — Be- he causae" cet. Cf. : cum esse res maxime ur cet. — Paulo post aerausligneamingentem urbialiamturrem" cet. ie in C et in rell. et m. 2. in Berol. re- est nisi quod in his „admotam" scriptum legitur. Pal. 2. tamen (Lov. 5.): „aduersus ligneam ingentem turrem" cet. ex quo librarium „*turrem*" bis poni voluisse apparet. Berol. m. 1.: „— admotam urbi ti alia turri | ex ipso muro" cet. m. 2. syllaba *ti* inducta: „aliã turrẽ| ex" cet. — P: „excitauit cos. romanus". — Quae sequuntur „*quia muro satis per se alto subiectis ualidis sublicis pro solo usus erat*" (— errichtete der röm. Consul auf der Mauer selbst einen anderen weit höheren Thurm, indem er sich der Mauer als Grundlage bediente) L. Vallae debentur. Nam quamquam in Berol. „ualidis sublitis", in Pal. 2. „ualidis subliciis" scriptum est, tamen in PC et ut videtur in rell. codd. positum erat „subiectis ualidis supplicatis": in Pall. 1. 3. „subblicatis". Maluit quidem C. Heusingerus „*super*iectis" scribi, quippe ex quo penderet dativus *muro*, qua interpretandi ratione vernaculam interpretationem adiuvari negari non potest: at eum ex latinae linguae ra-

versus ligneam ingentem admotam urbi aliam turrem ex ipso muro excitavit consul Romanus aliquanto altiorem, quia muro satis per se alto subiectis validis sublicis pro solo usus erat. inde primum saxis sudibusque et ceteris missilibus propugnatores moenia atque urbem tuebantur, postremo, ubi promovendo adiunctam muro viderunt turrem, facibus ardentibus plurimum simul ignem coniecerunt. quo incendio trepida armatorum multitudo cum de turre sese praetione errasse et *muro alto* ablativum esse ex verbo „usus" pendentem, et ad „subiectis", si quid supplendum est, supplendum esse *turri*, non est difficile intelligere. Denique cum frequentissimo mendo in P positum esset „quiamu ros satis per se alto subiectis" cet., m. 1. in Berol. et in Pall. 1. 3. scriptum est „quia muros satis per se altos" cet. Berol. m. 2.: „alto".

5. *tuebantur:* P al. — C: „tuebat⁊." Hav. Berol.: „tutabantur". — Codd.: „*promouendo*" scil. turrem: i. e. „cum Poeni turrem magis magisque promoverent": non, quod nonnulli voluerunt „cum turris promoveretur". — Dukerus malebat „*in*iunctam" pro „*ad*iunctam", at *iniunctam* videtur plus dicere quam quod L. dicere voluerit. cf. ex. gr. 10, 34.: Postumius Milioniam — opere ac vineis iniunctis muro cepit. — Berol.: „uiderunt turrim". P: „uideruntturrem|fabiusarden tib.|plurimummulignem" cet. deinde „plurimum simul" cet. Berol. m. 1. quidem recte „plurimum simul ignem" (eine ganze Masse von Feuer auf einmal): at m. 2.: „pluribus simul" cet.

8. *cum de turre sese praecipitaret:* C Voss. Harl. Lovell. Hav. et m. 2. M. — P (M m. 1.): „cumdeturresse se|praecipitaret". — Berol.: „erruptio ex opido" cet. In Pal. 2. et in Lov. 3. scriptum videtur: „eruptio ex oppido simul duabus portis *facta* stationes hostium fudit" cet.: quo supplemento opus non est. — Paulo post PC melioresque codd.: „*ad* mille trecent*i* carthaginiensium caesi". cf. 3, 15.: ad duo milia hominum et quingenti. M Lov. 2.: „ad ∞ ccc". Berol.: „ad mile cccc^{ti} cartaginensiū": idemque „ad. m. cccc" in plerosque Drak. codd. receptum videtur. — Deinde P m. 1. (Lovell. 1. 2. 5. Oxx.): „etunde|Lχ.ui uicapti". sed cum m. 2. *i* supra *u* in „*u*nde" positum esset, in CM scriptum est „etinde.Lχ.uiui" cet. Harl.: „et inde. m. sexaginta". Berol.: „& mile Lχ". Lovell. 3.

ipitaret, eruptio ex oppido simul duabus portis stationes ostium fudit fugavitque in castra, ut eo die obsesso quam bsidenti similior esset Poenus. ad mille trecenti Carthagiiensium caesi et undesexaginta vivi capti, qui circa muros t in stationibus solute ac neglegenter agentes, cum nihil 5 iinus quam eruptionem timuissent, ex inproviso oppressi ierant. Gracchus, priusquam se hostes ab repentino paore colligerent, receptui signum dedit ac suos intra muros ecepit. postero die Hannibal, laetum secunda re consulem isto proelio ratus certaturum, aciem intra castra atque ur- 10 em instruxit: ceterum, postquam neminem moveri ab sota custodia urbis vidit nec committi quicquam temerariae pei, ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumae lieratae sunt obsidione, isdem diebus et in Lucanis ad Gruentum Ti. Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum 15

4. Hafn. Hav. Branc. Lat.: „& mille sexaginta". — P: „solutae ac neglegenter". C: „neglegenter". Berol.: „negligenter". — PCM: „ex inprouiso oppressi *fuerant*". Berol. rell. codd.: „oppressi *sunt*".

). *intra castra atque urbem:* PC Berol. ac sine dubio meliores omnes codd.] inter castra atque urbem. — „Laetum secunda re consulem" I. Fr. Gronovius restituit. scriptum enim erat in PM altero *l* omisso: „hannibale tumsecundarecōs.". C m. 1.: „hannibale tū secunda re consulem". m. 2.: „hannibal tū". Berol.: „hannibal secunda re consulem". Harl. autem et Lovell. 1. 2. 4. Hav.: „hannibal cum secunda re consulem" cet. Lov. 3. Oxx. L. 1. N.: „hannibal cum sera re consulem". Lov. 5. Gärtn.: „hannibal cum secunda re elatum consulem" cet. — P: „iusto proelio". C: „praelio". Berol.: „p̄lio". — Dein PC: „absoluta custodia urbis". Berol.: „ab solita" cet. — P: „ad ti. fata. re|dit" cet.

14. *isdem diebus:* PC] iisdem diebus. — Ox. N. m. 2.: „liberatae sunt *ab* obsidione". Berol.: „—obsidione ēt his dieb; in lucanis ad agrigentum ti. sempronius". At P una littera *d* praetermissa: „et in lucanis *a* grumentum ti." cet. C: „et in lucanis argumentum" cet. — P: „cum hannonae poeno prosperae pugnat". Ox. N. m. 2.: „prospere pugnauit".

Hannone Poeno prospere pugnat: supra duo milia hominum occidit et ducentos octoginta milites amisit, signa militaria ad quadraginta unum cepit. pulsus finibus Lucanis Hanno retro in Bruttios sese recepit. et ex Hirpinis oppida tria, quae a populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium praetorem, Vercellium Vescellium Sicilinum, et auctores defectionis securi percussi. supra quinque milia captivorum sub hasta venierunt, praeda alia militi concessa exercitusque Luceriam reductus.

1. *supra duo milia hominum occidit:* P m. 2. C] supra duo millia hostium occidit. — P m. 1.: „supradiuomilia“ cet. C: „supra. ii. m. hominū occidit“. Item in M et in plerisque Drak. codd. scriptum erat „hominum“ pro *hostium*. Berol.: „supra duo millia hoīum occidit & cc & Lx. amisit milites“. Lov. 2.: „ducentos & octoginta“. Hav.: „ducentos sexaginta“.

7. *supra quinque milia captiuorum*] supra mille captivorum. — P (M): „supra | *uel* captiuorum“. Idem dicit C: „sup ƒ captiuorum“. Illud „uel“ significare „u ∞“ (i. e. quinque milia) ostendimus et ad 23, 34.: quinque milia peditum: et ad 23, 46.: hostium plus quinque milia caesa. — PCM Voss. Lovell. 1. 4.: „sub hasta uenerunt“. Harl. Gärtn.: „sub hasta uenerant“. — Pal. 1.: „supra mille captiuorum sub hasta uenerant“. Oxx. D. N.: „supra D captiuorum“. Pal. 3.: „supra I captiuorum sub hasta uenerunt“. Lov. 3. Hafn.: „supra quinquaginta captiuis qui sub hasta uenerant“. Pal. 2.: „supra L captiuorum exceptis captiuis qui sub hasta uenerunt“. Lov. 2. Hav. Berol. et margo Ox. N.: „—percussi exceptis captiuis qui sub hasta uenerant“. Berol. tamen „uenierant“. — Paulo ante PCM: „uercellium uescellium sicilinum“ cet. Harl. Lovell. 3. 4. Hafn. Berol.: „uercellium sicilium & auctores“ cet. Ox. L. 1.: „uercelium cicilium & auctores“ cet. Lov. 2. Ox. N.: „uercellium siciliumque & auctores“ cet. Gärtn.: „uercellium ciciliumque & auctores“ cet. Lov. 5. Rec.: „uercellium siciliumque auctores“ cet. Lov. 1.: „uercelliumque & auctores“ cet.

9. *exercitusque Luceriam reductus*] exercitus Luceriam reductus (ex coni. I. Fr. Gron.). — P (CM): „exercitusqueeuriam | reductus“. Harl. Lovell. 1. 2. Hafn.: „exercitus-

XXXVIII. Dum haec in Lucanis atque in Hirpinis ge-
:untur, quinque naves, quae Macedonum atque Poenorum
:aptos legatos Romam portabant, ab supero mari ad infe-
um circumvectae prope omnem Italiae oram cum praeter
Cumas velis ferrentur neque, hostium an sociorum essent, 5
satis sciretur, Gracchus obviam ex classe sua naves misit.
:um percunctando in vicem cognitum esset consulem Cu-
nis esse, naves Cumas adpulsae captivique ad consulem de-
lucti et litterae datae. consul litteris Philippi atque Han-
ibalis perlectis consignata omnia ad senatum itinere terre- 10
tri misit, navibus devehi legatos iussit. cum eodem fere

que cumam reductus". Berol. al.: „exercitusque cumas reductus". Glareanus restituit „Luceriam": cf. 23, 33.: ad M. Valerium Laevinum praet. circa Luceriam castra habentem. Qua emendatione probata Gronovius' particulam *que* omissam voluit, utpote in qua id, quod ex nomine proprio praetermissum esset, lateret. Eam igitur particulam restituendam esse duximus. — Hav. Berol.: „alia praeda militi concessa". Harl. Lovell.: „alia militi praeda concessa".

1. *in Lucanis atque in Hirpinis:* PC al. — Berol.: „in lucanis atq; yrpinis" omissa altero loco praepositione. — Berol.: „a supero mari". — Berol.: „cum praeter cumas uellis fer*u*ntur neque — sci*re*tur graccus obuiam ex classe naues misit sua". P m. 1.: „neque osti | um *in* sociorum es sentsatissciretur". m. 2.: „ne queosti|umansociorumessent" cet. — P m. 1.: „exclassesua*s* |nauesmisit". m. 2.: „sua|". — Paulo post PC: „ — cognitum ess*e* cōs cumis esse". — Berol.: „cumis ee cumas appulse" cet. — P: „captiuique ad cōs deducti". C: „et literae datae". — P: „cōs litteris philipphi atque" cet. — Verba „navibus devehi legatos iussit" in Voss. praetermissa sunt.

11. *eodem fere die:* PC. — Lov. 5.: „eodem ferme die". In Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. excidit „die". Lov. 4.: „eodem fere tempore". — C: „literae". — C: „primo grauis cura incessit cernentes". — Paulo post Vossiani cod. margo: „ut extemplo agitarent". Voss. Gärtn.: „agitarentur". Lov. 1.: „agitantur". In eodem Lov. 1. excidit „ultro". — P m. 1.: „inferendo bello abauer | terent ab italiabo stem". m. 2. syllaba *ab* inducta: „*a*uerterent". non ta-

die litterae legatique Romam venissent et percunctatione facta dicta cum scriptis congruerent, primo gravis cura patres incessit cernentes, quanta vix tolerantibus Punicum bellum Macedonici belli moles instaret: cui tamen adeo non succubuerunt ut extemplo agitaretur, quem ad modum ultro inferendo bello averterent ab Italia hostem. captivis in vincula condi iussis comitibusque eorum sub hasta venditis ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus praefectus praeerat, viginti quinque parari alias decernunt. his conpa-

men dubito quin ab antiquiore librario „*ab*uerterent“ scriptum fuerit. haec etiam fuerit causa, quod tot locis in antiquis mss. *ad*uertere pro *a*uertere positum videmus. Berol. m. 1.: „inferendo bello“, at m. 2. id, quod in C et m. 2. in M receptum erat, scribi voluit „inferendo bell*um*“. Paulo ante C „suc*u*bubuerunt“.

9. *uiginti quinque parari alias decernunt*] viginti paratas alias decernunt. — P (C m. 1. M m. 1. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Oxx.): „xx. paratisaliasdecernunt“. Ç m. 2, Berol.: „uiginti paratas alias decernunt“. Lov. 5.: „paratus“. M m. 2.: „*parari* alias“. — „Para*tas*“ integram scripturam esse non posse vel id, quod sequitur, „his *conparatis*“ persuaserit. nec fugit alterum codicis M librarium, ab antiquiore manu cum notissimo illo mendo ita erratum esset ut *s* inter duas vocales poneretur, illud *s* tollendum et „*parari*“ restituendum esse, atque ita I. Fr. Gronovius quoque scribi voluerat. „Viginti *quinque*“ autem (vel „xxu“) a Livio scriptum esse oportere id docet, quod paulo post *triginta* naves ab Ostio Tarentum profectae dicuntur et quod inferiore loco non „*l* nauium classe“ (i. e. quinquaginta nauium) sed „*ls* nauium classe“ (i. e. quinquaginta quinque) in duobus antiquissimis codd. positum est. Eiusque rei coniectura ductus Perizonius quoque scribendum esse coniecit „ad naves viginti quinque — *viginti quinque* paratas alias decernunt“, in hoc uno aberrans a vero, quod „paratas“ ferendum esse putavit. — Paulo ante ex I. Fr. Gronovii coniectura et nos scribi iussimus „captivis in vincula *condi iussis*“, cum scriptum ita a Livio esse veri simile videretur. in P tamen cum m. 1. positum esset „captiuisinuincu|laconditu*ssis*co mitibusque“ cet., litterisque

ıtis deductisque et additis quinque navibus, quae advexe-
ınt captivos legatos, triginta naves ab Ostia Tarentum pro-
:ctae, iussusque P. Valerius militibus Varronianis, quibus
ı. Apustius legatus Tarenti praeerat, in naves inpositis quin-
uaginta quinque navium classe non tueri modo Italiae oram 5
:d explorare de Macedonico bello: si congruentia litteris
:gatorumque indicis Philippi consilia essent, ut M. Vale-

uss inductis m. 2. voluisset „*conditis*", id quod in C receptum est, dubium sit necesse est, utra scriptura verior haberi debeat. nam aut ut permultis aliis locis duae scripturae iunctae esse possunt „condi*tus*" et „condi*tis*", malaque manu alterum *s* interpositum esse, aut *t* pro *i* scriptum esse, ut antiquior manus „condi*i*ussis" voluerit. Lovell. 3. 5. Hafn. Recan. Berol. Brancal. Lat.: „in uincula coniectis". Lov. 4. Ox. L. 1.: „in uincula positis". — Verba „quibus. p. ualerius flaccus praefectus praeerat" in PC repperimus: in Berol. „quib; p. u. flaccus prefectus erat", manuque altera „preerat". Cf. 23, 32. sub fin. — Paulo post C: „his c̄paratis ductisq;". — PC (M Cant.): „*triginta* naues ab *h*ostia tarentum profectae". Berol. ceterique omnes codd.: „*quinquaginta* ab hostia tarentum" cet. — P m. 1.: „iussuq. p̄. ualeriusmilitibus militi|husuarronianis" cet. P m. 2. CM: „iussusq. p̄. ualerius militibus uarronianis" cet. Rell. codd. omisso praenomine: „iussusq. ualerius" cet. — PM: „quibus *l. apu*tius legatus tarenti praeerat". C mediis litteris erasis: „quibus. l. api†i' legatus" cet. m. 2. alterum *p* ad *p* adiectum voluit. Harl. Lovell. Gärtn. Ox. L. 1. et m. 1. Ox. N.: „quibus. l. appius legatus" cet. Rec.: „quibus. l. apius legatus" cet. Hav. Berol.: „quibus appius legatus" cet. — Denique PM: „— inpositis *l u* nauium classe". C: „— impositis † nauiū classe" cet. numero ipso eraso. Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. Rec. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „*l II* nauium classe": quo mendo facile pro „*l u*" scribi poterat. Bekkerus cum prioribus: „*quinquaginta* navium classe". — P: „setex plorare". — P: „sicō|gruentiam litteris legatorumque indi*cis*|philippi" cet. C m. 1.: „indic*is*". m. 2.: „indiciis". — P: „ut.m.ualeriump̄r.litteris certiorem faceret isq. *l. apu stio*legato" cet. C: „— isq; ap † io legato" cet. m. 2. *ab* positum est supra *ap*. Berol.: „— isq;. l. appio legato" cet.

rium praetorem litteris certiorem faceret, isque L. Apustio legato exercitui praeposito Tarentum ad classem profectus primo quoque tempore in Macedoniam transmitteret daretque operam ut Philippum in regno contineret. pecunia ad classem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta est, quae Ap. Claudio in Siciliam missa erat ut redderetur Hieroni regi: ea per L. Antistium legatum Tarentum est devecta. simul ab Hierone missa ducenta milia modium tritici et hordei centum.

XXXIX. Dum haec Romani parant aguntque, ad Philippum captiva navis una ex his quae Romam missae erant

7. *per L. Antistium legatum:* PM Cant. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.] per L. Apustium legatum. — P: „—regi *ex* per" cet. m. 2. posuit *hc* supra „*ex*". C: „—regi. hęc p. l. antistitū legatū". M m. 1.: „regiae haec ex per. l." cet. m. 2. *ex* inducto: „regi". Berol.: „et hec p. l." cet. — *Ea*, quod pronomen I. Fr. Gron. recte restituit, ab codicis P librario non numquam particula *ex* permutatum esse iam 23, 31. („inde ese legiones" cet.) vidimus. Cur autem legati nomen docti homines non emendarint, ut vel I. Fr. Gronovius „ea per L. Apustium Tarentum est deuecta" scribi iusserit, mirum videatur. nec tamen Drakenborchium fugit, L. Apustio legato, qui Tarenti militibus Varronianis praefuisset, et qui ab eo inde loco profectus esse non diceretur, mandari non potuisse ut eam pecuniam ex Sicilia Tarentum deveheret. Ad verba „ut *redderetur* Hieroni" cf. 23, 21.: T. Otacilius ad unicum subsidium populi r. Hieronem cet. — P m. 1.: „tarentum estdeuicta". m. 2.: „deuecta". — Dein PCM: „missa. cc. modium tritici". P: „et hordeic." C: „et hordei centum". Voss. Harl. Pal. 1. Lovell. 1. 2. 4. 5. Berol.: „missi cc modii tritici & ordei centum". Lov. 3.: „missi ducenti millia modii tritici" cet. Gärtn.: „missi ducenta millia modii tritici". Hav.: „missi ducenta millia modiorum tritici". Hafn.: „missi duo millia modiorum tritici". Ox. D.: „ccc millia".

11. *una ex his:* PC Berol.] una ex iis (Pal. 2.). — P: „quaero |maemissaerant". C: „quae romam missa erant". M Pall. Lovell. 3. 4. Berol.: „quae romae missae erant". Lov. 5.: „quae romae ammissae erant": (i. e. aut „rom*ae*" aut „ro-

ex cursu refugit, inde scitum legatos cum litteris captos: itaque ignarus rex, quae cum Hannibale legatis suis convenissent quaeque legati eius ad se adlaturi fuissent, legatio-

mam missae"). Voss. Lov. 2.: „quae romae erant". — PCM Harl. Lovell. 2. 3. 5. Hav. Berol. Branc. Lat.: „ex cursu refugit". Voss. Lovell. 1. 4.: „ex cursore fugit". Gärtn.: „excursa fugit". Recan.: „excussa fugit". — Qui fieri potuerit ut Drakenborchius scriberet, ex huius loci auctoritate videri plures naves a Philippo cum legatis in Italiam missas esse, nec id respondere eis, quae 23, 34. tradita essent, unam tantum hostilem cum legatis navem ab Romanis ex cursu suo retractam esse, satis mirari non possum. non enim difficile videtur perspicere, verbis „*ex iis*" significari quinque illas naves Romanas, quae a Valerio Flacco (23, 34.) cum captiva nave Romam missae erant. nec potest aliud quidquam illum in errorem induxisse, quam quod h. l. non „*captiva navis*" sed „captiva navis *una*" scriptum erat. at in hoc ipso nomine videtur L. maiorem ponere voluisse vim: „es war dem *einen* feindlichen Schiffe (nim. cuius mentio supra facta est) möglich sich aus der Mitte der fünf nach Rom mitgesandten Schiffe zu flüchten und zum Philipp zurückzukommen". — Paulo ante Berol.: „dum haec romani gerunt aguntque".

2. *ignarus rex quae — conuenissent:* ex coni. I. Fr. Gron.] ignarus rex, ecquae — convenissent (ex eiusdem Gron. coni.). Cum navis, quam cum legatis ad Hannibalem miserat, ad Philippum revertisset, et fieri non posset quin ab eis, qui in nave erant, audiret legatos suos una cum tribus Hannibalis legatis a Romanis captos esse, rex dubitare non potuit, *num quae* legatis suis cum Hannibale convenissent, sed legatis captis nesciebat, *quae* convenissent. rectissime igitur se habuit prior Gronoviana emendatio, quae mutanda non fuerat, cum praesertim ea nihil ad scripturam antiquissimam nisi unum *r*, quod librarium fefellerat, adiceretur. scriptum enim m. 1. in P erat: „itaqueignarusex quaecum | hannibalelegatis suis conuenissent"; quod cum alteri librario non probaretur, ipse „hec" supra *ex* posuit: unde factum videtur ut in M scriberetur „ignarus ex haec quae" cet. in C „ignarus ex hoc quę" cet. in Lovell. 1. 2. 4. 5. Hav. Berol. „ignarus ex his quae" cet. in Gärtn. „ignarus ex hiis qui" cet. — Harl. Lovell. 1.

nem aliam cum eisdem mandatis mittit. legati ad Hannibalem missi Heraclitus, cui Scotino cognomen erat, et Crito Boeotius et Sositheus Magnes: hi prospere tulerunt ac rettulerunt mandata. sed prius se aestas circumegit quam movere ac moliri quicquam rex posset: tantum navis una capta cum legatis momenti fecit ad dilationem inminentis Romanis belli. Et circa Capuam, transgresso Volturnum Fabio post expiata tandem prodigia, ambo consules rem gerebant.

2. 3. 4. Hav. Berol. Branc. Lat.: „quae cum hannibale legati sui conuenissent". — C octo mediis verbis praetermissis: „quaeque legati eius ad se *ad*laturi *ad* hannibalē missi heraclitus" cet. — P Berol. ac sine dubio alii codd.: „cum *eisdem* mandatis". Bekkerus cum prioribus: „cum iisdem" cet. — P m. 1.: „mittiat", m. 2. *s* inductum est".

2. *et Crito Boeotius*] et Crito Beroeaeus (ex coni. I. Fr. Gron.). — P(M): „etcrito *boeus*|*otius*etsositheus" cet.: in quo nihil erratum videtur nisi quod *us* bis scriptum est. hac enim forma eius nominis Livium usum esse peritos harum rerum non praeterierit. C: „et critobocus octus". Pal. 2.: „et crito bocusetis". Berol.: „et critobolus socius". Pal. 1. Lov. 4.: „et critobo eusotis". Ox. L. 1.: „et crithobo eusothis". Ox. D.: „et crito bocusotis". Rec.: „et crito boeusetis". Lov. 5.: „et crito boeusentis". Hafn.: „et critobolus eusotius". Ox. N.: „et critobius euxosis". Hav.: „et critoblus cusotis". Lov. 2.: „et critobo euscotis". Lov. 1.: „et critobo euerso". Harl.: „et critibo cusotis". Lov. 3.: „et clito ausotis". Pal. 3.: „et cribotoesis". Gärtn.: „et certoborensetis". — In primi legati nomine minus peccatum est. P m. 1.: „heraclitus cui scotino cōs. non | erat". verum eadem m. 1. posuit *g* supra „cōs" et *me* supra „non", ut „cognomen" fieret. M: „cui scotino g. cōs. nomen erat". Lovell. 2. 4. Hafn. Hav. et m. 2. Berol.: „cui scotino*s* cognomen erat". — Tertii denique legati nominis loco scriptum est in Gärtn. „sosites magnes". in Lov. 4. „sosistes magnes". in Lov. 3. „sositeus magnos". in Lov. 2. „sositeus magones". — Paulo post PC Berol.: „tulerunt ac re*t*ulerunt". Mediis omissis C: „mandata quicquam rex posset tantū" cet. m. 2.: „mandata quā quicquam" cet. — P: „set prius" cet.

ombulteriam et Trebulam et Austículam urbes, quae ad Poeum defecerant, Fabius vi cepit, praesidiaque in his Hannialis Campanique permulti capti. et Nolae sic ut priore nno senatus Romanorum plebs Hannibalis erat, consiliaque

1. *Cō|bulteriam et Trebulam| et Austículam urbes:* P] Compulteriam et Trebulam et Saticulam urbes. — C: „cōbulteriam & regulā & austículā urbes". Berol.: „combulcenam & trebulam & ansticulam urbes". Lov. 2.: „ċbulteriam & trebisiam & hausticulam urbes". Lov. 5.: „cambulteriam & trebulam & hausticulam urbes". Gärtn.: „combultiram & trebulam & austículam urbes". — Margo Ox. N.: „combulcenam". — Harl. m. 1.: „et trubalam". m. 2.: „et trubelam". Lov. 4.: „et nebulam". Hav.: „et tribisiam". — Oxx.: „et austículam". Voss. Harl. Lovell. 1. 4. Hafn.: „et hausticulam". Hav.: „et aristículam". Lov. 3.: „et austutiam". M (?): „et articulam". — *Combulteriam* ex optimorum codd. fide scripsimus nec eam urbem esse putamus quae 24, 20. ex Samnii oppidis „Conpulteria" nominatur, parvo enim interdum litterarum discrimine has antiquas urbes inter se distinctas fuisse, ne alios locos conferremus, 23, 37. in urbibus „Vercellium Vescellium" vidimus. Haec quoque causa est, quod tertiae urbis nomen cum prioribus editi. mutare ausi non sumus. haud pauca enim antiquorum oppidorum nomina in uno tantum veterum mss. loco niti constat. verum quod dici potest, Saticulae nomen vel ob id h. l. minus probandum videri, quod Livius aliis locis (7, 32. 9, 22.) eam urbem Samnii faisse tradiderit, id non tanti habemus, quare 23, 14. non dubitavimus scribere „Volturno amni traiecto per agrum Saticulanum Trebianumque super Suessulam per montis Nolam pervenit". — P: „— urbes|quepoenumdefecerant". — Paulo ante P: „transgresso uolturnum facio postexpiata" cet. P m. 2. C: „transgresso uolturnum fazio" cet. Berol.: „transgresso uulturnum fabio". — P: „am bocōsremgerebant". C Berol.: „ambo consules".
2. *in his:* PC Berol.] in iis. — P: „campaniquepermulticapi etnolae" cet. CM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Oxx.: „campanique". Berol. rell.: „campani permulti capti". — Paulo post Berol.: „consiliaque occulta de caede principum et proditione urbis tractabantur". Lov. 3.: „et de proditione". Hav. Ox. N.: „tractabantur". Gärtn. etiam: „mirabantur".

occulta de caede principum et proditione urbis inibantur: quibus ne incepta procederent, inter Capuam castraque Hannibalis, quae in Tifatis erant, traducto exercitu Fabius super Suessulam in castris Claudianis consedit, inde M. Marcellum pro praetore cum his copiis quas habebat Nolam in praesidium misit.

XL. Et in Sardinia res per T. Manlium praetorem

3. *super Suessulam* (ex coni. Cluverii prob. I. Fr. Gronovio:)] super Vesuvium. — Livius tot locis castra Claudiana supra Suessulam fuisse tradit, ut h. l. de vera scriptura vix dubitandum sit. Scriptum quidem m. 1. erat in P: „superbesumiamin|castrisclaudianis", sed in eius ipsius urbis nomine scribendo simili errore ab antiquis librariis peccari solitum esse multis locis videre licet (cf. ex. gr. 23, 31. 48.). P m. 2. CM: „super besuuium in castris claudianis". Harl.: „super uesubium". Lov. 2.: „super uesunium". Lovell. 3. 5.: „super uesinium". Voss. m. 1.: „super uesinuium". m. 2.: „super ueseuum". Lov. 1.: „super ueseuium". Lov. 4.: „super uesinum". Gärtn. Hav. Berol. Oxx. D. N.: „super uenusium". Ox. L. 1. etiam: „superueniens". — Paulo ante P: „castraquehannibalisque|intifatiserant". C: „quae antifatis erant". — P m. 1.: „traductoexercitu". m. 2. s inductum est.

4. *M. Marcellum pro praetore cum his copiis* cet.] M. Marcellum propraetorem cum iis copiis cet. — Quod 23, 32. scriptum esset „M. Claudius *pro consule* ad eum exercitum qui supra Suessulam Nolae praesideret missus", et 23, 48. „M. Claudio *proconsuli* imperavit" cet., et quod item in suo cod. mscr. h. l. „m. marcellum *pro consule*" cet. repperisset, C. Sigonius non „pro*pr.*" sed „pro *cōs.*" hoc quoque loco a Livio scriptum esse contendit, verum tamen in P invenimus „inde. m. marcellum propr. cum his copiis" cet., in C Berol. „— propraetorem cum his copiis" cet. et sic Drakenborchius in Harl. vidit „pro praetore", in rell. codd. vel „propr." vel „propraet." vel „propraetorem". Hearnius in Ox. D. „praetorem". Ea tamen causa est quod, cum idem vir illis aliis locis *pro consule* rem gessisse dicatur, h. l. non „propraetorem" sed „*pro praetore*" (i. e. cui summum earum copiarum imperium esset) Livium scribi voluisse persuasum habemus.

7. *per T. Mallium. pr.:* PC. Et sic in melioribus omni-

dministrari coeptae, quae omissae erant postquam Q. Mu-
ius praetor gravi morbo est inplicitus. Manlius navibus
ongis ad Caralis subductis navalibusque sociis armatis, ut
erra rem gereret, et a praetore exercitu accepto duo et vi-

bus codd. h. l. „praetorem“ scriptum est. Sed cum praetor Sardiniae Q. Mucius fuisset (23, 34.), in Hafn. Hav. Berol. non „praet.“ sed „*propraetorem*“ ponendum videbatur: et in Lov. 2. tota vox praetermissa est. Berol. etiam: „p. ti. manlium“. Multis iam Dukerus similibus locis collatis ostendit, praetoris nomen apud antiquos scriptores non numquam nihil aliud quam eum qui rebus gerendis exercituique praefuerit significasse. — Praeterea C: „et sardinia“ cet. PC: „—administrari coept*a* quae omissae erant“ cet. Lov. 2.: „administrari coepta quae omissa erat“. Pall. 2. 3.: „— cum iis copiis administrari coeptae“ cet. Lov. 3. Hafn. Rec.: „— cum his copiis administrari“ cet. Haec tria verba male ex fine proxime antecedentis cap. in hunc quoque locum translata esse ex Havercampiani cod. scriptura „— cum his copiis quas habebat administrari“ cet., Drakenborchius perspexit. — PC: „postquam. q. mucius. p̄r.“ cet. Ox. N.: „q. munitius“. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „q. miuntius“.

4. *duo et uiginti milia pedi-*

tum ∞ cc. equites: PCM] duo et viginti millia peditum, mille et ducentos equites (Berol. m. 2.). Harl.: „— et mille ducentos“. Berol. m. 1.: „duo & xx peditum. m^a & cc^tos equites“. — Paulo ante PC: „manilius nauibus longis ad caral*is* subductis“. M Ox. D.: „manilius“. Berol. m. 1.: „ab carallis“. m. 2.: „ad“. — Primo P: „socis armatis“. eadem tamen manus postea adiecit alterum *i*, ut „sociis“ fieret. — P: „et ap̄r. exercituaccepto“. — Paulo post PC: „cum his equitum peditumque cop*iis*“. Berol.: „cum his peditum equitumque copiis in agrum hostium“ cet. m. 2. in margine adscripsit „profectus“. — P: „aut|pro culabhamicore|castriscastrapo suit“. m. 2. litteram *s* adiecit, qua „hamsicore“ factum est. C m. 1.: „aut procul ab amsicore“ cet. m. 2.: „haut procul“. Berol.: „— ab ansicore castris“ cet. — Deinde PC: „hamsicor tum forte profectus erat“ cet. M: „hamsicorum forte“ cet. In Harl. Pall. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Ox. N. excidit „tum“. Berol.: „hansicoras forte“ cet. Alter librarius codicis Ox. N. „quoque“ pro *forte* poni voluit. — PCM: „in pellitos

ginti milia peditum mille ducentos equites confecit: cum his equitum peditumque copis profectus in agrum hostium haud procul ab Hampsicorae castris castra posuit. Hampsicora tum forte profectus erat in Pellitos Sardos ad iuventutem armandam, qua copias augeret. filius nomine Hostius castris praeerat: is adulescentia ferox temere proelio inito fusus fugatusque: ad tria milia Sardorum eo proelio caesa, octingenti ferme vivi capti: alius exercitus primo per agros silvasque fuga palatus, dein, quo ducem fugisse fama erat, ad urbem nomine Cornum caput eius regionis confugit: debellatumque eo proelio in Sardinia esset, ni classis Punica

sardos". Berol. et rell. codd.: „in pellidos sardos".

5. *filius nomine Hostius*] filius nomine Hostus. — „Hostus" recentiores editt. scripserunt Silium secuti, qui 12, 345. ita: „in bella Hampsagoras Tyrios renovata vocarat, proles pulcra viro nec tali digna parente Hostus erat" cet. Frobenius, quem et Drak. secutus est, in ed. a. 1531. scribi iussit „Hiostus", quae coniectura nulla mss. auctoritate nixa videtur. nam in PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. inventum est „nomine hostia": in Lov. 2. „nomine ostis". in recentibus quibusdam codd. (exceptis tamen non PCM modo sed etiam Lovell. 2. 3. 4. 5. Berol.): „filius eius nomine". Equidem ex sequentis cap. loco codicis P recepi „*Hostius*", cum praesertim idem nomen 1, 12. in antiquis codd. non *Hostus* sed *Hostius* scriptum viderim. — Dein P: „isadulescentiaferoxtemere| proelioinito" cet. m. 2.: „ferox". CM: „adulescentia". cf. ex. gr. 22, 60. Berol.: „adolescentia". Hav.: „is ab adolescentia ferox". — Berol.: „fusus fugatus". — Paulo post PC et Lipsii cod.: „ad ∞ ∞ ∞ sardorum": quod significare „ad tria milia Sardorum" Lipsium non fefellit. cf. 23, 30.: minus duo milia civium. Idem videtur in M melioribusque Drak. codd. repertum esse. Berol. et recc. codd.: „ad xxx^ta m^a sardorum". — P: „eo proelio". C Berol.: „eo praelio". — Tum PM Cant.: „ɔccc.ferme uiui capti". C: „octingenti ferme" cet. Berol.: „m. & ccc^ti ferme" cet. Similiter plerique Drak. codd.: „mille trecenti". — Berol.: „— fuga pallatus. deinde quo ducem fugisse" cet.

um duce Hasdrubale, quae tempestate deiecta ad Baliaris rat, in tempore ad spem rebellandi advenisset. Manlius ost famam adpulsae Punicae classis Caralis se recepit: ea ccasio Hampsicorae data est Poeno se iungendi. Hasdru- al, copiis in terram expositis et classe remissa Carthagi- em, duce Hampsicora ad sociorum populi Romani agrum opulandum profectus Caralis perventurus erat, ni Manlius bvio exercitu ab effusa eum populatione continuisset. primo astra castris modico intervallo sunt obiecta, tum deinceps

1. *ad Baliaris:* P m. 2. — P m. 1.: „— deiectaabaliaris". C: „ad balear*is* ". Berol.: „ad balear*es*". — Paulo ante Berol.: „debellatum eo p̄lio" cet. P: „eoproelio". C: „eo praelio". — Berol.: „ni classis punica duce hasdrubale — ad spem rebellandi uenissent". m. 2.: „aduenisset". Lov. 5.: „inuenisset".
1. *data est:* PCM Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.] data. — Paulo ante PC: „caral*is* se recepit". — Berol.: „& occasio ansicore" cet. PC: „ea occasio ampsicorae" cet. — Paulo post Berol. m. 1.: „etiam classe remissa". m. 2.: „et classe". — P: „ducemhampsi | cora ". C: „duce hamsicora". Berol.: „duce hansicora". — P: „ad sociorum. pr. agrum" cet. — PC Berol.: „caral*is* peruenturus erat" cet. i. e. perventurus erat eoque *pervenisset* ni Manlius — *continuisset*. Cf. 22, 60.: obsistere ac retinere *conati sunt*, ni — viri fortissimi inertis *submovissent*.
9. *tum deinceps procursationes leuia certamina uario euentu inita* (dann nacheinander u. s. w.)] deinde procursationes leviaque certamina cet. (ex I. Fr. Gron. coni.). — PCM Cant. Voss. Lovell. 2. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „— obiect*a* de*in*ceps procursationes". PC Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 5. Gärtn. Hav. Berol. ac sine dubio M: „leuia certamina". — *Deinceps* h. l. inconsulte pro *deinde* ab antiquis librariis scriptum esse, id quod Gronovius opinatus est, vix cuiquam persuaderi possit. cum igitur *primo* antecedat et *postremo* sequatur, aut *tum* post „obiect*a*" excidisse sequitur, aut *dein* ante „de*in*ceps". Cf. ex. gr. 2, 39.: primum — inde — tum deinceps — postremum cet. 2, 47.: funera deinde duo deinceps" cet. *Deinde deinceps* saepius apud Ciceronem iuncta

procursationes levia certamina vario eventu inita, postremo descensum in aciem, signis conlatis iusto proelio per quattuor horas pugnatum. diu pugnam ancipitem Poeni Sardis facile vinci adsuetis fecerunt, postremo et ipsi, cum omnia circa strage ac fuga Sardorum repleta essent, fusi. ceterum terga dantes circumducto cornu, quo pepulerat Sardos, inclusit Romanus: caedes inde magis quam pugna fuit: duodecim milia hostium caesa Sardorum simul Poenorumque, ferme tria milia et septingenti capti et signa militaria septem et viginti.

XLI. Ante omnia claram et memorabilem pugnam fecit Hasdrubal imperator captus et Hanno et Mago nobiles

legi vel ex Facciolati lex. intelligi potuit. Apud eundem scriptorem in similibus locis non numquam *deinceps* idem prope quod *deinde* significare videri notum est: cf. F. Handii Turs. II. p. 237. obs. 9. Si quis igitur supra quoque apud Livium (cf. 1,6.) *deinceps* hoc sensu positum vult, per me licet antiquos mss. sequatur. mihi videtur h. l. nec sive *tum* sive *dein* propter voces *primo* — *postremo* deesse posse nec *deinceps*, quippe qua particula Livium, quid quaeque secutum esset, describere voluisse ex totius loci ratione appareat. cf. Handius l. l. p. 236. obs. 7. — Paulo ante Berol.: „primo castris castra modico" cet. — C: „postremo decensū".

2. *signis conlatis*: PC (M Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.)] signisque collatis (edit. Frob. a. 1535:). Haud paucis locis id brevius fortiusq. dicendi genus ab editoribus prorsus neglectum esse constat. — P: „iustoproelio perquattuororas". C Berol.: „praelio". — Paulo post Pal. 1.: „quo repulerat sardos". — PC(M): „$\overline{\text{XII}}$. hostium caesa — ferme. $\overline{\text{III}}$. et δcc. capti" cet. Berol.: „XII. m^{a}. hostium cesa — ferme tria m^{a} & *mille* cc^{ti} capti". m. 2. „mille" expunctum est. Harl. Pall. Lovell. 4. 5. Gärtn. Ox. D.: „— & cc capti". Voss. „&. m. cc. capti". Lov. 3.: „& mille cc capti". Lov. 2.: „& mille capti". Ox. L. 1.: „& romani ccc capti". — In Ox. N. m. 2. „ferme" inductum est.

11. *ante omnia claram et memorabilem pugnam fecit* cet.: PCM Pal. 2. — Voss. Pal. 1. 3. Lovell. Hafn. Rec. Gärtn. Hav. Berol.: „ante omnia duram et memorabi-

Carthaginienses, Mago ex gente Barcina propinqua cognatione Hannibali iunctus, Hanno auctor rebellionis Sardis belque eius haud dubie concitor. nec Sardorum duces minus obilem eam pugnam cladibus suis fecerunt, nam et filius lampsicorae Hostius in acie cecidit, et Hampsicora cum 5 aucis equitibus fugiens, ut super adflictas res necem quoue fili audivit, nocte, ne cuius interventus coepta inpediet, mortem sibi conscivit. ceteris urbs Cornus eadem quae nte fugae receptaculum fuit, quam Manlius victore exeritu adgressus intra dies paucos recepit. deinde aliae quo- 10

lem pugnam" cet. — P: „hasdrubalimp.captus". — PC: „ex gente barchina". Berol.: „ex gente brachina". — P m. 1.: „propinquapugnationis hannibaliiunctus". P m. 2. C: „propinqua cognationis hannibali" cet. Berol.: „ — hanibali uinctus". — P: „han| no auctores rebelli | onis sardis bellisque" cet. — PCM Ox. D.: „concitor". Berol. rell. codd.: „concitator".

5. *Hostius in acie cecidit:* P] Hostus in acie cecidit. Cf. 23, 40.: Hostius. — P m. 1. cum scriptum esset „nametfi lius hamsicorae hostis in acie ce cidit*ethaps*|*sicoraehostiusin acie*|*cecidit*ethapsicoracū|pau cis" cet., id, quod et aliis locis accidisse in eodem libro videmus, factum est ut media verba, in quibus integrior scriptura altera inerat, m. 2. inducerentur. Cf. ex. gr. 26, 33.: quaeque una secum dedidere. — C: „nam et filius hamsicorę hostis in acie" cet. Berol.: „hansicore hostis" cet. Item in rell. codd. videtur „Host*is*" receptum esse. — Paulo ante Berol.: „minus nobilem pugnam". — Deinde C: „et hāsicora cū paucis equitibus fugens" cet. Berol.: „et hansicora" cet. — PC: „ut super adflictas reb necem quoque fil*i* audiuit". Berol.: „ut super afflictas res necem quoque filii audiuit". Cf. 22, 6.: super cetera. — P: „necuius interuentuscoepta*m*|pediret": in qua scriptura latere „ — coe pta*in*pediret" (M m. 2. Pal. 2.) I. Fr. Gronovium non fefellit. P m. 2. tamen atque inde M m. 1.: „ — coeptam petiret". C Cant. Lovell. 1. 2. 3.: „ — coeptam peteret". Harl. Pal. 1. Hav.: „ — coeptum peteret". Emendatius Berol.: „ceptum impediret". Pal. 3. etiam: „ne cuius praeuentus coepta peteret". Lov. 5.: „ne cuius interuentu coepti poeniteret".

10. *intra dies paucos:* PCM Harl. Hav.] intra pauces dies

que civitates, quae ad Hampsicoram Poenosque defecerant, obsidibus datis dediderunt sese, quibus stipendio frumentoque imperato pro cuiusque aut viribus aut delicto Caralis exercitum reduxit. ibi navibus longis deductis inpositoque, quem secum advexerat, milite Romam navigat Sardiniamque perdomitam nuntiat patribus, et stipendium quaestoribus, frumentum aedilibus, captivos Q. Fulvio praetori tradit. Per idem tempus T. Otacilius praetor ab Lilybaeo classi in

(Berol. rell.). — Paulo ante PC: „quammaniliusuictorcex ercituadgressus". Berol. (Voss. Lovell. Gärtn. Hav.): „quam manlius uictor exercitu aggressus". — Paulo post P: „deindealiae quo*dq*.| ciuitates quaead*eam*|spicorum poenosq. defecerant" cet. m. 2. medium *e* ante *am* inductum est. C: „— quae ad ampsicorum poenos defecerat". m. 2.: „poenosq; defecerant". Berol.: „ad hansicoram". — P: „opsidibusdatis". — Berol.: „pro cuiusque aut delicto aut uiribus". — PC Berol.: „caral*is* exercitum reduxit".

7. *captiuos Q. Fuluio praetori tradit*] captivos Q. Fulvio praetori tradidit (ex Crevieri coni.). — P: „captiuos| quefuluio.pr". Eodem, quo peccari solitum esse constat (cf. ex. gr. 23, 34.: Q. Fulvius Flaccus:), mendo in ceteris omnibus codd. scriptum est „captiuosq; fuluio" cet. — PCM Harl. Lovell. 1. 4. 5.: „tradit". Berol. rell.: „tradidit". — Lov. 5.: „et frumentum aedilibus".

8. *T. Otacilius praetor ab Lilybaeo classi in Africam transuectus*] T. Otacilius praetor quinquaginta navium ab Lilybaeo classe in Africam transvectus. — T. Otacilium, qui classi praeesset, in Siciliam cum imperio missum esse 23, 32. traditum est. quot navium ea classis fuerit, traditum non est. prava igitur cuiusdam librarii coniectura, cuius fons male intellectum cap. 38. huius libri fuerit, verba „quinquaginta navium" nata esse meliorum omnium codd. scripturae persuadent. nam in PC (M m. 1.) invenimus: „peridemtempus ti.otacilius.p̄r.ablilybaeoclassis inafricamtransuectus": nec in M Cant. Harl. Lovell. 1. 3. Ox. L. 1. „quinquaginta nauium" repertum est. In Voss. tamen et in Lov. 2. iam „quinquaginta" receptum videtur omisso nomine „nauium". At Berol.: „per idem tempus & octacilius. pr. L^ta a lilibeo nauiū classe in africam transuectus". similiterque Hav.: „— a lilibeo quinquaginta nauium classe" cet.

transvectus depopulatusque agrum Carthaginiensem liniam inde peteret, quo fama erat Hasdrubalem s nuper traiecisse, classi Africam repetenti occurrit, ertamine in alto commisso septem inde naves cum valibus cepit: ceteras metus haud secus quam tem- 5 ıssim disiecit. Per eosdem forte dies et Bomilcar tibus ad supplementum Carthagine missis elephan-

g. cod.: „— quinqua- nauium classe ab lily- in africam transuectus". Classi" scripsimus cum Harl. Lovell. 2. 3. 4. ue altera cod. M. — . et m. 2. Berol.: „octa- propr.": qua coniectura et I. Fr. Gron. dubi- an „pro praetore" (cf. 6.) scribendum esset. . 23, 40.: per T. Man- *praetorem*. — C: „de- t'q;". C: „agrum carthа- sium". Berol.: „agrum inensium". — P m. 1.: sardiniam intepeteret". „indepeteret". — De- omisimus praeposition- ante *Baliaribus*, quippe nec in PC nec in Be- l. posita esset. Quid nb. in suis codd. inve- non rettulit, quamquam bium videtur quin idem n PC in melioribus eius scriptum fuerit. mino- nim insularum nomina ac nomina urbium con- solita esse notissimum Praeterea h. l. non C modo sed etiam P: rubalem balearibus nu- aiccisse". — Paulo post PCM Harl.: „leuique certa- mine in alto commisso" cet. Inepte Berol. ceterique codd. omnes: „leuique armatura certamine" cet. — P: „haut secus".

7. *cum militibus ad supplementum Carthagine missis elephantisque et commeatu* ab Livio scriptum esse persuasum habeo. Verum cum m. 1. in P non „cum militibus" sed levi mendo „cum milibus" positum esset, I. Fr. Gronovius numerum quendam ante vocem *milibus* ab librariis praetermissum ratus, ut 23, 13., sic hoc quoque loco scribendum esse coniecit „Bomilcar *quattuor milibus* ad supplementum Carthagine missis" cet. At praeterquam quod nihil audacius videri potest quam si quis in his rebus expediendis una coniectura se duci patitur, reliqua etiam, quae h. l. leguntur, si cum superiore illo loco contuleris, Livium nullis usum esse numeris docere videantur. — PC: „ad supplimentum". Berol.: „ad suplementum". — Dein P(C): „— elephantis | quecomeatulo

tisque et commeatu Locros accessit: quem ut incautum opprimeret, App. Claudius per simulationem provinciae circumeundae Messanam raptim exercitu ducto aestuque summo Locros traiecit. iam inde Bomilcar ad Hannonem in Bruttios profectus erat et Locrenses portas Romanis clauserunt: Appius magno conatu nulla re gesta Messanam repetit. Eadem aestate Marcellus ab Nola, quam praesidio obtinebat, crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit, adeoque omnia ferro atque igni vastavit ut antiquam cladium Samnio memoriam renovaret.

cras|accessit": nisi quod in C „cōmeatu" scriptum est. Berol. m. 1.: „— elephantisque comeatu locros accessit". Item in M Voss. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. Hav. particula *et* omissa est. Cantabrig. igitur: „— elephantis commeatu locros accessit". Lov. 5. et m. 2. Berol.: „elephantisque commeatu*que*" cet. Melius Harl. Lov. 3.: „— elephantisqu*e et* commeatu" cet.

3. *aestuque summo* (und obgleich die See sehr hoch ging): ex coni. E. Kästneri:] aestuque suo (PCM Cant. Pall. Lovell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hafn. Oxx.). Berol.: „astuq. suo". Lov. 5.: „aestuque servato": qua librarius scriptura exprimere videtur voluisse „nachdem er die Fluth abgewartet hatte". Hav.: „aestu suo". In Voss. Harl. videtur „aestu secundo" scriptum fuisse. Cum „aestu *suo*" nihil aliud significare possit quam „aestu secundo et favente", nec eius generis interpretatio cetero loco conveniat, eleganti emendatione Ern. Kästnerus antiquam scripturam restituisse videtur. nam qui Appius se improvisum Bomilcarem oppressurum esse sperare potuit nisi cum mari inquieto turbulentoque navigaret: aut qui poterat idem videri magno conatu, id quod paulo post dicitur, profectus esse, si aestu secundo Messana Locros delatus traderetur? — C: „quē incautū opprimeret ap. p̄. claudius" cet. P: „app̄. claudius". C: „messenā". P: „raptumexercitnducto". — Paulo post C: „in brutios". Berol.: „in brucios". — P: „— clauserunt ap̄. magno conatu" cet. Lov. 5.: „messanam se recipit".

9. *ut antiquam cladium Samnio memoriam renouaret*] ut antiquarum cladium Samnio memoriam renovaret (P m. 2. C Berol. ceterique ut videtur codd.: nisi quod in Berol. „samnī" positum est:).

XLII. Itaque extemplo legati ad Hannibalem missi simul ex utraque gente ita Poenum adlocuti sunt: „hostes populi Romani, Hannibal, fuimus primum per nos ipsi, quoad nostra arma nostrae vires nos tutari poterant: postquam his parum fidebamus, Pyrrho regi nos adiunximus, a

— P m. 1.: „ut*antiquam* rumclauium|samniomemoriam renouaret". m. 2. *m* inductum et *u* cum *d* permutatum est ut „antiquarum cladium" fieret. Nemo non videt duas ab antiquo librario scripturas h. l. iunctas esse, et *antiquam* et *antiquarum*, quarum alteram prioris et difficilioris interpretationem esse non est difficile perspicere. et Livium eo poetarum ingenio accommodatiore scribendi genere uti solitum esse peritos harum rerum non praeterierit. cf. 2, 51.: „post acceptam proximam pugnae cladem": eodemque loco „hesterna felicitate pugnae ferox". — Praeter ea Berol.: „abnolla". P m. 1.: „obstinebat". m. 2.: „oblinebat". C: „optinebat". C: „in agrum hyrpinum". Berol.: „— in agrum yrpinum & sanitum caudinorumq. fecit". Hav. et margo Ox. N.: „— et samnitium caudinorumque". — Berol. m. 1.: „adeo oīa ferro atq. igni uastauit". m. 2.: „adeoq." P et m. 2. C: „uastabit". C m. 1.: „uastabat".

4. *quoad nostra arma nostrae uires nos tutari poterant:* Berol. m. 2. — PCM Voss. Harl. Lovell. 3. 4. Hav. et m. 1. Berol.: „— nos tutar*e* poterant": cf. 22, 60. sub fin. — Praeterea P: „itaque exē|plolegatiadhanniba|*m*issi" cet. m. 2. positum est *le* supra *m*. — Berol.: „penum ita alloquuti sunt". — P m. 1.: „hostes.pr̄.hannibal*e* | fui mus". m. 2. *e* inductum est. — PC: „— pernosipsi*quod* nostraarma" cet.: quo mendo in particula *quoad* errari solebat, quamquam non dubito quin futuri sint qui hanc scripturam non modo, quod antiquior, sed etiam, quod fortior esset, praeferendam putarint. at si *quod* scripserimus, verba „quod — tutari poterant" referri non poterunt nisi ad „per nos ipsi", omnisque totius loci vis in his ipsis verbis inesse videatur necesse erit. maiorem autem vim in priore huius loci parte ponendam videri, ita ut verba „quoad — tutari poterant" posita non sint nisi ad explicandam vocem *primum*, vix quisquam negaverit.

5. *his:* PC Berol.] iis. — P m. 1.: „parumfideeamus". m. 2.: „fideuamus". — Berol.: „pirrho regi". — PCM al.: „pa-

quo relicti pacem necessariam accepimus fuimusque in ea per annos prope quinquaginta ad id tempus quo tu in Italiam venisti. tua nos non magis virtus fortunaque quam unica comitas ac benignitas erga cives nostros, quos captos nobis remisisti, ita conciliavit tibi, ut te salvo atque incolumi amico non modo populum Romanum sed ne deos quidem iratos, si fas est dici, timeremus. at hercule non solum incolumi et victore sed praesente te — conploratum prope coniugum ac liberorum nostrorum exaudire et flagrantia tecta posses conspicere — ita sumus aliquotiens hac aestate devastati, ut M. Marcellus non Hannibal vicisse ad Cannas videatur, glorienturque Romani te ad unum modo ictum vigentem velut aculeo emisso torpere.

cem necessariam accepimus": i. e. necessitate coacti pacem, quae Romanis placuerat, accepimus. Pal. 3. (?): „recepimus". Lov. 4.: „fecimus". — Harl.: „per annos prope quingenta". Gärtn.: „per annos quinquaginta aut prope". Lov. 2.: „fuimusque in ea prope annos quinquaginta".

2. *quo tu in Italiam uenisti*] quo in Italiam uenisti (Berol.). — P: „quo*du*initaliam uenisti". Littera *u* inducta P m. 2. C: „quod in italiam uenisti". Persaepe ab antiquiore illo librario litteras *d* et *t* inter se permutatas esse ubique videre licet: nec multo minorem h. l. vim in pronomine *tu* positum esse quam paulo infra in verbis „neque *tu* defendis" manifestum videtur.

7. *si fas est dici* (wenn es anders erlaubt ist dies auszusprechen): PC] si dici fas est (Berol.). — P: „non modo.p̄r.sedne" cet. Berol.: „—s; deos quidem iratos — non timeremus". Ad *non modo sed ne — quidem* cf. 23, 29. sub fin. 4, 3.: Tarquinium *non modo* Romanae *sed ne* Italicae *quidem* gentis cet. Eodemque loco: *non modo non* patricium *sed ne* civem *quidem* Romanum cet.

13. *uelut aculeo emisso*: ex coni. I. Fr. Gron.] velut aculeo amisso (ex Trilleri coni.). — Cur antiquam scripturam „emisso" mutatam voluerint, equidem non intelligo, nisi forte quod verbo *emittendi* posito sua sponte apes ita agere dicerentur, quod, cum lege naturae simul cum ictu aculeus amitteretur, probari non posset. at praeterquam quod, sive Hannibalem spectas sive apes, „*amisso*" sententiam frigidiorem facit, eo

er annos centum cum populo Romano bellum gessimus nullo eterno adiuti nec duce nec exercitu, nisi quod per biennium

potissimum Hannibalem magnopere concitari atque irritari his verbis ad bellum gerendum oportuit, quod sociis videretur non tam senescere, quam, qui modo tam insolenter se iactasset, iam sua ipsius voluntate omnem deposuisse vim: „und die Römer sagen dürfen, du seiest jetzt, gleich als habest du nur zu einem Stiche Kraft gehabt, sobald du dich deines Stachels entäussert hättest, in Unthätigkeit versunken". — P m. 1.: „uelutaculegemis|sotorpere": in quo nihil erratum videtur nisi quod c pro o positum est. sed cum alterum librarium vera horum verborum vis falleret, is inter *t* et *a* posuit *i* et *o* supra inductum *e*, ut fieret „uelutiaculoge misso": quo factum est ut in C m. 1. „uelit", manuque altera in C et deinde ut videtur in rell. codd. „uelut iaculo emisso" poneretur. Berol. tamen „uelut iaculo omisso". Freinshem. apte laud. Curt. 4, 14.: quae (temeritas) ubi primum impetum effudit, velut quaedam animalia emisso aculeo torpet. — Praeter ea P: „ad hercule". Berol.: „at h'cle". — C m. 1.: „incolomi et uictores & praesente te" cet. m. 2.: „incolumi et uictore & praesente te" cet. P: „set praesente te". — P: „conploratumpropeconiu | gumabli berorum" cet. CM Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „comploratum" cet. Lov. 1. al.: „cum ploratum" cet. — P: „etfraglantiatecta". — P m. 1.: „conspicerest". m. 2.: „conspicere". — PC Berol.: „aliquotiens". — P m. 1.: „uicisse ad cannas uside | aturglo rienterque". m. 2.: „uide|a turglorienturque". Berol. m. 1.: „uideretur": quasi id verbum ex praeterito „devastati sumus" penderet. Berol. m. 2. rell.: „uideatur".

1. *per annos centum cum populo romano bellum gessimus:* Lov. 3.} per centum prope annos cum populo Rom. cet. — Cum in P (CM Voss. Lovell. 1. 5.) inventum esset „peran | noscum.p̄r.bellum gessimus", annorumque numerum ipsum a librariis praetermissum esse appareret, id, quod in eadem re 23, 5. ab Terentio consule Campanis dictum traderetur, recipiendum videbatur *„per centum prope annos"*; quamquam illo loco vidimus, 31, 31. illud bellum „per annos prope septuaginta" cum Samnitibus gestum esse dictum reperiri. non male tamen illum alterum vero maiorem numerum recepisse h. l. videntur, ut-

Pyrrhus nostro magis milite suas auxit vires quam suis viribus nos defendit. non ego secundis rebus nostris gloriabor, duos consules ac duos consulares exercitus ab nobis sub iugum

pote quos non praeteriret multa pro rerum ratione in his orationibus modo minui modo augeri solere. quem ad modum enim paulo ante „per annos prope quinquaginta" scriptum erat, quamvis „per annos quinquaginta quattuor" scribendum fuisset, quod L. non dubitabat quin Hannibali gratius futurum fuisse oporteret, si Samnites pacem cum populo Rom. non longissime dicerentur habuisse, sic ob eandem gratiam annorum numerum, quibus iidem bellum cum Romanis gessissent, vel adeo augeri posse librarii sibi persuaserunt. Et sic in Harl. quidem et in Lov. 2. Hav. scriptum est „per annos prope centum", in Berol. „per prope centum annos", in Lov. 4. eisdem quibus superiore loco verbis „per centum prope annos". Sed cum in his dicendi generibus Livium non semper elegantiore illa verborum structura usum esse vel duobus illis locis, quorum modo mentionem fecimus, persuadeatur, codicis Lov. 3. librarium, quem nos secuti sumus, minus a vero aberrasse ex P scriptura manifestum videtur, quod nihil facilius evenire potuit quam ut, cum *centum* una littera *c* exprimi soleret, id ipsum *c* ante *cum* librarios falleret. — Berol.: „—gessimus bellum". — P m. 1.: „—ad iutinecnec|duce" cet. m. 2. alterum *nec* inductum est. — P: „pyrrus". — Cant.: „suas auxit res": omissa syllaba *ui*. — Ox. D.: „nos defenderat".

3. *ab nobis:* PC] a nobis (Berol.). — Paulo ante cod. Sig. et Recan.: „non ergo secundis nostris rebus gloriabimur": quem ad modum 23, 13. vel in P „ergo" pro *ego* positum vidimus. at Livium illo pronomine sic uti solitum esse multis locis videre licet: ex. gr. 22, 39. sub fin.: nec ego cet. Gärtn.: „—gloriamur". Ox. D.: „gloriemur". — P m. 1.: „duos. cos.acdu | *ci*consulares" cet. m. 2. „*us*" positum est supra *ci*. — Deinde Berol.: „et si qua alia aut leta aut mor|fera aut glo'sa nobis euenerunt". Eodem pravo supplemento in Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N. manuque altera in Berol. scriptum est: „—aut laeta aut mortifera aut gloriosa" cet. — In paulo post sequentibus verbis ellipsem quandam inesse supplendumque esse „*at id dicere possum*, quae adversa tunc acciderunt, minora fuisse

missos et si qua alia aut laeta aut gloriosa nobis evenerunt. quae aspera adversaque tunc acciderunt, minore indignatione referre possumus quam quae hodie eveniunt. magni dictatores cum magistris equitum, bini consules cum binis consularibus exercitibus ingrediebantur finis nostros, ante explorato et subsidiis positis et sub signis ad populandum dicebant: nunc propraetoris unius et parvi ad tuendam No-

quam quae hodie eveniunt" non est difficile intelligere. — Berol.: „referre possumus". P: „quam quae hodie ae | ue niunt".

6. *finis nostros:* PC] fines nostros (Berol.). — Paulo ante PC: „magni dictatoris cum mag. q. bini cos." cet. C m. 2.: „cum mag. eq." Ab Q. Fabio, qui L. Papirii dictatoris magister eq. erat, Samnites ad Imbrinium fusos esse notum est, quare h. l. magistri eq. praetermittendi non erant. at plurali oratorem utentem L. facit ad rem ipsam augendam, praesertim cum Papirius bis dictator in Samnites dictus esset. — P: „increbiebantur". In Cant. id verbum omissum est. — Quae sequuntur verba, ab Samnite dicta videntur, et ut vires populi sui amplificaret, quippe in cuius fines Romani ingredi ausi non essent nisi explorato et sub signis: et ut demonstraret, quem ad modum, quae adversa accidissent, minore indignatione ferri potuisse, quam quae Hannibale praesente acciderent.

7. *nunc propraetoris unius* ex verissima Lud. Walchii emendatione restitutum esse persuasum habeo. Nam 23, 41. legimus M. Marcellum ab Nola, quam praesidio obtinebat, in Hirpinos et Samnites crebras excursiones fecisse: idemque Marcellus 23, 29. *pro praetore* rem gessisse dicitur. et sic optime responderi, quorum modo mentio facta erat, dictatoribus consulibusque vix quemquam fugerit. P: „nuncpropriunius" cet. P m. 2. CM Cant.: „nunc proprii unius". Berol. rell.: „nunc prope unius & parui" cet. — P et m. 1. C: „praesidi". C m. 2. Berol.: „praesidii". — Paulo post codicis Ox. N. margo: „ne manipulantium quidem". — PC: „neglegentius". Berol.: „negligentius". — Berol.: „quam in romano" cet. Lov. 4.: „quam si romano" cet. Gärtn.: „quam si romano agro vagarentur". Voss. Lovell. 1. 2.: „—agro vagarentur". — Denique margo Ox. N.: „quae si domi esset tueretur". — P m. 1.: „subsi gaismilitat|suis". m. 2.: „tuis".

lam praesidi praeda sumus: iam ne manipulatim quidem sed latronum modo percursant totis finibus nostris neglegentius quam si in Romano vagarentur agro. causa autem haec est, quod neque tu defendis et nostra iuventus, quae si domi esset tutaretur, omnis sub signis militat tuis. nec te nec exercitum tuum norim, nisi a quo tot acies Romanas fusas stratasque esse sciam, et facile esse dicam opprimere populatores nostros vagos sine signis palatos, quo quemque trahit quamvis vana praedae spes. Numidarum paucorum illi quidem praeda erunt, praesidiumque simul no-

6. *nisi a quo tot acies Romanas fusas stratasque esse sciam, et facile esse dicam* cet.] nisi a quo tot Romanas acies fusas stratasque esse sciam, ei facile esse ducam cet. — Particulam *nisi* restitutam Vallae debemus. P(C): „— norim|siaquo tot aciesromanas“ cet. Berol.: „— norim a quo tot acies ro. fusas stratasque esse sentiam“. P: „|usasstrataque|“. PC: „essesuametfacileessed*i* camopprimere“ cet. Berol.: „& facile esse dicam“ cet.

10. *praesidiumque simul nobis et Nolae ademeris:* ex coni. E. Fabri] praesidiumque missum nobis et Nolae ademeris (C Berol. al.). — P m. 1.: „praesidium|que*mis*ulno bisetno|laea*dem*demeris“. m. 2. litterae *dem*, quae bis positae erant, inductae sunt et *m* supra *l* in „misul“ positum est. Hinc fieri potuisse ut plerisque librariis „missum“ scribendum videretur manifestum est. Nec tamen I. Fr. Gronovium fefellit metathesi quadam litterarum, quo mendo tot locis in antiquioribus codd. peccatum est (cf. ex. gr. 23, 36.: „*par*tim“ pro *raptim*. 23, 9.: „*repice*“ pro *recipe:* multaque similia:), erratum et *simul* restituendum esse, quamquam idem altero loco ex eiusdem P priore scriptura parum perspecta „ademptum erit“ poni voluit: eiusque coniecturam secutus W. Weissenbornius „praesidiumque missum simul nobis et Nolae ademptum erit“. Significare autem ea verba „quibus Numidis missis praesidium Romanum simul nobis et Nolae ademeris“ (wodurch du zugleich uns und Nola von jener Besatzung befreien wirst) patere videtur. nam cum 23, 39. scriptum esset, Nolae plebem Hannibalis fuisse, eamque occulta consilia de principum caede urbisque proditione inisse, nihil facilius quam id factu vi-

bis et Nolae ademeris, si modo, quos ut socios haberes dignos duxisti, haud indignos iudicas quos in fidem receptos tuearis."

XLIII. Ad ea Hannibal respondit, omnia simul facere Hirpinos Samnitesque, et indicare clades suas et petere praesidium et queri indefensos se neglectosque. indicandum autem primum fuisse, dein petendum praesidium, postremo, ni impetraretur, tum denique querendum frustra opem inplora-

debatur, dum modo praesidium romanum sublatum esset. — Excc. Pithoei: „praesidiumque missum nobis nolae ademeris". Hafn. Hav.: „praesidioque misso". — Extremum huius cap. locum Valla emendavit. Cum enim pro *haut* (vel *aut:* ut saepe in Put. scriptum est:) in P positum esset „quosutsocios haberes dignos duxisti *stit* indignosiudicas" cet., in C scriptum est „quos ut socios haberes dignos duxisti at id indignos", in M etiam et in Cant. Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. „— ad id indignos". Lov. 5.: „non ad id indignos". Berol.: „quos ut socios haberes dignos duxisti †in|dignos non iudicas quos" cet. m. 2. in loco raso: „— duxisti neque in|dignos" cet. In recentioribus Drak. codd. scriptum videtur „si modo quos socios haberes" cet. Livium h. l. coniunctione *ut* usum esse, ne bis *quos* ponendum esset, nemo non videt. cf. 22, 59.: cum indigni ut redimeremur a vobis visi sumus. — P m. 1.: „quosinfidemrecept*u*|ostu earis". m. 2. *u* inductum est.

6. *indicandum autem primum fuisse:* PCM Harl. Lovell. 3. 4. Hav. Berol.] indicandum autem fuisse primum. — Paulo ante P: „etquaeriindefensos seneclectosque". Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav.: „infensos se". Hafn.: „infestos se". Lov. 3.: „et queri se infestatos". — Paulo post PCM Voss. Harl.: „dein petendum" cet. Berol. rell.: „deinde". — P: „niinpetraretur". C Berol. rell.: „ni impetraretur". Minus fortiter esse h. l. *ni* dictum pro „*si non*" apparet. cf. F. Handii Turscll. IV. p. 188. 1. idemque aptissime cont. 1, 22.: „*se invitos quicquam quod minus placeat Tullo dicturos*, sed imperio subigi: res repetitum se venisse: *ni* reddantur, bellum indicere iussos". 1, 32. de bello rite indicendo: „*si non* redduntur quos exposcit —, bellum ita indicit" cet. — P: „tumde niquequaerendum" cet.

tam. exercitum sese non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne et ipse oneri esset, sed in proxima loca sociorum populi Romani adducturum: is populandis et militem suum repleturum se et metu procul ab his submoturum hostis.

1. *exercitum sese — adducturum* m. 2. in M et recte scriptum videtur, cum in PC Voss. Harl. Pall. Lovell. 1. 2. 4. Recan. Hav. et m. 1. in M „exercitum *esse* — adducturum" inventum esset. nam praeterquam quod persaepe *esse* et *sese* in antt. codd. confusa videmus, nulla in „*esse*" h. certe l. inesse vis potest nec deesse pronomen *se*, quod ab hoc inde loco Hannibal iam de se loqui coepit. Berol.: „exercitum se non in agrum yrpinum samnitemque ne et ipse oneri esset si in proxima — adducturum". Gärtn.: „exercitum non in agrum esse" cet. Lov. 3.: „exercitum isse — adducturum se". Simili fortasse mendo inductus Valla scribi voluit: „exercitum misisse non in agrum" cet. — P: „neetipseoneriessentsetin proximalocasociorum. pr.adducturum": damit nicht auch er ihnen zur Last falle.

3. *is populandis:* P forma contracta] iis populandis (C). Berol.: „his populandis". — Non inanis iactationis causa Hannibal legatis se populandis sociorum populi rom. agris milites suos locupletaturum esse dicit: nam et iuventutem Samnitium Hirpinorumque sub Hannibalis signis militasse 23, 42. traditum est, et socios suos illa se clade liberos fore gaudere Poenus voluit. — Deinde PC Berol.: „procul ab *his*". Bekkerus: „procul ab iis". Livius non tam, quod diversis rationibus non eadem pronomina poni possent, h. l. quamvis in oratione obliqua „*ab his*" scripsisse videtur, quam ut ita significarentur quorum legati et praesentes essent et qui cum ipso societate coniuncti essent: und werde durch die Furcht vor seiner Annäherung die Feinde fern von seinen Freunden verscheuchen. PC: „host*is*". Berol.: „hostes". — Paulo post P m. 1.: „si thragymenni quam traebiae sicannarum quam thrasimeni" cet. m. 2.: „si thrasymenni". C: „si thrasimenni quam trebiae si cannarum quam thrasimeni" cet. Utroque loco Berol.: „transimeni". Cf. 22, 4. — P: „nobilioressed". — P m. 1.: „maioreetcladiore uictoria". m. 2.: „clariore". Berol.: „maiori uictoria". Item in Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N. excidit „et clariore".

quod ad bellum Romanum adtineret, si Trasumenni quam Trebiae, si Cannarum quam Trasumenni pugna nobilior esset, Cannarum se quoque memoriam obscuram maiore et clariore victoria facturum. Cum hoc responso muneribusque amplis legatos dimisit, ipse praesidio modico relicto in Tifatis profectus cetero exercitu ire Nolam pergit. eodem Hanno ex Bruttis cum supplemento Carthagine advecto atque elephantis venit. castris haud procul positis longe alia omnia inquirenti conperta sunt quam quae a legatis sociorum audierat. nihil enim Marcellus ita egerat ut aut fortu-

6. *profectus cetero exercitu ire Nolam pergit* (rückt unmittelbar nach dem auf Nola los) vere a Livio profectum videtur. Levi tamen mendo cum m. 1. in P scriptum esset „irenoiampergit", codicis Lov. 5. librarius scribendum coniecit „— ire no*lam iam* pergit". Sed cum m. 2. in P supra „*iam*" positum esset *uato*, factum est ut in C Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. scriberetur „ire nouato iam pergit". in M etiam: „cetero exercitui renouato iam pergit". in Gärtn.: „ire nouando iam pergit". — Paulo post PC: „eodem anno ex brut*tis*". Berol.: „eodem hanno ex brutiis cum suplemento" cet. P: „cum supplimento". — P: „adqueele phantis". — P: „castris aut procul positis". Gärtn.: „in castris" cet. — Harl. Berol.: „longe omnia alia inquirenti" cet. in Lov. 3. excidit „omnia".

10. *nihil enim Marcellus ita egerat*] nihil enim Marcellus ita gerebat (Berol. rell.). — P m. 1.: „— marcellusita*ge rat*autautfortunae" cet. Praetermissum igitur ab antiquo librario erat unum *e* ante *g*, quod, cum *e* post *g* sequeretur, facile fieri potuit. Plusquamperfectum autem positum a Livio esse et id quod sequitur „praedatum *ierat*" docere videtur, et quod paulo infra demum ea, quae praesente Hannibale acta sunt, traduntur. nam si *gerebat* integrior scriptura esset, non modo praeteriti sed etiam imminentis temporis rationem habitam esse oportere manifestum est, quod non huius loci videtur esse. Verum cum m. 2. *eb* supra *ra* in P positum esset, quin in recentiores codd. migraret „*gerebat*", fieri non potuit. C tamen m. 1.: „marcellus it*a*gebat". m. 2.: „ita agebat", quod in minorem edit. recipere non debebam. — P: „autemere hosti commissum" cet. Berol.: „commissum ho-

o ma tenuit, pe-
et omnia circa explorare quae apud hostes nere
Hanno cum ad murum successisset, Heremium
Herium Pettium ad conloquium evocatos permis
celli egressos per interpretem adloquitur: Hann
10 tem fortunamque extollit, populi Romani obterit u

sti". — Paulo post Voss.: „explorato *enim* firmisque" cet. M: „explorato cum firmis praesidiis" cet. P: „tutoreceptum". Hafn. et m. 2. Berol.: „explorato cum firmis praesidiis tutoque recepta" cet. m. 1. enim in Berol. nihil erratum erat. — Berol.: „aduersus hanibalem presentem" cet. P primo: „ cauta proui | sque fuerunt ": dein eadem manu „proui|sa que". Invitis mss. Crevierus „provisaque fuer*ant*" scribendum esse dicit, sine dubio ut praecedenti *ierat* plusquamperfectum responderet. at Livius videtur perfecto usus esse non tam, quod iam ea quae Hannibale praesente gesta essent referri oporteret, quam ne videretur plusquam-

vell. 1. 2. Be
altera Ox. N:: ,
plorare". P: „
6. *ex his:* PC Be
PC Berol.: „*an*
Harl.: „et heri
Lovell. 2. 4. 5.
rium pectium".
Ox. L. 1.: „e
tium". Berol.
petitum". Lo
rium peticum'
herrium petriu
„et henum p
m. 1.: „egres
loquitur". m
per interpreti
10. *ut senescen*
scentem (C
Particula *ut* |
sic uti solet
loci ratione
enim tamqua
tam Hanno:

em cum viribus maiestatem. quae si paria essent ut quonlam fuissent, tamen expertis, quam grave Romanum impeium sociis, quanta indulgentia Hannibalis etiam in captivos mnis Italici nominis fuisset, Punicam Romanae societatem tque amicitiam praeoptandam esse. si ambo consules cum uis exercitibus ad Nolam essent, tamen non magis pares lannibali futuros quam ad Cannas fuissent: nedum praetor nus cum paucis et novis militibus Nolam tutari possit. osorum quam Hannibalis interesse, capta an tradita Nola oteretur: potiturum enim, ut Capua Nuceriaque potitus es-

in nullo antiquiore cod. inventum est. in P m. 2. scriptum est „— extollit. pr. ob| teg*et*", cum id, quod m. 1. litterarum *et* loco positum fuerat, erasum esset. inde C et M m. 1. Voss. m. 1.: „obteget". M m. 2. Voss. m. 2. Harl. Pall. Lovell. 2. 4. Hafn. Rec. Gärtn. Berol. Oxx.: „obtegit". Lov. 5.: „obt*ergi*t". Lov. 1. etiam: „obtegeret": quod significare potest aut „obteg*et*" aut „obter*et*". Lov. 3.: „obriget". Hav.: „attigit". — Cum paulo ante m. 1. in M recte scriptum esset „uirtutem fortunamque", m. 2. scribi voluit „fortitudinemque". — Paulo post Berol.: „quam graue *sit* imperium rom. sociis". — P(C): „etiam in campos|omn*is*" cet. Berol.: „etiam in captos omnis". M m. 1. Lovell. 1. 2.: „in campos". M m. 2. Ox. N.: „in captos".

5. *si ambo consules cum suis exercitibus ad Nolam essent:* C Berol. al. — P: „si ambocōs.cumsuis" cet. Ox. N. m. 2.: „si ambo consules romani cum suis" cet. — P: „nedum. pr. unus" cet. Berol.: „cum paucis ac nouis militibus". — „Tutari possit" in omnibus codd. inventum videtur, quamvis desideretur „poss*et*".

10. *poteretur:* P] potiretur (C Berol. rell.). *Oriri* et *potiri* non solum apud poetas sed optimis mss. testibus apud solutae quoque orationis scriptores non numquam ad tertiam coniugationem formata inveniri notum est: cf. 7, 9. 23, 16. — Paulo ante Gärtn. Berol. et m. 2. Ox. N.: „ipsorum *magis* quam han. interesse". cf. 23, 30.: nec ulla magis vis obsessos quam fames expugnauit. — Paulo post Pal. 2. omisso „*enim*": „potiturum ut" cet. Harl. Pall. 1. 3. Lov. 2. Gärtn.: „ut capuam nuceriamque potitus esset". cf. Prisc. 18, 23. 189.: omnes auctores *potior illius* et *illum* et *illo*.

set: sed quid inter Capuae ac Nuceriae fortunam interesset, ipsos prope in medio sitos Nolanos scire. nolle ominari quae captae urbi cessura forent, et potius spondere, si Marcellum cum praesidio ac Nolam tradidissent, neminem alium quam ipsos legem, qua in societatem amicitiamque Hannibalis venirent, dicturum.

XLIV. Ad ea Herennius Bassus respondit, multos annos iam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam esse, cuius neutros ad eam diem paenitere: et sibi, si cum

1. *quid inter Capuae ac Nuceriae fortunam interesset*] quid inter Capuae Nuceriaeque fortunam interesset (Berol.). — P: „sedquit". P(C): „intercapuaeacnu|ceriaefortu n*ain*teresset". Quem ad modum in his duobus codd. *m* ante *in* exciderat, sic *in* ante *m* in Berol. m. 1. praetermissum est: „ipsos prope *m*edio sitos". — Berol.: „nolanos c̄ē scire". m. 2. inductum *c̄ē* est.

3. *et potius spondere:* P(C)] sed potius spondere (Berol.). — C littera *s* praetermissa: „pondere". — *Nolle ominari*, quae integra scriptura videtur esse, ne in Berolinensi quidem repertum est. PCM multique alii codd.: „no lominari". Lov. 1. Hafn. Berol.: „nolo ominari". Lov. 2.: „nolo mirari". Lov. 5: „nolle minari". — Berol. m. 1.: „q̄ capta urbe cessura forent". m. 2. restituit „captæ urbi": welche Nachtheile die Stadt treffen würden, wenn sie erst hätte erobert werden müssen. Ut 6, 34. „poenam *in vicem* fidei *cessisse*" scriptum legimus, sic h. l. *cedere* ellipsi quadam positum significare videtur, comitatem indulgentiamque cessuram esse poenae severitatique. — P: „simarcel*lum* | praesidio acno lamtradidissent". C m. 1.: „si marcellū praesidiū ac nolam" cet. m. 2.: „si marcello praesidio" cet. — P m. 1.: „— quamipsoslegem*quam ipsos|legemlegem*quam|inso cietatem amicitiamque" cet. media verba, quae bis terque scripta erant, m. 2. inducta sunt. Berol.: „quam in societatem" cet. — Voss. Harl. Pall. 1. 3. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hafn. Rec.: „dicturo*s*": quod librarii non perspecto, in utro nomine maior sententiae vis posita esset, *dicturum* pro Liviana dicendi ratione ad propius pronomen *ipsos* referri oportere opinabantur.

9. *si cum fortuna mutanda fides fuerat, sero iam esse mutare eam:* PC Berol. rell.] si cum fortuna mutanda fides fuerit, serum iam esse mutare eam (ex I. Fr. Gron.

fortuna mutanda fides fuerat, sero iam esse mutare eam. dedituris se Hannibali fuisse accersendum Romanorum prae-

coni.). — Cur *serum* Gronovio magis placuerit quam *sero*, equidem non intelligo, cum in *sero* comparativi vim inesse constet neque quidquam prohibeat quo minus id adverbium cum verbo *esse* iungatur. *serum diei noctisve* apud Livium legi me non fugit, sed num nullo substantivo apposito *serum* eo quo supra sensu ab eo saepius dictum sit dubito. nam 33, 48. in verbis „ad id quod *serum* erat" (abgesehen davon dass die Zeit zu spät war) *serum* ad nomen *tempus*, quod modo scriptum erat, referendum esse vix dubium videatur. *Fuerit* autem et aliis probatum erit, utpote quem dicendi modum oratio obliqua postularit. persuasum tamen habeo Livium scripsisse *fuerat*. nam praeterquam quod eum indicativum ex optimorum codd. fide vel in obliqua oratione non numquam positum videmus, praesertim in his dicendi generibus, in quibus indicativo uti solebant (mutanda fides fuerat = mutari fides debebat:), hoc loco Livius, cum *fuerat* scriberet, aut suppletum voluit „ex Poeni sententia" aut legatos ad alia etiam tempora, quibus tale agendi consilium probari potuerit, respicientes facit: „si quando fides mutanda visa erat". — In Hav. positum est „et si sibi" cet. In Voss. praetermissum m. 1. est „si": in Lov. 1. Berol. manuque altera in Voss. „sibi". — Paulo ante in omnibus mss. inventum est „*cuius* neutros ad eam diem *paenitere*": nec dubitabat Drakenborchius id recipere, quod antiquorum librorum ea scriptura esset, quamvis ipsi coniunctivus *paeniteret* magis placuisset. at praeterquam quod, si coniunctivo uti voluisset, Livium non *paeniteret* sed *paenituisset* scripturum fuisse arbitror, infinitivi etiam longe alia vis est quam coniunctivi. coniunctivus efficeret, ut haec altera sententia cum multo minore vi dicta videretur quam quae proxime antecedit, quod e re non fuisset. in utraque enim huius loci parte idem momentum inesse oportere apparet et „*cuius paenitere*" id dicit quod „nec eius aut Nolanos aut Romanos paenitere".

2. *dedituris se Hannibali fuisse accersendum Romanorum praesidium:* C] dedituris se Hannibali non fuisse arcessendum Romanum praesidium (Berol.). — Cum Drakenb. non rettulerit codices suos mss. non abhorrere ab scriptura nobis inprobata, tamen vix

sidium? cum iis, qui ad sese tuendos venissent, omnia sibi et esse consociata et ad ultimum fore. Hoc conloquium abstulit spem Hannibali per proditionem recipiendae Nolae: itaque corona oppidum circumdedit, ut simul ab omni parte moenia adgrederetur. quem ut successisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie cum magno tumultu erupit. aliquot primo impetu perculsi caesique sunt, dein concursu ad pugnantis facto aequatisque viribus atrox esse coe-

dubitandum sit quin plerique eorum cum Berol. libro consenserint. sed cum idem quod in C in P quoque reppererimus, praeterquam quod in eo „accessendum“ noto illo mendo positum est, de integritate huius loci dubitandum non est. interrogationis autem ratio non minus probanda videbitur quam genitivus *Romanorum*: et hoc ipso dicendi genere melius causam, cur id quod dictum erat iam sero videretur, explicari meliusque, quam quo recentiores voluerunt, cum priore loco iungi non est difficile perspicere. — Berol.: „arcescendum“. — Paulo post cum PC Voss. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. scripsimus „ad *sese* tuendos“. Bekkerus cum prioribus: „ad *se* tuendos“. — Berol.: „cum his qui ad sese“ cet. — P: „uenisset“.

4. *itaque corona oppidum circumdedit* in PCM scriptum est. — Berol. rell. codd.: „itaque oppidum corona circumdedit“. Pall. 2. 3. etiam: „circumdat“. In Gärtn. „nolam“ pro *oppidum* positum esse dicitur. — Paulo ante Hav.: „per proditionem accipiendae nolae“. — Paulo post C: „successisse muros“. dein „muris“. — Ox. N.: „intra portas“. — P m. 1.: „cum magno tumultu rupit | ali quod“ cet. m. 2.: „erupit“. Berol.: „errupit“.

8. *atrox esse coepit pugna:* PC Pal. 1. Berol. ac sine dubio alii codd.] atrox coepit esse pugna. — Gärtn.: „aliquot primo impetu perpulsi“. Voss.: „repulsi“. Hav.: „aliquot primo poeni perculsi“. Pal. 2.: „aliquot primo perculsi impetu“. *Aliquot* h. l. significare non posse „eine bedeutende Anzahl“ sed „einige“, id quod sequitur, haud plus quam triginta Poenorum perculsos cecidisse, docet. — PCM Voss. Harl. Lov. 1. Hav.: „dein“. Rell. codd.: „deinde“. — „*Ad pugnantis*“ scribendum videbatur, cum in P et m. 1. in M esset „concursu ad pugnant*i*facto“. C: „ad pugnantes“. Pal. 1.: „dein concursu aequatisque uiribus“ cet. Berol.: „deinde

pit pugna, memorabilisque inter paucas fuisset ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantis. eo die commisso modico certamine atque inritatis animis in urbem Romani, Poeni in castra receperunt sese: tamen Poenorum prima eruptione perculsi ceciderunt haud plus quam triginta, Romani quinquaginta. imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit: itaque quamquam utraque pars avidi certaminis erant, eo die tenuerunt sese tamen munimentis. tertio die Hannibal partem copiarum praedatum in agrum Nolanum misit. quod ubi animadvertit Marcellus, extemplo in aciem copias eduxit: neque

concursu ad pugnam facto". — PC: „diremisset pugnantis". Berol.: „pugnantes diremisset".

4. *receperunt sese:* PC] sese receperunt. Haud paucis locis videre licet, pronomen reflexivum a Livio ita in extrema parte locorum positum esse. Berol.: „sese in castra receperunt". — Paulo post in PC repperimus „haut plus quam triginta". Berol.: „haud plus xxx^ta". idemque numerus reliquorum codd. auctoritate nititur. Qui cum minor, quam ut probari posset, videretur, I. Fr. Gronovius „haud plus quam trecenti", Drakenborchius „haud plus quadringenti" scribi voluerunt. at cf. quod supra dictum est: „aliquot — perculsi caesique sunt". Ad *tamen* supplendum esse „etsi magno impetu Romani eruperant" neminem fugerit. — „*Romani l*" (i. e. Romani quinquaginta) in uno P inventum est. sed cum *l* m. 2. inductum esset, factum est ut vel in CM Cant. nullus hoc altero loco appareret numerus. Berol.: „romanorum nullus". — Praeterea in P scriptum est „tampoenorum" cet. pro *tamen:* pauloque post „iber" pro *imber.* m. 2. tamen *n* supra *i* positum est ut *inber* fieret. — Berol.: „ad horam diei terciam". P m. 1.: „adhosamtertiamdi eiinsequentes" m. 2.: „adho ram".

8. *tenuerunt sese:* PCM Berol.] tenuerunt se. — Berol.: „eo die tamen tenuerunt sese munimentis". — Paulo ante PCM: „quamquam utraque pars auidi certaminis erant". Berol.: „quanquam utraque pars auida certamine erat". In Voss. quoque et in Harl. Lovell. 1. 2. „certamine" inventum est. Recan.: „ad certamen".

11. *eduxit:* PC Berol.] educit — P m. 1.: „copiasseduxit"

Hannibal detractavit. mille fere passuum inter urbem erant castraque: eo spatio — et sunt omnia campi circa Nolam — concurrerunt. clamor ex parte utraque sublatus proximos ex cohortibus is, quae in agros praedatum exierant, ad proelium iam commissum revocavit: et Nolani aciem Romanam auxerunt, quos conlaudatos Marcellus in subsidiis stare et saucios ex acie efferre iussit, pugna abstinere ni ab se signum accepissent.

— Deinde P Berol.: „neque annibaldetractauit": nisi quod Berol. „hanibal" habet. C: „neque hannibal detrectauit". Utramque eius verbi scribendi rationem in optimorum codd. auctoritate niti notum est. — Quod sequitur „*mille* fere passuum inter urbem *erant* castraque" in omnibus codd. inventum est excepto uno Lov. 5., in quo „*erat*", quod Glareano recipiendum videbatur: sed, etiam si ad *erant* non suppleverimus *campi* cum I. Fr. Gronovio, non video, cur vocem *mille*, licet substantivum generis neutrius videatur esse, pluralis numerus sequi non debuerit. — Paulo post scriptum in Pal. 1. est: „*ut* sunt omnia" cet. et in Pal. 2. particula *et* praetermissa est, quamquam eam ipsam vocem cum maiore vi persaepe apud Livium potissimum ita positam legi fallere non potuit: „und zwar ist der ganze Boden um Nola eben". — Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn.: „cucurrerunt": qua fretus scriptura Drakenb. dubitabat an Livius „concucurrerunt" scripsisset.

7. *pugna abstinere ni* (Harl. Lov. 3.) cet. et nos I. Fr. Gronovium secuti scripsimus, licet non ob unam modo causam dubium videretur an L. „pugna *abstinerent* ni ab se signum accepissent" scribi voluisset. In P enim (et m. 1. in CM et in Cant. Lov. 1.) positum erat „pugnaabstine| rentabse signum accepissent": quae scriptura docet aut *nt* male pro *ni* positum esse aut *ni* post *nt* excidisse. Alter tamen codicis C librarius non modo *ni* inter *signum* et *accepissent* addi voluit sed etiam „pugnæ" pro *pugna* scribi: quem dativum ex optimorum codicum fide 1, 1. scriptum esse notum videtur. Hafn. Hav. Berol.: „— abstinerent donec ab se" cet. Rell. codd.: „abstinerent nisi ab se" cet. — Paulo ante Berol.: „clamor utraque ex parte sublatus". — Contracta dein forma cum P scripsimus „ex cohortibus *is* quae" cet. C: „ex cohorti-

XLV. Proelium erat anceps: summa vi et duces hortabantur et milites pugnabant. Marcellus victis ante diem tertium, fugatis ante paucos dies a Cumis, pulsis priore anno ab Nola ab eodem se duce milite alio, instare iubet. non omnis esse in acie, praedantis vagari in agro: et qui pugnent, marcere Campana luxuria, vino et scortis omnibusque lustris per totam hiemem confectos. abisse illam vim vigoremque, delapsa esse robora corporum animorumque,

bus iis" cet. Berol.: „ex cohortibus his q̄ in agros praedatum exibant ad praelium" cet. — Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol.: „— stare iubet et saucios efferre" cet. Berol. etiam „efferri".

4. *non omnis esse in acie — praedantis vagari in agro — et qui pugnent* cet.] non omnes esse in acie, praedantes vagari in agro. sed qui pugnent cet. — „Omn*is*" et „praedant*is*" in PC scriptum vidimus. Berol.: „non omnes esse in acie penos praedantes" cet. „*Sed* qui pugnent" prope omnium codicum scriptura est, si Berolinensem et paucos recc. Drak. exceperis, in quibus „sed qui pugn*ant*" positum est: nec potest illud *sed* scriptum esse nisi quod adversativam particulam verbis *non omnis* cet. postulari putarant. at non est difficile intelligere, illam adversativam vim positam esse oportere in verbis *praedantis vagari in agro*, quibus coniunctio eius generis praeposita non est, quod ea in his locis ad vim locorum augendam etiam omitti potuit: et quae sequuntur verba „*et qui pugnent*" non id, quod priori loco contrarium videatur, sed quod eum explicet, afferunt. eum ad id accederet quod nullo mendo saepius quam litteram *s* inter duas vocales interponendo erratum a librariis est, id quod ab Livio profectum videbatur, nihil dubitavimus restituere. — Paulo ante P: „marcellus uicti ante diem tertium fugatisante" cet. Berol. m. 2.: „fugatisq. ante" cet. — Voss. Harl. Lovell. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. omisso pronomine „eodem": „pulsis priore anno ab nola ab se duce" cet. Pal. 3.: „priore anno pulsis a nola ab se duce milites alio instare iubet". Pal. 2.: „milites alios". — Paulo post PCM: „uino et scortis". Rell. codd.: „uino scortis" cet. Septem verbis praetermissis C: „scortis abisse illā uim" cet. Lovell. 4. 5. Berol.: „abiisse".

8. *delapsa esse robora*: PCM Voss. Lovell. 2. 5. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N.] dilapsa

quibus Pyrenaei Alpiumque superata sint iuga: reliquias illorum virorum vix arma membraque sustinentis pugnare: Capuam Hannibali Cannas fuisse: ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi praeteriti temporis famam, ibi spem futuri extinctam. cum haec exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret, Hannibal multo gravioribus probris increpabat. arma signaque eadem se noscere, quae ad Trebiam Trasumennumque, postremo ad Cannas viderit habueritque: militem alium profecto se in hiberna

esse robora. — Quem ad modum Cicero de off. 1, 22. „celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ipsa ceciderunt" scribere potuit, sic Livio quoque b. l. *delapsa esse robora* aut *corporum* aut *de corporibus animisque* scribere licuit. *delabi* enim significare sensim clamve de aliquo loco cedere, eamque interpretationem huius loci rationi aptissimam esse nemo non videt. — P: „pyraenei". C: „superata sint iunga". Berol.: „superata sunt iuga. reliquie illorum uirorum — substinentes pugnant". PC: „sustinen*tis* pugnare". — P: „— fuisse ubi uirtutem bellicam *ibi*" cet. Berol.: „displinam".

5. *haec exprobrando:* C Berol. al. — P (et m. 1. M): „haec exprobrandam hos | ti". littera *m* dein erasa est. Dubitabat igitur I. Fr. Gronovius an scribendum esset „exprobrando in hostem": Drakenb., an „exprobrando in hoste". at similibus mendis cum aliis locis erratum est tum seq. cap., quo in P etiam „frumentum" scriptum est pro „frumento". — P: „annibal multos grauioribus" cet. Berol. m. 1.: „multis grauioribus" cet. Berol. m. 2. C rell.: „multo". Recan.: „— grauioribus suos probris increpabat". — Paulo post Lov. 5. Gärtn. Rec.: „arma signaque eadem se *aiebat* noscere". Lov. 2.: „nosse". P: „quead tri | bia trasymenumq." C: „quae ad trebiam trasymenūque". Berol.: „— transimenumque". — Berol.: „profecto in yberna". — Cod. Sig. Berol. paucique recc. Drak.: „legatine romani" cet. — Codd.: „magno certamine": ungeachtet ihr grosse Kraft aufbietet: quod dictum esse non potest nisi ironice. — P: „binae agies". — PC Lovell. 1. 4. Oxx. L. 1. D.: „ac nolanis subsidiis inultus nos" cet. M: „— subsidiis multos iam" cet. Gärtn.: „subsidiis in uultus". Lov. 2.: „subsidiis ultus". Harl.: „subsidiis munitus". Berol.: „subsidiis fultus".

Capuam duxisse, alium inde eduxisse: „legatumne Romanum et legionis unius atque alae magno certamine vix toleratis pugnam, quos binae acies consulares numquam sustinuerunt? Marcellus tirone milite ac Nolanis subsidiis inultus nos iam iterum lacessit? ubi ille miles meus est, qui erepto ex equo G. Flaminio consuli caput abstulit? ubi, qui L. Paulum ad Cannas occidit? ferrum nunc hebet an dextrae torpent an quid prodigi est aliud? qui pauci plures vincere soliti estis, nunc paucis plures vix restatis? Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua iactabatis: enim

5. *ubi ille miles meus est:* PCM] ubi ille meus miles est (Berol. rell.). — PC: „qui erepto ex equo. g. flaminio. cōs. caput“ cet. Berol.: „— c. flaminio consule caput“ cet. — PCM Voss. Lov. 3. omisso pronomine *qui:* „ubi l. paulum ad cannas occidit“. Berol.: „ubi qui l. paulum ad cannas occidit“. Lovell. 4. 5.: „ubi qui l. paulum ad cannas cecidit“. Ox. D.: „ubi iste qui paulum ad cannas occidit“. Lov. 1.: „ubi ad cannas occidit“. — Deinde P m. 1.: „|rerumnunchebet“. P m. 2. C Berol. al.: „ferrum nunc hebet“. Lov. 2. cod. Sig.: „ferrumne hebet an“ cet.: qua re Sig. malebat „ferrumne nunc hebet an“ cet. — P et m. 1. C: „an quid prodigi est aliud“. C m. 2. Berol.: „prodigii“. Lovell. 4. 5.: „ah quid — prohdii — est aliud“. — Ox. N.: „qui perpauci“ cet. PCM al.: „uix restatis“. Berol. Branc. Lat.: „uix resistatis“. Harl. Lov. 5. Hafn. Gärtn. Recan. Ox. D. cod. Sig.: „uix resistitis“. Hav.: „uix resistis“. In Ox. L. 1. verba ab „qui pauci“ ad „restatis“ exciderunt.

10. *enim minor res est:* PCM Harl. Pal. 1.] en nunc minor est res (ex Vallae coni.). — Lovell. 2. 3. Hav. Berol.: „etenim minor res est“. Pal. 3.: „enim uero minor res est“. Cant.: „en minor est res“. Voss. Lovell. 1. 4.: „etenim minor est res“. Pal. 2.: „cum minor res est“. Lov. 5.: „cum minor est res“. Gärtn.: „cum enim minor res est“. Apparet librarios particulam *enim* in primo loco ponere veritos esse. cf. F. Haudii Turs. III. p. 409. obs. 11. Ellipsem quandam cum in his locis inesse pateat, suppleverimus: „nec videbamini dubitare, quin Romam expugnaturi essetis, nimirum quod ea res multo minoris certaminis futura esset“. ironice haec verba ab

maior res est: hic experiri vim virtutemque volo: expugnate Nolam campestrem urbem non flumine non mari saeptam. hinc vos ex tam opulenta urbe praeda spoliisque onustos vel ducam quo voletis vel sequar."

XLVI. Nec bene nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos. cum omni parte pellerentur Romanisque crescerent animi non duce solum adhortante sed Nolanis etiam per clamorem favoris indicem accendentibus ardorem pugnae, terga Poeni dederunt atque in castra conpulsi sunt. quae oppugnare cupientis milites Romanos Marcellus Nolam reduxit cum magno gaudio et gratulatione etiam plebis,

Hannibale dicta esse manifestum est: „natürlich ist das etwas Unbedeutendes". Cf. 7, 32.: patricius enim erat. Handii Turs. l. l. p. 408. obs. 8. — Paulo ante P (Lov. 4. Pal. 3. et m. 1. M): „fortes linguam iactaba|tis". — C: „expugnaturos hic experiri" mediis praetermissis. P m. 1.: „hic periri". m. 2.: „hic experiri". — P m. 1.: „expugnante nolam capestrem urbem". m. 2.: „expugnate nolam capestrem" cet. Pall. 1. 3.: „expugnare". Berol.: „urbem campestrem". — Berol.: „— nec mari". P m. 1.: „non maris saeptam hinc | uox aestamopulen|taurbempraeda" cet. m. 2. mendo, quod litterarum metathesi commissum erat, perspecto: „hinc| uosaextam" cet. C: „septam". Berol.: „septam". Berol.: „ex tanta opulenta" cet.

5. *nec bene nec male dicta profuerunt:* PC al. — Berol.: „nec bene dicta nec male dicta profuerunt". — Paulo post Berol.: „non modo duce solum adhortante". — C Berol.: „per clamorem fauoris indicem". P m. 1.: „per clamorem fauorei | indicem". m. 2.: „fauorem". — Harl.: „accendentibus ad ardorem pugnae". — Berol.: „terga dederunt". — Deinde P (et m. 2. C): „quae oppugnare cupient*is* milites | r. δ. marcellus" cet. C m. 1.: „miles". Videtur illud δ, praesertim cum *m* sequatur, scriptum esse pro *o*, ut antiquior librarius scripserit „milites *rom.* marcellus" cet. alioquin non video, quid vitii in ea littera lateat. — Lovell. 4. 5.: „oppugnare uolentes" (pro „cupientes"). — PM Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn. Hav. Berol. al.: „reduxit". C: „redixit". Rell. codd.: „reducit". — P: „— etgratulatio nemetiamplebis". — Berol.: „quae inclinatior ante" cet.

quae ante inclinatior ad Poenos fuerat. hostium plus quinque milia caesa eo die, vivi capti sexcenti et signa militaria undeviginti et duo elephanti, quattuor in acie occisi: Romanorum minus mille interfecti. posterum diem indutis tacitis sepeliendo utrimque caesos in acie consumpserunt. spolia hostium Marcellus Vulcano votum cremavit. tertio post die — ob iram credo aliquam aut spem liberalioris militiae — ducenti septuaginta duo equites, mixti Numidae Hi-

1. *hostium plus quinque milia caesa eo die* cet. vere a Livio profectum videtur. P m. 1.: „hostiumplusuel|causa eodieuiuicaptisexcenti". m. 2. *e* positum est supra *u* in *causa*, et *u* supra *saeo*. Hinc C: „hostium plus uel caesa. ū. eo die uiui capti sexcenti". Pal. 3.: „hostium plus uel caesi uel eo die uiui capti mill. v." itemque cod. Sig.: nisi quod is „quinque milia" habet. Pal. 2.: „hostium plus x uel caesi uel eo die uiui capti DC." Pal. 1.: „hostium uel caesi uel eo die uiui capti .DC." Idem fere quod in Pall. Drakenborchius in suis codd. repperit. Berol.: „hostium plus uel cesi uel eo die uiui capti quatuor milia". Verissime I. Fr. Gronovium vidisse in illa antiqua scriptura *uel* latere „uco" i. e. *quinque milia* Plut. Marcell. cap. 12. docet: — (Καρχηδόνιοι) ἀποβαλόντες ἐξ ἑαυτῶν νεκροὺς μὲν γενομένους πεντακισχιλίους καὶ τῶν ἐλεφάντων τέσσαρας μὲν κεκόντας, δύο δὲ ζωοὺς ἁλόντας. Cf. idem *uel* 23, 34. 37. — Tum PC: „et signa militaria undeuiginti et duo elefanti" (C: „elephanti"). Berol.: „et signa militaria xx^ti & duo elefanti". Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. D.: „et signa militaria xx & duo elephanti". Ox. N.: „et signa militaria xxii. elephanti". — P Berol.: „quattuor in acie occisi". C: „IIII in acie decisi". Pal. 3.: „— caesi". In Lov. 4. Ox. L. 1. excidit „in acie". — Postremo P m. 1.: „romano rum minus minus mille interfe cti". m. 2, alterum *minus* inductum est.

4. *indutis tacitis:* PC forma contracta:] indutiis tacitis (C m. 2. Berol.). — Gärtn.: „induciis datis". sed cf. 2, 18. sub fin. — PC: „utrimque". Berol.: „utrinque". Gärtn.: „uterque — consumpserunt". — Paulo post Lovell. 3. 4. 5.: „spolia hostium — uulcano uota". Hav. Berol. Brancal. Lat.: „uulcano ex uoto cremauit".

8. CCLXXII. *equites mixti Numidae Hispani:* PC (M)]

spani, ad Marcellum transfugerunt: eorum forti fidelique opera in eo bello usi sunt saepe Romani: ager Hispanis in Hispania et Numidis in Africa post bellum virtutis causa datus est. Hannibal ab Nola remisso in Bruttios Hannone, cum quibus venerat copiis, ipse Apuliae hiberna petit circaque Arpos consedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Hannibalem audivit, frumento ab Nola Neapolique in ea castra convecto, quae super Suessulam erant, munimentisque firmatis et praesidio, quod per hiberna ad tuendum locum

mille ducenti septuaginta duo equites, mixti Numidae Hispanique. — *Mille* in ceteris omnibus codd. scriptum legitur. verum Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn. et m. 1. Hav.: „mille septuaginta equites". Ox. N.: „mille septuaginta. III. equites". Berol.: „m. cc. LXIII. equites". — P: „numidae|ispani". Lov. 3. Hav. Berol. et m. 2. Ox. N.: „—hispanique ad marcellum confugerunt". *Hispanique* reliquorum quoque codd. scriptura videtur esse. *Mixti* excidit in Lovell. 4. 5. Ox. L. 1. — Nescio quo errore illud *mille* ab librariis adiectum esse Plut. Marc. c. 12. persuadet: ὃ δ' ἦν μέγιστον, ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὴν μάχην ἱππεῖς Ἰβήρων καὶ Νομάδων μιγάδες αὐτομολοῦσιν ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους· — οὗτοι μὲν οὖν κισσοὶ καρέμειναν εἰς ἅπαν αὐτῷ τε τῷ Μαρκέλλῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν στρατηγοῖς. Quod si integrum est, apud Livium videri potest non „CCLXXII" sed „CCCXXII" scriptum fuisse.

3. — *et Numidis in Africa post bellum uirtutis causa datus est:* P m. 1. Harl.] Numidis in Africa cet. — „*Et* Numidis" repertum est in CM Voss. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Forsitan etiam scribendum sit „*et* hispanis". P m. 1. quidem habet „ager hispanis". at m. 2. supra *h* posuit *e*. Inde C: „agere hispanis". — Deinde m. 2. in P vox „locus" posita supra *datus:* quo factum est ut in CM Voss. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Rec. scriberetur „— uirtutis causa locus datus est". Hav. Berol. et m. 1. Ox. N.: „uel locus datus est".

9. *ad tuendum locum:* Lov. 3. Hav. Berol.] ad tenendum locum (ex l. Fr. Gron. coni.). — PCM Harl. Lovell. 1. 2. 4. Oxx. L. 1. N.: „ad petendum locum". C m. 2. et codicis Ox. N. margo: „ad tutandum". Simili mendo 23,32.

satis esset, relicto, ipse Capuam propius movit castra agrumque Campanum ferro ignique est depopulatus, donec coacti sunt Campani, nihil ad modum viribus suis fidentes, egredi portis et castra ante urbem in aperto communire. sex milia armatorum habebant, peditem inbellem: equitatu plus poterant, itaque equestribus proeliis lacessiebant hostem. inter multos nobiles equites Campanos Cerrinus Vibellius erat, cognomine Taurea. civis indidem erat, longe omnium Campanorum fortissimus eques, adeo ut, cum apud Romanos militaret, unus eum Romanus Claudius Asellus gloria equestri aequaret. hunc Taurea cum diu perlustrans oculis

in P „putari" positum erat pro „*iutari*". Cf. 23, 48. — Paulo ante P: „annonaeinquibusue neratcopiis". C: „annone". CM Cant. Voss. Harl. Lovell. 1. 2.: „in quibus" (pro „*cum* quibus"). — P: „ipsae apuliaehibernapetit". — P m. 1.: „utprofectusinapuliamanni balem" cet. m. 2.: „profectum". — PC: „frumen*tum* ab nola neapolique — conuecto". P m. 1. etiam „conuento". — Berol.: „super sessulam". Cf. 23, 39.: Fabius super Suessulam in castris Claudianis consedit. — C: „per hibernia". — Paulo post P m. 1.: „doneccoactis suntcampanianihil" cet. m. 2.: „coacti sunt campani" cet. — Pal. 2.: „egredi portas". — PC Berol.: „sex milia armatorum". C m. 1.: „peditū inbellū". m. 2.: „peditō".

6. *itaque equestribus proeliis lacessiebant hostem:* P] itaque equestribus praeliis lacessebant hostem. — C: „— proeliis lacessebant". Berol.: „preliis lacescebant". — C: „inter multos nobiles equites campanos". PM Voss. Lovell. 1. 2. 4. Gärtn.: „— campa*nus*": quod propter sequentia verba „civis indidem erat" probandum non est. — „Cerrinus *Vi*bellius" ex P restituimus. cf. 23, 8. 26, 15. C: „cerrinus iubellius". Berol.: „cerinus iubelius". Pal. 1.: „— campanus cerrimus iubellius". Pal. 2.: „campanus acerrimus iubellius". Lov. 5. Rec.: „acerrimus". Harl. Gärtn.: „acerrius". *Iubellius* in rell. codd. omnes receptum videtur. — Paulo post M m. 1.: „ciuis idem erat". Lov. 3.: „ciuis is idem erat". Lovell. 4. 5.: „ciuis itidem erat". Voss. Lovell. 1. 2. Gärtn. Hav.: „ciuis ibidem erat". — P: „aput romanos". — Sine iusta causa Drakenborchius scribi maluit „aequa*rit*" quam *aequaret*.

11. *hunc:* PM et m. 1. C] tunc

obequitasset hostium turmis, tandem silentio facto ubi esset Claudius Asellus quaesivit, et, quoniam verbis secum de virtute ambigere solitus esset, cur non ferro decerneret daretque opima spolia victus aut victor caperet.

XLVII. Haec ubi Asello sunt nuntiata in castra, id modo moratus ut consulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare, permissu eius arma extemplo cepit provectusque ante stationes equo Tauream nomine conpellavit congredique ubi vellet iussit. iam Romani ad spectaculum pugnae eius frequentes exierant, et Campani non vallum modo castrorum sed moenia etiam urbis prospectantes repleverunt. cum iam ante ferocibus di-

ex L. Walchii coni.). — C m. 2. Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Hafn. Gärtn. Hav. Berol. Ox. N. Branc. Lat.: „hic taurea" cet.: tamquam si *hunc* ex *perlustrans* pendere non posset. *Perlustrare* h. l. significare oportere „oculos in omnes partes circumferendo quaerere" Dukerum non fugit. — P m. 1.: „obsequi tastasethostiumturmis". m. 2.: „obequitasset".

1. *tandem silentio facto:* PCM] tandem facto silentio (Berol. rell.). — P m. 1.: „ubi esse. cl. asellus". m. 2.: „esset". C: „ubi ēēt. l. asellus". — C Berol.: „et q̄m uerbis" cet. P: „etquoniamuerbisse | cun daeuirtuteambigere" cet. C: „ — de uirtutes ambigere" cet. m. 2.: „uirtutis". — C: „cur non *de* ferro *de*cerneret". — P: „daretqueopimas|spoliauit tusaut" cet. m. 2.: „uictus". Sigonius animadvertit errasse Livium h. l., cum Tauream ita loquentem fecerit. opima enim spolia nulla esse potuisse, nisi quae duci a duce detracta essent. at Sigonium fefellit non sine industria ita a Livio scriptum esse, ut ex tam superbis verbis Campani equitis insolentia etiam magis eluceret.

5. *sunt nuntiata:* PC (M Harl. Lovell. 3. 5. Hav.) Berol.] nunciata sunt. — P: „ut cos. percunctaretur". — Berol.: „liceretne in pronocantem hostem extra ordinem pugnare". — Berol.: „extemplo arma cepit". — P: „pronect*is*que".

12. *repleuerunt:* PCM Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Hav. Berol.] repleverant (ed. Basil. a. 1554.). — Verborum et modos et tempora Livium ratione aliqua iubente mutare solitum esse constat: et hoc loco videtur mutato tempore dicere voluisse, priores ad certaminis spectaculum exisse Romanos, deinde Campanos.

ctis rem nobilitassent, infestis hastis concitarunt equos, dein libero spatio inter se ludificantes sine vulnere pugnam extrahebant. tum Campanus Romano „equorum“ inquit, „hoc non equitum erit certamen, nisi e campo in cavam hanc viam demittimus equos: ibi nullo ad evagandum spatio comminus conserentur manus.“ dicto prope citius equom in viam

quod cum codicis C librarium falleret, ipse priore etiam loco „exierunt“ scribi voluit. — In primo loco in P (CM) positum erat „iussit |*in* romani“: quod pro *inde* scriptum esse puto. m. 2. tamen et in C et in M poni iussit „hinc romani“ cet. Berol. et fortasse rell. codd.: „iam romani“ cet. — PC: „prospectant*is*“.

2. *extrahebant:* P m. 2. CM rell.] extrahere (ex I. Fr. Gron. coniectura:). M. 1. enim in P cum positum esset „extraherebant“, nec Gronovium falleret duas iunctas in eo esse scripturas et „extrahere“ et „extrahebant“, Gron. ipse priorem veriorem esse censuit. neque nego infinitivum historicum sic cum praeterito *concitarunt* iungi potuisse (cf. 21, 7. sub fin.: animus erat:), sed imperfectum magis placet, quippe quo longius temporis spatium melius exprimatur. et facilius syllaba *re*, quae tot locis librariorum incuria praetermissa est, h. l. sine iusta causa addi potuit quam syllaba *bant*. — P: „nobilitasset“. — Berol.: „deiñ libero“ cet. i. e. deinde. — Paulo post P: „equoruminqudhoc“ cet. m. 2.: „inquid“. — Berol.: „dimittimus ibi“ cet. m. 2. adiecit „equos“. — PC: „comminus“. Berol.: „cominus conseretur manus“. C m. 2. in loco raso: „cẽser*am*' manus“.

6. *equom:* P] equum (C Berol.). — Deinde Pall. 2. 3. Lov. 5. Hav. Ox. L. 1.: „in uiam claudius *deiecit*“. P m. 1.: „inuiamcl.|de*legit*“. m. 2.: „cl.ª|“. hinc C: „in uiam clam delegit“. Idem *delegit* in M Cant. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Ox. N. et m. 1. in Berol. receptum est. Berol. m. 2.: „in uia claudius detraxit“. Pal. 1.: „in uiam iam delegit“. Lovell. 1. 3. Ox. D.: „in uiam claudius *egit*“. — PC: „minime *sis* inquit cantherium in fossam“: Heusing.: „ei mit Erlaubniss, warum nicht gar den Wallach in den Graben“? Lov. 2.: „minime sic“. Lovell. 3. 4. Berol.: „minime scis“. sed Valla vidit *sis* nihil aliud esse quam *si vis*. Recan.: „Cantherium“. Hafn.: „cancherium“. Lov. 3.: „cancerium“. M Voss. Harl. Lo-

vell. 1. 2. 3. 4. Gärtn. Hav. Berol.: „in fossam“: scil. demittam, deiciam. Rell. codd.: „in fossa“.

3. *prodita'st:* PC] prodita (Berol. m. 1.). — C m. 2. Berol. m. 2.: „prodita est“. Cf. 23, 13.: scitum'st. 23, 18. 49. — Quod sequitur „*ea* uia“, Ant. Perizonio debetur. P m. 1.: „clcumexualō | geperequi tasset“. P m. 2. C Berol. rell.: „*ex* uia“. *Ex* et *ea* confundi inter se in P solita esse iam 23, 31. „inde eae legiones“ vidimus.

4. *quia nullo obuio hoste:* PC Berol. ac sine dubio meliores omnes codd.] nullo obvio hoste. Berol. tamen dicendi genere non perspecto: „*quia* nullo obuio hoste in campum rursus euectus *esset*“. — Verba *nullo obvio hoste* solita ablativorum absolutorum constructione et ex scriptoris ipsius interpretatione dicerent, evectum esse Claudium rursus in campum, quod nullus ei obvius fuisset ho-

[illegible] ex anti-

nemo negaverit, ne
quam id dicendi g
probaverit, si non
lam *quia* sed *t*
quamquam, al. e
additas viderit (cf
Tac. Ann. 1, 7.: nam
cuncta per consule
bat *tamquam vete*
blica et ambiguus i
Hist. 1, 5.: quamv
defectionis ablato:
Bachius ad Ann. 1, 2
quam rudis:). Non a
tur dubitamus quin
fectivo ut ita dicam
genere optimis ms
bus 1, 55. ponendi
magis Fabio —
quam Pisoni qui
milia pondo arge
in eam rem sc
summam pecuni
unius tum urbis
randam et nulliu
quidem magnifi
rum fundamenta
peraturam. 2,
victum cet. —
Berol.: „in car

pans ignaviam hostis cum magno gaudio et gra-
or in castra redit. huic pugnae equestri rem
a sit, communis certe existimatio est — mira-
idiciunt quidam annales: cum refugientem ad
im Claudius sequeretur, patenti hostium portae
alteram stupentibus miraculo hostibus intactum

Quieta inde stativa fuere, ac retro etiam con-
tra ut sementem Campani facerent, nec ante

certe existima-
PCM Cant. Harl.
communis existi-
(ex Vallae coni.).
rte paucis verbis
ld. antt. positum
oc priore loco in-
andem particulam
n voluerunt (Valla
. al.) aut pro ea
r me" (Perizon.
verum cum illa
mper eandem si-
m prae se ferat et
is particulae no-
igatens" in aliis
„gewiss" respon-
aro apud Livium
ba parvo tantum
riecto scripta vi-
cere non possum
ne loco *certe* ab
positum esse cen-
ser Erzählung fü-
Annalen etwas
sen Beurtheilung
Ermessen jedes
nheim gestellt blei-
das aber jeden-
das Wunderbare
Praeter ea paulo
l) metathesi illa lit-

terarum scriptum esse „quam
ueta|*tis* communis certe|" cet.,
et in eo latere „quam vera
sit" I. Fr. Gronovium non
fugit. Pal. 1.: „quam aetatis
communis certa aestimatio
est". Cant. Harl. Oxx. L. 1.
N.: „quam aetatis" cet. Lov. 4.
Pal. 3.: „qua aetatis" cet.
Lov. 3.: „quae aetatis com-
munis certe existimationis
est". Gärtn.: „quam aetate"
cet. Margo Ox. N.: „cuius
aetatis" cet. Hafn. Berol.:
„de qua communis certe exi-
stimatio est". Voss. Lovell. 1.
2. Hav.: „existimatione".
Lov. 5.: „extimatio est". —
Paulo post P: „— tauream
cl. sequeretur".

8. *ac retro etiam cōs. mouit castra:* PC. In Berolinensi particula *etiam* omissa est, quae deesse non potest, cum L. dicere voluerit, non quieta modo fuisse stativa sed etiam retro ab consule castra esse mota. Pal. 2.: „ac retro quidem consul mouit castra". — PC ac sine dubio M: „pabulum praebere poterant". Voss. Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5.

a Campanum quam iam altae in segetibus her-
a praebere poterant: id convexit in Claudiana
: Suessulam ibique hiberna aedificavit: M. Clau-
suli imperavit ut retento Nolae necessario ad tuen-
n praesidio ceteros milites dimitteret Romam, ne
is et sumptui rei publicae essent. et Ti. Gracchus
n Luceriam in Apulia legiones cum duxisset, M.
n inde praetorem Brundisium cum eo quem Luce-
abuerat exercitu misit, tuerique oram agri Sallentini
videre, quod ad Philippum bellumque Macedonicum
eret, iussit. — Exitu aestatis eius, qua haec gesta per-

Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.: „pabula praebere pot-erant“; quae scriptura Pala-tinorum quoque codicum vi-detur fuisse, cum Gebhardus scribendum ita esse dixerit. — Paulo post P: „itconuexit inclaudianacastrasuperues|su lamubiquehibernaaedificauit“. P m. 2. Berol.: „super ses-sulam“. Berol.: „ibiq. hedi-ficauit yb'na“. — Dein P: „m.claudioprocōs.imperauit“ cet. Postremo P: „neone|ris sociisetsumptuireiīp.essent“.

7. *Luceriam in Apulia*: P m. 2. C Berol. (i. e. quae erat in Apulia)] Luceriam in Apu-liam. P m. 1.: „luceriamin apolia“. — PC Berol.: „et t. gracchus“. Berol. etiam „gracus“. — PCM Voss. Lo-vell. 2. 4. Gärtn. Hav. Be-rol.: „cum duxisset“. Rell. codd.: „dum duxisset“; quod h. l. verum esse non potest. — P: „m.ualeriuminde.pr̄.brun ..m cum eo quem luceriae ha ...mmisit“. m. 2. *et* expunctum est. Hinc C: „— cum eo quem luceriae ha-bucrat exercitū misit“. Be-rol.: „— p̄torem cum eo quem luceriae habuerat exercitu brundusium misit“. — PC: „oram agri sallentini“. Una littera *l* id nomen 25, 1. in PC scriptum vidimus. Voss. Lovell. 1. 2.: „oram litoris salentini“. Hafn.: „oram sa-lentini littoris“. Berol.: „oram agri salentini littoris“. Hav. etiam: „oram agri salentini litoris“. — P: „etprouideretquodad philippum bellumque cacedoni cum cet. m. 2.: „macedoni-cum“. C: „et prouidere qđ a philippū bellumque“ cet.

11. *qua haec gesta perscripsi-mus*: P m. 2. C et m. 2. Berol. — P m. 1.: „exitus| aestatiseiusquam|haec gesta“ cet. Berol. m. 1.: „qua haec gesta sunt perscripsimus“. — Berol.: „a p. et gn. scipio-nibus“. Idem Berol.: „pro-speras res in yspania“. — Paulo post cum levi mend

: a P. et Cn. Scipionibus venerunt, quan-
peras in Hispania res gessissent: sed pe-
ium vestimentaque et frumentum exerci-
libus omnia deesse. quod ad stipendium
um inops sit, se aliquam rationem initu-
Hispanis sumant: cetera utique ab Roma
c aliter aut exercitum aut provinciam te-
s recitatis nemo omnium erat quin et vera

iset „sedpe
endiumuesti
factum est
Harl. Lovell.
et m. 1. in N.
pecuniam in
cet.
ops sit: P
m inopse-
esentis con-
ia oratione
non videt.
qua ratione
i. 2. in P *e*
i C quidem
si aerarium
ā rationem"
„si aerarium
uamvis nec
iant mutan-
— P m. 1.:
ne *in*ituros".
i". Deinde
uodoabhispa
tera utique"
sit an libra-
ipserit „quo
s sumatur".
dicis P ma-
secutus est,
io modo ab
cetera uti-
.: „quō ab

yspanis sumant": quo signo *quoniam* scribi solebat.

7. *teneri posse:* Lov. 5.] retineri posse (Berol.). In P m. 1. levi mendo littera *a* ex proxime antecedente syllaba repetita est: „—prouinciam| *a*teneriposse". Quod mendum cum librarios falleret, in P m. 2. M Cant. „—prouinciam atteneri posse", in C Lovell. 1. 2. scriptum est „—prouinciam attineri posse". in Harl. Lov. 4. Ox. L. 1. „—prouinciam obtineri posse", quod Creviero recipiendum videbatur. In Gärtn. totum verbum dubium praetermissum est. — Quod sequitur „quin et uera scribi et postulari aequa fateretur", et quod iam L. Valla restituendum curaverat, m. 1. in P scriptum repperimus, praeterquam quod ibi pro „fateretur" scriptum m. 1. erat „facetur", m. 2. „faceretur". sed cum m. 2. *c* supra prius *et* in P positum esset, factum est ut in CM Harl. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Ox. D. L. 1. scriberetur „qui nec uera scribi et postulari" cet. in C etiam

scribi et postulari aequa fateretur: sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestris navalisque tuerentur quantaque nova classis mox paranda esset si bellum Macedonicum moveretur. Siciliam ac Sardiniam, quae ante bellum vectigales fuissent, vix praesides provinciarum exercitus alere: tributo sumptus suppeditari: eum ipsum tributum conferen-

„aequa faceret". Quod cum probari non posset, in Hav. Berol. Ox. N. scripserunt: „qui non et uera scribi et postulari aequa fateretur". — P: „quantosexercitusterrestris naualis quae tuerentur". C: „quantus exercitus terrestris naualisque tuerentur". C m. 2.: „tueretur". Berol.: „quantos exercitus terrestres naualesque tuerentur". — Postremo PCM Voss. Harl. Lovell. 2. 4. Gärtn. Hav. Berol. Oxx.: „siciliam ac sardiniam". Rell. codd.: „siciliam et sardiniam". — P m. 2. C rell.: „tributo sumptus suppeditari": i. e. tributo pecuniam ad sumptus faciendos suppeditari. P m. 1. littera *i* omissa „— suppeditareumipsum" cet. Berol.: „tributo sumtus supeditari". Harl.: „— suppeditare".

6. *eum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercituum stragibus ad Trasumennum lacum ad Cannas inminutum: qui superessent pauci — alia perituros peste*] cum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercituum stragibus et ad Trasimenum lacum et ad Cannas imminutum: tum qui superessent pauci — alia perituros peste. — Particulas *cum — tum*, quo sensu ab optimis quibusque scriptoribus poni solebant, huius loci rationi convenire prorsus nego. neminem enim fallere posse arbitror, non in altera orationis parte, quam ab „tum qui superessent" incipere voluerunt, maiorem totius loci vim positam esse sed in priore, eamque alteram partem, priori ad iustum quendam sensum explendum rectissime additam, nihil dicere quam quod ex eius temporis fortuna sequi necesse esset. nec multum a vero aberat I. Fr. Gronovius, quamvis cum Voss. et Gudiano scribi mallet „*verum* eum ipsum tributum conferentium numerum" cet., quod dicendi genus nostris rationibus recentibus aptissimum videri potest, antiquis non item. persaepe enim antiquos scriptores particulas eius generis adversativas praetermisisse, idque, quod nobis eis ponendis dicendum videretur (h. l. „aber eben gerade die" u. s. w.), breviore illa et concinniore scribendi ratione expedivisse notissimum est.

is exercituum stragibus ad Trasumennas inminutum: qui superessent pauci, ntur stipendio, alia perituros peste. ita, rem publicam opibus non staturam: ionem Fulvio praetori esse, indicandas essitates cohortandosque, qui redemptu- nia, ut rei publicae, ex qua crevissent,

a Livio ntendere- icum scri- nim inve- ditarieum ferentium ituumstra umlacum uisuperes m „eum repertum ell. Gärtn. C autem tum est: im confe- tantis ex- t ad thra- d cannas eressent“ m ipsum im nume- tum stra- im lacum n. qui su- iplici gra- quo re- recepimus quam non ntiquiore ationi iu- sse modo cum nul- quam Li- usus sit,

etiam ante „ad Trasumennum lacum“ inducendam esse censeremus. Altera tamen m. in Berol. quoque cod. priore illo loco *et* adici voluit.

4. *nisi fide staret, remp. opibus non staturam:* PCM Lovell. 3. 4. Hav.] nisi fide staret res publica, opibus non staturam. — Berol. m. 1.: „nisi fide staret pucam rem opibus non staturam“. m. 2.: „nisi fides staret“ cet.

7. *ut reip. — tempus commodarent:* PCM Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Oxx. L. 1. N.] ut reipublicae — ad tempus commodarent (Berol.). Hav.: „ut reip. — ad tempus accommodarent“. Pal. 3.: „ut reip. — tunc accommodarent“. — Qui „rei publicae ad tempus commodarent“ scribi voluerunt, verba *ad tempus* („auf eine Zeit lang“: cf. Tac. Ann. 1, 1.) ad ipsam illam publicam calamitatem ita referenda esse censuerunt, ut publicanis, qui opibus suis rem publicam adiuvissent, finito eo alieno tempore pecunia mutuo data ex aerario solveretur. nec potest negari, ea significatione *commodare*

tempus commodarent, conducerentque ex lege praebenda quae ad exercitum Hispaniensem opus essent, ut, cum pecunia in aerario esset, iis primis solveretur. haec praetor in contione: edixit, quo die vestimenta frumentum Hispaniensi

alicui nullo adiecto accusativo apud optimos quosque scriptores positum legi. non minus tamen probandum est, quod h. l. meliores et antiquiores codd. scribi iubent. *tempus* enim h. l. significat adversam ipsam fortunam, in qua resp. tunc versabatur, ut *tempus reip. commodare* nihil aliud dicat quam tempus reip. commodius facere publicam miseriam levando: den Staat aus einer misslichen Lage ziehen. — Media verba „*ex qua creuissent*" in C et in Berol. recte scripta vidimus. at P m. 1.: „exquia | creuis sent". m. 2.: „ex qua". — Praeter ea P: „prodeundem in contionem soluio, p̄r. esse". C: „prodeundum in contionē soluiū. p̄r. esse". Ox. N.: „porro eundum in conc". Berol.: „in concionem". — P m. 2. CM Harl. Lovell. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol.: „indicandas populo publicas necessitates". P m. 1.: „populos". Rell. codd.: „indicandasque populo" cet. Deinde Pall. 1. 2. Gärtn.: „exhortandosque".

1. *ex lege:* PCM Berol. rell.] ea lege (ex coni. Sig.). — Ad hoc tempus editores Sigonianam coniecturam sequi potuisse mirum videatur. Sigonius sibi persuasit verba *ex lege* nihil significare quam quod paulo post particula *ut* explicatum est. Livius autem his verbis indicare voluit, non privato quodam convento praetori de iis rebus, quae exercitibus mittendae essent, cum publicanis convenisse, sed certam legem editam esse, ut non modo publicanis caveretur sed rei publicae, quippe cui in tanto periculo quam maxime prospiciendum esset. — Berol.: „his primis solueretur".

4. *quo die:* Lov. 5.] qua die. — In PCM Voss. Harl. Lovell. 1. 3. 4. Gärtn. Hav., cum *die* propter sequentem syllabam *ue* excidisset, nihil repertum est nisi „edixit quo uestimenta" cet.: nec dubitavi Loveliani 5. emendationem recipere, quamvis paulo post „*ea* dies" sequeretur, cum tot loci Livium eius generis modos mutare solitum esse persuaserint. Pal. 3.: „edixit ut quo die". Lov. 2.: „edixit qui uestimenta". Berol.: „edixit quō uestimenta frutum yspano ex'citui prebenda & q̄q: alia" cet. In Cant. autem inventum esse dicitur „edixit qua uestimenta" cet. — Interpunctionem Gronovianam secutus

ıntis exercituum stragibus ad Trasumen-
annas inminutum: qui superessent pauci,
ırentur stipendio, alia perituros peste. ita-
'et, rem publicam opibus non staturam:
ɔntionem Fulvio praetori esse, indicandas
ıecessitates cohortandosque, qui redemptu-
monia, ut rei publicae, ex qua crevissent,

ıco a Livio
contendere-
:odicum scri-
' enim inve-
ɔpeditarieum
:onferentium
ercituumstra
ennumlacum
mquisuperes
Idem „eum
n" repertum
ovell. Gärtn.
In C autem
:riptum est:
utum confe-
n tantis ex-
s et ad thra-
ad cannas
ıuperessent"
,tum ipsum
ıtium nume-
:ituum stra-
enum lacum
tum. qui su-
ıultiplici gra-
ex quo re-
l recepimus
, quam non
ıb antiquiore
orationi iu-
ı esse modo
tim cum nul-
is quam Li-
.e usus sit,

etiam ante „ad Trasumen-
num lacum" inducendam esse
censeremus. Altera tamen m.
in Berol. quoque cod. priore
illo loco *et* adici voluit.

4. *nisi fide staret, remp. opi-
bus non staturam:* PCM
Lovell. 3. 4. Hav.] nisi fide
staret res publica, opibus non
staturam. — Berol. m. 1.:
„nisi fide staret pucam rem
opibus non staturam". m. 2.:
„nisi fides staret" cet.

7. *ut reip. — tempus commo-
darent:* PCM Harl. Lovell. 1.
2. 4. 5. Gärtn. Oxx. L. 1. N.]
ut reipublicae — ad tempus
commodarent (Berol.). Hav.:
„ut reip. — ad tempus ac-
commodarent". Pal. 3.: „ut
reip. — tunc accommodarent".
— Qui „rei publicae ad tem-
pus commodarent" scribi vo-
luerunt, verba *ad tempus*
(„auf eine Zeit lang": cf. Tac.
Ann. 1, 1.) ad ipsam illam
publicam calamitatem ita re-
ferenda esse censuerunt, ut
publicanis, qui opibus suis
rem publicam adiuvissent,
finito eo alieno tempore pe-
cunia mutuo data ex aerario
solveretur. nec potest negari,
ea significatione *commodare*

alterum ut, quae in naves inposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent. utroque inpetrato conduxerunt privataque pecunia res publica administrata'st. hi mores eaque caritas patriae per omnes ordines velut tenore uno pertinebat. quem ad modum conducta omnia magno animo sunt, sic summa fide praebita nec quicquam quam

sent": cuius similis coniectura Loveliani 3. quoque librario in mentem venerat „ab hostium vi tempestatisque tuta essent". Voss. Harl.: „ab hostium tempestatisque in publico essent". Pal. 2.: „ad hostium tempestatisque in publico periculo essent". Pal. 1. Lovell. 1. 4. Ox. D.: „ad hostium tempestatisque in publico essent". Pal. 3. Recan.: „ad hostium tempestatique in publico essent"; praeterquam quod Pal. „ab". Ox. N.: „ad hostium tempestatesque in publico essent". m. 2. induxit *que*. Gärtn.: „ad hostium tempestatisque casum in publico essent". Lov. 2.: „ad hostium incursum tempestatisque in publico essent". Hafn. Berol.: „aduersus uim hostium tempestatisque in publico essent". Cf. ex. gr. 25, 3.: publicum periculum erat a vi tempestatis in iis quae portarentur ad exercitus. — In Hav. omnia, quae inter duo verba *essent* ponenda erant, exciderunt.

3. *resp. administrata'st:* PC] res publica administrata est (C m. 2.). Berol.: „administrate". Cf. 23, 47.: „prodita'st". — Paulo ante P: „utroque impetrabo". — Paulo post PCM rell.: „*hi* mores *ea*que caritas patriae per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat": i. e. per omnes permanabat. Lov. 3.: „— tenore uno pertingebat". Ox. N. margo: „— tenore uno permanebat". Livium etiam haec pronomina mutare solitum esse, si qua maior vis in uno alterove verbo ponenda videretur, haud paucis locis videre licet. cf. ex. gr. 3, 35.: ea aetate hisque honoribus actis. 9, 11. 3, 50. — in Berol. verba „hi mores" praetermissa sunt.

6. *nec quicquam quam si ex opulento aerario — alerentur*] nec secus quam si ex opulento cet. (ex L. Vallae coni.). Ad *nec quicquam* supplendum esse „a redemptoribus praebitum est", nemo non videt. — Videtur h. l. ab antiquiore quodam librario eodem, quo tot loci corrupti sunt, mendo erratum esse ut propter syllabarum verborumque similitudinem eum aliquid fefellerit. itaque particulam *quam* addendo id mendum tollere ausi sumus, cum

ex opulento aerario ut quondam alerentur. Cum hi commeatus venerunt, Iliturgi oppidum ab Hasdrubale ac Magone

in PC Cant. Oxx. D. N. nihil esset nisi „necquicquam siexopulento“ cet. inventum. Quod cum ferendum non esset, codicis M librarius, quem Harl. Lovell. 1. 2. Recan. Gärtn. secuti sunt, simili coniectura loco ita mederi voluit ut scriberet „nec quicquam ac si ex opulento“ cet., quod recipere non dubitassem, nisi ea emendatione ellipsis, quam in h. l. positam videmus, paulo gravior fieri visa esset. Alii aliter loco consultum voluerunt. Lov. 4. quidem scripsit: „ne quicquam si ex“ cet. Voss.: „nec quamquam ac si ex“ cet. at Hav. Berol.: „nec quiquam defuit si“ (vel „ac si“) cet. Pall. 1. 3. Hafn. Lov. 5.: „nec quicquam praetermissum si“ (vel „ac si“) cet. I. Fr. Gron. Vallam secutus scribendum coniecerat: „nec sequius quam si ex“ cet.

1. *cum hi commeatus uenerunt:* PCM et ut videtur Drakenborchiani codd. omnes. Unus tamen Berolinensis cod. librarius in eo videtur offendisse, quod non *cum venissent* scriptum videret, et ipse „*dum* hi comeatus *uenerunt*“ posuit, non tam ut id significaret „*während* diese Zufuhren kamen“ quam „*bis* sie kamen“, quod, cum illi accessissent, ut res quae paulo post traduntur docerent, obsidio eius urbis a Poenis intermissa esset. at Livium non potuisse scribere *cum venissent*, persuadet verbum *oppugnabatur* et quod de oppidi Iliturgi oppugnatione sequitur: idemque rerum nexus ostendit, non ea significatione, qua *postquam ut ibi*, aliae eius generis particulae cum perfecti indicativo iungi solebant (ex. gr. 2, 23.: cum circumfusa turba est:), hoc loco cum eo indicativo *cum* positum esse, sed scriptorem nihil aliud ita scribendo significare voluisse quam adventus eorum commeatuum tempus, quod in ipsam illius urbis obsidionem incidisset: „gerade als diese Zufuhren ankamen, waren die Punier bei der Belagerung der Stadt Iliturgi“. — *Iliturgi* scripsimus cum C, cum in P, quo modo in hoc antiquo libro ob litterarum c et g similitudinem nihil saepius invenitur, et hoc et posteriore loco scriptum esset „ilitурci“: in Berol. „illiturgi“: cuius nominis formae Priscianus 6, 3. 13. mentionem ita fecit „Livius in XXIII ab urbe condita: *Illiturgi oppidum oppugnabatur*“. ut vero una littera *l* et littera *g* id nomen scriberemus, id quoque fecit, quod reliquis omnibus locis, quibus ab Livio Iliturgi et

et Hannibale Bomilcaris filio ob defectionem ad Romanos oppugnabatur. inter haec trina castra hostium Scipiones cum in urbem sociorum magno certamine ac strage obsistentium pervenissent, frumentum, cuius inopia erat, adve-
5 xerunt, cohortatique oppidanos ut eodem animo moenia tutarentur, quo pro se pugnantem Romanum exercitum vidissent, ad castra maxima oppugnanda, quibus Hasdrubal praerat, ducunt: eodem et duo duces et duo exercitus Carthaginiensium, ibi rem summam agi cernentes, convenerunt:

Iliturgitani nominantur, ea nomina in P quoque sic scripta vidimus.

1. *et Hannibale Bomilcaris filio:* PM Harl. Lovell. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. Oxx. L. 1. N.] et Hamilcare Bomilcaris filio (C). — Glareanus h. l. scribi voluit „ab Hasdrubale ac Magone Hamilcaris, et *Hasdrubale Gisgonis filio*“: quod nulla mss. codicum auctoritate comprobari potest, nisi forte eo pertinere vis quod in Lov. 1. scriptum est „hannibal*is* bomilcaris filio“. at Glareani coniectura vel eo refellitur, quod 24, 41. demum relatum legimus, ad Hamilcaris filios Hasdrubalem Magonemque tertium Carthaginiensium ducem Hasdrubalem Gisgonis filium cum iusto exercitu advenisse. cum igitur nullo altero loco, nisi memoria fallitur, illius filii Bomilcaris, sive Hamilcar sive Hannibal fuit, mentio fiat, persuasum habere debemus, eum tertium ducem, qui priore tempore una cum Hasdrubale et Magone bellum in Hispania gesserat, Carthaginem revocatum esse, in eiusque locum Hasdrubalem Gisgonis filium venisse. quae cum ita sint, nec ex ullo alio fonte eius ducis, de quo agitur, verum nomen hauriri possit, dubiam tamen rem videri oportere id doceat, quod aliud nomen in P aliud in C scriptum est, satius habuimus ex antiquissima omniumque Livianorum codicum optima auctoritate scribere „et Hannibale Bomilcaris filio“. — C: „ab hastrubale“. — Paulo post P: „interhaectrinacastra hostiumscipion*is*cum“ cet. — Berol.: „opidanos“ ut paulo ante „opidum“. — Deinde Lov. 3.: „ad castra maxime oppugnanda“. — Hav. Berol. Ox. N.: „— quibus hasdrubal praeerat conuertuntur“. — Postremo Voss. Harl. Lovell. 1. 2. 4. 5. Gärtn. Hav. Berol. priore numero *duo* praetermisso: „eodem et duces et duo exercitus“ cet. — *Itaque* = quo facto.

itaque eruptione e castris pugnatum est. sexaginta hostium milia eo die in pugna fuerunt, sedecim circa Romanis: tamen adeo haud dubia victoria fuit ut plures numero, quam ipsi erant, Romani hostium occiderint, ceperint amplius tria milia hominum, paulo minus mille equorum, undesexaginta militaria signa, septem elephantis, quinque in proelio occi-

2. *sedecim circa Romanis:* PCM Voss. Lovell. 4. 5. Gärtn.] sexdecim circiter Romanis. — „Sexdecim" recentissimorum codicum est: in antiquioribus aut signum XVI aut „*sedecim*" scriptum vidimus. In duabus rebus librarii h. l. offenderunt, et quod cum numerali quadam notione non *circiter*, quippe quae vox ex veterum grammaticorum praeceptis eam, quam hic locus postularet, significationem haberet, sed adverbium *circa* iunctum esset, et quod ablativus *Romanis* esset positus. itaque cum et *milia* et *hostium* alterius quoque nominis genitivum poni iuberent, Loveliani 2. librarius scripsit „sexdecim circa romanorum", quod per se rectissime poni potuit. verum tamen optimum virum fefellit, ex eiusdem latini sermonis rationibus unoquoque altero loco, quo genitivum ex antecedente aliquo nomine, ex quo in priore parte loci genitivus pendebat, pendere oportere videretur, illo ipso nomine praetermisso pro genitivo etiam eum casum poni potuisse, quem aut totius loci aut eius verbi, quod altero loco positum esset, ratio posceret. rectissime igitur hoc loco, praesertim cum *milia* sic praeteriri solitum esset, pro „sedecim *milia Romanorum*" scribi potuit „XVI circa *Romani*", id quod ab Loveliani 3. librario receptum est. sed offendere posse ablativum absolutum nullo iusto verbo appositio concedo, nec eum aliter excusaverim, quam quod Livium in his locis et in extrema locorum parte non modo nominativo sed etiam eo absoluto ablativo (cf. quod sequitur „quinque occisis". 23, 24.: paucis — captis.) uti solitum esse constat. Altera res, quod *circa* loco adverbii *circiter* positum esset, etiam codicis C manum 2. movit ut ex „roman*is*" faceret „circa roman*os*": eamque secuti sunt Hav. Berol. ita ut ponerent „XVI milia circa romanos". Hafn. „sexdecim circa romanos". Ox.N.: „XVI. m. circiter romanis". Cf. F. Handii Turs. II. p. 65. 3.

6. *septem elephantis*] septem elephantos (ex I. Fr. Gronovii coni.). — Gronovianam

sis: trinisque eo die castris potiti sunt. Iliturgi obsidione liberato ad Intibili oppugnandum Punici exercitus traducti

sagacitatem fugere non potuit h. l. „septem“ ex codicis P scriptura restituendum esse. non autem, quod vir ingeniosissimus sibi videbatur vidisse, „uirelephantis“ in eo libro scriptum erat sed „unde|LXmiliariissignauit|elephantis quinque in proelio occisis“: cui scripturae m. 2. litteram *t*, quae manum 1. fefellerat, adiecit ut „militaria“ fieret. verum illud *uit* ita scriptum est ut extrema eius syllabae littera *t* etiam pro signo numerali *I* haberi possit: qua re, cum littera *u* in P „*quinque*“ exprimi soleret, nihil dubitandum est quin *septem* rectissime se habeat. eadem antiqua scriptura „signauit elephantis“ m. 1. in M et in Vossianum recepta est. codicis C librarius h. l. minus iustam scripturam servavit hanc: „unde LX militaria signa elephantis. v. imprelio occisis“: quod inde factum videtur, quod m. 2. in P syllabam *uit* inductam voluit. Berol. m. 1.: „uñ LX^ta militaria signa elephantis qnq. in plio occisis“. m. 2. „uñ“ expunxit (Ox. D.). „*Elephantis*“ mutare cum Gronovio non ausim, cum veri simile sit Livium in eo nomine antiquiore illa accusativi plur. forma in *is* uti voluisse. — Praeter ea P: „tamenadeohautdubia“ cet. Berol. m. 1. vocem „tamen“ praeterierat. Deinde idem Berol.: „— occiderent. ceperunt ampli' tria hominum paulo minus equorum“. m. 2.: „— tria hominum milia“ cet. Pall.: „tria millia hostium paulo minus equorum“. Eodem mendo in Voss. Lovell. 2. 3. 4. 5. Gärtn. Hav. Oxx. excidit „mille“. at PC: „paulo minus ∞ equorum“. — Harl.: „unde quatuor & sexaginta“. Hav.: „inde sexaginta“. Rec.: „unum & sexaginta“. Lov. 2.: „uiior sexaginta“. Lov. 3.: „vir & sexaginta.

1. *trinisque eo die castris potiti sunt:* P m. 2. C] trinisque castris eo die potiti sunt (Berol. rell.). — P m. 1.: „triniqueeodiecastris“ cet. — Unus Gärtn.: „*ter*nisque castris“ cet.: quamquam paulo ante etiam in eo cod. recte scriptum fuerat „trina castra“.

1. *Iliturgi*] Illiturgi. Cf. quod supra de hoc nomine scribendo dictum est. P: „ilitur ci obsidione liberato ab intibili oppugnandum“ cet. C: „ilitugi“ cet. Berol.: „illiturgo obsidione liberato“. — CM (Cant.? Harl.?) Hav.: „ad intibili oppugnandum“: sic quoque itiner. Antonini. Voss.: „ad intibilem“. Lov. 5.: „ad indibili“ (Frontinus 2, 3.:

suppletis copiis ex prouincia, ut quae maxime omnium belli avida, modo praeda aut merces esset, et tum iuventute abundante. iterum signis conlatis eadem fortuna utriusque partis pugnatum: supra tredecim milia hostium caesa, supra

Indibile oppidum:). — In Berol. erasum est quod m. 1. h. l. scripserat. m. 2. „ad inbidi oppugnandum".

1. *suppletis copiis ex prouincia ut quae maxime omnium* cet.: PC Berol. — Verborum „ex provincia, *ut quae* — esset" sensus, quae verba scribi non poterant nisi de nota aliqua provincia ageretur, et quae ad omnem eam Hispaniae partem referenda sunt, quae in Carthaginiensium dicione trans Hiberum erat („aus ihrer Provinz, deren Bewohner bekanntlich ganz besonders geneigt waren am Kriege Theil zu nehmen, sobald Beute oder Sold sie lockte"), eorum igitur verborum sensus recentiores quosdam librarios prorsus fugisse videtur. in Pall. 2. 3. enim et in Gärtn. scriptum est: „— ut *quaeque* maxime" cet. i. e. aus jeder Provinz, deren Bewohner gerade geneigt waren u. s. w.: quam coniecturam veram esse non posse totius loci ratio docet. Lov. 4. etiam: „— ut quaeque maxime belli auida" cet. — Dein P(M): „ettumiu uente|abundante". C m. 1.: „et dum iuuente abundante". m. 2.: „iuuanti". Berol.: „et tum iuuenta hūndante". Item „iuuenta" in Voss. Harl. Pall. Lovell. Gärtn. Hav. Oxx. L. 1. N. receptum est.

4. *supra* XIII. *hostium caesa:* PC. at Berol.: „supra XIII. a *m* hostium cesa". Voss. Harl. Lovell. Gärtn.: „supra. XII. millia hostium" cet. — Deinde P m. 1.: „supra*ti*capta", quod levi mendo pro „supra ncapta" scriptum esse I. Fr. Gronovium non fefellit. sed cum m. 2. in P illud *ti* inductum proque eo „q." positum esset, factum est ut in CM Cant. Harl. Lovell. 1. 2. 3. 4. Ox. N. scriberetur „supra*q*; capta cum signis" cet. Antiqua tamen manus in C „II milia" supra *capta* adiecit. Hafn.: „supra V capta". Hav.: „supra quinque capta". Berol.: „supraq: quinq: capta". Lov. 5.: „supra triaque capta". Ox. L. 1.: „supra quam capta tria". — Berol.: „cum signis duobus & XL^ta VIIII. elephantis". In Voss. Lovell. 1. 3. 5. Gärtn. Hav. idem „et quadraginta novem" repertum est. Harl.: „— & quadraginta VIII elephantis". Lov. 4.: „— & quadraginta elephantis". — Paulo post PC ac sine dubio alii

um signis duobus et quadraginta et novem ele-
n vero omnes prope Hispaniae populi ad Ro-
erunt, multoque maiores ea aestate in Hispania
lia res gestae.

s codd.: „— *modo*-
es“: quod incuria
rariorum pro „mul-
ores“ positum esse
is cod. scribam non
— Hoc loco li-
brum vicesimum tertium finiri
nec in P nec in C ab li-
brariis dictum est. at in Be-
rol.: „titi liuii pataoini de
bello secundo liber tercius
explicit“.

ARGUMENTA
LIBRORUM LIVIANORUM.

SUBIECTA EST DIVERSITAS EDIT. PRINCIPIS ROMANAE.

XXI.

In Italiam belli Punici secundi ortus narratur, et Han-
ılis Poenorum ducis contra foedus per Hiberum flumen
ısitus, a quo Saguntum sociorum populi Romani civitas
essa octavo mense capta est. de quibus iniuriis missi le-
ad Carthaginienses qui quererentur: cum satisfacere nol-
:, bellum iis indictum est. Hannibal superato Pyrenaeo
u per Gallias fusis Volcis, qui obsistere conati erant, ad
es venit, et laborioso per eas transitu, cum montanos
que Gallos obvios aliquot proeliis reppulisset, descendit
taliam et ad Ticinum flumen Romanos equestri proelio
t, in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit
s, qui Africani post ea nomen accepit. iterumque exer-
Romano ad flumen Trebiam fuso Hannibal Apenninum

R: Ex libro xxi. In Italiam belli Punici secundi acta narrantur. Et Annibalis PœnoR̃ Ducis cōtra fedus per Hiberū amnem transitus.
Saguntus sotiorum Po. Ro. ciuitas octauo mense capta est. ad Carthaginenses: (sic semper).
& cum satisfacere cet.
6. Annibal supato Pyreneo saltu: per Gallias fusis: qui obsistere ei conati erant.
9. aliquot preliis repulisset.
10. prelio.
12. nomē accepit.
13. ad flumē.
— Annibal Appenninū p maximā militum uexationem propter uim tempestatum: transiit.

quoque per magnam militum vexationem propter vim frigoris et tempestatum transiit. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Poenos prospere pugnavit duce hostium Hannone capto.

XXII.

Hannibal per continuas vigilias in paludibus oculo amisso venit in Etruriam: per quas paludes quadriduo et tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius consul, vir temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus effossis quae tolli non poterant, et ab equo quem conscenderat per caput devolutus, insidiis ab Hannibale circumventus ad Trasumennum lacum cum exercitu caesus est. sex milia, quae eruperant, fide a Maharbale data perfidia Hannibalis vincta sunt. cum ad nuntium cladis Romae luctus esset, duae matres ex insperato receptis filiis gaudio mortuae sunt. ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum votum. cum deinde Q. Fabius Maximus dictator adversus Hannibalem missus nollet acie cum eo confligere, ne contra ferocem tot victoriis hostem territum adversis proeliis militem pugnae committeret, et opponendo se tantum conatus Hannibalis impediret, M. Minucius magister equitum, ferox et temerarius, criminando dictatorem tamquam segnem et timidum effecit, ut populi iussu aequaretur ei cum dictatore im-

3. Pænos.
— duce hostium Magone capto.
4. R: Ex libro. XXII.
— Annibal: (sic semper).
5. ꝑ quas paludes quatriduo: & cet.
6. Consul homo temerarius: cōtra cet.
8. efossis: que tolli cet.
9. circunuentus ad Transimenum lacum cum exercitu cesus est.
11. que eruperant.
— ab Maharbale.
12. Rome.
13. due matres.
— mortue sunt.
14. cladē.
15. uotū.
16. Annibalē.
— cū eo.
17. hostem aduersis preliis militem pugnæ cōmitteret: & opponēdo se tantūmodo conatus Annibalis cet.
19. Minutius.
20. tanꝙ timidum & segnē: effecit.
21. ut Populi iussu ei Imperium cum dictatore equaretur. Di-

perium: divisoque exercitu cum iniquo loco conflixisset et in magno discrimine legiones eius essent, superveniente cum exercitu Fabio Maximo discrimine liberatus est. quo beneficio victus castra cum eo coniunxit et patrem eum salutavit, idemque facere milites iussit. Hannibal vastata Campania inter Casilinum oppidum et Calliculam montem a Fabio clausus sarmentis ad cornua boum adligatis et incensis praesidium Romanorum, quod Calliculam insidebat, fugavit et sic transgressus est saltum. idemque Q. Fabii Maximi dictatoris, cum circumposita ureret, agro pepercit, ut illum tamquam proditorem suspectum faceret. Aemilio deinde Paulo et Terentio Varrone consulibus et ducibus cum magna clade adversus Hannibalem ad Cannas pugnatum est, caesaque eo proelio Romanorum quadraginta quinque milia cum Paulo consule et senatoribus octoginta et consularibus atque praetoriis et aediliciis triginta. post quam cladem cum a nobilibus adolescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui Africanus post ea nominatus est, stricto super capita deliberantium ferro iuravit pro hoste eum se habiturum qui in verba sua non iurasset, effecitque ut omnes non re-

uisoq; exercitu: cū ī iniquū locum conflixisset: & in maximo discrimine cet.
2. Superueniēte.
3. ex discrimine.
4. cum eo iunxit.
5. Idemq: milites facere cōmilitonibus iussit.
6. oppidū.
7. clausus.
— alligatis.
— presidiū Romanoꝝ.
9. Idemq; Fabii cet.
10. circūposita.
— pepercat ut illum tanq̄ proditorem cet.
11. Emilio.
12. cum maxima clade.
13. Cānas.
— Cesaq; eo prelio Romanorū cet.
15. & Senatoribus nonaginta. Consularibus: atq; Pretoriis: aut Ediliciis triginta.
16. post quā.
17. adolescētibus.
— relinquēda.
19. qui postea Africanus nūcupatus est.
— sup capita deliberantiū.
20. pro hoste se habiturum eum: qui cet.
21. ut omnes minime relictum iri a se Italiam iureiurando astringerentur. Propter pau-

lictum iri ab se Italiam iure iurando adstringerentur. praeter ea trepidationem urbis et luctum et res in Hispania meliori eventu gestas continet. Opimia et Floronia Vestales virgines incesti damnatae sunt. propter paucitatem militum servorum octo milia armata sunt: captivi, cum potestas esset redimendi, redempti non sunt. Varroni obviam itum et gratiae actae, quod de re publica non desperasset.

XXIII.

Campani ad Hannibalem defecerunt. nuntius Cannensis victoriae Mago Carthaginem missus annulos aureos corporibus occisorum Romanorum detractos in vestibulo curiae effudit, quos excessisse modii mensuram traditur. post quem nuntium Hanno, vir ex Poenis nobilibus, suadebat senatui Carthaginiensium ut pacem a populo Romano peterent, nec tenuit obstrepente Barcina factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam eruptione adversus Hannibalem ex oppido facta prospere pugnavit. Casilinum a Poenis obsessum ita fame vexatum est, ut lora et pelles scutis detractas item mures inclusi essent: nucibus per Vulturnum amnem a Romanis missis vixerunt. senatus ex equestri ordine homini-

citatem uero militum seruorum octo milia armata sunt. Captiui cum potestas esset redimendi: redempti non sunt. Preterea trepidationem Vrbis: & luctū. & res in His|pania meliore euentu gestas: continet. Oppia & Florentia Vestales uirgines: incesti damnate sunt. Varroni obuiam itum est: & gratie acte q̄ de Re. P. non desperasset.

8. R: Ex libro XXIII. Campani ad Annibalē defecere. Nuntius cānensis uictorie. Mago Carthaginē missus annulos aureos adigitis occisorū Romanoꝝ detractos in uestibulo Curie fudit.
11. Post quem quidem nuntium.
12. Hanno ex Pœnis uir nobilissimus suadebat Senatui Carthaginensium.
13. a Po. Ro. peterent.
14. Barchina.
15. Pretor.
16. ꝑspere pugnauit.
— Casilinū a Pœnis obsessum.
17. item mures essēt.
18. per uulturnū amnē.
19. uixerūt.

bus centum nonaginta septem suppletus est. L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu caesus est. Cn. et P. Scipiones in Hispania Hasdrubalem vicerunt et Hispaniam suam fecerunt. reliquiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt, ne decederent inde nisi finito bello. inter Philippum Macedoniae regem et Hannibalem societas iuncta est. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit, primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. praeter ea in Sardinia feliciter a T. Manlio praetore adversus Poenos Sardosque res gestas continet: a quo Hasdrubal dux et Mago et Hanno capti. exercitus Hannibalis per hiberna Capuae ita luxuriatus est, ut corporis animique viribus enervaretur.

2. Pretor.
— cū exercitu cesus est.
3. uicerūt.
4. Reliquie.
5. ne recederent inde: nisi finito bello. Sempronius Gracchus Consul Campanos cecidit. Claudius Marcellus Pretor Annibalis exercitum ad Nolam prelio fudit: & uicit. primusq; omniū tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. Inter Philippum Macedonum Regem & Annibalem sotietas iuncta est. Præterea cet.
10. Preterea in Hispania feliciter a Publio & Mālio Pretoribus aduersus Penos res gestas continet.
12. a q̄bus Hasdrubal Dux: & Mago & Hanno capti.
— exercitus Annibalis p̄ hyberna Capue ita luxuriatus est: ut corporum uiribus atq; animorum eneruaretur.

WILHELMI WEISSENBORNII
EMENDATIONES LIVIANAE.

EX LIBRO XXI.

Cap. 5. (III. p. 7. v. 16.*): iungendoque *ulteriora* tractus.
- 8. (9, 22.): utrimque pugna*bant*. — (9, 26.): liniebantque.
- 10. (9, 44.): *nec cum* adsensu.
- 11. (11, 18.): *quam qua* caed.
- 13. (12, 21.): audiatis *et* non id.
- 17. (13, 40.): milia scripta.
- 19. (15, 9.): diserte add*itum sit*.
- 20. (15, 40.): id *advertere* in se.
- 21. (16, 14.): diveniditi*sve*.
- 22. (17, 14.): mariti*ma inde* ora ducit.
- 23. (17, 29.): sub*i*git.
- 26. (19, 6.): quae missa cum praetore *erat con*scripta legione *nova*.
- 27. (19, 38.): superpositis.
- 32. (22, 39.): qui circa Padum erat exercit*us*.
- 36. (25, 21.): pedes fallente, *et* seu manibus in adsurgendo seu genu se adiuvissent, ipsis adminiculis prolap*si si* iterum corruerent — volutabantur. iumenta secabant interdum etia*m in tabe* infimam ingredientia nivem cet.
- 38. (26, 10.): digressum *id*. (26. 6.): fu*erint*.
- 39. (26, 23.): otium *erat* enim ex labore — tabe*que*, *quae* — move*bant*.
- — (26, 31.): ni eos — su*bito adventu consul* oppressisset. — praesentem secuturos *sese* ratus.

* Numeri parenthesis signis inclusi Alschefskianae minoris editionis paginas versusque indicant.

Cap. 40. (27, 23.): non hostes *habetis*.
- 44. (30, 7.): Sardiniam adimis. *adimis* etiam Hispanias.
- 44. (30, 16.): nullum *eo contemptu* telum: (huius rei, vitae contemptu).
- 49. (32, 35.): novem Liparas *tenuerunt*, octo ad insulam Vulcani tres in fretum *advertit* aestus.
- - (33, 2.): extemplo *et a praetore circa* civitates cet. (33, 10.): veniebant *et* extemplo cet.
- 51. (34, 12.): mari supero.
- 52. (34, 21.): et vulnere suo *de*minutus.
- - (34, 43.): maior tamen hostium *Romano* fama victoriae fuit.
- 55. (36, 22.): cum ab refugientibus et resistentibus subito cet. cf. Polyb. 3, 72.
- - (36, 29.): *cum iam vix* per se.
- 56. (36, 44.): trepidantesque *inde* prope iam (s. prope*que* iam) in suos cet. (37, 2.): Hannibal: *ibi* extemplo — fugam, *eoque* novus — cum *alibi* evadere nequissent cet.
- 60. (39, 27.): inde con*ciliata facilita*tis clementiaeque fama: cf. Tac. Agr. 9.

EX LIBRO XXII.

Cap. 1. (43, 1.): Iam ver adpeteb*at atque* Hannibal cet. (43, 6.): verterunt *contra* Hannibalem cet. — (43, 26.) videtur loci cuiusdam nomen in „*ipsorum* Herculis“ latere.
- 3. (45, 7.): exercitum Romanum *iam* circa Arretii moenia esse.
- - (45, 18.): Faesulas petens, medio *inde* Etruriae agro: Polyb. 3, 82.
- 4. (46, 4.): *adin*surgunt.
- 5. (46, 34.): retro vertebat fugientium agmen.
- 10. (49, 37.): quinquennium proximum *stet ut* velim eamque salvam servaverit (sc. Iuppiter): — cis Alpes sunt, quod datum donum duit — profana erunt, Iovi fieri.
- 13. (52, 1.): Punicum abhorrens ab Latinorum nominum *pronuntiatione Casilinum* pro Casino cet.
- 14. (52, 22.): spectatum *istuc* inquit. (52, 28.): praeter quam *quondam* oram illi suam cet.

Cap. 15. (53, 35.): ad castra prope *ipsa eum* cum cet.
- 16. (54, 5.): cum Romani —, successit tamen Poenus cum expeditis *peditibus equitibusque.* ad lacessendum — pugnavere, restitit suo loco Romana acies. lenta cet.
- 17. (54, 38.): cum maiore metu (?) *concitantes se* in fugam.
- 18. (55, 5.): aptior ac levior quam *Romani.* (55, 19.): — per ludificationem, medicos quoque —, haec cet.
- 20. (56, 29.): nec continentis modo *praevecta (est?)* oras, sed.
- 22. (57, 44.): *id enim* privatim.
- 23. (58, 37.): *quo* sicut primo.
- - (59, 2.): *haud pauca* reliquerat tecta.
- 24. (59, 21.): tum *utique* exiguum spatii.
- 25. (60, 8.): concessum sit, sed et.
- 27. (61, 24.): cum *alio.*
- 30. (63, 13.): me magistrum equitum hos *in ordinibus* suis quemque tenere iubeas.
- 31. (63, 34.): et *ignari ab* locorum gnaris.
- - (64, 2.): eo *(denique?)* decursum est.
- - (64, 4.): ut qui pro *dictatore creatus esset pro* dictatore haberetur: s. dictator crederetur.
- 32. (64, 7.): communitis — *initium* auctumni erat.
- 34. (65, 21.): pugnari po*sse id* apparuisse. (65, 33.): haberent igitur interregnum (suum?), consulatum.
- 35. (65, 44.): ad petitionem compu*lit summis studiis:* (s. compul*sum substituit*).
- 38. (67, 22.): *aut d*ecuriatum aut centuriatum (?).
- 39. (67, 44.): *nihil non* collegae (?).
- - (69, 5.): nec *ego id ago* ut nihil agatur. (69, 6.): tutaque.
- 42. (70, 26.): nuntiari (scil. pullos non addixisse).
- 43. (71, 5.): quod quo.
- 44. (71, 37.): lingua prompta.
- 45. (72, 8.): copiis suis adiungunt, atque ita instructa ac*ies:* in dextro cet. (72, 11.): iaculato*res et ex* ceteris.
- 48. (73, 16.): prae*ter aperta* arma.
- 49. (74, 7.): et *adhuc* vixisse —: memet. (74, 11.):

in tumultum. (74, 22.): *anno ante* aliquot annis.

Cap. 50. (75, 1.): incompositi obstrep*unt ante* portas.
- 52. (75, 43.): duce*nti iam* equites.
- 54. (77, 8.): occisum *con*sulem utrumque *cum* cet.
- 59. (80, 31.): suum quisque animum *habet pa*tres (s. suum *quisque sequitur* animum.
- 60. (82, 1.): sexcentis milibus hostes.
- - (82, 19.): ac uos redimam.

EX LIBRO XXIII.

Cap. 3. (85, 24.): *pro*meritus.
- 5. (86, 40.): *ad* Saticulam.
- - (87, 1.): communicavimusque vobis*cum conubium*. itaque cet. (s. communicavimus*que conubium vobiscum*).
- 8. (89, 1.): nomen „Perollae“ inducendum est: *Calavius filius perpelli* (s. *permoveri*) *ad vinum* potuit.
- 9. (89, 25.): quem nec armati exercitus sustinuere.
- 10. (90, 16.): *cum com*moveri vulgus cet.
- 16. (94, 39.): portis staret (s. portis in acie staret).
- - (94, 43.): in urbe.
- 17. (96, 1.): cum Casilinum — venissent, aliis adgregarunt sese Romanis sociisque: profectos a Casilino — avertit retro cet.
- 18. (96, 14.): nomen ei Isalca. (96, 16.): *tum* rem gerere.
- 19. (98, 3.): remissi domos cum cet.
- 21. (99, 1.): consulere. *et* Otacilius — Cornelio.
- 22. (99, 36.): pro *non* dicto.
- 23. (99, 42.): dixit. *dictator* ubi cet.
- 26. (102, 17.): equites et peditum partem (s. cum Fischero „equitum partem“).
- 27. (102, 38.): tumultuose nun*tii ac refu*gientes ex speculis stationibusque *attulere*.
- 30. (104, 42.): strictisque *foliis* vixere.
- 31. (105, 35.): ut eo anno.
- - (106, 23.): creatum videri *eum* pronuntiaverunt.
- 32. (106, 32.): m. m. Romanorum volonesque: (s. m. m. sociorum volonesque fierent).
- 34. (108, 17.): conspecti *e* classe Romana sunt.

- 44. (115, 31.): ..
- 45. (116, 21.): *en iam* minor res esse.
- 48. (118, 6.): aut provinc*iam eam* teneri po:
- 49. (118, 29.): nec quic*quam secus* quam si

ERRATA.

Pag. 41. in columnae II. versu 4. scribe: Liv. 21, 41.
- 464. - - - versu ultimo scribe: iussi.
Praeterea 22, 44. seqq. cum C omnibusque recc. codd. *amnis*" scripsi, praesertim cum et a Polybio ille ami nominatus videretur. sed postquam apud Plutarchum v. I eum fluvium *Ἀὐφίδιος* scriptum vidi, nihil dubitavi (quissimo Puteano unice vera Liviana eius nominis fo *dius*" servata esset.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06304 8444